UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De Ivre Ac Potestate Romanorvm Pontificvm, Imperatorvm, Regum ac Episcoporum

**Alvarez Guerrero, Alfonso**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 A 2069**

Thesavrvs Christianae Religionis, Et Specvlvm Sacrorvm, Svmmorvm Romanorvm Pontificum, Imperatorum, ac Regum, & sanctissimorum Episcoporum, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-63477

Visual Library

# THESAVRVS CHRISTIANAE RELIGIONIS, ET SPECVLVM SACRORVM, SVMMORVM ROMANORVM

Pontificum, Imperatorum, ac Regum, & sanctissimorum Episcoporum, ac iustificationis nostræ, editum per Alphonsum Aluarez Guerrero Iuris vtriusque Doctorem, Consiliarium Regium, ac Præsidem Regiæ cameræ Summariæ in regno Neapolis: in quo, velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ communis, atque actionis norma consistit.

## DE ECCLESIASTICA DIVINA potestate, & de vnitate sanctæ matris Romanæ Ecclesiæ: & de vnitate, & plenissima potestate sacri summi Romani Pontificis

### Cap. I.

### SVMMARIVM.

1 Ecclesia Romana cæteris ecclesiis prælata est, & caput est, & mater omnium ecclesiarum. & num. 39.
2 Soli Pontifici datur canones interpretari.
3 Petro datum cæteris Apostolis præesse. Idem dicitur num. 14.
4 Typus ecclesiæ in Petro. & num. 56.
5 Ordo sacerdotalis à Petro initium sumpsit. & num. 47.
6 Solus Petrus in ecclesia Dei plenitudinem potestatis habet. & num. 57.
7 Plenitudo potestatis in Pontifice in quo ostenditur? & num. 62.
8 Papa iudex totius ecclesiæ.
9 In sede Petri totius ecclesiæ principatus positus est.
10 Episcopi in partem solicitudinis assumuntur.

11 Petro grex dominicus commissus est.
12 A Papa iurisdictionis potestas in omnes Prælatos ecclesiæ transmittitur.
13 Solus Petrus à Christo immediate potestatem iurisdictionis accepit.
15 Militans ecclesia à triumphante derivatur.
16 Vnus summus Pontifex in ecclesia Dei esse debet.
17 Papa, nisi sit hæreticus, non habet in terris superiorem.
18 Ecclesia vsque ad finem seculi duratura.
19 Papa solus omnimodam exercet iurisdictionem, alij non sine eius dispositione.
20 Alij Apostoli coadiutores fuerunt, & cooperantes Petro.
21 Episcopi sub Papa iurisdictionem habent: & vnde Episcoporum initium.
22 Episcopi sanctissimi legati Christi dicuntur, & perfectiores fratribus religiosis sunt. & num. 38.
23 Petri successores per electionem magis, quàm per carnis successionem ad pontificatum assumi debent.
24 Qui in Episcopum sit eligendus.
25 Christiani populi sanitas ex voluntate capitis, & rectoris pendet.
26 Papæ electio à quibus primitus fiebat, vel hodie fit.
27 Ecclesia, quæ mater dicitur, vera est: nec extra ecclesiam salus est.
28 Concilium ex communi intentione dictum.
29 Ecclesia quare dicitur Apostolica.
30 Apostoli genuerunt ecclesiam.
31 Claues Petro datæ post resurrectionem.
32 Petro tanquam capiti potestas clauium data, alijs Apostolis tanquam membris. & num. 37.
33 Sacerdotis potestas in absoluendo quanta est.
34 Ecclesia Dei cur nauicula Petri dicitur.
35 Petro specialiter à Christo commissa est ecclesia.
36 Dei, & Papæ idem est consistorium.
40 Ecclesia Lateranensis inter alias omnes obtinet principatum.
41 Romana vrbs altera Hierusalem.
42 Papa non potest aliò Romanam Ecclesiam transferre.

43 Eam

43 *Petrus solus immediate à Christo ordinatus Episcopus & nō me. 46.*
44 *Episcopus non nisi à tribus alijs Episcopis ordinatur.*
45 *Moyses simplex sacerdos fuit.*
48 *Abel primus sacerdos in lege naturæ. & num. 52.*
49 *Declaratio horum verborum, Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.*
50 *Christus solus dicitur fundamentum ecclesiæ primarium, Petrus verò secundarium.*
51 *Sacerdotium fuit in lege naturæ, sed imperfectum: item & in lege scripturæ.*
53 *Melchisedech prior obtulit sacrificium.*
54 *Sacerdotium perfectum in lege Euangelicæ ministerio Christi datum.*
55 *Triplex sacerdotium nouæ legis.*
58 *Apostoli inter se dupliciter comparantur.*
59 *Differentiæ quinque inter potestatem Petri, & aliorum Apostolorum.*
60 *Christus caput ecclesiæ: Petrus item caput, sed vt vicarius Christi.*
61 *Claues ecclesiæ datas, quomodo intelligatur.*
63 *Ecclesiæ nomen circa diuersa ministeria diuersas respicit personas.*

Acrosancta Romana, & Apostolica ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit, sicut beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt in c. sacrosancta. xxij. dist. & Matth. xvj. & in c. loquitur. xxiiij. quæstio. j. Itaque sancta Romana ecclesia catholica, & Apostolica †prælata est cæteris ecclesijs, & non constitutionibus synodalibus, sed Euangelica voce Domini nostri primatum obtinuit, dicente Domino, vt dixi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. c. quamuis. xxj. dist. c. ideo. xxv. quæst. j. c. rogamus. xxiiij. quæst. j. Vbi li-

tera dicit: Rogamus vos fratres dilectiſsimi, vt non aliud doceatis, neq; ſentiatis, quàm quod à B. Apoſtolo Petro, & alijs Apoſtolis, & patribus accepiſtis. Ipſe enim eſt caput totius eccleſiæ: & ſedes Petri primitus Antiochiæ fuit, poſtea iubente Domino Româ translata eſt: ad quâ cuncta maiora negotia, diuina diſponente gratia, iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpſerunt principia. Itaque ſolus Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat, vt in c. Paulus. ij. quæſt. vij. & in c. in nouo teſtamento. xxj. diſt. quia Epiſcopatus vnus eſt, & vnum caput, vt in d. c. loquitur. xxiiij. quæſt. j. facit tex. in c. non decet. xij. diſt. vbi legitur: Nulli verò dubium eſt, quod Apoſtolica Romana eccleſia mater, & caput ſit omnium eccleſiarum, à cuius regulis nullatenus vos conuenit deuiare. facit tex. in c. nolite errare. xj. diſt. vbi habetur: Non licet à conſuetudine Romanæ eccleſiæ membris diſſentire, vbi Dominus poſuit principatum. Et quoties ratio fidei ventilatur, ad Romanam referatur eccleſiam, vt in c. quoties. xxiiij. quæſt. j. Papa † nanque ſolus canones valet interpretari, quia ius condendi eos habet. c. j. xxv. quæſt. j. cum ſimilibus. facit tex. in c. præceptis. xij. diſt. vbi dicitur: Præceptis Apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ à ſancta Romana eccleſia, & Apoſtolica authoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdē ſanctæ eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrum, communionem habere deſideratis: cùm nulli dubium ſit, quòd nō ſolum Pontificalis accuſatio, ſed omnis ſanctæ ſpei Romanæ eccleſiæ, & religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput omnium eccleſiarum, debuit referri, & inde normam aſſumere, vnde aſſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis videatur omitti, vt in c. qui ſe ſcit. ij. quæſt. vij. Prima ergo ſedes in cœleſti beneficio eſt Romana eccleſia, quam beatiſſimi Petrus, & Paulus ſuo martyrio conſecrauerūt. Et inter Apoſtolos fuit diſcretio poteſtatis: Nam licet omnes
3 eſſent Apoſtoli: Petro † tamen à Deo conceſſum eſt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, vt cephas. i. caput, & principium teneret Apoſtolatus. Eademq; forma ſucceſſoribus, & reliquis Epiſcopis tenenda tradita eſt. Itaque

Apo-

Apostolicæ sedis authoritate omnes ecclesię Domino disponente reguntur, vt in d.c. sacrosancta.xxij. dist. & in d.c. qui se scit.ij.q.vij. Sed inter ipsos Apostolos non fuit par institutio, sed vnus. s. Petrus (vt dixi) præfuit omnibus alijs: & facit tex. singularis in c. in illis. lxxx. dist. Itaq; Apostoli non fuerũt pares Petro in administratione, sed in ordine, & consecratione: vt per Docto. in d. c. loquitur, & in d.c. in nouo testamẽto. & ibi dicit Archidiac. doctissimus Canonistarum, quòd Dominus ante resurrectionem elegit Petrum in principem, sed confirmationem distulit post resurrectionem: sed Petrus ratione administrationis fuit maior. Hæc ille. Et in c.v. Lucę legitur, Christum dixisse Petro: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Itaque † Typus ecclesiæ in Petrõ. Et aduertite, quia soli Petro dixit Christus: Duc in altum. Et cum hoc fecisset, 4
conduxerunt multitudinem piscium copiosam. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum: Stupor enim circundederat eum, & omnes, qui cum illo erant in captura piscium, quos cœperant: similiter autem Iacobum, & Ioannem, qui erant socij Simonis, & Andream, qui in ea naui erat, secundum narrationem Matth. & Marci. Et ait ad Simonem: Noli timere, ex hoc iam homines capiens eris. Et attendite, quia solus Petrus procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Et ideo soli Petro fuit dictũ: Noli timere, ex hoc iam homines capiens eris. i. caput eris. Sed † post Christum Dñm à Petro 5
sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo põtificatus ecclesiæ Christi datus est. Hic ergo ligãdi, & soluendi potestatẽ primus accepit à Domino, primusq; ad fidem populum suæ prædicationis virtute adduxit, verboque instituit, vt in d.c. in nouo testamento. xxj. distinct. & in persona Petri ligandi, & soluendi ecclesia potestatem accepit, & ecclesiam sanctam significauit, vt in c. quodcunque. xxiiij. quæst. j. Itaque † solus Petrus in ecclesia Dei habet ple- 6
nitudinem potestatis. Et Dominus Petro iubet hamo piscari, vt est tex. in c. est aliud. xxiiij. quæst. j. & Chrysost. super illud Matth. xvj. Tibi dabo claues regni cælorum, &c.

dicit: Sicut filius à patre veniens ad salutem omniũ mittitur cum potestate omni super omnes, quod nulli hominũ credimus esse concessum. Hocidẽ dicit tex.in c.multum, iij.q.vj.& tex.in c.decreto; & in d.c.qui se scit.ij.q.vj. Vnde Ioan.x.dicitur: Erit vnum ouile, & vnus pastor: & loquitur de ecclesia. Et in c.Basilicas,de consecr.dist.j.& in c.nolite errare.xj.distin.habetur,quòd in Apostolica sede dominus totius ecclesiæ posuit principatũ: & August.in epist. ad Glorium dicit, quòd in Romana ecclesia semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus. Et vide de hoc Inno.& docto.in c.cũ ex eo,de pœni.& remiss. Vbi dicũt, minores prelati habẽt potestatẽ à Papa, & ipse à solo Deo.

7 Et est notandum,† quòd plenitudo potestatis in Romano pontifice ostẽditur in potestate clauiũ in foro cõscientiæ. Vnde gl.super illud Matth.xvj.Tibi dabo claues regni cẽlorum; & quodcunq; ligaueris super terram, &c. dicit: Quia Christũ Petrus maiori deuotione cõfessus est, merito præ cẽteris ipse collatis clauibus donatus est. Sequitur gl.quodcunq; ligaueris super terrã.i.quodcunq; indignũ remissione iudicaueris, dum viuit, indignũ apud Deum iudicabitur: & quodcunq; solueris.i.quemcunq; soluendum iudicaueris,dum viuit, remissionem peccatorũ consequetur à Deo. Et plenitudo potestatis ostenditur in cla-

8 uibus iudiciariæ potestatis in foro exteriori: est enim † iudex totius ecclesiæ, vt est tex.in c.Episcopo,& in c.cuncta per mundũ.ix.q.iij.& testatur Inno.in c.soluite,de mai.& obe. Et in c.nouit.de iud.dicitur:Nullus,qui sit sanę mentis,ignorat,quoniã ad officium nostrũ spectat de quocunque mortali crimine corripere quemlibet Christianũ. facit tex.in c.& plantare.de priui.& dicitur in d.c.nolite er-

9 rare.xj.dist. In sede Petri † Dominus totius ecclesiæ principatum posuit.facit text.in c.quamuis.xxj.dist. Propter quod Inno.in c.vt priuilegia,de priuil.dicit: Romana ecclesia à domino super oẽs alias ecclesias ordinariæ potestatis obtinet principatũ,vtpote mater vniuersorũ fideliũ,& magistra: de cuius potestate disputare sacrilegiũ est.Plenitudo potestatis Rom.pontificis ostẽditur in dispensatione thesauri ecclesię; quoniam ipse solus,vtpote Christi principa-

cipalis vicarius, & dispensator, dat plenariã indulgentiam omni homini fideli in vniuerso mundo. Vnde S. Thomas in iiij. dist. xx. dicit: Papa habet plenitudinem potestatis, qualem Rex in regno. De indulgentia plenaria dicemus postea in isto tractatu. Sed Episcopi † assumũtur in partem 10
solicitudinis, quasi iudices in singulis ciuitatibus præpositi: & ideo Papa potest cõcedere indulgentias, prout vult, causa tamen existente legitima; sed in Episcopis est taxata indulgentiarum concessio secundũ ordinem Papæ: & adduco illud Ioan. j. Tu vocaberis Cephas; quod secundum Isidorũ interpretatur caput. Et vide Docto. in c. proposuit. de concess. præb. & facit tex. in c. Petrus. ij. q. vij. & facit tex. in c. ita dominus. xix. dist. & ecclesia vniuersaliter decantat: Tu es pastor ouium, princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus claues regni cælorum: & Petro † totus 11
grex dominicus commissus est, Christo dicente Petro, Ioan. vlt. Pasce agnos meos, pasce agnos meos; & tertio dicit ei, pasce oues meas: inter has, & illos non distinguens. Et Apostoli ipsi nequaquam extra gregem dominicum censendi sunt, sed intra computãdi. Ex quibus manifestè confunditur error, & stultitia dicentium: Papam non habere aliquam plenitudinem potestatis. Et ideo notabimus, † quòd tota iurisdictionis potestas omnium prælatorũ ec- 12
clesiæ de lege communi deriuatur à Papa. Ita beatus Thomas in ij. & in iiij. senten. & in iiij. contra genti. quia Apostoli aliam non acceperunt potestatem iurisdictionis immediate à Christo, sed mediante Petro. Ergo sequitur, quòd prælati, qui sunt in ecclesia, iurisdictionis potestatẽ suscipiunt immediatè à Papa: & est tex. in cap. sacrosancta. xxij. dist. vbi dicitur: Inter Apostolos quędam fuit discretio, & licet omnes Apostoli essent, Petro tamen à Domino concessum est, vt reliquis omnibus præesset Apostolis, vt Cephas. i. caput, vt principium teneret Apostolatus. Cùm autem nomine capitis, & principij, origo designetur potestatis, non videtur posse dici Petrum caput, & principium tenere Apostolatus, nisi ab eo potestas iurisdictionis deriuaretur in Apostolos cæteros. Et adduco etiam tex. in c. loquitur. xxiiij. q. j. cuius verba sunt: loquitur dñs ad Petrũ:

Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Super vnum ædificat ecclesiam, & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, accipite spiritum sanctum: tamen vt veritatem manifestaret vnitatis, eiusdem originem ab vno incipientem authoritate sua disposuit. hoc vtique erant cæteri Apostoli, quod Petrus fuit, pari consortio præditi, & honoris, & potestatis, vt dixi: sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Christi vna monstretur, &c. dicit tex. quòd Christus, vt ecclesiæ vnitatem manifestaret, potestatis originem ab vno incipientem disposuit. Ex quo
33 manifestè datur intelligi, quòd solus † vnus. s. Petrus, super quem vnam fundatam dicit ecclesiam, à Christo immediatè potestatem susceperit iurisdictionis: alij verò Apostoli mediante ipso Petro. Et si immediatè omnes Apostoli potestatem iurisdictionis accepissent à Christo, origo potestatis non incepisset in ecclesia ab vno Apostolorum, cùm data fuisset simul, & immediatè omnibus. Facit etiam, quod dicit August. in homil. cxiiij. super Io. facit etiam tex. in c. ita dominus. xix. dist. & tex. in c. audiuimus. xxiiij. quæst. j. Vbi cum Dominus daret omnibus discipulis parem ligandi, & soluendi potestatem, Petro præ omnibus dedit claues regni cœlorum. Quicunque ergo ab vnitate ecclesiæ, quæ in perpetuum intelligitur, fuerit alienus, execrare potest, consecrare non valet, excommunicationis, vel reconciliationis potestatem nō habet. In qua authoritate duo sunt pręcipuè notanda, primo quòd Petro præ omnibus datæ sunt claues ecclesiæ: in quo datur intelligi, quod Petrus in potestate iurisdictionis superior est, & maior fuit omnibus alijs Apostolis simul cōiunctis, & per consequēs successor Petri, videlicet Romanus summus Pontifex, superior, maiorq; fuit omnibus Prælatis, etiam simul conjunctis: & Petro fuit dictum, Sequere me, Ioan. xxj. Secundo notandum est id, quod dicitur, quòd Petrus præ omnibus susceptit claues ecclesiæ: In quo manifestè denotatur, quòd alij Christi discipuli, & horū successores. s. Episcopi potestatem iurisdictionis non accepe-

runt,

runt, nisi per Petrum, & non immediatè à Christo. Et Petro concessum est à Christo, vt cæteros fratres Apostolos, ac Christi discipulos, si forte eos fluctuare, aut deficere à fide contingeret, in fide firmaret, & roboraret, iuxta illud Lucæ xxij. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. † Ergo Petrus primatum habet supra Apostolos, & 14
ipse accepit potestatem regni: vt legitur in cap. j. Act. Apost. Et dico etiam, quòd Dominus de hac ecclesiæ suæ regiminis dispositione futura loquens per prophetam ait: Suscitabo super eos pastorem vnum. Ezech. xxxvij. Sed tu vide ea, quæ de mente Cardinalis sancti Sixti dicam in isto capitulo ad finem circa iurisdictionem, & potestatem beati Petri, & Apostolorum. Et ecclesia † militans ab ec- 15
clesia triumphante deriuatur. Vnde Ioan. in Apoc. xxj. ait, Vidi ciuitatem sanctã Hierusalem nouam descendentem de cœlo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Sed in triumphante ecclesia vnus præsidet. s. Deus: Ergo in militante ecclesia etiam debet esse vnus præsidẽs: & in ecclesia Dei non debet esse minor vnitas, quàm in synagoga: imo tanto maior, quanto sacerdotium Euangelicum maius est Leuitico. Sed in Synagoga erat vnus summus Pontifex, qui præerat omnibus sacerdotibus. s. Aaron, & post Eleazar, & sic de alijs successoribus. At qui summo sacerdoti non obediebat, reus erat mortis, Deute. c. xvij. Ergo multo † magis in ecclesia Dei debet esse vnus 16
summus Pontifex, cui omnes tanquam superiori obedire tenentur: vt in tota machina vniuersi est vnum cœleste corpus. s. primum mobile, per cuius motum mouentur, & reguntur motus aliorum corporum, vt habetur per Arist. viij. Physicorum: Ergo necessario in tota ecclesia congregabuntur filij Iudæ, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum: & erit vnum ouile, & vnus pastor, vt iam dictũ est, Ioan. x. Vnde Ambros. in libro de pœnit. & Hierony. super Matth. xvj. dicunt, quòd soli Petro data est potestas plenissima, & post resurrectionem Christi Apostoli de nouo elegerunt Petrum in principem eorũ, & ecclesiæ, dando hanc formam cunctis successoribus, vt dicit tex. in c. sacrosancta. xxij. dist. & c. dudum. iij. quæst. vj. & vide Panor.

nor.in q.j. vbi etiá dicit, quòd Christi Apostoli potestatẽ, & authoritatem prædicandi acceperunt à Petro, & Apost. ad Gal.c.ij. dicit: Dixi Cephæ.i.capiti. & vide Ludo. Roman.in sermone incipiente: Vos estis lux mundi, ad fin. Et est aduertendum, quòd licet Petrus cæteris Apostolis par fuerit ordine, tamen ijsdẽ maior fuit administratione, & dignitate; vt est tex.in c.puto.ij.q.vij. Proinde notabimus,
27 quòd † Romanus pontifex in terris, extra casum hæresis, non habet iudicem superiorem: Et est communis opinio Theologorum, & multi præcipuè doctores iuris canonici seruant istam opinionẽ, & iudex ordinarius Papæ non est Imperator, aut potestas secularis; vt habetur in c.suscipitis.x.dist. & facit tex.in c.definimus, xxij. dist. & c. continua.xj.q.j. & legitur de Constantino, qui cùm in sancta synodo, quæ apud Nicæam congregata est, querelam quorundam clericorum conspiceret, ait: Vos autem à nemine dijudicari potestis; quòd ad solius Dei iudicium reseruamini: & vide tex.in c.sacerdotibus.xj.quæst.j. & tex. in c. satis, xcvj.distin. & in c.placuit.xj.quæst.j. Et in Chalcedonensi Concilio legitur, quod tota synodus clamauit Leoni Papæ: Leo Sanctissimus Apostolicus, & Oecumenicus.i.vniuersalis Patriarcha. Hoc adde ad ea, quæ superius diximus. Et in canone vltimo Concilij generalis primi celebrati Niceæ legitur: Nemo iudicabit primam sedem. & vide Augustinum de Ancona in tractatu de potestate ecclesiastica, in quæstione prima. Dixi supra, quòd Romanus pontifex extra casum hæresis non habet iudicẽ. vide infra in c.xvj. & omnino vide; & dic, vt ibi diximus.

Itaque talis ordo sic esse debet in ecclesia, vt vnus sit rector, princeps, ac gubernator: quod multiplici ratione colligitur (vt diximus) in libro de generali concilio indicendo. c.xvij. & in c.xviij. vbi multa dixi contra hæreticos dicentes, quòd nullus in ecclesia Dei Petro succesit; & in c.xvj. diximus multa de vnitate ecclesiæ. Et ad conuincendum errorem dicentium, quòd nullus in ecclesia
28 Petro succesit; dico, quòd manifestum † est sic Christum ecclesiam instituisse, vt esset vsq; in seculum duratura, secundum illud Isaiæ ix. Super solium Dauid, & super regnũ

eius

eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia, amodò, & vſque in ſempiternum. Patet ergo, quòd ita illos, qui tunc erant in miniſterio, conſtituit, vt etiam eorum poteſtas deriuaretur ad poſteros pro vtilitate eccleſiæ vſque ad ſeculi finem; præſertim cùm ipſe dicat Matth. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. & bene facit text. in cap. quodcunque. xxiiij. quæſt. j. vbi dicitur, quòd quando Petrus claues accepit, eccleſiam ſanctam ſignificauit, vt iam dixi. quia. ſ. nõ tantum pro ſe, ſed etiam pro omnibus ſucceſſoribus vſque ad finem ſeculi duratura eſt eccleſia. Vnde non immeritò comprobatur, quòd poteſtas collata in perſonam Petri, & Apoſtolorum fuit data eccleſiæ; alias illis mortuis non potuiſſet illam poteſtatem eccleſia exercere: quod eſt abſurdum dicere. De quo vide Panormit. in tracta. quæſtio. quæſt. j. iij. colum. & certum eſt, quòd poteſtas data eſt Petro ad eccleſiæ ædificationem, vt dixit Apoſt. in epiſt. ij. ad Corinth. c. x. Ergo oportuit hanc poteſtatem tandiu durare in eccleſia, quandiu eccleſia ipſa ædificatione indigeret: ergo vſque ad finem ſeculi Petri primatus in ſuis ſucceſſoribus eſt duraturus; aliter eſſet minor cura, & dilectio Dei erga ſponſam ſuam eccleſiam poſt tempora Petri, quàm fuerat tempore eiuſdem Apoſtoli, quod nullatenus admittendum eſt. Quia ſi eccleſia non haberet claues ligandi, & abſoluendi, non conſtaret, & portæ inferi prævalerent aduerſus eam. Vnde Cyrillus Hieroſolymitanus patriarcha dicit ex perſona Chriſti: Tu cum ſine, & ego ſine fine cum omnibus, quos loco tui ponam, pleno & perfecto ſacramento, & authoritate cum eis ero, ſicut ſum tecum. Et Inno. in c. quanto, de renunc. dicit, poteſtatem transferendi pontificis ita ſibi retinuit Deus, & magiſter, quòd eam ſoli Petro vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis præbuit, & cõceſsit. & vide eundẽ in c. ad Apoſtolicæ. de reiud. in vi. Et ex his apertiſsimè conuincitur error dicentiũ, quòd nullus in eccleſia Dei Petro ſucceſſerit: & ſatis facilè intelligitur, quàm lõgè à veritate, & à ſtatu ſalutis abhorrent, qui dicunt nõ eſſe obediendũ ſtatutis Papalibus; contra quos eſt tex. in c. hoc. xj. diſt. dicẽs: Hoc

veſtræ

vestræ indicimus charitati, vt ab Apostolicis institutis nullo alterius recedatis excessu, quia multum post hoc essе non poterit, si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. facit etiam tex. in c. præceptis. xij. dist. vbi ad contextum dicitur: Præceptis Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quæ a sancta Romana ecclesia, & Apostolica authoritate iussa sunt, salubriter impleatur, si eiusdem sanctæ ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Facit etiam tex. xxv. quæst. 2. in c. si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholica fide, & ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium, vel futurorum malorum à sedis Apostolicæ præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit. Facit tex. in c. omnes. xxij. distinct. vbi dicitur: Qui autem Romanæ ecclesię priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur. Istum tex. allegat sanctus Thomas in tracta. contra impugnantes religionem, vbi multa dixit circa istũ articulum: vnde patet, quòd quicunque dicit, non esse obediendum his, quæ per Papam instituuntur, in hæresim
19 labitur. Ex quibus concludo, quòd Papa † solus, tanquã caput, potest exercere omnimodam iurisdictionem, expoſcente causa rationabili, non ad libitum: nec est opus conuocare Concilium pro consensu habendo. Alij verò prælati non exercent sine dispositione capitis. s. Papæ: habent enim potestatem à Deo, sed in illa submissi sunt Papæ, tanquam capiti: & forte ad hoc designandũ, Petro dixit multa separatim, vt superius dixi: sed alijs Apostolis locutus est coniunctim, & generaliter. vnde Petro dixit, vt in Euangelio habetur Matth. xvj. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et in Euangelio Ioan. xxj. cap. dixit: Pasce oues meas, non semel, sed ter. Pro sua fide specialiter orauit etiam. Item cõsidera, quòd in singulari dixit Christus in Euangelio Ioan. in c. x. fiet vnum ouile, & vnus pastor: & sic voluit, vnum esse pastorem, & non plures. Sed hanc potestatem pascendi contulit Petro, dum dixit: Pasce oues meas: & sic fecit eum pastorem

sorem, & non plures loco sui: ipse enim erat, & est verus pastor, & Pontifex, vt de ipso dixit Ioan. Ego sum pastor bonus: Alij namque † Apostoli fuerunt coadiuuantes, & 20
cooperantes, & ideo dicitur, quòd Papa fuit assumptus in plenitudinem potestatis, alij in partem solicitudinis. c. ad honorem, de vsu pallij. & vide Panor. in quæst. j. Sed recordentur Pontifices verborum Gregor. ad Eulogiũ Patriarcham Alexandrinum, vt notatur in c. ecce. xcix. dist. Nam omnes Apostolos fecit pares respectu consecrationis, & ordinis, non autem iurisdictionis: in illa enim Petrus præfuit omnibus, vt not. glos. in c. in nouo testamento. xxj. distinct. & in c. loquitur. xxiiij. quęstio. j. & videtur bonus tex. in c. in illis. lxxx. distinct. & in cap. per venerabilem. qui filij sint legit. Et si velis dicere, quòd potestas etiam iurisdictionis fuerit data omnibus, fundamentum tamen, & caput fuit datum Petro: probatur in d. c. loquitur, non impropriãdo literam, vt gl. ibi vult impropriare. Alij † ergo habent iurisdictionẽ sub Papa, vt hodie est vi- 21
dere in Episcopis, qui non solum habent ordinem, sed etiã iurisdictionem spiritualẽ in suis diocesibus ex constitutione ecclesiæ, & olim exercebant per totum orbem, antequam dioceses essent distinctæ: licet hanc iurisdictionem habeant sub Papa, qui dicitur habere plenitudinem potestatis: cæteri sacerdotes repræsentant Apostolos, quoad administrationem sacrorum, vt not. glo. in c. videntes. xij. quæst. j. tex. in c. in nouo testamento. xxj. distinct.. Sed vide infra ad finem capituli, & notabimus, quòd post resurrectionem Christi sacerdotes quandoque appellabantur presbyteri, quandoque Episcopi. Nam cùm alter vellet alterum præferre dicendo, ego sum melior te, quia baptizatus à Petro; fuit ordinatum per Apostolos, & alios seniores, quòd vnus de presbyteris præponeretur, qui vocaretur Episcopus, prout hodie est. Et sic videtur, quòd Episcopus fuit inuentus ordinatione Apostolorum, non autem iure diuino; ita aperte dicit Hiero. & probatur in c. olim. xcv. distinct. & c. legimus. xciij. dist. Vnde beatus Petrus in prima epistola vocabat se presbyterum. Sed contra Hieronymum tene, quod Episcopi sunt de iure diuino, vt

in

in c.in nouo testamento.xxj.dist.c.videntes.xxij.q.j.& ē, quorum.lxviij.dist.vbi litera dicit: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: patres dicti sunt Apostoli; pro Apostolis filij nati sunt,& constituti Episcopi: hodie enim Episcopi, qui sunt per vniuersum mundum,inde nati sunt. Ipsa ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo te putes desertā, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia nō vides illos, per quos nata es; de prole tua creuit tibi posteritas; pro patribus tuis nati sunt tibi filij:constitues eos principes super omnem terrā. Filios genuit ecclesia, constituit eos pro patribus suis principes super omnem terrā.

22 Et Episcopus † dicitur sanctissimus Christi legatus, vt in Clementina j.de pœnis,& ibi etiam dicitur,quòd sunt columnæ ecclesiæ Romanæ. Et Episcopi sunt perfectiores fratribus religiosis propter officium regendi, ex quo maior fructus prouenit,vt in Clementina,exiui,de verb. sig. Et ista opinio est communior, & securior. vt per Durandum in quarto sententiarum.xxiiij.dist. quæst.v. vbi latè, & doctissimè de hac re disputat,& omnino vide; & de hoc dicemus infra. Et sic patet, quòd tam de iure diuino, quā

23 naturali consonum esse videtur,vt successores † Petri Romani pontifices magis per electionem, quàm per carnis successionem,aut institutionem ad pontificatum assumerentur; quoniam translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat.c.translato.de constit.& videbis Apostō.in c.vij.ad Hebr.& est tex.in c.Moyses.viij.quæst.j.vbi dicitur: Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem locutus est Dominus,potuit vtiq; successores principatus filios suos facere,& posteris propriam relinquere dignitatem,sed extraneus ex alia tribu eligitur Iosue, vt sciremus principatum in populo non deferendum esse sanguini,sed vitæ.facit ad hoc tex.in c.licet.viij.q.j. vbi dicitur, quòd, † qui

24 præstantior est ex omni populo,qui doctior,qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, eligendus est; quia sanitas † Christiani populi multum pendet ex voluntate ca-

25 pitis,& rectoris,iuxta formam traditā in c.si Papa.xl.dist. & certius prouidetur populo de vtili pastore per viā electionis,

ctionis, quàm ſucceſsione carnis, vt manifeſtum eſt; & Chriſtus ſuæ eccleſiæ immediatè non prouidit, niſi de Petro: vnde per conſequens, quia non prouidit de perſona nominatim ſucceſſoris Petri, eccleſiæ electionem dimiſit, prout habetur in c. electionem. lxxix. diſt. vbi dicitur; electionem verò ſummorum Pontificum, vel ſacerdotum ſibi Dominus reſeruauit; licet electionem eorum bonis ſacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſerit. Sic ergo patet, quòd tam de iure diuino, quàm naturali conſonum eſſe videtur, quòd ex electione † vniuerſalis eccleſiæ, vel 26
illorum, ad quos de conſenſu vniuerſalis eccleſiæ translatum eſt ius eligendi; ſicut hodie ſunt reuerendiſsimi Cardinales, eligatur Papa, vt in c. in nomine Domini. xxiii. diſtinct. & cap. j. lxxix. diſt. & per totam diſtinct. & vide tex. in c. licet euitanda, de electio. eſt etiam bonus tex. in c. vbi magis, de elect. lib. vj. & vide in Clementina, c. ne Romani, de electio. Sed antiquitus clerus, & populus Romanus eligebant, & exercitus, vt in d. c. electionem. Poſtea Nicolaus II. anno 1060. condidit decretum, quòd Pontifex eligatur à reuerendiſsimis Cardinalibus; & iuſsit, quòd clerus, & populus ad conſenſum nouæ electionis accederent, atque eam Imperator confirmaret, vt in c. in nomine Domini. xxiij. diſt. & vide in c. ſi quis pecunia. lxxix. diſt. qui textus loquitur de electione Cardinalium, & clericorum: & libertas eligendi conceditur à Ludouico Imperatore tempore Papæ Adriani II. c. ego Ludouicus. lxiij. diſtinct. & Benedictus V. relegatur, & authoritas eligendi Pontificis ad Imperium transfertur. Ita Platina in hiſtoria Benedicti. Et in ſynodo congregata Romæ conceditur Imperatori ius eligendi Pontificem. c. in ſynodo. c. Adrianus. lxiij. diſt. quod poſtea fuit reuocatum, & emanarunt iura noua circa electionē Pōtificis, vt ſuperius dixim⁹. Sed de iure antiquo ad conciliū generale ptinebat. lxxix. diſt. quaſi per totū: vel ad clerum Romanū, vt in c. in nomine domini. xxiij. diſt. & vide Panor. in c. licet euitāda, de elec.

Et eſt aduertendum, quòd eccleſia † vna eſt. Magiſter 27
veritatis teſtatur per ſpiritum ſanctum dicens; vna eſt columba mea, vna eſt perfecta mea. Et ex multis colligitur

vnitas

vnitas ecclesiæ: primo ex vnitate principis, quo gubernatur, qui vnus est, Christus scilicet Dominus Deus noster, vt ait Apostolus ad Ephes. c. j. Dicitur etiam ecclesia vna ex vnitate fidei, in qua fundatur. tex. est in c. legimus. xciij. distin. Dicitur vna ex virtute baptismi, qua sanctificatur, vt Ioan. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Apostol. ad Ephes. c. iiij. dixit: vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Dicitur vna ecclesia ab vnitate spei, de qua Apost. c. iiij. Vocati estis in vnam spem vocationis vestræ. Est etiam vna vnitate charitatis, qua annectitur, & viuificatur, de qua inquit Apostol. ad Philippen. c. ii. Eandem charitatem habentes, vnanimes, id ipsum sentientes. Dicitur item vna ecclesia, vnitate spiritus sancti viuificantis. Vna etiam vnitate vltimi finis, quæ est ipsa beatitudo, ad quam ordinatur. Hæc ecclesia est Christi tunica inconsutilis, quę nõ debet scindi, xxiiij. quæst. j. cap. quoniam. In hac tunica Christi corpus repræsentatur, non scindibile. xxiiij. quæst. j. c. aduocauit: Et ecclesia est vna vnitate vnius præsidentis, de quo dicitur Oseæ j. Congregabuntur filij Iudæ, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum. Et Dominus dixit: Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Hic autem vnus præsidens, pastor, rector, & gubernator in tota vniuersali ecclesia vicem Christi gerens summus Pontifex est: & super vnum Christus ædificat ecclesiam. Nam quamuis omnibus Apostolis post resurrectionem suam parem potestatem manifestarit, vnitatis tamen originem ab vno incipiẽtem sua authoritate disposuit, vt vna ecclesia vna monstretur: habetur hoc in cap. quodcunque. xxiiij. quæst. j. Vnitas ecclesiæ per arcam Noe etiam designatur, quæ in vno cubito consummata fuit, vt habetur Gen. vij. Et hæc ecclesia est, quæ mater dicitur, cùm per baptisma ab ipsa regeneramur. c. quod abstulerit. xij. quęst. ij. & extra istam ecclesiam nec est salus, nec remissio peccatorum. Et Christus pro vnitate ecclesiæ conseruanda rogauit dicens, Ioan. xvij. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro his, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint. Referuntur etiam formaliter hæc verba in c. fraternitatis. xxxv. quæst. vlt. & Dominus per os prophetæ

pulcher-

pulcherrimè loquitur, sic dicens: Dies planctus, & ieiuniorum, quos habuistis hactenus in luctum, sciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciam Hierusalem. i. ecclesiæ) in latitiam, & gaudium esse vertendos; ita duntaxat, si vnitatem diligatis, & pacem: ita formaliter referuntur in c. ieiunium. lxxvj. distinct. Nonne etiam per os prophetæ inquit: Quàm bonum, & quàm iucundum est habitare fratres in vnum? Illi vero non habitant in vnum, qui fratrem de solatio subtrahunt, vt in c. nulli dubium. iij. q. j. & c. dilectissimus. xij. quæst j. Attendite quæso, quòd Concilium † appellatur ex communi intentione, eo quòd in 28
vnum dirigunt omnem mentis intuitum. c. canones. xv distinct. Item in alio est attendendum, quòd non nisi congregatis in vnum dictum est per Christum: Accipite spiritum sanctum; nec nisi super congregatos in vnum die Pentecostes spiritus sanctus descendit. Item vbicunque duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum ego sum. Matth. xviij. & in c. cum scriptura. j. quæst. j. c. nimiũ cunctis: ostendens non multitudini, sed vnanimitati deprecantium plurimum tribui. vt ad literam legitur xxiiii. quæst. j. cap. alienus. & c. audiuimus. j. q. j. c. cum scriptura. Et ecclesia † dicitur Apostolica, quia in A- 29
postolis, qui fuerunt primi, qui adhæserunt Christo, initiata est; & suum esse secundum tempus gratiæ reuelatæ susceptit originem: vnde dicitur in c. cum igitur. xxxv. q. j. §. est autem; quod de plebe Iudaica primum Apostolos elegit, quos quasi fundamentum ecclesiæ instituit. Apost. ad Thessal. epist. ij. c. ij. de se, & alijs Apostolis loquitur, ita dicens: Elegit nos Deus primitias in salutem, & cæt. Dicitur etiam ecclesia Apostolica, quia post ascensionem Domini Apostoli in fide, & sancta doctrina, verbo prædicationis, & miraculis roborarunt ecclesiam; vt ait Apost. Superædificati. s. estis super fundamentum Apostolorum, & propherarum. i. super nouum, & vetus testamentum. Et dicitur ecclesia sancta Apostolica, quia Apostolorum fidem, prædicationem, documenta, atque authoritatem retinet, & obseruat: retinet quidem potestatem in clauibus, scientiam in verbo, & vitam in exemplo. Patres au-

tem ecclesiæ dicti sunt Apostoli, vt habetur in Psalmo: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: & ibi dicunt Augustin. &
30 Hieron. quòd genuerunt † ecclesiam Apostoli. Et dicuntur Apostoli principes, & duces totius orbis, vt in psalmo: Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Neptalin. Sed maximè necessarium est ecclesiæ obseruare antiquos terminos, quos posuerunt sancti Apostoli. Vnde in ecclesia sumus, si habemus fidem Apostolorum, fidem Christi, dogmata veritatis. Et dicitur Ecclesia Apostolica, quia omnes Christianæ religionis ritus, & sacrarũ institutionum ecclesiasticarum obseruantia à traditione Apostolica creditur in ecclesia deriuata, vt colligitur in c. rogamus. xxiiij. q. j. & c. ecclesiasticarum. xj. dist. Vocata est etiam Apostolica, quia Petrus, & Paulus principes Apostolorum Romanam ecclesiam, quæ caput est, & prælata omnibus ecclesijs, pariter Christo Domino consecrauerunt, vt in d. c. sacrosancta Romana ecclesia. xxij. dist. facit in ista materia tex. notab. in c. solitæ, de maio. & obed.

Nunc aduertendum rogo, quia volo multa recolligere ex supradictis: & notate, quòd per illa verba: Tibi dabo claues regni cælorum, non fecit Petrum principem Apostolorum, nec dedit ei potestatem clauium; sed tantummodo se daturum promisit; quia illa verba sonant in futu-
31 rum tempus. Post † passionem igitur, & resurrectionem Christus promissa impleuit dando Petro claues regni cœlorum, & constituendo ipsum caput ecclesiæ, & principẽ Apostolorum, quùm insufflauit in Apostolos spiritũ sanctum, dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto vos: hoc cũ dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spiritũ sanctũ; Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt, Ioan. xx. Petro autem dixit: Pasce oues meas, vt habetur Ioannis vltimo: transumptiuè in c. significasti, de electio. Et verba originalia sunt hæc: Dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? dicit ei, etiam Domine, tu scis, quia amo te: dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis diligis me? Ait illi; etiam Domine, tu scis, quia amo te: dicit ei iterum, pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Ioannis

amas

amas me? contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me; & dixit ei, Domine tu omnia nosti, tu scis, quia amo te: dicit ei Iesus, pasce oues meas. Exercitium autem clauium in ascensione concessit, dum dixit: Ite in vniuersum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Idem dicitur Matth. vlt. Duplex autem ratio potest assignari, quare post passionem claues Christus Petro cõcessit: vna est, quia quandiu Christus inter homines corporaliter vixit, ipse per se ipsum fidem rexit: vnde tunc nec decenter, nec necesse, nec vtile fuisset, alium loco sui constituere; sed quãdo post resurrectionem appropinquabat tempus, quo se debebat ascendendo in cœlũ à nobis absentare, tunc alium loco sui posuit. s. Petrum, ne grex dominicus pastoris solatio destitueretur. Aliam rationem assignat tex. in cap. considerandũ, & in c. fidelior. l. dist. vt is, qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa, quàm tẽpore passionis commiserat Christum negando, disceret, qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit Dominus sibi, & postea præposuit cæteris; vt ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer alienas infirmitates tolerare deberet. Data † autem est potestas clauium Petro, tanquam 38
capiti, & alijs tanquam membris; quia ipse est vocatus in plenitudinem potestatis, alij autem inferiores in partem solicitudinis, vt in c. ad honorem, de vsu pallij. & in c. decreto. ij. quæst. vj. cùm enim messis esset multa, operarij autem pauci, fuit necesse, quòd non solum Petrus, sed etiã alij haberent potestatem. vnde per ipsos Apostolos postea fuerunt electi lxxij. vt probatur in cap. in nouo testamento. xxj. distinct. & c. loquitur. xxiiij. quæst. j. Et hoc modo debet intelligi verbum Domini, quod habetur Ioan. xx. Accipite spiritum sanctum. Et ita debet intelligi tex. in c. noua, de pœnitent. & remissio. vbi dicitur, quòd Apostolis datæ sunt claues, quia verum est tanquam membris, sed Petro tanquam capiti: vt probatur in d. c. in nouo. & in c. ita dominus. xix. distinct. & c. loquitur. xxiiij. quæst. j. & c. omnibus. quæ iura sunt valdè bona ad hoc. Et potestas clauium est in ecclesia: vnde Theologi tenent, quòd † ex- 38
ceptis casibus reseruatis Papæ, & Episcopis, tantã potesta-

tem habet quilibet ſacerdos in abſoluendo, quantam Papa. ita Anto. in c. noua, de pœniten. & remiſsio. Et beatus Hieronymus in libro contra Iouinianum ſic inquit: Super Petrum fundata eccleſia, & inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. Ad denotandum igitur eccleſię vnitatem vnus creatus eſt paſtor, qui alijs præeſſet vt caput, penes quem eſſet omnis poteſtatis plenitudo: quoniam monſtroſum eſſet, vt in vno corpore eſſent plura capita. c. quoniam in plæriſque, de officio ordina. facit tex. in c. in apibus. vij. q. j. & in xij. Metaphy. inquit Ariſtot. Entia nolunt malè diſponi, pluralitas principatuum eſt mala, vnus ergo princeps. Sicut ergo vnicus eſt Dominus cœleſtis totius mundi, iuxta illud prophetæ: Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo: tranſſumptiuè in cap. tua nobis, de decimis: ita decens fuit, vt vnum in terris relinqueret vicarium, qui fuit Petrus, & poſt eum ſui ſucceſſores. Pro iſta vnitate capitis eſt illud verbum Domini Ioan. xvij. Volo pater, vt vnum ſint in nobis, ſicut & nos vnum ſumus: facit tex. in c. damnamus, de ſumma Trin. & fide cath. & Ioan. x. erit vnum ouile, & vnus paſtor: facit tex. in c. cum beatiſsimus. xxiiij. q. j. Pro iſta vnitate capitis bene facit etiam tex. in c. factus eſt Cornelius. & in c. non autem. vij q. j. vbi glo. ſingulariter dicit: quòd dicere, duos eſſe ſummos pontifices in eccleſia, eſſet errare, vt ſuperius dixi, contra illum articulum fidei, vnam ſanctam catholicam eccleſiam, &c. de quo eſt bona gl. in Clemen. ad noſtrum, de hæret. Vbi dicitur: Peccatum paganitatis incurrit, qui ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit. Item ſupra illud Lucæ xxij. Tu aliquando confirma fratres tuos; dicunt, quòd tunc Petrus à Chriſto obtinuit, vt eſſet Antiſtes mundi: & ſi Chriſtus alijs Apoſtolis imperauit, vt laxarent retia, ſoli tamen Petro dictum fuit, duc cimbam in altum, Ioan. vlt. quod ad ipſum ſolum pertinet cimbam
34 eccleſiæ regere, & gubernare: propter quod † etiam vſq; in hodiernum diem eccleſia catholica dicitur nauicula Petri. facit tex. in c. non turbatur nauis. xxiij. q. j. & dixit Chriſtus Petro: qui primo aſcenderit, tolle. vbi dicit glo.

quòd

quòd per hamum intelligitur iurisdictio. & Ioan. vlt. dicit
Gregor. in Homelijs, quòd † specialiter a Domino com- 35
missa est ecclesia Petro, vt eam ducat ad portũ salutis. Nõ
obstat, quòd omnes Apostoli pari consortio honorem, &
potestatem habuerunt cum Petro: quia debet intelligi nõ
de paritate quo ad officium in ecclesia sanctæ dignitatis,
sed quo ad paritatem vitæ, & sanctitatis, vt superius dixi.
facit ad hoc tex. in c. Paulus. ij. q. vij. vbi legitur: Paulus
Petrum reprehendit; Quod non auderet, nisi se non im-
parem sciret. Hoc non de officio ecclesiasticæ dignitatis,
sed de puritate vitæ intelligitur, & sanctitatis conuersa-
tione. Sequitur text. Solus enim Petrus inter Apostolos
primatum gerebat. Nec sit aliquis adeo temerarius, qui
dicat hanc superioritatem, & potestatem concessam Pe-
tro, non autem suis successoribus, vt iam dixi: quia sicut
Adæ Deus concessit quædam priuilegia personalia; vt o-
mnes scientias; quædam realia in statu innocentiæ, scili-
cet originalem iustitiam: sic Petrus à Christo habuit quę-
dam dona personalia, puta faciendi miracula, vt ad eius
vmbram infirmi sanarentur: quædam realia. s. pro se, &
suis successoribus, vt fuit potestas clauium, alias portę in-
feri aduersus ecclesiam præualuissent; quod esset contra
promissionem Domini, Matth. xvj. Hanc igitur plenitudi
nem potestatis, per quã resistit mũdo, & diabolo Christus
cõtulit Petro, & suis successoribus, qui sunt Romani pon-
tifices. tex. est pulcherrimus in c. pro humani, de homici.
in vj. data est enim hæc potestas Petro, & successoribus, vt
ecclesia duret vsq; ad finem seculi, iuxta illud Matth. vlti.
Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem secu-
li. Item, quòd hanc superioritatem, & potestatem Papa à
Deo habuerit, gl. notabilis est in Clemen. c. ne Romani, de
electio. facit tex. in c. inter corporalia, de translat. prælato.
& ibi dicit Hostien. in c. quanto, quòd † Dei, & Papę idem 36
est consistorium. facit tex. in c. ij. de consue. lib. vj. & c. Ro-
mana, de appellatio. lib. vj. Licet autem firmiter credam,
hanc supremam potestatẽ datam esse à Deo summis Pon-
tificibus, puto tamen potestatem clauium datam etiam
ecclesiæ militanti; cum Papa sit tanquam Petri successor,

& vicarius Iesu Christi. Quod patet, primo per id, quod supra tetigi; quòd non solum Petro, sed etiam omnibus A-
37 postolis Christus dedit potestatem; sed Petro † tanquam capiti, & principi: Apostolis autem tanquam membris. Cùm ergo ex capite, & membris vnum corpus componatur, non negabo potestatem clauium esse in hoc corpore, & sic in ecclesia. Secundo hoc patet per id, quod habetur Matth. xviij. transumptiuè. ij. q. j. si peccarit. de iudic. c. nouit. vbi Dominus dicit, Si peccauerit in te frater tuus, &c. demum dicit; dic ecclesiæ; quòd si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Et immediatè subiunxit: Amen amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis, &c. Nec solũ Apostoli habuerũt potestatẽ respectu ordinis, sed etiam respectu iurisdictionis, vt patet de pœnit. & remissio. c. noua quædam. & quod ibi notat Ioan. And. vbi dicit, quòd Apostoli habuerunt claues: & quia nunc hic loquitur in plurali, sequitur quòd & iurisdictionis, & ordinis claues habuerunt: sic debet intelligi. c. firmiter. §. vna. de sum. Trin. pro hoc facit, quod legitur Actuũ xv. vbi habetur, quòd commota seditione aduersus Paulũ, & Barnabam, statuerunt, qui accusabantur, & qui accusabant, ascendere Hierosolymam ad presbyteros, & Apostolos. Cumque illuc perrexissent, surrexerunt quidam de hæresi Pharisæorum dicentes; oportet circuncidi eos, & præcipere eis, vt seruent legẽ Moysis. Et cùm magna super hoc oriretur quęstio, Petrus solita libertate inquit: Viri fratres, vos scitis, quoniã in antiquis diebus in nobis elegit Deus per os meum audire gentes, audite verbum Euangelij, & credite, &c. Et sic oportet, quòd non solus Petrus, sed etiã omnes Apostoli, qui cum eo erant, haberent potestatẽ clauium. Aduertendum est tamen, quòd ille text. solet per quosdam allegari, quòd concilium sit supra Papam; sed re vera non probat, si rectè intelligatur. pro hoc facit xxiij. quæst. j. c. quodcunque; vbi dicunt, quòd cùm Petrus recepit claues, sanctam ecclesiã significauit. ad idem. c. ab omnibus. xxiiij. quæst. iij. & c. notandum. Item vt habetur Act. xx. Paulus vocauit maiores natu Ephesiorũ, & eis dixit: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiri-

ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam ſuo ſanguine acquiſiuit. Item in Euangelio Matth. dixit Chriſtus diſcipulis ſuis: Amē dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſupra ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Ex quo apparet, quòd ipſe Dominus in fine ſeculi iudicabit cum Apoſtolis, quaſi cū his, quibus iudicandi dederat poteſtatē. Hinc patet, quòd in hac eccleſia militanti etiam Epiſcopi habent iuriſdictionem, licet Papa loco Dei ſit principalis. Propter hoc ſorte ius canonicū vocat Epiſcopos † ſanctiſsimos Chriſti legatos, ſpirituales fratres, & columnas eccleſiæ, vt habetur in Clem. ſi quis ſuadente. §. nec ſuper. de pœn. Ex his itaq; omnibus, vt ſupra deductis, clarè cōcludo, quòd Romanus Pontifex, & Romana eccleſia † habent prerogatiuam, & excellentiam ſupra omnes alias eccleſias. ix. q. iij. ſaluo. & c. cuncta per mundum. & cap. per principalem. xj. diſt. c. quis neſciat; & diſponente domino, aliarum omniū mater eſt, & magiſtra, dicit tex. de ſum. Trin. cap. ij. in fin. xxiiij. q. j. hæc eſt fides. & c. quoniam. xxv. q. j. §. hic ita. c. ideo permittente, de hær. ad abolendam, in prin. de preſbyt. non bapt. c. ij. Item eſt mater omnium. xiij. q. ij. ſuper prudentia. xij. q. ij. aurum habet eccleſia. & vxor Chriſti. xxj. q. ij. ſicut & c. ſacroſancta. xxij. diſt. & de hoc latè dixi in iſto tractatu. Sed cùm multæ ſint eccleſiæ in vrbe Romana, iſta † eccleſia, quæ tot gaudet priuilegijs, & immunitatibus, eſt eccleſia ſancti Ioannis Lateranēſis, quę alias appellatur ſancti Saluatoris, vt per Archid. in c. fin. de reſcript. lib. vj. Iſta eſt illa eccleſia, quam Imperator cœleſtis inſtituit, vt in c. fundamenta, de elect. in vj. & iubente Domino ab Antiochia Romam translata eſt, vt in cap. rogamus. xxiiij. q. j. quam ſolus Deus fundauit. vt in c. j. xxij. diſt. & Petrum Roma exeuntem & perſecutionem fugientem iuſſit tacitè redire, dum Petro interroganti, Domine quo vadis? reſpondit; vado Romam iterum crucifigi, vt habetur in c. per venerabilem. §. ſanè, qui filij ſint legit. vbi dicitur: Volens Petrum Dominus ad locū, quem elegerat, reuocarè, reſpōdit, iterum venio Romam crucifigi, vt dixi; non quia ipſe Dominus vellet iterū crucifigi, ſed

38 39 40

vt Petrus rediret in vrbem, & ibi pro Christo crucifigeretur. Et sic hoc modo Christus in Petro dicitur crucifigi, c. nulli. iij. q. j. & in d. §. sanè. vbi dicit Hostien. quòd vrbs
41 † Romana effusione sanguinis Petri, qui fuit Vicarius primus, facta est altera Hierusalem; adeo quòd per talem effusionē voluntas Dei fuit, vt ille locus firmaretur, & consecraretur pro ecclesia sancta, quæ esset caput, & domina omnium ecclesiarum: & probatur clarè in d. c. fundamenta, de electio. in vj. adde Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. vbi dicit, quòd ecclesia Romana dicitur tribus. i. omnium mater, & regina. Atque idcirco Romæ potius quàm alibi voluit Dominus ecclesiæ suæ caput stabilire; vt vbi erat caput superstitionis, ibi caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morerentur, vt in c. beati. ij. q. vij. adduco, tex. in c. fin. lxxxix. distinct. vbi dicitur, quòd ecclesia militans diuinitus est exemplata ab ecclesia
42 triumphante. Sed non potest † Romanus pontifex ecclesiā Romanam aliò transferre, vt per Archidia. in c. rogamus. xxiiij. q. j. & in d. c. fundamenta, de elect. lib. vj. De facto tamen translata fuit per Clementem V. vltra montes; & ibi durauit longo tempore. Itaque ex supradictis negari non potest, quòd Papa sit caput ecclesiæ, tanquam vicarius Christi, in quem collata est plenitudo potestatis; vt est expressum in d. c. rogamus. xxiiij. q. j. c. ad Romanam. ij. q. vj. Imo dicere contrarium est hæreticum, vt dixi. & per tex. qui singulariter ad hoc allegatur in c. j. iuncta gl. xxij. distinct. Et notabimus, quòd solus Petrus inter Apostolos à Christo immediatè ordinatus, & factus fuerit Episcopus. & de hoc vide in c. porro. lxvj. dist. & sancto Petro Pontificatus in ecclesia datus est, vt in c. in nouo testamento. xxj. dist. & Christus Petro inquit: Simon Ioannis diligis me? pasce oues meas. Ioannis vlt. Post quæ verba cùm nulla alia legantur, per quæ alij Apostoli à Christo
43 immediatè facti intelligantur Episcopi, necessario † videtur dicendum, quòd solus Petrus inter Apostolos à Christo immediatè sit Episcopus ordinatus. Alij verò Apostoli à Petro mediatè, vel immediatè, solo, vel cum alio, vel

cum

cum alijs sint Episcopi facti, vel ordinati. Quod authoritatibus,& rationibus patet: primo per tex. in d. c. porro. lxvj. dist. vbi dicitur: porro & Hierosolymitanus primus Archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo,& Ioanne ordinatus est, successoribus suis formâ dantibus, videlicet vt minus quàm à tribus Episcopis Episcopus non ordinetur. Ex quo apparet, quod iste Apostolus non à Christo immediatè, sed à Petro cum alijs Apostolis fuerit ordinatus:& per consequens verũ est, quod non omnes Apostoli à Christo immediatè sunt ordinati Episcopi.& d.c.in nouo testamento, dicitur, quòd in nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo.i.pontificalis,& soli Petro commissa est cura pastoralis. Item Paulus & Barnabas fuerunt ordinati à beato Petro, vt patet Act.xiij. Dixit eis spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus,ad quod assumpsi illos. Tunc ieiunantes,& orantes,imponentesque eis manus,dimiserunt eos: vbi glo.imponentesq, eis manus, dicit, in modum ordinandorum. Quòd verò tunc fuerint ordinati, vide tex.in c.quod die.lxxv.dist. Aduerte,quòd legitur Matth xviij. Quæcunque ligaueritis: sed per illud non sunt ipsi facti Episcopi; quia Petrus per similia verba,& etiam maiora, Matth.xvj. quodcunq; ligaueris, non fuit factus Episcopus. Nec etiam per illud Lucæ xxij.hoc facite in meam commemorationem, facti sunt Episcopi, sed simpliices sacerdotes. Dicitur etiam Ioannis xx. Quorum remiseritis, &c. Sed nec per sunt ordinati sunt Episcopi; quia cùm ordinatio Episcopi sit distincta ab ordinatione simplicis sacerdotis, & in ordinatione simplicis sacerdotis dicitur ab Episcopo quemlibet ordinando: Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis,&c. non est verisimile,quod per illa verba proprie,& præcise facta fuerit ordinatio Episcoporum primorum, qui fuerunt summi sacerdotes: quia etiam in lege erat alia ordinatio simplicium sacerdotum, alia summi: & verba sacramentalia prolata à ministro sunt eiusdem virtutis in effectu sacramentali eucharistiæ, in qua verba illa, hoc

est corpus meum, proferuntur; atque illud efficiũt, quod effecerunt Christo ea dicente. Si ergo Christus dicendo illa verba: Accipite spiritum sanctum, fecisset Apostolos Episcopos, qui iam erant facti sacerdotes in cœna, quo ad characterem sacerdotalem, per illa verba; hoc facite, &c. eis data in traditione panis, & calicis; pari ratione Episcopus dicens illa verba. s. accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c. quia ille iam factus est sacerdos per verba sibi dicta in traditione calicis cum pane, & vino: faceret eum Episcopum; quod est absurdum secundum Cardinalem sancti Sixti in summa sua, lib. ij. c. xxxij. Item Thomas, qui præsens non erat illis verbis, non fuisset factus Episcopus. Item, quòd per neutra verba. s. hoc facite, &c. & quorum remiseritis, &c. sint facti Episcopi, patet in creatione humani generis, in qua vt esset maior vnitas, Deus ex vno homine fecit omne hominũ genus, vt dicit Paulus Act. xvij. Ergo similiter videtur ad considerandam ecclesiæ vnitatem, quòd Deus non fecerit simul plures Episcopos, à quibus alij deriuarentur, sed vnum primum, à quo cæteri fierent. Et Moyses legislator non fecit simul plures Episcopos, sed vnum tantum. s. Aaron, à quo omnes alij immediatè processerunt. Videte ergo, quòd iste fuit processus in ordinatione Episcopali secundum vnam opinionem. s. quòd Petrus fuerit solus Episcopus à Christo factus ante ascensionem: post spiritus sancti autem missionem, siue ipsa prima die dominica, siue alia, solus Petrus fecit Ioannem Episcopum, deinde Petrus cõsecrato Ioanne fecit Iacobum Zebedæi, quibus tribus factis, tunc ordinauit Petrus, quòd deinceps † non ordinaretur Episcopus nisi à tribus Episcopis, vt in d. c. porro. Et ad ostendendum formam huiusmodi, ipse cum duobus prædictis ordinauit Iacobum, vt in d. c. porro; licet propter paucitatem Episcoporum, quando Apostoli fuerunt, non potuit hæc forma semper seruari. Ideo Paulus solus Timotheum, & Titum ordinauit Episcopos, qui separatus à Barnaba non habebat in societate sua Episcopos, nisi quos postea fecit: ratio autem, quare filij Zebedæi fuerũt prius à Petro in Episcopos ordinati, est, quia illi post Petrũ fuerãt maiores, & hono-

honorabiliores, & hos cùm Petro Christus præ cæteris præferebat; vt patuit in transfiguratione, in suscitatione filiæ Archisynagogæ, in oratione in horto, Matth. ix.xvj. xvij. & Chrysost. super illud: Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem, dicit, hos assumpsit, quia alijs potiores erant. Ex prædictis apparet, falsam glossam esse d. c. porro. lxvj. dist. quæ dicit, quòd à principio, & in primitiua ecclesia omnes Apostoli erant simplices sacerdotes, & tamen poterant cõsecrare Episcopos; nam † Moyses simplex sacerdos fuit, & tamen consecrauit Aaron in Pontifi- 45
cem; neque tunc erat differentia inter Episcopum, & simplicem sacerdotem. c. olim. xcv. distin. quia considerandũ est, quòd Moyses, licet non esset sacerdos visibiliter cum Aaron, quem fecit Pontificem, vt habetur Leui. vij. & xxj. dist. c. j. erat tamen dignior alijs, & virtute maior in omnibus; quia in illis ordinibus non erat character, nec illi sacerdotes habebant claues, sed tantummodo offerebãt pro populo, & erant mediatores; quod multo melius faciebat Moyses. Sicut ergo Moyses consecrauit Aaron in Pontificem, & filios in simplices sacerdotes, à quo quidem Aaron deriuatus est Pontificatus, Nume. xx. Sic & Christus per se † immediatè fecit Petrum Episcopum, à quo postea 46
Pontificatus deriuatus est; & fecit alios Apostolos simplices. d. c. in nouo testamento; vbi dicitur: Post Christum Dominum à Petro † sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi pri- 47
mo Pontificatus in ecclesia Dei datus est. sed tu vide infra ad finem capituli. Vnitas item ecclesiæ requirit vnum habere caput, à quo dona fluant. facit tex. in c. ita dominus. xix. distinct. & Abel † fuit primus sacerdos; quoniam in 48
Abel, in quo dicitur ecclesia incœpisse, videtur sacerdotium habuisse exordiũ in populo Dei, cùm ipse in scriptura sancta sacrificium Domino acceptum obtulisse legatur primus, Genes. ij. Vnde Augusti. ad Orosium scribens dicit, tria maxime iustitiæ præconia in Abel fuisse comprobantur, virginitas scilicet, sacerdotium, & martyrium; in quibus Christi figuram primus gesit. Sed in lege scripturæ Aaron fuit initium, qui iubente Domino victimas obtulit sacerdotales. c. cleros. xxj. dist. Vnde verò

nomen

nomen ecclesiasticorum graduum sumatur, videbis in d. c. cleros.

Dixi suprà in isto tractatu de potestate ecclesiastica, & de plenissima potestate sacri summi Romani Pontificis, & allegaui illam diuinam authoritatem: Tu † es Petrus, & 39 super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, &c. Ista verba aurea, & plusquam gemmea refert beatus Gregor. in c. præceptis. xij. distinct. Itaque Christus Dominus super Petrum vniuersalem fundauit ecclesiam: & quatuor modis verificatur prædicta conclusio, vno modo ratione professionis fidei, qua præ cæteris Petrus Christum confessus est dicens: Ego dico, quòd tu es Christus filius Dei viui: vt sit sensus, super petram. i. confessionem Petri, qua dixit Christo: Tu es filius Dei viui, &c. fundauit ecclesiá vniuersalem. Et hoc modo beatus August. de verbis Domini exponit illud Matth. xvj. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam, dicens: Tu es Petrus, à petra dictus, quam confessus es, quam cognouisti, dicens: Tu es Christus filius Dei viui: & super hanc petram. i. super me ipsum filium Dei, ædificabo ecclesiam meam. Secundo modo potest explanari dicta conclusio. *I.* quòd in Petro fuerit fundata ecclesia ratione primitatis confessionis fidei, quia scilicet ipse fuit primus, qui in nationibus fidei fundamenta posuit: & hanc rationem assignat B. Ambrosius: & habetur in c. fidelior. I. distinct. vbi sic ait: Petra enim dicitur scilicet Petrus, eo quòd primus in nationibus fidei fundamenta posuit. Tertio verificatur ista conclusio, videlicet, quòd in Petro est vniuersalis ecclesia fundata, ratione scilicet magisterij, doctrinæ, veritatis, indeclinabilitatis, authoritatis, de qua Christus ait Petro, Luc. xxij. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et aduerte, quia post cœnam ante passionem Christus tradidit ecclesiam Petro, ne quandiu Christus esset in sepulchro desolata maneret, orbata capite, & pastore. Concessit enim hanc prærogatiuam Christus Petro, & in Petro Apostolicæ sedi, vt ipsa tanquam saxum immobile, totius corporis Christiani compagem, molemque contineat, vt inquit Ambrosius. vnde Gregorius in registro ait: Quis

nesciat

nescíat sanctam ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit ex nomine, vt Petrus à petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo claues regni cælorum. cui rursum dicitur: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, vt dixi. Quarto modo potest verificari prædicta conclusio, videlicet, quòd super Petrum Christus vniuersalem ecclesiam fundauit, ratione scilicet originis sacerdotalis pontificatus, qui ab ipso Petro in nouo testamento videtur habuisse originem, vt in d.c. in nouo testamento. xxj. distinct. dicenti: In nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo; ipsi enim primo datus est pontificatus in ecclesia Dei. Hic ergo ligandi atque soluendi potestatem primus accepit, primusq; ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Itaque super Petrum vniuersalem ecclesiam Christus dicitur ædificasse, quòd ad illos, qui crediturí erant in Christum: ecclesia enim hoc modo dicitur continuè ædificari, vt dictum est.

Sed est aduertendum, quòd † solus Christus dicitur 50
fundamentum ecclesiæ, sicut primarium, & maximũ fundamentum, & à quo salus dependet totius ædificij: Petrus verò, sicut secundarium. Vel dicendum iuxta sanctum Thom. in expositione epistolæ ad Corinth. quòd duplex est fundamentum; vnum quidem, quod per se habet soliditatem, sicut rupis aliqua, supra quam ædificium constituitur. Et huic fundamento Christus comparatur: ipse enim est petra, de qua dicitur Matth. vij. Fundata enim erat supra firmam petram. Et de hoc dicit Apostolus in authoritate præfata, quòd fundamentum nemo aliud potest ponere, &c. Aliud autem est fundamentum, quod habet soliditatem non ex se, sed ex alio solido subiecto; sicut lapides, qui primo superponuntur petræ solidæ. Et hoc modo Apostoli dicuntur esse fundamẽtum ecclesiæ, quia ipsi primo superædificati sunt iuxta Christum per fidem, & charitatem; & super eorum doctrinam alij ædificantur, Apost. ad Ephes. Superædificati estis super fundamentum Apostolorum: inter quos beatus Petrus quanto singularius præ cæteris Christum confessus est, & regni cœlestis

claui-

clauibus donatus est; tanto excellentius præ cæteris Petri & fundamenti nomen, & honorem sortitus est. Itaq; cùm dicimus Petrum fundamentum ecclesiæ, non ea ratione ponimus, quasi dator sit gratiæ, (hoc enim modo dignitas fundamenti soli Christo conuenit) sed his rationibus, quę supra assignatæ sunt à sanctis doctoribus. De hoc vide Cardina. sancti Sixti in c. præceptis Apostolicis. xij. dist. v- bi notanter loquitur more suo. Et beati Petrus, & Paulus æquales fuerunt meritis, licet gradu differentes, vt in cap. beati Petrus, & Paulus. ij. q. vij. & præcellunt, & eminent inter vniuersos Apostolos.

Sed hic ad propositum nostrum aliqua de sacerdotio di
51 camus. Sacerdotium, † quod fuit in lege naturæ, fuit ex humana institutione; ratio enim naturalis dictat, Deum esse colendum, & ei esse offerendum; vnde tunc primogeniti sacerdotes instituebantur, vel alij propria voluntate offerentes officium sacerdotis exercebant. Sed sacerdotium in lege naturæ erat imperfectum, quia gratia perficit
52 naturam. In lege naturæ † initium sacerdotij Abel fuit, in
53 lege verò scripturæ Aaron, quanquam † Melchisedech prior obtulit sacrificium, sed spontanea voluntate. Melchisedech non erat nomen proprium viri, sed dignitatis; quilibet enim Rex Hierusalem vocabatur Melchisedech, nos dicimus Melchisedech, Hebręi Malchisedech. vide in c. xiiij, Gen. & vide Caietanum in psalmo incipiente, Dixit Dominus Domino meo. Itaque Aaron obtulit victimas Domino eo iubente. Tertium sacerdotium est à Deo institutum, in lege Euangelica datum, & ordinatum ministerio Christi, qui fuit Deus, & homo. Et hoc est sacerdotium gratiæ, & sacerdotium perfectum; quod potest dici sacerdotium magnum in comparationem imperfecti, (vt dixi) quia gratia perficit naturam, & sacerdotium perfectum in comparationem sacerdotij legis Mosaicæ; quia illud erat sacerdotium figuratiuum: figura autem cessat
54 adueniente veritate. Itaque † sacerdotium in lege Euangelica est sacetdotium verum, & perfectum; & sacerdos legis Euangelicæ est verus, & perfectus; ad ipsum enim pertinet sacrificium offerre pro peccatis populi, & orare

pro

pro populo,& ipsius vota, & preces Deo offerre, & quinque sacramenta ministrare,per quæ confertur gratia; quæ omnia sanctificationem importat. Vnde sacerdos medius dicitur inter Deum,& populum. Sed hac autem sacerdotali dignitate comprehenditur omnis ecclesiasticus ordo: & dicemus, quod † triplex est sacerdotium nouæ legis, §§ magnum, maius, simplicis presbytori. Magnum dicitur, vt dixi,respectu sacerdotij legis naturæ, & respectu sacerdotij legis scripturæ. Sacerdotium maius est sacerdotium Episcoporum, tum quia in ipsis est ordo sacerdotalis, secundum quandam perfectionem: quia perfectum vnumquodque dicitur,cùm potest aliud sibi simile producere, quoniam ad eos pertinet dispensare sacramentum ordinis; tum etiam quia eis competunt aliquæ actiones, quæ non possunt competere alijs sacerdotibus: sicut consecrare virgines,manus imponere,confirmare,&c. vnde si alij sacerdotes administrãt quinq; sacramẽta, ipsi administrãt septem. Istæ autem inæqualitates omni tempore videntur fuisse: nam apud gentiles secundum Isidorum in libro Ethymolog. minores sacerdotes dicebantur flamines, & maiores archiflamines. In veteri testamento Aaron erat maior sacerdos(vt diximus)sub quo erant filij eius minores sacerdotes ministrantes sub eo. In nouo testamento Christus instituit maiores sacerdotes duodecim Apostolos,quibus succedunt Episcopi; & septuaginta duos discipulos,quibus succedunt sacerdotes. Et sacerdotium maximum est sacerdotium summi Pontificis,qui est vicarius Christi,& successor Petri,vt ex supradictis constat: & de sacro summo Pontifice multa diximus in isto primo cap. & in toto isto libro,& in cap.xvj. Sed tex.in c.in illis. lxxx. distinct. dicit ista verba: In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum,atque primi legis doctores erant, Episcoporum primates,vel Patriarchas beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorũ causas Episcoporum, & maiora negotia in fide agitarent. In illis autem, in quibus dudum apud prædictos ethnicos erant eorum Archiflamines, quos tum minores esse tenebant,quàm memoratos primates, Archiepiscopos institui

præ-

præcepit. In singulis vero reliquis ciuitatibus singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporũ tantum vocabula sortirentur; quoniam neque inter ipsos Apostolos par fuit institutio, sed vnus præfuit omnibus. Notate à tempore Petri esse limitatas prouincias: quod est notandum. facit etiam tex. in c. rogamus. xxiij. q. j & Apost. instituit Titum in Archiepiscopum Cretæ, vt in c. j. ad Titum. Et Timotheus erat primas in ecclesia Ephesina, & in tota illa prouincia, vt in c. ij. ad Timotheum. Sed notabis etiam, quod beatus August. in quodam sermone dicit: Petrum itaque fundamentum ecclesiæ Dominus nominauit: & ideo digne hoc fundamentum colit ecclesia, super quod ecclesiastici fundamẽti altitudo consurgit. Ipsi etiam sancti Apostoli quantumcunque essent à Christo immediatè vocati, & instituti, communi tamen approbatione recognouerũt Petrum ipsorum caput, principem, & magistrum, & per consequens totius ecclesiæ. Sibi enim soli dictum est in Ioanne: Tu vocaberis Cephas, qui licet Petrus interpretetur secundum vnam linguam: tamen secundum aliam caput exponitur. Vnde statim assumpto Christo in cælum Petrus, tanquam eius successor, ecclesiam regere cœpit, dum ad complendum duodenarium numerum Apostolorum loco Iudæ præuaricatoris ex verbis prophetæ alium instituit, & subrogari fecit. Ipse etiam in Ananiam, & Saphiram vxorem eius, tanquam princeps Apostolorum, mortis sententiam promulgauit, quia mentiti fuerãt spiritui sancto. Ipse solus in Simonem Magum sententiam damnationis pronunciauit, licet non ei soli, sed omnibus communiter pecuniã obtulisset. Quæ omnia & plura alia, quæ adduci possent, satis ostendunt, quòd omnes alij Apostoli, & discipuli, licet à Christo immediatè potestatem habuerint, Petrum tamen semper re-
56 cognouerunt in dominum, & magistrum. Itaque † typus
57 ecclesiæ in Petro. Et ex omnibus colligite quòd Papa † in ecclesia habet plenitudinem potestatis; & vide doctissimum Cardinalem sancti Sixti in tractatu illo suo de authoritate Papæ, cap. j. Sed non desunt, qui arguant Apostolos reliquos parem potestatem accepisse à Christo immediatè.

diate. Altera quidem opinio est dicentium, quòd solus Petrus immediatè potestatem accepit à Domino: probat ex tex. in d. c. in nouo testamento. xxj. distinct. vbi dicitur: Petro primo Pontificatus in ecclesia Dei datus est: in speciali autem intellige, quo ad potestatem ordinis, non sacerdotalem; hanc enim potestatem sacerdotalem constat habuisse omnes Apostolos immediatè à Christo in cœna dicente: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, quo ad actum celebrandi missas: & post resurrectionem, quo ad actum absoluendi in sacramento pœnitentiæ: Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Sed Episcopalem probant ex consecratione Iacobi & Pauli, ac Barnabæ. Iacobus enim ordinatus fuit Archiepiscopus Hierosolymitanus à Petro, Iacobo, & Ioanne. c. porro. lxvj. dist. sed dicit ibi glos. quòd dicti tres Apostoli visibili vnctione consecrauerunt Iacobum; quia is prius erat inuisibiliter vnctus à Domino. Et dicunt, quòd in cœna, vel per illa verba Ioan. xx. Sicut misit me pater, & ego mitto vos; accipite spiritum sanctum, &c. vt in d. c. in nouo testamento dicitur; cæteri Apostoli cum Petro parem honorem, & potestatem acceperunt, & in eorum loco surrexerunt Episcopi. Et concludunt, quòd Petrus, & Ioannes, & Iacobus intronizauerunt Iacobum ad administrationem certi loci; prius enim erat Episcopus sine titulo certo. Sed non possumus negare, quòd Apostoli, in quantum Apostoli, omnes fuerint æquales: vnde Cardinalis sancti Sixti in d. suo tractatu, c. iij. dicit: Apostoli † inter se possunt comparari dupli- 58
citer, primo in quantum Apostoli, & sic omnes fuerunt æquales: alio modo in quantum oues Christi ab eo hic corporali conuersatione separatæ, & sic Petrus solus est pastor, & reliqui Apostoli oues sub illius cura.

Sed ex supradictis in toto isto capitulo facile est videre, quòd Apostoli, in quantum Apostoli, habuerunt potestatem ordinis, & iurisdictionis immediatè ab ipso Domino nostro Iesu Christo, iuxta illud Ioan. xx. sicut misit me pater, & ego mitto vos: & Matth. x. & Marci iij. & Luc. vj. & ad Galat. j. Paulus probat se Apostolum, quia neque

ab hominibus, neque ab homine tam mittente, quàm docente est Apostolus. Quomodo autem verificari possunt hæc duo simul, quòd. s. omnes fuerint pares in authoritate gubernandi ecclesiam, atque à Iesu Christo immediatè eam habuerint; & quòd Petrus solus fuerit institutus pastor vniuersalis ecclesiæ, & maior authoritate super alios Apostolos. Sed modus varius dandi, & accipiendi potestatem clarificat veritatem: in Petro enim, & à Petro inchoatur omnis ecclesiæ potestas, & deriuatur in totam ecclesiam via ordinaria. Et sic ecclesia vna sub vnico tantũ capite, Petro scilicet. Et habent Apostoli omnes immediatè à Christo potestatem ordinis, & iurisdictionis, habentes ex gratia præueniente. Et, vt clarius eluceſcant dicta, scito † quinque esse differentias inter potestatem Petri, & aliorum Apostolorum. Prima est in modo dandi, & accipiendi; quia Petro data est ordinariè: Apostolis alijs autem ex speciali gratia, vt dictum est. Secunda est in officio, & sequitur ex prima, quia Petrus factus est vicarius generalis Christi: alij verò Apòstoli facti sunt legati, seu delegati, iuxta illud Pauli: legatione pro Christo fungimur. Ité ad Ephes. legatione fungor in cathena ista. Tertia est in obiecto potestatis, quia aliorum potestas iurisdictionis nõ erat supra se inuicem, sed super alios: Petri verò potestas erat & super alios, & super ipsos reliquos Apostolos, dicente sibi soli Christo: Pasce oues meas; in quarum numero sine dubio erant Apostoli: Vbi Chrysostomus dicit in persona Christi ad Petrum: Loco mei præpositus esto, & caput fratrum tuorum. Quarta in perpetuitate potestatis, quia potestas aliorum Apostolorum finienda erat; quoniam data est eis in personis proprijs, pro solis personis proprijs, & non pro eorum successoribus: Petri verò potestas vsque ad consummationem perseuerat: quia data est sibi in persona propria, non solum pro seipso, sed & pro omnibus successoribus suis: quòd sancti docto. exprimũt sub alijs verbis dicendo, quòd data est potestas Petro in persona ecclesiæ. Et ex hac differentia oritur, quòd nullus est successor Ioannis, aut Iacobi, nec etiam Pauli Apostoli in authoritate Apostolatus vniuersalis gubernationis ecclesiæ,

59

siæ, sicut Apostoli gubernant vbique: sed succeduut tantum in potestate ordinis, & regiminis vnius certæ ecclesiæ, vt hodie succedunt: sed solius Petri successor est, & dicitur Papa, vt patet in toto isto capitulo. Ideo benè dicit tex. in d.c. in nouo testamento. xxj. distinct. quòd Episcopi succeduntin loco Apostolorum Christi. Quinta est in ipsa essentia potestatis, quia authoritas communiter data Apostolis fuit velut potentia exequutiua: vnde à sancto Tho. vocatur authoritas gubernandi. Authoritas verò data soli Petro, quum factus est Papa, dicente Christo: Pasce oues meas, est potentia præceptiua: & propterea vocatur à sancto Tho. authoritas regiminis. Propter quod dixit sanctus Tho. Paulus fuit par Petro in executione, non in authoritate regiminis: ad Galatas cap. ij. & ad Corinth. xij. vide etiam sanctum Thom. Dedit enim Saluator omnibus Apostolis, vt exequi possent in eis, ad quos mittebantur, omnia, quæ poterat exequi Petrus; puta instituere ecclesias, & Episcopos, docere, excommunicare: Petro autem absolute dedit potestatem omnium. & sic Paulus aliquo modo. i. executione erat par Petro, quantum ad defensionem fidei. Et vt benè intelligas, aduerte. Episcopi habent officium prędicandi, & fratres prædicatores etiam habent officium prædicandi, cùm ad hoc instituti sint, sed differenter: quia Episcopi ex propria authoritate ordinaria hoc faciunt, fratres verò prædicatores authoritate Papæ delegantis eos in officium hanc prædicationis exercendæ potestatem habent. de hoc videbis Cardinalem sancti Sixti in d. cap. iij. & in c. iiij. Et † Christus est caput eccle- 60
siæ, ad Ephesios cap. primo. & Petrus caput, vt vicarius Christi: & Papa etiam caput, vt vicarius Christi; & sic pro vno tantum capite reputantur. Notate benè omnia isto capitulo contenta, quia gemmea, & aurea sunt, & fundamentum totius sacræ paginæ, & totius sacri iuris pontificij.

Dixi superius, quòd ecclesiæ vniuersali sint claues datæ. Nunc notate veram † intelligẽtiam, quia verus intel- 61
lectus est, quòd vniuersali ecclesiæ datæ sunt claues, non in omnibus mẽbris eius, sed in aliquibus mẽbris eius tan-

tum: & plenitudo poteſtatis data eſt illi in vno membro tantum, ſed principali, quod eſt caput in corpore, & eſt Roman. Pont. Et iſte eſt verus, & catholicus ſenſus, & quem habent ſancti doctores, cùm dicunt claues datas eſſe vniuerſali eccleſiæ. Vnde de poteſtate ligandi, & ſoluendi peccata dicit beatus Ambroſ. libro de pœnitẽtia, quòd ius ligandi, & ſoluendi ſolis ſacerdotibus eſt permiſſum. Et B. Hieron. dicit, & habetur in glo. Matth. xvj. quòd datę ſunt claues omni eccleſiæ in Epiſcopis, & presbyteris. De poteſtatis verò plenitudine dicunt ſancti doctores, quos ſu-
62 pra induximus, quòd † ſoli Petro data ſit, & in eo Ro. Pontifici ius ſucceſſori.

63 Pro cuius † intellectus pleniori notitia eſt ſciendum, quòd poteſtas clauium, vt colligitur ex Apoſtolo tám j. ad Cor. xij. quàm ad Eph. iiij. ponitur inter gratias gratis datas, quas Chriſtus dedit corpori eccleſiæ, vnde ait: Dedit quoſdam paſtores, &c. gratiæ autem gratis datæ non ſunt ità datæ corpori eccleſiæ, quòd omnibus eccleſiæ membris ſint diſtributæ, ſed quibuſdam tantum aliquæ, & alijs aliæ. vnde ait Apoſtolus j. ad Cor. xij. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: Vbi dicit gl. gratias hic appellat diuerſos gradus, & ordines, qui ſunt in officijs eccleſiæ. Et inquit Apoſtolus: Poſuit quidem Deus quoſdá in eccleſia, primum apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, & exinde gratias curationum opitulantes, gubernationes, genera linguarum: nunquid enim omnes Apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nũquid omnes habent gratiam curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? hæc Apoſtolus. q. d. non. Et ad Rom. xij. poſtquam dixit: Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra; ſequitur: Habentes donationes ſecundnm gratiam, quæ data eſt nobis, differentes, ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, &c. Ex quibus verbis Apoſtoli manifeſtum habetur, quòd huiuſmodi gratiæ non infunduntur, nec ſunt ſingulis membris eccleſiæ corporis

commu-

communes, sed infundũtur singularibus mẽbris corporis particulatim, non aũt vniuersitati, aut communitati membrorum. Nullus enim doctus ignorat, quòd talium gratiarum subiectum capax esse non potest ipsa communitas. Præterea notandum est, quòd propter vnitatem ipsorum membrorum in ipso corpore ecclesiæ ipsum corpus ecclesiæ dicitur sæpè recipere, habere, & exercere, siue operari, quæ officialia membra sua, vel aliquod etiam vnum membrorum recipit, habet, aut operatur: licet illud tale conuenire non possit toti vniuersitati membrorum, nec propriè veraciter possit dici de ea, sed tantum per figuram synecdochen nominando totum à parte, sicut in corpore naturali hominis exemplum est manifestum: homo enim crispus dicitur, vel caluus, licet caluities, & crispitudo vni tantum membro hominis. s. capiti insint. Ita similiter reperitur in corporibus alijs per similitudinem dictum: plura nanque attribuũtur vni populo, licet toti non conueniãt, sed tantum aliquibus illius populi. vnde glo. ordinaria super illud Apost. j. ad Corinth. x. Sedit populus manducare, dicit sic: Populus, i. quidam de populo, totum pro parte ponit. Sic in proposito propter vnitatem in corpore ecclesiæ multa, quæ quibusdam tantum conueniunt, attributa leguntur ipsi toti corpori ecclesiæ, vt potestas ministerialis clauium ligandi, & soluendi à peccatis, quæ solis sacerdotibus conuenit, & in quibus subiectiuè, & dispensatiuè esse potest, dicitur ecclesiæ data, cuius membra sunt ipsi sacerdotes. vnde Ambros. vbi supra dicit: Ius ligandi, & soluendi habet ecclesia, quæ veros habet sacerdotes: & similiter de alijs actibus. Vnde Archidiaconus super illud, Ecclesiæ charitas, d e consec. dist. iiij. dicit: Ecclesia dicitur facere, quod eius ministri faciunt secundum institutа: puta paruulos baptismo offerre, baptizare, peccata dimittere. hæc ille. Propter præfatam etiam vnitatem corporis mystici non solũ dicitur ecclesia habere illud, quod singulariter prælati in ecclesia habent, sicut claues, & plenitudinem potestatis, quam solus Papa habet; sed etiam quod Christus principale ipsius ecclesiæ caput habet. vnde beatus August. tractans illud Apoc. ij. Qui vicerit, &

seruauerit opera mea vsq; ad finem, dabo potestatē ei super gentes, & reget eas in virga ferrea, & vt vas figuli comminuentur, sic & ego accepi à patre meo, dicit: Sic in Christo habet ecclesia hanc potestatem: sicut dicit Apostolus, Cum illo omnia nobis donauit. Vbi considerandum multum vtiliter venit ad vitandos multos errores, quòd cùm aliqua legantur attributa ecclesiæ, est aduertendum respectu quorum, vel respectu cuius illa talia attribuantur ei: cùm non omnia omnibus conueniant, sed quædam quibusdam, quædam alijs, & quædam vni; aliàs faciliter quis posset errare. Cuius considerationis defectus videtur nobis, quòd fuerit causa aduersarijs multorum errorum: vnde valdè conuenienter venit hoc loco notanda illa regula, quæ ponitur in glo. Psalm. xvij. quæ originaliter est beati Augusti. dicens: Attende regulam vnitatis capitis, & corporis, quasi enim vna persona est caput, & corpus, ideoque vna voce vtitur caput cum membris: licet ea, quæ dicunt, ad diuersa referantur: quædam enim soli capiti conueniunt, quædam solis membris, quædam capiti, & membris. Item quæ membris conueniunt, quædā præteritis, quædam præsentibus, quædam futuris, quædam perfectis, quædam imperfectis conueniunt; & tamen in tanta diuersitate vna vox est, & quasi vna persona loqui videtur. hæc glo. Ex quibus omnibus manifestè patet, qualiter intelligendæ veniant omnes authoritates sanctorum dicentes, quòd ecclesiæ catholicæ datæ sunt claues: quia non quidem in ipsa tota communitate, siue multitudine membrorum, sed in aliquibus tantum. s. in principalibus, vt in Episcopis, & presbyteris, vt ait Hieron. & in istis, vt singularibus, non vt collegio: quoniam (sicut apertissimè monstratum est) in communitate, siue vniuersitate non potest esse subiectiuè, nec dispensatiuè potestas ligandi, & soluendi à peccatis: de qua authoritates sanctorum maximè loquuntur, vt patet ex ipsa litera. de hoc videbis Cardinalem doctissimum sancti Sixti in sua summa, in titulo lxxij. libro secundo.

QVOD

## QVOD AD SOLVM SVMMVM ROmanum Pontificem spectat de fide, & hæresi determinare. Cap. II.

### SVMMARIVM.

1 *Ad solum Pontificem spectat de fide, & hæresi determinare.*
2 *Papa succedit Petro in administratione personali, Christo autem in officio.*
3 *Petrus Antiochiæ primo cathedram Episcopalem suscepit, quæ postea Romam translata est.*
4 *Papa in omnibus ecclesiis totius mundi iurisdictionem habet, sed singulariter est Romæ Episcopus.*

INuictissime, clementissime Rex noster per superius † dicta ad solum summum sacrum 1
Romanum Pontificem spectat de fide, & hæresi determinare; & de his etiam, quæ pertinent ad vnitatem diuinæ essentiæ, & ad naturam humanam à Dei filio assumptam: & de hoc tractat August. de Ancona in suo tracta. de potestate ecclesiastica, quæst. x. xj. xij. xiij. Et per ea, quæ superius diximus, dicendum est, quòd † Papa succedit Petro in personali administratione: Christo autem succedit in officio, vt in vniuersali iurisdictione: & reseruata Deo, videntur reseruata Papæ eius vicario. de hoc videbis supra in c. j. & in c. xvj. infra in isto libro. Et factū à Papa, & à vicario Christi, censetur factum à Deo, cuius locum Papa tenet in terris. ita Panor. in c. quanto, de translat. Episc. Quamuis † aũt Petrus 3
administrationem primo habuerit in Antiochia, postea tamen iubẽte Dño Romã transtulit, vt in c. roganus. xxiij. q. j. Itaq; Antiochia primo cathedrã Episcopalem suscepit, quæ postmodum Romam translata est, vt in c. sacrosancta Romana, & Apostolica ecclesia. xij. dist. vnde singulariter prima Apostoli Petri sedes est Romana ecclesia. Quia verò Papa succedit Christo in officio, & vniuersali iurisdictiõe, quoniã Petrus (vt superius dixi) in persona omnium summorum Pontificũ recepit vniuersalẽ iurisdictionẽ à Christo non in vno loco, nec in vna gente singulariter, sed vni-

uersaliter in toto orbe, iuxta illud Matth. xvj. Tibi dabo claues regni cælorum; & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. & Ioan. xx. Pasce, &c. ideo † Papa non solum habet (vt dixi) iurisdictionem Romæ, sed vniuersaliter in omnibus ecclesijs totius mundi. Quantum verò ad officium, & vniuersalem iurisdictionē, Papa est Episcopus vniuersalis ecclesiæ, & Episcopatus vnus est: sed quantum ad personalem administrationem singulariter est Episcopus Romæ propter rationem iam dictam. Sed iterum est aduertendum, quòd sedes Petri primitus Antiochiæ fuit, postea iubente Domino Romam translata est, ad quam cuncta maiora negotia diuina disponente gratia iussa sunt referri, vt in d. cap. rogamus, xxiiij. quæst. j. vt ab ecclesia Romana regulariter disponantur, à qua sumpserunt principia: & inter Apostolos solus Petrus primatum gerebat, vt dixi in c. præcedenti, & vt in c. Paulus Petrum. ij. q. vij.

## QVOD PAPA, CVM TENEAT PRIMAM *sedem, habet authoritatem congregandi concilium generale.* *Cap. III.*

### SVMMARIVM.

1 *Papa habet authoritatem congregandi concilium generale.*
2 *Concilium debet habere caput, & membra.*
3 *Prima salus est rectæ fidei regulam custodire.*
4 *Quod Romana seruat ecclesia, ab omnibus seruari debet.*
5 *Decretales epistolæ in canonicis scripturis connumerantur.*
6 *Sanctorum dicta an sint necessario obseruanda.*
7 *Cum diuersitas est inter dicta sanctorum, & Pontificum, quibus standum.*
8 *Qui transgreditur Canones, hæreticus reputatur.*
9 *Omnia membra sequi caput debent.*
10 *Mos populi, & instituta patrum pro lege habenda sunt.*
11 *Papæ sufficit, quòd per Legatos suos concilio intersit.*
12 *Insignia Apostolicæ sedis quæ sint.*

Item

ITem inuictiſsime potentiſsime Rex aduer-
tendum eſt, quòd Papa, † cùm teneat primã 1
ſedem, habet authoritatẽ congregandi con-
cilium generale, vt fides catholica vna, &
vera radiet in dominico grege: quia conuo-
catio facienda eſt per maiorem partem vniuerſitatis: vt
notatur in l.j.ff.de albo ſcribendo,& in l.ij.C.de decurio.
lib.x.& in c.in ſynodo.lxiij.diſt. Et cùm nemo ex Chriſtia-
nis maior ſit, quàm Papa, ideo ſibi competit cõuocatio ad
conciliũ generale: nam vniuerſalis eccleſia abſq; Papa eſt
corpus repræſentatum (ita Auguſtinus in libro ij.de doct.
Chriſtiana) cùm Papa ſit vicarius Chriſti in terris.c.ij. &
iij.de translat.prælat. & concilium † debet habere caput, 2
& membra, vt in c.ſubmittimur, xxj.diſtinct. & iij.diſtin.
c.regula.§.porrò. Sed ab omnibus cuſtodienda ſunt de-
creta, & ſtatuta ſanctorum patrum: & ſic omnes ſanctio-
nes Apoſtolicæ ſedis accipiendæ ſunt, tanquàm ipſius di-
uina voce Petri firmatæ.c.ſic omnes. xix.diſtinct. & tole-
randum eſt iugum, quod à ſancta ſede imponitur, licet in-
tolerabile videatur: & quicquid Romana eccleſia ſtatuit,
vel ordinat, ab omnibus obſeruandum eſt, vt in c. enim-
uero. xix. diſtinct. & miniſterij diuini ſe exſortem intelli-
gat, qui à ſoliditate Petri recedit, vt in c.ita dominus.xix.
diſtinct. facit tex.in c. hæc veſtræ. xj.diſt. vbi litera dicit:
Hæc veſtræ indicimus charitati, vt ab Apoſtolicis inſtitu-
tis nullo vlterius recedatis exceſſu, quia multum poſt hoc
eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in ali-
quo crediderit eſſe negligendas. Et † prima ſalus eſt rectæ 3
fidei regulam cuſtodire, & à ſtatutis patrum nullatenus
deuiare, vt in c.prima ſalus.xxv.q.j. facit tex. in c. quæad
perpetuam generaliter ordinata ſunt vtilitatẽ, nulla com-
mutatione varientur humana. xxv. q.j. Et † ab omnibus 4
obſeruari debet, quod Romana ſeruat eccleſia, vt in c.quis
neſciat.ij.diſt. ridiculum enim eſt, & ſatis abominabile de-
decus, vt traditiones, quas à patribus recepimus, infringi
patiamur.c.ridiculum.xij.diſtin. facit etiam tex. in c.ſi ea.
xxv.q.ij. vbi legitur: Si ea deſtruerem, quæ anteceſſores
noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè

5 comprobarer. Et † decretales epistolæ vim authoritatis habent, & in canonicis scripturis decretales epistolæ connumerantur. c. si Romanorum. & in c. in canonicis scripturis. xix. distinct. Et non est iudicandum per dicta Hieronymi, & Augustini omissis canonibus, vt in c. de libellis. xx.
6 distinct. c. si ille. j. distinct. Et † dicta sanctorum an sint necessario obseruanda, dico, quòd si sunt dicta non retractata, nec corrupta per ecclesiam, seruanda sunt in his, quibus sancti communiter conueniunt, vt in c. sancta Romana ecclesia. xv. distinct. Sed vbi inter ipsos sunt opiniones,
7 possumus tenere, quod volumus. Sed † si reperitur diuersitas inter dicta sanctorum, & summorum Pontificum, dico, quòd in expositionibus scripturarum statur dictis sanctorum; secus in decisionibus causarũ. Sed vbi tractatur de expositione necessaria, vt de sacramentis, vel articulis fidei, potius credendum est Papæ, quia Papæ fuit data potestas interpretandi legem dubiã, & non sanctis, vt in c. per venerabilẽ, qui fil. sint leg. & vide in c. nulli fas, iuncta gl. xj. dist. Et cui magis credendum est inter docto. ecclesiæ, vide notabilem gl. in c. vt veterum. ix. distin. & videbis. c. lviij. infra in isto speculo. & omnino vide; quia ibi dilucidaui istam materiam, & explanaui multa. Et de his omnibus videbis Inno. & Compostel. & Panor. in d. c. ne innitaris, de constitut. Et Papa habet plenariam potestatem etiã in concedendis titulis beneficiorum: Phil. Francus in c. ij. de præbend. lib. vj. & solus ipse potest dare ius ad eccle-
8 sias vacaturas. Et † qui transgreditur canones credens Romanam ecclesiam non habere potestatem condendi canones, vt hæreticus reputatur. c. nulli fas. xix. dist. c. violatores. xxv. q. j. legitur etiam Prouerb. xx. Non transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui. Et non decet à capite membra discedere, sed iuxta scripturæ testimonium omnia † membra caput sequantur. c. non decet. xij. dist. vbi etiam litera dicit: Nulli verò dubium est, quòd Apo-
9 stolica Romana ecclesia mater sit omnium ecclesiarũ, à cuius regulis nullatenus vos conuenit deuiare. Et omnia talia, quæ neq; sanctarum scripturarum authoritatibus continentur, nec in concilijs Episcoporũ statuta inueniũtur,

nec

nec consuetudine vniuersalis ecclesiæ roborata sunt, sine vlla dubitatione resecãda existimo, vt in c. omnia. xij. dist. facit tex. in c. in his. xj. dist. vbi habetur: In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos † populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt, facit etiam tex. in c. ecclesiasticarum. xj. dist. vbi litera dicit: Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis, quasdam verò Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam vero consuetudine roboratas approbauit vsus. Itaque authoritate generali, vel speciali ecclesia regitur, vt in c. catholica ecclesia. eod. dist. Et licet vniuersalia concilia non nisi per Rom. Pontificem regulariter conuocanda sint, nihilominus non est necessarium, vt super illis præsentialiter interfit; sed † sufficit, quòd legati, aut vicarij eius interfunt: quod ex illo apertissime ostenditur, quòd nulli octo conciliorum vniuersalium, quæ in ecclesia, vt præstantioris authoritatis, describuntur, Rom. Pontifex personaliter interfuit, sed per legatos suos. Vnde Leo Papa huius nominis primus ab Imperatore Christianissimo Marciano ad Chalcedonense concilium deuotissimè inuitatus, hac ratione inter alias se excusauit, quòd nullum inde exemplum à prædecessoribus acceperit. Imperatores olim congregabant eorum authoritate concilium generale: deinde sciendũ est, quòd emanauerunt decreta, & iustè, vt Pontifices, aut eorũ legati ex mandato speciali solum modo authoritatẽ haberẽt congregandi concilium: non tamen Imperatori ademerunt ius solicitandi, requirendi, & instãdi, vt celebretur concilĩ vrgente necessitate. Et † insignia Apostolicæ dignitatis sunt hæc, vti vestibus rubeis, palafredo albo, fræno, & calcaribus deauratis. Et de hoc videbis Hostien. & Cardin. & docto. in c. antiqua. de priuil. & ibi de legato de latere, & de Cardinali monacho. 10 11 12

## AN SIT LICITVM DESIDERARE *summum Episcopatũ, & Pontificatum: & de illis, qui appetunt minores Episcopatus ratione honoris, vel abundantiæ bonorum temporalium.* *Cap. IIII.*

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Episcopus nomen est operis, non honoris,*
2 *In summo, & minori Episcopatu tria possunt considerari.*
3 *Laudabile est desiderare Episcopatum. & num. 11.*
4 *Mortale peccatum est recusare Episcopatum. & num. 10.*
5 *Episcopus esse debet sine crimine: & à quibus immunis esse debet.*
6 *Propter quid Epicopatus est desiderandus?*
7 *Episcopus vnde dictus est?*
8 *Qualis debeat Episcopus esse. & num. 13, & 16.*
9 *Petrus post casum fidelior factus.*
12 *Ementes, & vendentes Episcopatum, magnæ temeritatis censendi sunt.*
14 *Episcopi nomen quid significet,*
15 *Antiquitus laudabile erat Episcopatum quærere.*
17 *Non erubescat Episcopus etiam à minimis discere.*

1 EPiscopus † secundum Augustinum nomẽ est operis, non honoris tantum, vt in c. Episcopatum. viij. q. j. vbi litera dicit: Qui præesse, & non prodesse desiderat, Episcopari nõ debet. Sed in † summo, & minori Episcopatu tria possunt considerari, quorum vnum est principale, & finale, scilicet Episcopalis operatio, per quam vtilitas proximorum intenditur, secundum illud Ioan. vlt. Pasce oues meas. Aliud est altitudo, & excellentia gradus; quia Episcopus super multos, & summus Pontifex super omnes constituitur, secundum illud Matth. xxv. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Tertium est, quòd consequenter se habet ad ista, reuerentia scilicet, & honor, & abundantia temporaliũ secundum illud 1. ad Ti. c. 1. Qui benè præsunt, duplici honore digni habeantur. Qua consideratione habita est cõclusio, quòd quoad principale, & finale significatum Episcopatus est nomen operis, non honoris, vt patet ex textu in d. c. qui Episcopatum. & ex eo, quòd Dominus Apostolos vocat operarios, quos misit in vineam suam. Matth. xx. quibus ait illud Ioan. vj. Operamini cibum, qui non perit, sed

qui

qui permanet in vitam æternam. & Lucæ x. Messis quidē multa, operarij autem pauci. Itaque nomen Episcopus superintendens dicitur, & curam aliorum gerens, vt dicitur in d.c.qui Episcopatum. Quantum verò ad alia, quæ minus considerandā veniunt in Episcopatu, benè est nomen honoris. Et sic concludo, quòd Episcopatus est nomen operis, & honoris: sed vnum est principale, & finale, vt dixi, scilicet Episcopalis operatio, per quā vtilitas proximorum intenditur. Sed vt plurimum hæc in temporibus istis infelicibus non reperitur: sed vt Dominus dicit de pastoribus Israel, Ezech. xxxiiij. quia pascebant semetipsos: Nonne greges à pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis: quod infirmum fuit, non consolidastis, & cæt. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non est pastor, & factæ sunt in deuorationem. Reuerendissimi Episcopi audite verbum Domini. hæc dicit Dominus: Ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam, vt vltra nō pascant gregem meum, nec pascāt pastores semetipsos. Sed † laudabile est desiderare Episcopatum: quod originaliter habetur 1.ad Tit.c.iij. & in c.iij.in 1.epist.ad Tim. 3
Et dicunt, quòd Timotheus erat primarius in ecclesia Ephesina, in qua erant multi Episcopi instituendi: propter quod Apostolus instruit Timotheum, qualis sit instituendus in Episcopum. Et † est mortale peccatum recusare 4
Episcopatum, cùm quis probabiliter credit se idoneum, vel saltem dubitat: quia est contra fraternam charitatem. facit ad hoc tex.in c.in scripturis.viij.q.j.& qui abscondit frumenta, maledicatur in populis, i. qui abscondit doctrinam. Sed infirmitas impedit promouendum, si dubitatur de conualescentia; non tamen repellit iam promotum. ita docto. in c. cùm inter canonicos, de electio. Et status Episcoporum est perfectior, quàm status religiosorum, vt in c.vno.xviij.q.j. Ideo laudabile est, quòd aliquis desideret transire ad statum Episcopalem: sed nō debet propter aduersitatem gregem relinquere. c. suggestum, cum duobus sequentibus. vij. q.j. quia non omnis Episcopus, qui

dicit,

dicit, pax vobis, est sicut columba, sed potius sicut coruus audiēdus. c. non omnis. ea. cau. & q. quia criminosus Episcopus magis est dicendus canis impudicus, quàm Episcopus. c. qui nec. vij. q. j. cùm debeat esse sine crimine, vt alios possit arguere. c. nemo. lxxxj. dist. c. iudicet. c. primū. xxv. dist. vbi litera dicit: Quomodo enim poterit alios corrige-
5 re, qui in simile corruit delictum. Et legitur, quòd † qui eligitur in Episcopum, debet esse sine crimine, & sine criminali infamia. de quo late in c. fin. & c. ex literarum tuarum. de temp. ord. Et à quibus debeat esse immunis, qui in Episcopum ordinatur, vide textum notabilem in c. fin. lj. dist. vbi concilium Toletanum IIII. in c. xviij. sic loquitur: Qui in aliquo crimine detenti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiā se admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hęresi baptizati sunt, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos abscíderunt, aut qui naturali defectu membrorum minus habere noscuntur, qui secundę vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui seruili conditioni obnoxij sunt, qui ignoti sunt, qui neophiti, vel laici, qui seculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscij literarum, qui nondum ad xxx. annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honore quærunt, qui honorem muneribus obtinere moliuntur, qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur. Itaq; à quibus debeat esse immunis, qui in Episcopum ordinatur, docet sacrum generale Concilium Toletanum IIII. in c. xviij. Ideo postquam ego possum esse certus de contentis in d. c. xviij. & in c. fin. lj. distinct. licitè possum desiderare Episcopatum. & Apost. ad Timoth. epist. j. c. iij. dicit: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; quasi
6 dicat, non † est desiderandus propter officij dignitatem, sed propter annexum laborem, qui est ordinatus ad hono-
7 rem Dei, & proximi salutem: vnde † dicitur ab epi, quod est supra, & scopos, intentio, quia debet semper intendere salu-

saluti plebis sibi commissæ. & Apost. in d.c.iij. instruit Timotheum, qualis sit instituendus in Episcopum. Ideo dixit, oportere † Episcopum irreprehensibilem esse. i. sine notabili defectu, & integræ famæ, sobrium in cibis, & potibus, ornatum in moribus, prudentem in agibilibus, pudicum. i. honestum in exteriori gestu, hospitalem in pietatis actu, doctorem. i. habilem ad docendum, non vinolentum. i. ad potationem vini assuetum, non percussorem ex iracundia, sed modestum per represionem passionũ, non litigiosum, ita quòd non solum ex ira non percutiat aliquem, vt dictum est, sed nec etiã verbis iniuriosis contendat, non cupidum: quia victus, & vestitus debent esse diuitiæ Christianorum, & maximè Episcoporum: vnde dicitur: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: suæ domui benè præpositum. i. diligentem de bona prouisione domus suæ, &c. Itaque de his omnibus possum esse certus, quia Apostolus possibilia dixit; & sic est licitum desiderare Episcopatum: & Apostolus non dicit, qui Episcopatum desiderat, bonum desiderium habet, sed bonum opus. s. vtilitatem plebis. Itaq; si tu Episcopatum desideras, & ego desidero, hoc est, quod desideramus, quia bonum opus. Et quamuis Episcopatus sit dignitas magna, habet tamen summum laborem, & maximam solicitudinem sibi annexam: ita vt potius appelletur opus, quàm dignitas. Itaque quiuis Episcopatum licitè cupit, si non propter dignitatem, sed propter administrationem optat prodesse, & non præesse. Ne autem quispiam pronus sit ad Episcopatum desiderandum, declarat Apostolus in d.c. iij. qualem oporteat esse Episcopum, quatenus Episcopatum nemo affectet, nisi virtutibus supradictis ornetur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel authoritas Metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicunque igitur deinceps ad ordinem sacerdotij postulatus, & in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, si in nullo horum deprehensus fuerit, & examinatus probabili vita, & doctrina extiterit; tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta cum omnium clericorum, vel ciui-

ciuium voluntate ab vniuersalibus comprouincialibus Episcopis, aut certè à tribus in sacerdotem die Dominico consecrabitur, conuenientibus cæteris, qui absentes sunt, suis literis, & magis authoritate, vel præsentia eius, qui verè Metropolitanus Episcopus est constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est, vbi Metropolitanus elegerit: Metropolitanus autem non nisi in ciuitate Metropoli à comprouincialibus ibidem conuenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad sacerdotij gradum indignus aspirare contenderit, cũ ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. Sed iudicio meo, qui esset immunis à supradictis, non desideraret Episcopatum.

9 Sed aduerte, quòd exemplo Petri eligendus potius est in prælatum, qui † post casum pœnituit, quàm qui nunquam cecidit: quia talis per casum suum aliorum infirmitatibus compati nouit. l. dist. c. considerãdum. & c. sequen. vbi legitur: Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit; atque ideo maiorem gratiam reperit, quàm amisit: vt is, qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset, & ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer alienas infirmitates toleraret. Et Prouerb. xj. dicitur: Qui abscõdit frumenta, maledicatur in populis; benedictio autem super caput vendentium. Sed ille, qui est idoneus vita, & scientia ad Episcopatum, videtur frumenta spiritualia abscondere, si ab Episcopatu se subtrahat. Per hoc autẽ, quòd Episcopatum accipit, ponitur in statu frumenta spiritua-
10 lia dispensandi, & † peccat nolens acceptare dignitatem, si per alium non potest ita benè ecclesiæ prouideri, vt c. venerabilem, de elect. per Panor. & vide notabile dictum in c. si electio, de electio. in vj. vbi dicunt docto. Electus potest non acceptare electionem de se factam, peccat tamen mortaliter recusando, si putet se idoneum ad illam prælaturam. allegant glo. in c. in scripturis vestris. viij. q. j. Tu intellige, quando alius idoneus deesset, vt per Ioan. Andr. ibi. & Ancharan. & Phi. Fran. hoc adde ad ea, quæ superius
11 diximus. Ergo † Videtur, quòd laudabile sit Episcopatum appe-

appetere, vt vituperabile ipsum refugere. & Grego. in pastorali pri. par. c. v. tractando de his, qui regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt, dicit: Quisquis virtutibus pollens gregem Dei pascere recusat, pastorē summum non amat. Et Christus ait: Simon Ioannis amas me? qui cùm amare se protinus respondisset, audiuit: Si diligis me, pasce oues meas: quia dilectio est testimonium curæ pastoris. Sed desiderare Episcopatum ratione honoris, vel abundantiæ bonorum temporalium, non est licitum, quia tale desiderium pertinet ad ambitionem, vel cupiditatem. vnde contra Pharisæos Dominus ait: Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Et Dominus arguit discipulos primatum quærentes, dicens: Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum: Per quæ ostendit, quod Ethnicorum est primatum appetere. Ideo primatum ecclesiæ cōcupiscere nec iustum est, neq; vtile; intellige, si idiota, & indignus appetat Episcopatum. Sed desiderare Episcopatum sine negociatione bonum & optimum est, si à viro digno desideretur. Quis enim sapiens vult vltro cum negociatione se subijcere seruituti, & periculo tali, vt det rationem pro omni ecclesia; nisi forte qui non timet Dei iudicium? ideo locus regiminis desiderantibus est negandus, & fugientibus offerēdus est, vt in c. in scripturis vestris. viij. q. j. & non intelligitur ille abscondere frumenta spiritualia (vt dixi) cui non competit ex officio; sed solum tunc intelligitur, si negligat, cùm ei ex officio incumbit: vel si officium, cùm ei iniungitur, pertinaciter renuat. Sed otium sanctum quærit charitas, & Episcopus in tabernaculo cum Moyse vacare aliquando debet contemplationi. Sed non continuæ contemplationis suauitas amplectenda est, vt subtrahatur, vel diminuatur iusta necessitas proximorum: cæterum cum grano salis, & ad vtilitatem proximorum vir perfectus, & prudens, bonæ vitæ, & conscientiæ potest desiderare Episcopatum (vt dixi) et si inducitur ad petendum principaliter ad bonum publicum, non vt præsit, sed vt prosit: vt quia videt ecclesiam viduatam destitui, neque est spes

de proxima prouisione: itaque ductus charitate mouetur adeundum, & impetrandum: & tunc satis puto impetrationem licitam, & meritoriam. Hoc videtur optimè probari in c. in scripturis præalleg. vbi commendatur Isaias, qui instante necessitate vltro se obtulit, dicens, Ego mitto me. Et ex facto Isaiæ appetentis, & Hieremiæ fugientis arguit ibi Gregor. quòd sicut toto desiderio debemus occupationes fugere: ita, si desit, qui prædicet, occupationis onus libenti necesse est animo subire. Et hoc casu procedit dictum Archid. quod videbatur contrarium eis, quę ipse notat in c. ordinationes. pro hoc facit illud Euangelicum. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animâ
42 suam ponat quis pro amicis suis. Quid dicemus † de clementibus, & vendentibus, & de illis, qui appetunt Episcopatum indignè ratione honoris, vel abundantiæ bonorum temporalium, nisi quod à talibus suscipitur magisterium pastorale in magna temeritate? quoniam ars est artium, regimen animarum. Et sunt nonnulli, qui intra sanctam ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris, videri doctores appetunt, transcendere cæteros concupiscunt: contra quos Dominus per Prophetam queritur, dicens: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & ego ignoraui. Ex se autem, & non ex arbitrio summi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupiditate accensi culmen regiminis rapiunt potius, quàm assequuntur. Et pastorum imperitia voce veritatis increpatur, cùm per prophetam dicitur: Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: quos rursum detestatur dominus, dicens: Et tenentes legem, nescierunt me. Et profecto hi, qui ea, quæ sunt Domini, nesciunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait: Si quis autem ignorat, ignorabitur. Et de hoc in Euangelio Christus: Si cæcus cæco ductum præbeat, ambo in foueam cadunt. & nemo quippe magis in ecclesia nocet, quàm hic qui peruerse agens nomẽ, vel ordinem sanctitatis habet. Itaque oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Tunc laudabile fuit Episcopatũ quærere, quando per hunc quenquam dubium nõ erat ad sup-

pli-

plicia grauiora peruenire: Sed mens malignorum præsse volentium plærunque sibi ficta bonorum operum promissione blanditur. Ille † igitur ad regimen debet venire, 13
qui cunctis carnis passionibus mortificatis iam spiritualiter viuit, qui prospera mundi postponit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola æterna desiderat: nam tantũ debet actionem populi actio transcendere Præsulis, quantum distare soleta grege vita pastoris. Sit ergo cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus, & misericors, vt in comnes, qui iuste iudicant. xlv. distinct. Ideo Episcopus, & rector sit operatione præcipuus, vt vitæ viam subditis viuendo denunciet; & grex, qui pastoris vocem, moresq; sequitur, per exempla melius, quàm per verba gradiatur: quia exempla magis mouent, quàm verba. Sit etiam Episcopus discretus in silẽtio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat: Nam sicut incauta locutio in erroré pertrahit, ita indiscretũ silentium hos, qui erudiri poterant, in errore relinquit. Sæpè nanque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes loqui liberè pertimescunt. Inter hæc quoq; necesse est, vt Episcopus solerter inuestiget, ne eum cupido placendi hominibus pulset; ne, cùm studiosè interiora penetrat, cùm prouide exteriora submministrat, se magis a subditis diligi, quàm veritatem quærat. hostis nanque redemptoris est, qui per recta opera, quæ facit, eius vice ab hominibus amari concupiscit: ita beatus Gregorius in pastorali. Episcopi † Græcè, Latinè interpretantur spe- 14
culatores: nam quasi speculator Episcopus est præpositus in ecclesia, eo quod speculetur, & prospiciat populorũ infra positorum mores, & vitam. Et aduertant quæso desiderantes Episcopatũ, quia videtur præsumptuosum, quòd aliquis præesse appetat ad hoc, quod subditis præsit: quia prælatus secundum gradũ, & conuenientia debet omnes alios excedere, & in cõuersatione, & in cõtemplatione, ita vtiu respectu sui alij sint grex: & hãc idoneitatẽ de se præsu

15 mere est maximæ superbiæ. Sed antiquitus † laudabile erat Episcopatum quærere, quando dubium non erat ad supplicia grauiora peruenire: vnde non de facili inueniebatur, qui hoc onus assumeret, præsertim cum charitatis zelo ad hoc onus inuitarentur, vt iam dixi. Sed hodie, vt plurimum, non zelo charitatis, sed honoris, & pecuniæ incitantur. Itaque opus quidem bonum desiderare licitum est, primum autem honoris locũ concupiscere vanitas est. Et deberent recordari de Apostolo dicente ad Timo. c. iij.
18 Oportet † Episcopum irreprehẽsibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorẽ, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, nõ cupidum, suæ domui benè prępositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiã habebit? non neophitum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Deberent etiam recordari de Apostolo dicente ad Hebræos cap. fin. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis; ipsi enim peruigilant, quasi pro animabus vestris rationem reddituri; & cum gaudio hoc faciant, & non gementes. oportet autem & illum testimo-
17 nium habere bonum ab his, qui foris sunt. Sed † nullus Episcopus propter opprobrium senectutis à paruulis, vel minimis eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Itaque non erubescat Episcopus discere à minimis. c. nullus. xxxviij. dist. quia non licet sacerdotibus ignorare canones. c. nulli, ead. dist. & ibi in ç. omnes, videbis, quę oportet scire eum, qui Episcopus est ordinandus. & in c. quæ ipsis, dicuntur, quæ sint sacerdotibus necessaria ad sciendum; quia propheta ait: Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. bene facit tex. in c. ignorantia. xxxviij. distin. Et vacante sede, & quærentibus omnibus Pontificatum per fas, & nefas, non licet viro probo, & digno quærere Pontificatum adhibendo promissiones, etiam propter hunc finem, vt in sede positus ecclesiæ prosit, & illam reformet: ita doctissimus Caietanus in iij. tomo in quæstione de simonia; vbi late hunc passum examinauit. An licitum sit desiderare,

appe-

appetere, & procurare Episcopatum, vel Pontificatum, vide infra in c. ix. ad finem. vbi multa videbis: & adde ad ea, quæ superius diximus de mente Caietani. Et de materia præsentis capituli vide sanctum Thom. in secunda secundæ. quæst. clxxxv.

## REGIBVS, ET PRINCIPIBVS *omnibus consilium datur. Cap. V.*

### SVMMARIVM.

1 *Episcopatus non debet dari propter remunerationem.*
2 *Superbum est, quòd quis se reputet alijs meliorem.*
3 *Electio est periculo eligentis.*
4 *Mala electio est in culpa.*
5 *Ad Reges spectat ecclesiam defendere.*

AD assumptionem alicuius ad Episcopatum aliquid considerandum est ex parte eius, qui assumitur, & aliquid ex parte eius, qui assumit. Ex parte enim eius, qui assumit vel eligendo, vel prouidendo, requitur, quòd fideliter, ac dignè hæc ministeria dispenset; quæ quidem dispensari debent ad vtilitatem ecclesiæ, secundum illud primæ ad Corinth. xiiij. Ad ædificationem ecclesiæ quærite, vt abundetis. Non † autem dignè ministeria hæc hominibus committũtur propter eorum remunerationem, quam expectare debent in futuro. Et ideo ille, qui debet eligere in Episcopum, vel de eo prouidere, non tenetur assumere meliorem simpliciter, quod est secundum charitatem; sed meliorem quò ad regimen ecclesiæ, qui. s. possit ecclesiam & instruere, & defendere, & pacificè gubernare. Vnde contra quosdam Hieron. dicit, quòd quidam non quærunt eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse; sed quos plus ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel dediti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit. Et vt deteriora taceam, quot, vt clerici fierent, muneribus impetrarunt? Hoc autẽ pertinet ad acceptionem personarum, quæ in talibus est gra-

ue peccatum. vnde ſuper illud Iacob. ij. Fratres mei nolite in perſonarum acceptione, &c. dicit glo. Auguſtin. Si hanc diſtantiam ſedendi, vel ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamus, non eſt putandum leue peccatum in perſonarum acceptione habere fidem Domini gloriæ. Quis enim ferat eligere diuitem ad ſedem honoris eccleſiæ, contempto paupere inſtructiore, & ſanctiore? Ex parte autem eius, qui aſſumitur, non requiritur, quòd reputet ſe alijs meliorem, hoc † enim eſſet ſuperbum, & præſumptuoſum: ſed ſufficit, quòd nihil in ſe inueniat, per quod illicitum ei reddatur aſſumere prælationis officium. Vnde licet Petrus interrogatus eſſet, an Dominum plus cæteris diligeret, in ſua reſponſione non ſe prætulit cæteris, ſed ſimpliciter reſpondit, quòd Chriſtum amaret. Et licet Dominus in Petro ſciret eſſe idoneitatem gubernandi eccleſiam, eum de ampliori dilectione examinauit, ad oſtendendum, quòd vbi aliàs inuenitur homo idoneus ad eccleſiæ regimen, præcipuè attendi debet in ipſo eminentia diuinæ dilectionis. Et multi ædificant parietes, id eſt, inſtituunt imperitos: ſequitur tex. & columnas eccleſiæ ſubtrahunt; columnas, id eſt, peritos. ita tex. in c. gloria, & ibi glo. xij, q. ij. Sed † aduerte, quia electio eſt periculo eligentis, glo. in c. Valentinianus. lxiij. diſt. & electores non excuſantur ſi voluerint allegare ignorantiam eligendo indignos, vt per Alberi. in l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & in l. eum, qui certarum. §. cum pure. ff. de verbo. obligat. & † mala electio eſt in culpa. inſti. quib. mod. re contrahi. obliga. §. præterea. & C. de periculo nominatorum. l. j. & ij. lib. xj. Sed vide ad propoſitum in cap. viliſsimis. j. q. j. & omnino vide. & vide ſanctum Thom. in ſecunda ſecundæ in q. clxxxv. art. iij. Et qui præcellit ſcientia, & ſanctitate, eſt cæteris melior: & non eſt aſſumendus ad Epiſcopatum, niſi qui eſt cæteris melior. Ideo veſtra Maieſtas, quia patrona eſt omnium eccleſiarum Hiſpaniæ, vt dicam infra in c. lxv. ſuper hoc aduertat, & quæ ad religionem Chriſtianam pertinent, regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas. c. res. xxiij. q. v. Et cognoſcant principes ſeculi Deo ſe reddituros rationem propter eccleſiã, quam Chri-

ſto

no tuendam suscipiunt. Et ille. s. Deus ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam tradidit. Itaque † ad Reges spectat defendere ecclesias, vt in c. principes. § xxiij. q. v. & tenentur de omni manu calumniantiũ vi oppressos liberare. ita Hieron. super Hieremiam; transumptiuè in c. regum. xxiij. q. v. Ideo quilibet rex faciat diligenter ea, quæ suæ conueniunt dignitati, vt dicam infra in c. de Rege, & regia dignitate. Et de materia præsentis capituli vide infra in capitulo nono ad finem: vbi concludo, quòd eligere vere dignum postposito digniori, non est peccatum mortale.

## QVOD EPISCOPI, ET CLERICI *sunt dispensatores, & vsuarij. Cap. VI.*

### SVMMARIVM.

1 *Episcopus est dispensator, & vsuarius, non autem vsufructuarius.*
2 *Clericus non nisi victum, & vestitum habere debet ex beneficio.*
3 *Episcopi, & clerici sunt dispensatores pauperum.*
4 *Clerici donantes consanguineis ex reditibus ecclesiasticis, vt diuites fiant, peccant mortaliter.*
5 *Decimæ sunt de iure diuino.*
6 *Eleemosyna danda suis potius, quàm extraneis. & num. 11.*
7 *Episcopus potest bona patrimonij sui conseruare, & ex reditibus beneficij viuere.*
8 *Beneficium datur propter seruitium.*
9 *Quando Prælati possint rem ecclesiæ dare in emphiteosim.*
10 *Decimarum, & oblationum quatuor partes fieri debent.*
12 *Episcopi pascere subditos debent triplici pabulo.*

EPiscopus † est dispensator, ideo sibi, & suis † primo necessario ministrabit: reliqua, quæ superfunt, fidelibus ministrẽtur. c. nulli Episcoporum. ij. q. j. Et honestè possunt donare consanguineis egentibus, qui præferuntur alijs. docto. & Panor. in c. fin. de pecu. cler. Sed audite ad plenũ. Ministri iuxta facultatem ecclesiæ instituuntur, c. j. ij. dist.

c.cum M.de constit. debet ergo titulus ad victum necessarium ministris sufficere: & si illud sibi sufficiat, non quærat multiplicationem titulorum, quia tunc quæreret victum aliorum ministrorum, & minutionem cultus diuini: & hæc omnia abhorrent iura. Et † ad confirmationem dico, quòd clericus non debet habere ex beneficio nisi victum, & vestitum: Apostoli doctrina est in c.vj.ad Tim.in j.epist Id etiam dicit Bald. in authent. excipitur, de bon. quæ lib.& Archid.in c.j.xij.q j dicit, quòd clericus est tantum vsuarius, & non facit fructus suos, nisi pro vsu suo; & dicit, quòd moderatè poterit dare, & non testari. Itaque habebimus pro vera conclusione, quòd constituti in supremis dignitatibus, aut in minoribus, aut in beneficijs curatis, aut sine cura, sunt vsuarij, & non vsufructuarij: propter quod dicit Apostolo.ad Timoth. vt dixi: Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his cõtenti simus.& Archid.in d.c.j.& in c.statutum, in §. assessorem, de rescript. in vj.dicit.quòd clericus est vsuarius, non vsufructuarius; & quòd bona ecclesiæ debet dispensare in victu, & in ministris, & quod supereſt, dare pauperibus, aut expendere ad vtilitatem suæ ecclesiæ:& aliud agere iniquum est, quia pauperes non debent fraudari ex facto clericorum. & Innoc.in c. indecorum, de æta.& qualita. dicit, quòd bona ecclesiastica non sunt in commercio clericorum, nec de eis possunt dispensare, nisi pro eorum necessitate, & seruientium, & pro pauperibus. & Ioan.Andr. in c.præsenti. de offi.ordi.in vj.dicit idem. & etiam Anchar.& Philipp. Fran. vbi omnes concludunt, quòd clerici sunt vsuarij, & non vsufructuarij, & quòd non habeut liberam administrationem fructuum beneficij, nisi pro dispensatione, vt fidelis, & prudens dispensator: quia † omne illud, quod tenent clerici, pauperum est: tex.est in c.quoniam. xvj.q. j.& idem tenet Panor in c.cùm esses, de testa. in vj.& vij. col. Et Episcopus generaliter debet prouidere infirmis; aliter enim videtur eos interficere: text. est in cap. pasce. lxxxvj. dist. & non dicitur Episcopus ille, qui non prouidet pauperibus. tex.in c.fratrem.lxxxvj.dist. nam Episcopus est dispensator pauperum: tex.est in c.quæcunque. x. q.j.

q.j.& in c.Episcopus xij.q.j. & non potest dare suis consanguineis pauperibus.nisi victum,& vestitū. c.quisquis. xij.q.ij.& non debet dare,ita vt fraudet pauperes: quia dicit tex.in c.si cupis. xvij. quæst.j. quòd non debent canes comedere panem filiorum: & tex. ibi pauperes vocat filios. Et † donantes consanguineis, vt eos efficiant diuites, peccant mortaliter. Et in hoc satis animaduertere debent personæ ecclesiasticæ,quæ administrat patrimoniū Christi. Nam quicquid habent Episcopi, vel clerici vltra necessarium vsum,vt dictum est,violenter tenent: ita dicit glo.in c.res.xij.q.j.& in c. quod autem.xxiij.quæst vij, inquit sanctus Gregor. Bona etiam nostra sunt pauperum, & procurationem pauperū administramus; & omnis pecunia,quæ conseruata est,pauperum est: ita habetur in c. sicut.xlvij.distinct. Et sanctus Ambros.dicit: Quicquid habeo,pauperum est: vt habetur in c.conuenior. xxiij. q. viij. Et aduerte,quòd decimæ exhibentur Deo in signum vniuersalis dominij,clericis verò mandauit illas solui pro diuino officio. Ex hoc nota, quòd decimæ non debentur principaliter pauperibus, sed ipsis clericis: debent tamen quod superfluum est,dare pauperibus,vt hic dicitur.& vide docto.in c.tua.ij.in ordine. de deci. Et † decimæ sunt de iure diuino,vt videbis in cap.lxviij.in isto speculo, vbi explanauimus materiam decimarum. Sed † in eleemosyna impendenda tenetur quis potius subuenire suis, quàm extraneis,vt in c.non satis.lxxxvj.dist.Ita Panor.in c.cum in officijs,de testa. & in c.inquirendum, de pecu.cleri. Et Episcopus debet esse hospitalis pauperum, vt dicit Apost. ad Tim.in j.epist.c.iij. sed necesse est, vt se, & suam familiam alimentet, vt dictum est: & notatur etiam in c.clericos,& in c.pastor.j.q.ij. Et † si habet bona sui patrimonij, potest illa conseruare, & expendere in vsus honestos; & viuere ex reditibus ecclesiæ suæ. Doctrina est Inno.in c. Episcopus.de præben. Sed non debet thesaurizare, vt dicit Abb. & istud disputauit Senis, vt apparet in quadam disputatione sua incip. Titius clericus. notatur etiam in c. j.xij.q.iiij. Nec obstat c.pastor.j.quæst.vij. loquitur enim secundum Inno.quando clericus vellet viuere de benefi-

4

5

6

7

cijs, & auarè thesaurizare de patrimonio. Secus autem si vult conseruare patrimonium pro suis hæredibus. Item secundum Hostiens. potest intelligi contrarium, quando non deseruit beneficio, & vult viuere de reditibus beneficij augendo patrimonium proprium, quia † beneficium datur propter seruitium. Item notabimus, quòd Papa maiorem habet authoritatem, & magis amplam in administratione bonorum ecclesiasticorum, quàm alij clerici, vt not. in c. ita dominus. xix. distinct. & in c. ad honorem, de vsu pallij. & Abb. in c. constitutus, de rescript. dicit: Papa habet liberam administrationem rerum ecclesiasticarum. Sed vide tex. in c. non liceat Papæ. xij. q. ij. & ibi Archid.

9 Nec † prælati possunt dare consanguineis suis rem ecclesiæ in emphiteosim in perpetuum, sed ad tempus. Bart. in auth. quibuscunque. C. de sacrosanct. eccles. de quo vide Cardi. in Clemen. j. §. Abbates. de exce. prælat. sed cognatis suis possunt dare in feudum, & in emphiteosim rem ecclesiæ, modicum tamen; & maximè si sunt pauperes, bonæ vitæ, benè meriti. ita Iaco. de Beluis. in j. constit. feu. & hoc, quia sine præiudicio ecclesiæ. & Bald. in d. authent. quibuscunq; dicit, quòd prælatus potest rem ecclesiæ concedere consanguineis in emphiteosim; & intelligit de rebus consuetis sic alienari, alias secus. & tex. in d. c. Episcopus, dicit: Si Episcopus res ecclesiæ consanguineis dederit eas pauperibus subtrahendo, sit obnoxius concilio, &

10 corrigatur. Et notandum † est, quòd secundũ canones, & concilia antiqua ex omnibus decimis, & oblationibus fieri debent quatuor partes; vna pro Episcopo, alia pro clericis; alia pro fabrica; alia pro pauperibus. tex. est in c. concesso. & in cap. quatuor. & in c. de reditibus. xij. quæst. ij. & in cap. j. xxv. quæst. j. Et vltra hoc Episcopi tenentur erogare superfluum pauperibus: & dico superfluum omne, quod expenditur supra necessarium vsum. Nec obstat, si dicatur, quòd iura illa sint per contrariam consuetudinem abrogata; quoniam non consuetudo, sed abusus est: quia non possunt abrogari canones quò ad id, quod est iuris diuini, hoc est, quòd Episcopi sint patres pauperum, & templorum suorum reparatores, quo ad

fabri-

fabricam, & suppellectilem. Itaque mortaliter peccant, si ea, quæ eis superfluunt de bonis ecclesiasticis, pauperibus, & ecclesijs non largiantur, quia quando reditus sunt pingues, & abundantes, tanta bona sunt suæ fidei commissa, vt distribuenda, & tunc vt communia bona censenda videantur. Ita quòd Episcopus malè dispensans, & illi ad quos bona illa perueniunt, tenentur ad restitutionem: & iniqua esset lex decimarum in nouo testamento, si vltra honorabile stipendium ministrorum Dei tanta rerum affluentia vni deputaretur cum damno totius populi, nisi pater pauperum existimaretur. Et ideo decimæ Episcopis datæ sunt, quia oculata fide prospiciebatur eos esse patres pauperum. ita Cardinal. sancti Sixti vbi supra. Ideo dixit Ambrosius in cap. est probanda. lxxxvj. distin. Est † probanda & alia liberalitas, vt proximos seminis tui 11
non despicias, si egere cognoscas; melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicuius postulare subsidium necessitatis: non tamen, vt illi ditiores fieri velint ex eo, quòd tu potes conferre inopibus, neque enim propterea te Deo dedicasti, vt illos diuites non faceres, sed vt tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata tua redimas: putant se parum poscere, præmium quærunt tuum, & accusant, quòd eos diuites non feceris, cùm te velint illi parentes æternæ vitæ fraudare mercede. Considerada est etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnunquam & verecundia, quia grandis culpa est, si fidelis egeat, & dabis ei præsertim, qui egere erubescit. Videbis de hoc totam distinctionem lxxxvj. & præcipuè text. in cap. pasce. Itaque aduertant sanctissimi Episcopi, quòd si necessitas immineat pauperibus erogandi, superflua cura est, & inordinata emere possessiones: quod Dominus prohibet, dicens: Nolite solliciti esse in crastinum. Ita sanct. 1 hom. in sua quæst. clxxv. articulo septimo, quod nota pro ædificatione Collegiorum. Et quæ sit ista necessitas horum determinatio relinquitur humanæ prudentiæ. Ideo ad Episcopatū non est assumendus, nisi ille, qui est ceteris melior, & distributor tenetur ad

eli-

eligendum meliorem ad regimen ecclesiæ, vt dixi supra. ita sanct. Tho. in d. sua q. artic. iij. & qui præcellit scientia, & sanctitate, est cæteris melior. & ait Ambros. exponendo sanctum Lucam: Non est minus crimen denegare pauperibus, quod abundat, quàm tollere possidentibus. & subdit: Panis, quem retines, pauperum est; & nudorum est vestimentum absconditum; & redemptio est miserabilium abdita pecunia: Et quia ob peccatum hodie non est, qui viuat secundum doctrinam Apostoli, necesse est, vt populus Christianus oret, vt sui Episcopi nó sint ex eis, quibus in die iudicij dicet Christus: Hospes eram, & non recepistis me. Dicit etiam Bernardus: Honorati ambulant ministri Dei ex bonis eius, cui non retribuunt honorem. & alibi: Quodcunque ex altari detines vltra quotidianum vsum, & vestimentum necessarium, non est tuum, sed sacrilegium, & rapina. addit etiam: Præsides, vt prouideas, consulas, custodias, procures, & distribuas tempore suo, vt fidelis seruus, & prudens, quem constituit Deus super familiam suam; sed non vt dissipes; & si multum accepisti, multum dabis; & si parum, illud distribue: nam qui in modico fidelis est, supra multa cõstituitur, & in gaudium domini sui intrabit. Et pastores ecclesiæ debent Deũ præ
12 cæteris hominibus diligere, Ioan. vlt. & debent† subditos pascere triplici pabulo. s. veritatis verbo, vitæ exemplo, & temporali subsidio. Ideo maxima maturitate Episcopus eligendus est. Accedit ad hoc tex. singularis in c. Archidiaconum Florentinum. lxxxv. distinct. vbi Gregor. scribit Ioanni Episcopo sic dicens: Florentinum Archidiaconũ ecclesiæ Anconitanæ, qui ad Episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiam habere, sed ita ętatis senio iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere: Adijciunt etiam illum ita tenacẽ existere, vt in domo eius amicus nunquam ad charitatem introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur, sed, quantum asseritur, Psalmos ignorat: Florentinum verò diaconum ecclesiæ Rauennatis, qui ab omnibus electus memoratur, sollicitũ esse nouimus, sed, qualis sit interius,

omni-

omnino neſcimus. Ideoque fraternitas tua vna cum fratre noſtro coepiſcopo Armenio ſuprąſcriptæ eccleſię Anconitanæ viſitatore illuc feſtinet accedere, & diligenter de vita, & moribus ſingulorum acquirere, ſi nullo crimine ſint conſcij, quid eos ad hoc officium vetet accedere? Pariter etiam requirendum eſt, ſi hoc quod de præfato Archidiacono dictum eſt, quia nunquam amicus eius domũ ingreſſus eſt, ſi ita ſe veritas habeat; & vtrum ex neceſsitate, aut ex tenacitate talis ſit; aut ſi ita eſt ſenex, vt ad regendum non poſsit aſsurgere; vel ſi tactis ſanctis Euangelijs, ſicut nobis nunciatum eſt, inſiurandum præbuerit, nunquam ſe ad Epiſcopatum accedere. Sed etiam de Ruſtico diacono quanto pſalmos minus tenet, ſcrutandum eſt. Florentino autem diacono Rauennati ſi nullum (vt diximus) crimen eſt, quod obſiſtat, apud Epiſcopum eius neceſſe eſt agere, vt ei debeat ceſsionẽ concedere, nõ tamẽ ex noſtro mandato, vel edicto; ne cõtra ſuam voluntatem eam concedere videatur. Et vide ſanctum Tho. in Quolibeto vj. & vide tex. & docto. in d.c. non liceat Papæ. xij. q.ij. & Paulus ad Corinthios epiſt. j. c. ix. dicit: Bonum eſt enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Aduertant ſanctiſsimi Epiſcopi.

## DE SCIENTIA SACRORVM SVMmorum Romanorum Pontificum, & ſanctiſsimorum Epiſcoporum, & aliorum ſacerdotum. Cap. VII.

### SVMMARIVM.

1 *Summi Pontifices, & Epiſcopi, noui & veteris teſtamenti ſcientia præditi eſſe debent.*
2 *Quæ, & quot requirantur pro Epiſcopo ordinando.*
3 *Doctrina quomodo intelligitur.*
4 *Papa, cùm ſit caput totius Chriſtianitatis, ſcientia omnes præcellere debet.*
5 *Tenentur Epiſcopi omni de fide poſcenti rationem reddere. & num. 12.*

6 Here-

6 *Heremitæ plus contemplatione, quàm scientia indigent.*
7 *Illiterati ad sacros ordines promoueri non debent.*
8 *Accipiens dignitatem, vel officium, nisi ad exercendum ea, quæ illi dignitati incumbunt sufficiens sit, peccat.*
9 *In sacerdotibus maximè ignorantia euitanda est, mater est enim cunctorum errorum.*
10 *Liber Decretorum ob longam obseruantiam approbatus est.*
11 *Apud ordinarium beneficiorum sibi subiectorum libera est dispositio.*
13 *Explicitè, & implicitè scire quomodo intelligatur.*
14 *Sufficit inferioribus clericis implicitè credere, dummodo de sacramento altaris periti sint.*

1 SVmmi† Pontifices, & Episcopi debent habere notitiã noui, & veteris testamenti, cùm Omnipotenti teneantur reddere rationem de fide; de quo vide bonum text. in c. qui Episcopus. xxiij. distinct. vbi litera dicit: Qui
2 † Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negotijs cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, vel acutus; si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, patrem, & filium, & spiritum sanctum vnũ Deum esse confirmans, totamq; Trinitatis vnitatem, deitatem, coessentialem, & consubstantialem, & coæternam, & coomnipotentem prædicans, si singulas quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum, si incarnationem diuinã non in patre, neq; in spiritu sancto factam, sed in filio tantũ credat; vt quia erat in diuinitate Dei patris filius, Deus verus ex patre esset, & verus homo ex matre carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationabilem, simulq; in eo vtriusque naturæ. i. Deus, & homo, vna persona, vnus filius, vnus Christus, vnus Deus creator omnium quæ sunt, & auctor, & rector, Deus cum patre, & spiritu sancto omnium creaturarum,

qui

qui passus sit pro salute nostra vera carnis passione, & mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera suæ carnis receptione, & vera animæ reassumptione, in qua veniet iudicare viuos, & mortuos. Quærendum est etiam ab eo, si veteris, & noui testamenti, id est, legis, & prophetarum, & Apostolorum vnum, eundemq; credat auctorē; & Deum viuos, ac mortuos iudicaturum, & si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum est etiam ab eo, si credat huiusmodi, quam gestamus, & non alterius resurrectionem; si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne hac gesserint, vel pœnas, vel præmium; si nuptias non prohibeat, si secunda matrimonia non damnet, si carnium perceptionem non culpet, si pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismate omnia peccata, id est, tam originale peccatū contractum, quàm illa, quæ voluntariè admissa sunt, dimittantur, si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. Cùm in his omnibus examinatus fuerit inuentus plenè instructus, tunc cum omni consensu clericorum, & laicorū, & conuentu totius prouinciæ Episcoporum, maximè Metropolitani vel authoritate, vel prǫsentia, ordinetur Episcopus. Suscepto in nomine Domini nostri Iesu Christi Episcopatu non suæ delectationi, non suis moribus, sed his patrum definitionibus acquiescat, facit tex. in c. j. & ij. lxij. distinct. Oportet enim Episcopum esse doctum. Et † doctrina consistit in disciplina correctionis, in sermone ‡ prædicationis: in disciplina, vt corrigat ex charitate, & cum lenitate, & non ex odio, nec modum excedat in correctione; sed si excesserit, veniam non cogitur à subditis postulare, ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, regēdi frangatur authoritas: & tamen petenda est venia ab omnium domino, qui nouit eos, quos plus iusto forte corripitis, quāta beneuolentia diligatis. nex. in c. quando. lxxxvj. distin. vbi etiam legitur: In doctrina vero sacræ scripturæ authoritatem debēt Episcopi proferre, non secularium literarum peritiā ostendere; non enim est Episcopalis officij Grammaticā exercere, nec laudes Iouis personent in ore Pontificis. Et vt

cla-

clarius loquamur, dico de mente docto. in c. cùm in cunctis. de electio. quòd sufficientia consideratur secundum qualitatem loci vbi habet Episcopus, vel sacerdos viuere, & conuersari; secundum qualitatem officij sui. Ideo † Papa
4 deberet habere maiorem scientiá reliquis, cùm sit præpositus, & caput totius Christianitatis: Episcopi verò debent habere notitiam noui, & veteris testamenti, cùm omnipotenti teneantur reddere de fide rationem. de quo vide bo. tex. xxiij. dist. in c. qui Episcopus. lxij. dist. in c. j. & ij. & legitur in j. epist. Petri cap. iij. Parati omni poscenti rationem reddere de ea, quæ in vobis est, fide. & Dan. xij. legitur, qui docti sunt, fulgebunt, quasi splēdor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. & in Ecclesiastico c. xiiij. dicitur: Qui
5 † elucidant me, vitam æternam habebunt; qui elucidant mea occulta, id est, sapiētiæ mysteria in lege, & prophetis contenta fideliter exponendo, vitam æternam habebunt in præmium. Item secundum Hostien. debent habere scientiam iuris canonici, cùm secundum illam debeant iudicare, præsertim in causis matrimonialibus, vt in c. j. de consang. & affin. Archidiaconi verò, & Præpositi debent scire iura, secundum Inno. cùm habeant secundum illa iudicare. Sed hoc ego intelligo in his Archidiaconis, & Prępositis, qui habent iurisdictionem contentiosam: in illis verò, qui solum habent nudum nomē, vt Archidiaconus, & Præpositus, non requirerem talem scientiam: quia (vt dixi) satis est, vt habeant sufficientem scientiam: & sufficientes appellātur secundum qualitatem officij, & dignitatis
6 suæ regionis. Et † Heremitæ magis indigent contemplatione, quàm scientia. arg. xvj. q. j. in c. legi epistolam. supplet enim defectum scientiæ perfectio charitatis, vt in c. ij. de rehunc. Vnde dicit Inno. quòd in Abbate non requiritur magna scientia. & dicit Archid. in d. c. legi, sufficere sibi, vt sciat cantare, & legere. Collecta dicit hoc verum, nisi habeat curam animarum. Sed ego nó video qualiter posset primum dictum saltem de iure procedere, cum quilibet Abbas habeat saltem curam fori pœnitentialis respectu monachorum suorum: de presbyteris verò dic,

nō dic, quòd debent scire canones pœnitentiales, & illa, quæ habentur in c. quæ ipsis. xxxviij. dist. Ex † prædictis 7
infertur, & ex tex. supradicto, quòd omnino illiterati non debēt ordinari, & probatur hodie clarius in c. fi. de temp. ord. lib. vj. Si tamen ordinarentur, acciperent characterē secundum docto. quia ex quo quis est baptizatus, est capax cuiuslibet sacramenti, vt in c. veniens, de presby. non bapt. Parum autem scientes non debent promoueri, nisi secundum Inno. sint dociles, id est, apti ad addiscendum. Quod procedit secundum Hostien. dispensatiuè, & ex magna causa, quasi non sufficiat, quod quis sit docilis ad hoc vt promoueatur: & benè loquitur, & credo hunc intellectum habuisse Innoc. Sed (vt dixi) consideranda est multum qualitas loci; nam in Præposito hominibus abiectis, & modicæ conditionis non requiritur tanta scientia, sicut in eo, qui præponitur curæ magnorum vitiorum. concludit tamen Innocen. vnum dictum notabile, † quòd pec- 8
cat acceptans dignitatem, vel officium, si non habet sufficientem scientiam ad exercendum ea, quæ incumbunt illi dignitati, vel officio: & videtur hoc dictum probari vltra rationem naturalem, in cap. non est putanda, in fin. j. quæst. j. quia † ignorantia mater cunctorum errorum ma- 9
xime in sacerdotibus Dei cuitanda est, qui docendi officiū in populo Dei susceperunt, vt in c. ignorantia. xxxviij, distinct. & vide in c. illiteratos. xxxvj. dist. Sed sufficit mediocris scientia in clerico, vt in c. cum nobis olim, de electiō. & vide glo. in d. c. illiteratos. vbi tex. dicit: Illiterati, & corpore vitiati non promoueantur ad clerum. & ibi in ead. dist. dicitur: Sacerdotis est legis scientiam habere, nō bellis orationibus vacare. Et de scientia Episcopi vide Apostolum in c. iij. ad Timoth. & in c. j. ad Titum. vbi multa de scientia Episcopi. Et Episcopus debet habere scien- 10
tiam iuris canonici, cùm secundum illam debeat iudicare; & est scientia approbatissima, & liber † Decreti est approbatus propter longam operis obseruantiam. Et hanc rationem dilata, vt per Felin. & docto. in c. ij. de rescrip. quibus adde Ioan. Andr. in c. ex parte, de seu. vbi videtur firmare, quod volumen Decretorum sit approbatum, licet

pon dicta Gratiani. & ibi Panor. dicit, quod ex quolibet Decretorum communiter, & à multis annis citra fuit publicè lectus in scholis solennissimis, & continet in se rationem, & ipsius dicta communiter sunt recepta, & allegata in tribunalibus Pontificum, & principum, ab omnibus custodienda sunt. Itaque dicta Patrum, & Pontificum, de quibus in Decretis, sunt approbata, non quia in eo volumine comprehendantur, sed authoritate ipsorum scribentium, quorum sententiæ sunt generaliter per ecclesiam approbatæ, c. j. xx. dist. c. si Romanorum. xix. dist. & c. sancta Romana ecclesia. xv. distinct. Et Dominicus in c. quis nesciat. ix. dist. dicit, quòd dicta sanctorum scripta in libro Decretorum sunt ab ecclesia approbata. Et Archid. dicit, quòd liber Decretorum ab ecclesia est receptus, & approbatus quò ad authoritates, quas Gratianus inducit, non autem quò ad solutiones Gratiani: Vnde quædam possunt reprehendi ab illis, quibus veritas magis illuxit. Et opinio Archidiaconi præualet alijs, vt per Felin. in c. canonum. de constit. Quod quidem diuinum opus Eugenius Pontifex approbauit, & legendum publico gymnasio concessit, quia fundamentum est iuris canonici. Et quando fuerit facta compilatio Decretorum, vide Alber. de Iustiniani C. confirmando ad finem: & vide Bellamer. in procemio decreti, vbi multa dixit.

Ex supradictis itaque colligemus, quòd quando Episcopi instituunt aliquem in beneficio, instituant personas idoneas obseruando iura, vt in c. graue, de præbend. & sic intelligitur tex. in c. conquerente, de offi. iudicis ordinarij, vbi dicitur, quòd † apud ordinarium est libera dispo- 11
tio beneficiorum sibi subiectorum. Habet etiam Papa liberam dispositionem beneficiorum, vt in c. ij. de præben. in vj. Sed Romanus Pontifex olim raro faciebat gratias beneficiales: vnde in volumine Decretorum non fatigamur in his: vt per Panor. in c. mandatum, de rescript. Incœperunt demum dare primo rogando, postea præcipiendo, & executores dando: nec de facili grauabat Papa ecclesiã, si de vno tantum, & in illis reseruationibus ponebat clausulam, si pro alio non scripserimus, vel æquipollentem. si

cit tex. in c. constitutus, & c. capitulum sanctæ crucis, & c. ex insinuatione, & c. mandatum, cum duobus sequen. de rescript. Procedente tempore à principio factæ sunt gratiæ datis executorialibus. c. pro illorum, de præben. c. proposuit, de conce. præben. Demũ tempore Innocẽtij IIII. dabatur beneficium acceptandi. c. quia cunctis, de concess. præben. in vj. ad quod fortificandum addita est clausula Decreti irritantis Clementis I, de conce. præben. Sic in reseruationibus nec vnam inuenies in volumine Decretorum, vt notat Dominicus in c. duobus, de rescript. Postmodum cœperunt generales, & speciales reseruationes ad certa beneficia. c. ij. de præben. in vj. facit tex. in extrauag. Execrabilis. Ideo cauebit sanctissimus Papa, & alij Episcopi promouere ad ordinem sacrorum, aut dare beneficium homini indigno, neglecto digno: quia dignus est operarius mercede sua. Et imponendo finem materiæ præsentis capituli allego tex. admirabilẽ in c. qui ecclesiasticis. xxxvj dist. vbi litera dicit: Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione diuinis stipendijs non est eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verumetiam ordinatores eius careant eo ordine, quem contra præcepta patrum crediderunt præsumendum. Ecce † quòd sacrarum literarum 13 oportet Episcopum habere peritiam. vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas, quia in pectore Pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla esset, vel fieret mora de intromittendis vectibus, quia prædicatores, per quos ecclesia circunfertur, sacris literis semper debent insistere, ne tunc quærant discere, cùm ex officio alios debeant docere. Hinc etiam Dauid prius ex gratia spiritussancti donum scientiæ percepit, & postea administrationem regni assecutus est. Salomon quoquenon diuitias, non longa tempora huius vitæ, sed sapientiam à Deo expetijt, & impetrauit. Hinc etiã Dñs

prius posuit verba sua in ore prophetæ, & postea constituit eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiam: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes, & regna. Hinc etiam Malachias: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Hinc etiam idem Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens illos, & interrogans, & postea prædicare cœpit, quia prius quisq; discere, & postea prædicâdi officium vsurpare debet. Hinc etiam Salomon ait: Prius tempus tacendi, & postea loquendi; quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur. Hinc idem Dominus ait: Qui audit, dicat, veni. Hinc etiam prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandum misit, dicens: Estote prudentes, sicut serpentes, & simplicer, sicut columbæ. Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, & scripturas exposuit, & postea dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, &c. Vnde cùm de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & postea discipulis dedit, & post eos demum turbis apposuit: quia sacramenta legis, & propheratum prius differendo exposuit, & postea eorum scientiam discipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus dispẽsauit. Hinc Petrus etiam cum rectoribus ecclesiæ scriberet, ait: Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem de ea fide, & spe, quæ in vobis est. Hinc etiã Paulus scribens ad Tim. ait: Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non sufficit prælatis bona conuersatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrinæ. Vnde sacerdotes ingressuri templum tabernaculi prius lauabantur in labio æneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. Hinc etiam in canticis canticorum, oculi, per quos prælati ecclesiæ intelliguntur, assimulantur columbis, qui residem iuxta fluenta plenissima. Et clerici habentes curam animarum debent scire articulos fidei explicitè. xxxviij. dist. c. j. & ij. sed Episcopi tenentur plus scire, vt omni poscenti reddant rationem. c. qui ecclesiasticis. §. ecce. xxxvj. dist. & c

& c. omnes. xxxviij. dist. vbi leguntur ea, quæ oporteat scire eum, qui Episcopus est ordinandus. Et Episcopus habeat apud se sapientes, Panor. in Rubr. de sum. Trinit. Et laici debent scire articulos fidei implicitè. Explicitè † scire, est explicare articulos fidei, distinguere, & defendere; implicitè verò est credere secundum quod ecclesia credit, ita quòd suam fidem submittat fidei ecclesiæ. Sed in materia hac non tradas obliuioni tex. in c, ignorantia. xxxviij. dist. vbi litera dicit: Ignorantia mater cunctorum errorũ maximè in sacerdotibus Dei euitanda est, qui docendi officium in ecclesia Dei susceperunt. Sed clericis † inferioribus videtur sufficere, si credant implicitè, sicut & laici: debent tamen aliquid plus scire de sacramento altaris, in quo quotidiè versantur. Sed si habent expensas, tunc peccant, si non instant, vt plus sciant, quàm laici. ita docto. in Rubr. de sum. Trin. & fide catho. & præcipuè vide Panor. ibi, & ibi de articulis fidei. Et vide Durandum in tertio libro sententiarum. xxv. dist. quæst. j. 13 14

## ORDO EPISCOPALIS QVADRIpartitus: & de his, quæ ad hunc ordinem pertinent. Cap. VIII.

### SVMMARIVM.

1 Episcopalis ordo quadripartitus.
2 Ordo quid sit.
3 Qui, & quot sint Episcopatus ordines.
4 Ecclesiæ sacramenta quæ, & quot sint.
5 Sacri ordines qui dicantur.
6 Nomen ordinis à canonistis largius accipitur, asserendo, Episcopatum ordinem esse.
7 Solus Petrus fuit Episcopus ordinatus.
8 In quibus differant Episcopi à simplicibus sacerdotibus.
9 Sacerdotes quanto digniores fuerint, tanto facilius exauctorantur.
10 Quatuor sunt Patriarchales sedes.

VT autē ad materiā reuertamur, dico, quòd † ordo Episcopalis quadripartitur, videlicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Episcopis, vt in c. cleros. xxj. dist. Et † ordo nihil aliud est, quàm quędam potestas gradus in spiritualibus dispensandis. Sed Episcopi possunt dispensare secundum confirmationem, & ordinem, ergo Episcopus est ordo. Et Episcopus ex sua ordinatione, vel consecratione habet ampliorem potestatem in collatione sacramentorum; & executione sacrarum actionum, quàm simplex sacerdos; licet fuerit error Arrij, qui dicebat presbyterum ab Episcopo non debere discerni. Ita sanct. Tho. in opusculo de articulis fidei, & ecclesiæ sacramentis, ad finem: & ibi dicit, quòd Episcopatus magis est dignitas, quàm ordo. Ibi † etiam dicit, quòd sunt septem ordines. s. presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, acolitatus, ordo exorcistæ, lectoris, & hostiarij. Clericatus autem non est ordo, sed quædam professio vitæ dantium se diuino ministerio. Et sacramenta ecclesiæ sunt septem, dico sacramenta nouæ legis, quæ conferunt, & continent gratiam. In eis enim virtus Christi sub tegmento rerum visibilium secretius operatur salutem, & idem sacramentum nouæ legis est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Et † sunt septem (vt dixi) baptismus scilicet, confirmatio, eucharistia, penitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium; quorum prima quinque ordinantur ad perfectionem vnius hominis in seipso; sed alia duo, ordo scilicet, & matrimonium ordinantur ad perfectionem, & multiplicationem totius ecclesiæ. Itaque ad communem ecclesiæ vtilitatem ordinantur ista duo sacramenta. Et de sacramentis vide infra in sermone Episcopali, vbi latè de sacramentis in ij. parte sermonis. Sed in primitiua ecclesia non erant minores ordines, & erat sacerdotium. Panor. in c. j. de clerico per saltum promoto. † Et sacri ordines dicuntur subdiaconatus, & superiores: olim tamen in primitiua ecclesia non erat sacer ordo, sed postea fuit institutus, vt in c. miramur, de seruis non ordinand. & c. âmultis, de æta. & qualit. Et dicuntur isti sacri ordines per excellentiam: nam omnes ordi-

nes

nes sunt sacri, sed isti dicuntur sacri, quia magis participãt de sacramento corporis Christi, vt non liceat amplius retrocedere, cum in c. vt ex eo, de elect. in vj. & vide Panor. in c. si quis, de cleri. coniugatis. Et Episcopus potest conferre omnes ordines, consecrare alium in Episcopum, confirmare, ecclesias consecrare, moniales benedicere, & multa alia, quæ non conueniunt simplici sacerdoti, vt dixi. Vnde † canonistę accipientes largius nomen ordinis dicunt, 6
Episcopatum ordinem esse. Sed Episcopatus non est ordo, capiendo ordinem prout est sacramentum: quia ordo, vt est sacramentum, ordinatur ad eucharistiæ sacramentum; sed Episcopus non habet potestatem superiorẽ, quantum ad sacramentum eucharistiæ, nisi quantum habet sacerdos simplex: ergo Episcopatus non est sacramentum. Sed capiendo ordinem, prout nominat officium, siue gradum potestatis respectu quarumcunq; suarum actionum, Episcopatus est ordo, vt diximus, & est supra sacerdotiũ. Et sic sumitur. xxj. dist. c. cleros, & de renun. c. post translationem, §. cum ergo, & lxviij. dist. c. sicut, & lxvj. distin. c. porro, & quasi in omnibus capitulis consecratio Episcoporum vocatur ordinatio. Est igitur Episcopus superior non solum propter iurisdictionem, sed etiam propter ordinem, quem habet modo perfectiori: & potestas iurisdictionis fuit permissa Apostolis, Matth. xviij. Quæcunque ligaueritis, & cæt. Et circa Episcopalem ordinem sciendum est, quòd solus † Petrus, quantum elici potest ex sa- 7
cra scriptura, solus (inquam) inter Apostolos fuit Episcopus ordinatus: cùm enim dicat tex. in d. c. in nouo testamento, quod à Petro post Christum sacerdotalis cœpit ordo, intelligendum est, ipsum fuisse Episcopum à Christo ordinatum, & per ista verba: Pasce oues meas, quæ proprie Episcopo conueniunt. c. cleros. xxj. distinct. cap. perlectis. xxv. distinct. Et cùm illa verba diceret Dominus in recessu suo ab Apostolis soli Petro, solus Petrus apparet relictus Episcopus ab eo. facit tex. in d. c. in nouo testamento. Probatur etiam hoc in d. c. porro. lxvj distinct. vbi Iacobus Alphæi à Petro, Iacobo, & Ioanne Zebedæi fuit Episcopus ordinatus. Et sic patet, quòd non erant Apo-

stoli Episcopi ordinati: Si enim fuissent alij ordinati, quare non & Iacobus? Et ideo credendum est, quod Christus ordinauerit Petrum Episcopum, cum dimisit eum suum vicarium per dicta verba, pasce oues meas, Ioan. xxi. vide etiam in c.xx. & vide in c.xvi. &. xviii. Matth. & sanctum Lucam in c.xxii. & etiam in v. & vide infra in isto speculo c.de voto, vbi est bona additio. Episcopi vero in locum Apostolorum surrexerunt, & tenent vices eorum c.in nouo testamento.xxj.dist.c.ecclesiæ.xxxv.dist.c.quorum vices.lxviij.dist. Et ita est argumentum, quòd Episcopi debeant seruare morem eius, cuius locum tenent, vt xl.dist. c.non est facilè, vbi legitur: Non est facilè tenere cathedram regnantium cum Christo; & non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercèt opera eorum. Et notabis † differentiã inter Episcopos, & simplices sacerdotes; quia licet sex sint, quæ communiter ad omnes pertinent sacerdotes, videlicet catechizare, baptizare, prædicare, conficere, soluere, ac ligare; tamen ad Episcopũ nouem specialiter spectant. s. clericos ordinare, & virgines benedicere, & Pontifices consecrare, manus imponere, basilicas dedicare, degradandos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes, & vasa sacrare, in fronte chrismare, benedictionem solennem ante pacem dare. c. perlectis.xxv.distinct.& lxviij.distinct.c.quamuis. Sed maiores, & minores sacerdotes communiter in quibusdam vicem gerunt summi Pontificis, id est, Christi. Nam pro peccatis obsecrant, & per pœnitentiam reconciliant peccatores. Mediatores enim sunt inter Deum, & hominem; dum præcepta Dei populo deferunt prædicando, & Deo vota porrigunt supplicando. Et † sacerdotes quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus populi, pro quibus clamant, exaudiuntur. j.quæst.j.c.ipsi sacerdotes. & in c.xx. Genes. legitur: Redde vxorem suam, & orabit pro te, quia prophetа est: & in epist. Iacobi c. fin. dicitur: Multum enim valet deprecatio iusti assidua: & Petrus dixit in Canonica.j.c.iij. Oculi Domini super iustos, aures eius ad preces eorum. Et in cap. antiqua, de priuileg. Concilium † generale ponit ordinem quatuor Patriarchalium sediũ:

vbi

vbi litera dicit: Sancta vniuersali synodo approbante sancimus, vt post Romanam ecclesiam, quæ disponente Deo super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra; Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant. & in d.c videbis multa de Patriarchis. Et Patriarcha quam potestatem habeat, vide Specul. in tit. de dispensa. §. nunc breuiter, & §. sunt quoque. & ibi Bald. in addit. & vide Cardi. in Clemen. in plerisque, de elect. o. & vide Spec. in tit. de delegat. §. vj. & in tit. de iurisdict. omn. iud. versic. secundum Canones. Et vide Felin. in c. ex literis. de offi. deleg. Et vide Spec. in tit. de appella. §. iiij. versic. item non debet. Et nota, quòd graduum, & ordinũ distributio ecclesiæ vnitatem conseruat. cap. ad hoc. lxxxix. dist. Itaque diuersitas ordinum propter maiorem concordiam est statuta. c. licet. il ij. xlv. dist.

## DE RESIDENTIA SANCTISSIMORUM *Episcoporum, & de coadiutore.*

### *Cap. IX.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in sua cathedrali Ecclesia residere debet. & nume.* 4.
2 *Vtrum Episcopus votum longæ peregrinationis sine licentia Pontificis emittere possit.*
3 *Fugiat Episcopus si specialiter quæritur Prælati salus.*
5 *Cardinalis tenetur residere in Ecclesia sibi intitulata.*
6 *Episcopus, etiamsi sit senio confectus, vel infirmus, an desistere possit.*
7 *Aliqua circa materiam coadiutoris. & num.* 10.
8 *Episcopus nolens coadiutorem habere, an & à quo cogi possit.*
9 *Beneficia vtrum per coadiutorem conferri possint.*
11 *Per quem, ad cuius instantiam, & ex quibus causis detur coadiutor Ducibus, Baronibus, & aliis iurisdictionem habentibus? Ad quid postea teneatur, & facere possit.*
12 *In canonizatione sanctorum, vtrum Ecclesia errare possit.*

13 *Quando liceat beneficia ecclesiastica appetere, & procurare.*
14 *Parochia dicitur beneficium non plenè curatum.*
15 *Cura animarum est ars artium.*
16 *Petere, aliqua circunstantia eget, quæ non eget appetere.*
17 *Animarum cura solo Episcopo data est, solus ipse enim Ecclesiæ sponsus est.*
18 *In beneficio residentiam de iure requirenti (salua tamen rationabili causa) non residere, peccatum est.*
19 *Qui parupendit, quæ maxima Christi sunt, amor eius apud eum non est.*
20 *Ad eligendum Pastorem ecclesiasticum in foro conscientiæ, quæ, & quot conditiones requirantur.*
21 *Prælatus minus idoneus, gratus tamen ouibus, præfertur magis idoneo, & minus accepto.*

1 † EPiscopus debet in sua cathedrali ecclesia residere.i.in loco, vbi est ecclesia.c.Episcopus, de consecrat.distin. iij. & diebus festis dominicalibus debet interesse diuinis officijs in sua ecclesia, vt in d.c.Episcopus. Nec potest per diocesim vagare, nisi causa visitationis, vt in c.placuit. 7.q.j.& c.placuit.x.q.j.seruato, quod dicitur de cõse.dist. iij.c.Episcopus: & vide Panor.in c.magnæ, de voto, dicentem, quòd sine consensu Capituli Episcopus non potest emittere votum peregrinationis. quod tenet ibi etiam Inno.cum hoc sit negotium magnum.not.in cap.quanto, de his, quæ fiunt à prælat.Notat ibi etiam Panor.Episcopum
2 † non posse emittere votum longæ peregrinationis sine licentia Papæ; secus autem vbi peregrinatio nõ esset longa. Et ex illo tex. etiam notatur, quòd Episcopus non potest sine causa se absentare ab Ecclesia sua & dicit Hostien. alibi non ita bene probari. Sed ego adduco meliorem text. in c.Episcopus, de consecr.dist.iij. vbi tex.dicit, quòd cessante infirmitate non debet Episcopus, saltem diebus dominicis, abesse ab ecclesia sua. Et nota singulariter illum textum iuncta glos. sua, quòd Episcopus tenetur diebus dominicis, & solennibus interesse officijs ecclesiæ suæ, ita Panormit. Itaque Episcopus non debet relinquere propriam cathedram, nisi ex causa hostilitatis, vel pestis, vt in

tem

c.temporis, vij.q.j. vbi legitur, quòd necessitate temporis episcopalium sedium mutationes fieri possunt. Et episcopalis dignitas in maioribus populis præsidere debet, vt in c.j. de priuilegijs, ne honor episcopalis vilescat. Sed † si specialiter Prælati salus quæritur, fugiat Episcopus, exẽplo Christi, & exemplo Pauli, vt in c. aduersitas, vij. quæst.j. dum per alios firma est salus ecclesiæ. Cum verò non prælatorum tantum, sed totius ecclesiæ salus quæritur, & fides impugnatur, necesse est, vt in die belli seipsos, vt murum, opponant pro domo Domini, & animas suas ponant pro ouibus suis, vt exemplo suæ passionis accendant, quos sermone doctrinæ diutius confirmare non valent, vt in d. cap. aduersitas. vij. quæst.j. vbi de hoc. & ibi vide tex. in c. hoc nequaquam, vbi legitur, quòd Episcopus, qui causa humilitatis monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet: beata enim perseuerantia in eo non est, vt in cap. suggestum, vij. quæst.i. Et quando liceat prælatis subditos deserere, vel non, vide text. notabilem in c. fin. vij. quæst. j. vbi dicit litera: Ibi adunati æquanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui, quibus adiuuentur boni. 2

Et † de residentia Episcopi vide sanctum Thom. in secunda secundæ. q. clxxxv. & ibi Cardinalem doctissimum dicentem, quòd Episcopus tenetur ex præcepto diuini iuris ad residendum personaliter in suo episcopatu, licet sit secretarius sedis Apostolicæ, vel auditor Rotæ, vel consiliarius Regis: quia non ideo excusantur à residentia, & sunt tales in ecclesia Dei, velut monstra in natura. Dicit etiam ibi, quòd Episcopatus, & Cardinalatus sunt de numero incompatibilium de iure. allegat tex. in c. bonæ memoriæ, i. de postula. præla. Quicquid sit de consuetudine, quæ abusus potius appellanda est, debet residere in ecclesia sua, saltem in festo Natiuitatis, Epiphaniæ, Paschæ, & Pentecostes; aliàs à cõmunione suspenditur triennio. c. si quis in clero. vij. q.j. sed non est in vsu. Et † Cardinalis 3 tenetur residere in ecclesia sibi intitulata: & de rigore, si monitus non resedit, est deponendus, vt not. in c. exigistis, de cler. non resid. ibi, Cardinalis sancti Marcelli ob nõ re- 4

sidẽ-

sidentiam in synodo priuatus fuit dignitate sua admonitione præcedente, licet Cardinales sint pars corporis Papæ, & Papa cum eis iudicet totum orbem, & sint in quasi possessione, vt Papa non iudicet ardua, nec explicet sine
6 consilio Cardinalium. Et † propter infirmitatem, vel senium non destituitur Episcopus, sed datur ei coadiutor, vt in c. scripsit. vij. q. j. vsque ad c. sicut vir. §. ecce. & c. qualiter, & c. quamuis sit, & c. ecclesiæ, de supplen. negligen. prælat. Et Episcopus potest fieri solo verbo Papæ citra aliquas literas; non tamen potest ille se gerere pro Episcopo, nisi ostendat per literas: ita Panorm. in c. in nostra, de rescriptis. Et Episcopus sine capitulo, vel è conuerso, non habet potestatem in iurisdictionibus, nisi præscripserit, ita
7 Panor. in c. cum inter. de consuetud. † Et, vt ad materiam coadiutoris redeamus, dicitur in c. nisi cum pridem, de renunc. quòd debet dari coadiutor cuicunque prælato, qui non potest suum officium exercere. vij. q. j. quasi per totũ. Dicitur etiam in c. venerabilem, de offi. deleg. quòd dilapidanti bona ecclesiæ datur coadiutor, qui habeat liberam administrationem; excepto, quòd non potest alienare, vt
8 patet in c. vno, de clerico ægrotante, lib. vj. † Quid si Episcopus nolit habere coadiutorem, dico, eum cogendum per superiorem, argum. ff. de minor. l. ait. §. j. Vnde cùm Episcopus grauatus nollet assumere coadiutorem, licet à capitulo requisitus sit, nihil per capitulum innouandum est; sed capitulum significet Papæ conditionem Episcopi, & ecclesiæ. Et sic inuito Episcopo datur (vt dixi) vt in c. audientiam, de eccles. ædif. no. etiam de cler. ægro. c. penul. tenet glo. & docto. in c. vno. de cler. ægro. lib. vj. tenet etiam Archid. in d. c. sicut. §. ecce. Et à solo Papa est dandus coadiutor Episcopis, & prælatis, vt in d. c. vno. vbi legitur etiam, quòd si Episcopus officium suum nequeat exercere, possit de consilio, & assensu capituli sui, vel maioris partis vnum, vel duos coadiutores assumere. Sed si Episcopus demens fuerit factus, tunc capitulũ, vel duæ partes eiusdem authoritate Apostolica assumant vnum, vel duos idoneos coadiutores, qui eius officium exequantur: probatur etiam hoc in d. c. vno. Et de demente, & amente,

&

& furioso diximus latè in c.lxx. vbi tractaui latè de furioso, & demente. Sed † coadiutor non potest beneficia conferre, vt per docto. in d.c.vno. Si verò coadiutor est datus dementi (vt dixi) tunc beneficia confert; non obstante decretali vltima de officio vicarij; quia loquitur in casu, quo posset retardari ecclesiæ prouisio: quod esset nimis absurdum. Sed propter negligentiam ab administratione non remouetur, sed coadiutor datur. c. grandi, de supplenda negligentia prælat. in vj. & ibi docto. & vide Hostien. & Gostre. in summa, in tit. de supplen. negligen. prælat. §. negligentia prælatorum. Et de istis coadiutoribus vide Rubr. C. de curato. furioso. De tempore, quo spirat officiũ coadiutoris, dic, quòd mortuo illo, cui datus est, vt in d.c. grandi, de supplen. negligen. prælat. Et dixi, quòd propter infirmitatem, vel senium non destituitur Episcopus. ratio colligitur ex c. sicut. vij, quæst. j. vbi litera dicit: Sicut alterius vxorem nec adulterari ab aliquo, aut disponi, nisi à proprio viro, eo viuente permittitur; sic nec vxor Episcopi ecclesia, eo viuente, absque eius consilio, & voluntate alteri disponi non conceditur, quia electus in Episcopum per consensum sponsus ecclesiæ efficitur etiam ante consecrationem. c. inter canonicos, de elect. Et aduerte, q̃ Episcopatus est vnus: ex quo si aliquis promouetur in Episcopum alicuius ecclesię, cõtrahitur coniugiũ spirituale inter Episcopum, & ecclesiam vniuersalem, quæ vnica est; & matrimonium particulare inter Episcopum, & ecclesiam particularem. Hinc est, quòd si talis promotus ad ecclesiam particularem, renunciaret ecclesiæ particulari, remaneret tamen ligatus matrimonio contracto cum ecclesia vniuersali: vt probatur in cap. inter corporalia, de transl. Episc. † An verò in collatione beneficiorum, & in alijs requiratur consensus coadiutoris, dicit Oldra. in consil. xliij. Aut datur coadiutor alicui sanæ mentis existenti, puta propter certam causam, vt ob timorem dilapidationis; & tunc exercitium illius causæ, propter quam datus est coadiutor, non erit sine consilio, & assensu coadiutoris, vt extra, de offi. & pote. deleg. c. venerabile: Sin autem propter mentis alienationem, & nimiam senectutem, vel infir-

2

10

infirmitatem datur coadiutor, videtur habere in spiritua-
libus,& temporalibus generalem, & liberam potestatem,
vt vij.q.j.cap.j.ibi no.& c.quamuis sit tristi. & c.petisti, &
c.quia frater, & extra de supplen.negl.prelat. & c. grandi,
lib.vj. Et quod faciet, non faciet nomine Episcopi, vel con
stituentium eum; sed nomine ecclesiæ, vt not. Inno. extra
de procura.c.consulti. ad fin.vlt. glos. Et ex quo habet ge-
neralem, & liberam potestatem, potest illa, de quibus ha-
betur in c.is cui, de elect.lib.vj.

Item quæritur, nunquid in collatione beneficiorum
requiratur consensus coadiutoris, vel eius consilium? Et
quis faciet commissiones, & quis scribet, & dabit literas,
& sub quo sigillo, & cuius nomine? Ad hæc omnia hic
quæsita patet responsio per superius dicta, excepta colla-
tione beneficiorum, quæ non videtur ad talem coadiuto-
rem pertinere, vt arg.extra, de supplen.negl.prælat.lib.vj.
c.ecclesiæ.§.fin.& not.per Archid.extra, de cler. ægrotan-
te.c.pastoralis, libro vj. Sed hoc non videtur posse stare;
quia si habet generalem,& hoc etiam posset: vt notatur la-
tè secundum doctores in d. c.is cui. Præterea si ponamus
Episcopo continuum mentis exilium patienti datum co-
adiutorem, si coadiutor prouidere non posit, diutius va-
cabùnt ecclesiæ: quia nescitur, quàdo respiscat Episcopus,
vel moriatur, vt C.de vsufr.l.ambiguitatem, Et ideo isto
casu hoc sibi licere videtur, argum.ff.de adminis.tut.l.in-
ter bonorum. Si verò esset talis senectus in causa dandi
coadiutorem, quæ mentis exilium non induceret, sed ad
exteriora, quæ solius facti sunt, cum redderet impoten-
tem, quia sæpe accidit, quod senectus, & infirmitas virtu-
tem cordis augmentant, vt extra de renun. literas. & c.ni
si cum pridem. & ff.de cap.& postlim.reuer. l.postliminium.
§.si tunc; collatio tunc non videtur pertinere ad co-
adiutorem, sicut nec nuptiæ ad curatorem adulti, vt C.de
nup,l.in copulandis. Et sic possunt opin.doct.ad concor-
diam reduci: & c.pastoralis, in quantum prohibet aliena-
tionem, intelligitur in voluntaria alienatione; collatio e-
nim beneficiorum est necessaria. Inter hoc enim multum
refert, vt ff.fa.hercis.l.alienationem, cum simil. Et coadiu-

tor

sor Episcopi, vel sacerdotis potest esse religiosus, Cardin.
in Clemen.j.de regular. Et† coadiutor ducibus, & baro- 11
nibus, vel alij iurisdictionem habenti per quem detur, &
ad quorum instantiam, & ex quibus causis, & quid pos-
sit facere, & ad quid teneatur, vide plenè in speculo in ti-
tulo de feudis.§.quoniam. Et coadiutor dari debet iniquo
administratori. c.grandi,de supplen.negl.prælat.glo.in c.
ad Apostolicæ, de re iudi.in vj. Dari debet etiam coadiu-
tor tutori impedito. l.solet,& ibi Barto ff.de tute. & in l.
si præses. C. quom.& quando iudex. Solet† dubitari, v- 12
trum ecclesia possit errare in canonizatione sanctorum:
in quo vide glo. in c.vnico,de reliquijs,& venerat.sancto.
dicentem, quòd accidere potest, sed non est credendum.
Beatus Thom.pulchrè in Quodlibeto ix.art.vlt.prout re-
fert Cardina.san.Sixti in tractatu de potestate Papæ.q.lj.
dicit, quòd Papa non potest in hoc errare, quia diuina
prouidentia ecclesiam suam dirigit spiritu suo sancto, vt
non erret. secundum quòd promisit Ioannis xiiij. Spiri-
tus docebit vos omnem veritatem,&c. Et si argueretur in
contrarium, nullus potest esse certus ita de statu suo, sic-
ut ipsemet: quia quæ sunt hominis, nemo nouit, nisi spi-
ritus hominis, ad Corinth.j. Sed homo non potest certus
esse de se ipso an sit in statu salutis, Ecclesiastici ix. Nescit
homo vtrum dignus sit odio, vel amore. Ergo minus Pa-
pa de illo, quē canonizare intendit. Respondeo, quòd ipse
Papa informatur testibus, vt hic concurrente inspiratio-
ne spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiā profunda Dei.
Similiter si diceretur, qui vtitur medio fallibili, potest er-
rare, sed ecclesia vtitur testimonio hominum circa opera
miraculorum, vt hic, & illud est fallibile; ergo ecclesia po
test errare. Respondeo, quòd Deus præseruat ecclesiam,
ne in talibus per fallibile testimonium hominum falla-
tur. Aliqui dicunt etiam sustinere posse opinionem glos-
sæ in d.cap. vnico, quòd ecclesia in hoc errare possit. Et si
diceretur, ecclesia errare non potest.c.à recta, vbi nunquā
errasse probatur.xxiiij.quæst.j. respondent, quòd illud de-
bet intelligi, quòd non potest errare in fide, seu articu-
lis fidei: nam hoc tantum orauit Christus ad patrem: Ego

pro

pro te oraui Petre, vt non deficiat fides tua: sed in occultis ecclesia etiam vniuersalis errare potest: quod eleganter declarat do. Abb. in c. à nobis, de sentent. excommun. per illum tex. vbi ecclesia potest errare ligando non ligandum, & absoluendo: quia non potest de occultis certitudinaliter iudicare. c. vnico, vt eccles beneficia; Sed in talibus sequitur iudicia & opinionem, & ista sunt fallibilia. Et si diceretur, iudicium ecclesiæ cõfirmat se iudicio Dei, dict. cap vnico, sed Deus non errat, ergo nec ecclesia; respondent, quod confirmat se in quantum potest, sed aliquando non potest, vt in occultis. & istam partem tenet Felin. in cap. venerabili. de test. Vbi etiam dicit, quæ sint probanda antequam sanctus canonizetur. Sed opinio sancti Thomæ amplectenda est, quia spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines; Petrus in canonica, &
13 rationibus eius refragari non potest. Sed † dicamus, quando ecclesiastica beneficia appetere, & procurare licitum sit, vel non. Beneficium ecclesiasticum considerandum est primo, quo ad ingressum tam de appetitu, quàm de procuratione. Appetere siquidem ecclesiasticum beneficium siue curatum, siue absque cura, nullum ex suo genere peccatum est, quoniam huiusmodi obiectum est intra ordinem appetibilium recta ratione: & propterea Apostolus absolute dixit: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Peccatum autem contingit ex defectu alicuius circunstantiæ requisitæ, puta quis, cur, quomodo, &c. Et quoniam frequentissimè secundum primam circunstantiam in huiusmodi appetitu peccatur, ideo Apostolus statim subdit de circunstantia, quis, apponendo conditiones requisitas ex parte personæ ad rectum appetitum Episcopatus, dicens: Oportet autem Episcopum esse irreprehensibilem, &c. Et quoniam peccata ex parte circunstantiarum facile patere possunt applicanti ad subiectam materiam, nos ad specialia descendendo dicimus, quòd beneficium plene curatum (quale est Episcopatus) tunc tantum ex parte personæ licitè appetitur, quando appetens nouit se habere conditiones requisitas ad Episcopum: &
14 similiter non plene curatum, quale † parochia est, quum

quis

quis habet conditiones requisitas ad presbyterum parochialem, & sic de alijs. Et hoc cõcurrentibus etiam ex parte personæ alijs circunstantijs comparatiuis debitis. Vbi scito, quòd persona appetens debet seipsam mensurare per respectum ad tria, scilicet ad regimen animarum, ne præsumptuosè ad artem artium relatum se inueniat; & ad oues, quibus pascendis vacaturus est, vt tantum distet vita sua ab illis, quantum vita pastoris à grege; & ad alios, quibus tribui potest, aut debet tale beneficium, ne se dignioribus, aut æquè dignis anteponat. Et hic tertius respectus habet locum etiam in appetitu beneficiorum sine cura: debet enim secundum rectam rationem appetitum sic moderari, vt absque vitio acceptionis personarum appetat sibi prouideri de beneficio communi, vel hoc. De circunstantia quoque finis aduertendum est, ne beneficium appetatur propter finem malum, puta propter delicatam, & opulentam, aut splendidam vitam ex Christi patrimonio, &c. Discernere autem inter peccatum mortale, & veniale in inordinato appetitu beneficij non est difficile, præsertim si beneficium est curatum, & maximè si est perfectè curatum. Nam si appetens paruifacit commensurare seipsum † ad artem artium, hoc est, curam animarum, & 18
alias commensurationes postponit ob appetitum beneficij proculdubio mortale peccatum incurrit: quia contra charitatem ouium Christi appetitur, si beneficium est curatum: & contra iustitiam distributiuam saltem appetitur, si beneficium non est curatum. Intellige lector, quæ dico: nam si quis appetit simplici intentione beneficium communiter, aut sine cura, non cogitans de dignioribus se, non peccat: quia subintelligitur, quòd appetat habere licitè. In hoc autem, quod est habere licitè, includitur, quod detur sibi sine Dei offensa. Et similiter, si quis cogitat de dignioribus se, & non intenditillos impedire, sed pro seipso procurare, vt habeat licitè, non peccat, eadem ratione: potest enim contingere, vt superior sanctè det illi, qui minus dignus videtur; & est absolutè propter aliquas circunstantias singulares tunc occurrentes efficientes, vt dignior prò nunc postponendus sit. Beneficium

autem quodcunque pro se petere, aut procurare, eiusdem moris est, cuius est appetere illud. Et propterea, quando appetere est damnabile, petere quoque damnabile est. Eget † tamen aliqua circunstantia petere, qua non egeret appetere: quia petere est actus exterior, qui potest scandalizare, & propterea eget maiori rectitudine. Et scias, quòd à doctoribus petere regimen animarum ideo damnatur, quia vix possibile est, vt homo integri sensus, & rectæ mentis reputet seipsum habere supradictos tres respectus personales, sine quibus petere simpliciter, & absolutè, est præsumptuosum, ac per hoc indignum reddit petentem. Dico autem simpliciter, & absolutè, quia tam appetere, quàm petere secundum quid (hoc est, si superiori videtur expediens, & cognoscendo quis se indignum, cum tremore committendo negotium Deo petat, vel appetat pro honore Dei, & salute ecclesiæ) non est pernitiosum, quamuis sit veniale, nisi charitas moueat: quoniam hoc non est petere, sed offerre se, si opus est. Et si charitas verè mouet, meritorium est, sicut Esaias: Ecce ego, mitte me: & Martinus: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Memento quoque non versari in magno periculo, qui indigens, & idoneus cum tremore, & cæt. se offert petendo secundum quid beneficium vacans cum
27 cura animarum imperfectè, puta parochiam: † quia cura animarum proprie, & plene solius Episcopi est, in cuius signum ipse solus sponsus est ecclesiæ, & non potest ecclesiam deserere eundo ad religionem: reliqui enim sunt adiutores Episcopi ad curam animarum. Contingit autem (vtinam non sæpe) appetentibus, & petentibus beneficia procuratio simoniaca per munus, à lingua, vel ab obsequio: de quibus inferius patebit, quum de simonia dicetur. Beneficium ecclesiasticum secundo considerandum quoad progressum est, quantum ad seruitium personale,
28 & quantum ad prouêtus. In † beneficio siquidem de iure requirente residentiam, peccatum est sine rationabili causa non residere. Et si beneficium est curatum, non residere absque rationabili causa, peccatum communiter mortale est, pro quanto damnum infert animarum, nisi propter

impe-

imperfectionem actus excusetur à mortali: infert enim contrarium naturali iustitiæ, qua tenetur ipsemet ex susceptο officio gerere ouium Christi curam, quæ regulariter sine residentia non potest haberi, vt debet: quum etiam præsentes, & solicitè studentes circa animas vix regant, vt tenentur. Iniustitia enim ex suo genere mortale peccatum est, quamuis propter imperfectionem actus sit quandoque veniale. Est etiam contra debitam charitatem Christi: † Nam amor eius non est apud eum, qui parui pendit, quæ maxima sunt Christi, salutem scilicet animarum sibi commissarum. Etenim experientia testatur, quàm malè se habeant in spiritualibus, & in temporalibus ecclesiæ Christianæ propter absentiam pastorum: antiquũ prouerbium est, tam quòd oculus domini impinguat equum, quàm quòd optimum fimum vestigia domini sunt. Excusare tamen potest absentiam sine rationabili causa à mortali imperfectio actus, vel paruitas damni, & si quid est huiusmodi. Et de residentia sacerdotij, quia multum interest Christianæ religioni, multoties diximus in isto libro. Dixi etiam in c. v. quibus virtutibus debet pollere eligendus in prælatum: nunc † adde ad dictum c. v. & dic, quod electio ecclesiastici pastoris debet in foro conscientiæ fieri de homine habente duas conditiones. Prima est, quòd sit bonus, hoc est, sine peccato mortali: propter hoc enim Dominus ter Petrum interrogauit, si haberet charitatem. Secunda est, quod sit melior cæteris cognitis, qui possent eligi, & haberi. Melior autem, non quantum ad bonitatem vitæ, sed quantum ad regimen illud, nunc & hic respectu talium ouium, & reliquis particularibus occurrentijs pensatur. Exiguntur autem in tantum ambæ conditiones, vt neutra earum possit scienter omitti sine peccato mortali. Scienter autem dico, hoc est, secundum conscientiam eligentis: tenetur enim eligens, si absque peccati mortalis incursu vult eligere, tenere secundũ suam conscientiam, quod ille, quem eligit, sit in gratia Dei, & quod sit ad tale officium in hoc loco, hoc tempore, & cæt. melior omnibus, quos nouit posse haberi pro tali cura. Et ratio primi est, quia existens in peccato mortali, est in-

dignus prælatione ecclesiastica, vtpote non diligēs Chri-
stum super omnia: ac per hoc impotens pascere Christi o-
ues ex sua vita; quod præcipuè exigitur in pastore. Ratio
secundi est, quia postponere meliorem minus bono in hu-
iusmodi non est sine crimine acceptionis personarū, dum
21 persona præponitur causæ. Prælatus † autem minus ido-
neus, gratus tamen ouibus melior est illis, quàm prælatus
magis idoneus, minus tamen illis acceptus: quoniam vbi
charitas coalescit, hic periculum operādi, &c. Vnde Pau-
lus Apostolus, quales debeant pastores eligi, describens ad
Titum, & Timoth. nunquam meminit conditionis com-
paratiuæ, scilicet quòd sit cæteris magis dignus: sed tan-
tum conditionum positiuarum, quæ requirūtur ad hoc,
quòd sit idoneus Episcopus: quia tunc Episcopi non be-
neficium, sed officium habebant: & quia ad id, quod est
per se, respiciebat Apostolus. Ex quibus patet, non esse ex
suo genere peccatum mortale postposito digniore eligere
verè dignum in ecclesiasticum pastorem: quia ex ijs, qua
sunt per se iudicando, sufficit eligere sufficientem ad onus
tale spiritale, & ad dispensandum temporalia: quoniam se-
cundum veritatem etiam ad onerosum officium respectu
temporalium eligitur consequenter.

## DE ORDINATIONE, ET CONSE-
## *cratione Episcopi. Cap. X.*

### SVMMARIVM.

1 *Electus in episcopum à quo debet ordinari.*
2 *Electus in episcopum longa probatione vitam suam notificare debet.*
3 *Secundum primitiuam ecclesiam, solus diaconatus & presbyteratus erat sacer ordo.*
4 *Sacer ordo habet annexum castitatis votum.*
5 *Laici an in prælatos eligi possint.*
6 *Vltra tres menses episcoporum ordinatio differri non potest, sed in consecratione.*
7 *Episcopus non dicitur ante consecrationem: & de forma consecrationis.*

8 *Consecratio confirmat nomen, & dignitatem episcopalem.*
9 *Episcopus renuncians episcopatui, an retineat ea, quæ sunt ordinis, & de modo renunciationis.*
10 *Quæ, & quot concurrant in episcopo.*
11 *Collector vtrum ecclesia vacante possit, & debeat fructus recipere.*
12 *Acquisita per prælatum de facultatibus ecclesiæ, vtrum sint ipsius ecclesiæ.*
13 *Expellendus est episcopus gregem suum malè tractans, idem de inquilino vasallo, emphyteota & domino malè versante, qualiter intelligatur.*

ELectus † in Episcopum per suum Metropolitanum præsentibus suffraganeis episcopis debet ordinari c. Episcopi. xxiiij. distinct. vbi legitur: Metropolitanorum, & Episcoporũ examine promoueantur cæteri Episcopi: sequitur text. Cùm itaque sine examinatione nullus sit ordinandus, quomodo, & quo tempore hæc examinatio fieri debeat, considerandum. Et Metropolitanus debet interuenire principaliter, vel authoritatiuè, vt sumitur. xxj. dist. c. in nomine Domini. Sed ista decreta recesserunt ab aula. Nam licet sit scriptum, quòd promouendi ad episcopalem dignitatem sunt examinandi (vt dixi) non vtimur. Legitur etiam in c. sacerdotibus. lxj. distinct. † quòd eligendus in Episcopum longa probatione debet vitam suam notificare. c. oportet. viij. quæst. j. nam debet eligi, qui doctior, & sanctior. c. licet. ead. q. & cau. & talis eligendus est, cuius comparatione cæteri grex dicantur. xxv. distin. c. vnum: Nam ipse, tanquam aries, ducatum gregibus præbet. c. sciscitaris. vij, q. j. & singulorum onus, & solicitudinem portat, c. Clemens. viij. q. j. Sed non debet eligi, qui de incontinentia notatus est. c. priusquam. xxviij. distinct. nec ille, cuius vxor, & filij adhuc sunt super terram. c, catinensis. lxj. distinct. & ibi loquitur text. quando præsumptio est, quòd propter filios dilapidet bona ecclesiæ. Item nõ debet eligi nimium simplex, vel vsurarius. c. de Petro. xlvij. distinct. vbi legitur, quòd electus in Episcopum de-

bet esse notus Romano Pontifici: sed notus sine probatio-
ne recipitur, & non examinatur, vt xciiij. distinct. c valde.
& c. ad Apostolicam, de regularibus. Sed dum consecra-
tur, bene examinatur. c. Episcopi. xxiiij. distinct. & ibi per
totam illam distinctionem videbis, quod ante probatio-
nem, & examinationem nullus ordinetur clericus. Item
nec ille, qui non est in sacris constitutus. c. vlt. lx. distinct.
vbi dicit tex. Sacros ordines dicimus diaconatum, & pres-
byteratum: hos solos legitur primitiuam habuisse eccle-
siam. sequitur tex. Subdiaconos verò, quia & ipsi altaribus
ministrant, opportunitate exigente concedimus. Antiqui-
tus igitur subdiaconus, quia tunc non erat sacer ordo, non
eligebatur in Episcopum, nisi necessitate cogente. c. de Si-
racusanæ. §. ecce. xxviij. distinct. Et vide tex. singulariter
in c. à multis, de ætate, & qualit. vbi legitur: Subdiaconus
in Episcopum eligi potest. Et notantur duo requisita ad
ligendum Episcopum; primo, quòd sit in ordine sacro.
2 secundo, quòd sit religiose. i. honeste viuens. Et † ibi no-
tatur, quòd secundum primitiuam ecclesiam non erat, nisi
si diaconatus, & presbyteratus, ordo sacer: hodie autem
sacer est effectus ordo subdiaconatus. † Notatur etiam ib.
4 quòd sacer ordo habet annexum votum castitatis. Notan-
tur etiam, quòd crimen fornicationis est dignum depo-
tione in existente in sacris, & quòd in defectu ordinū di-
pensant Episcopi. Et assumendus in Episcopum debet
se talis, vt exemplum religiosæ conuersationis potius al-
præstet, quàm assumat: vt sit de numero eorum, quibus
dicitur Matthæi v. Sic luceat lux vestra coram homi-
bus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem ve-
strum, qui in cælis est. Et Episcopus debet subuenire de
fructibus sui episcopatus clericis non habentibus, vnde
possint viuere. ita Panor. in c. exposuisti, de præbend. S.
5 † laici videntur in prælatos non posse eligi, quemadmo-
dum nec religiosis præferuntur. c. statuimus. §. his om-
nibus. lxj. dist. xix. q. iij. c. monasterijs. Sed dico, non
esse prohibitum laicos promoueri, si periti sint, & clerici
in bonitate transcendant, exemplo Nicolai, Seuerini,
Ambrosij. probatur hoc in c. neophitus, dist. lxj. vbi Ve-

cellenses vituperabant electionem Ambrosij, quia neophitus erat, & neophitos Apostolus prohibuit ordinari; sed respondet Ambrosius, hoc ideo esse prohibitum ab Apostolo, quia neophiti consueuerant propter honores superbire: sed si humiles inueniantur, bene possunt ordinari. facit tex. in c. neophitus. lxj. dist. Et electio laici potest rata haberi, si merito suæ perfectionis clericalem vitam transcendat, vt in d. c. statuimus, in fin. lxj dist. Notabimus † etiam, quòd electus in Episcopum infra tres menses debet ordinari. c. quoniam quidam. lxv. dist. vt dixi, & ibi glo. dicit. Et vsque ad alios tres menses consecrari debet. facit tex. in c. obeuntibus. lxiij. dist vbi constituit Innoc. Papa, quòd vltra tres menses ecclesia vacare non debeat. Ideo aduertat sacra Maiestas præsentationem Episcoporum, quia vltra tres menses post mortem prælati ecclesia vacare non debet. Sed alij tres menses dantur ad consecrationem petendam. c. postquam. I. distin. & ibi glo. & c. ne pro defectu, de elect nisi per necessitatem prorogetur, vt in c. de Siracusanæ. xxviij. distinct. Quia ecclesia viduata tam in temporalibus, quàm in spiritualibus frequenter sustinet læsionem. Et ideo concilium volens & periculum animarum, & ecclesiarum indemnitatibus prouidere, statuit, vt ecclesia cathedralis, vel regularis vltra tres menses non vacet, vt dixi. Et † Episcopus non dicitur aliquis ante con- 7
secrationem. de quo latè per Felin. in c. eam te. de rescrip. Et Archiepiscopi, & Episcopi quomodo debeant consecrari, & cum qua forma, vide Panorm. & docto. in c. si Archiepiscopus. de tempo. ordinationum, & in c. nec Episcopi. eod. tit. vbi dicitur, quòd de substantia consecrationis tres Episcopi exiguntur. Et in c. porro. lxvj. distinct. ponitur forma consecrationis; vbi beatus Iacobus à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus, successoribus suis formam dantibus. Sed electus, & confirmatus non potest dici Episcopus ante consecrationem, sed appellatur Electus: † quasi consecratio confirmet nomen, & dignitatem 8
episcopalem. Aliter procedit in prouiso per Papam, quia talis prouisio habet vim electionis, & confirmationis; notat Iuno. in cap. cùm olim, de causa possessio. & propriè,

& vide Panor. in c. eam te. de reſcript & ibi vide Felinum, qui dicit ibi etiam, An dicatur licentiatus doctor ante birretum doctorale. Et de conſecratione Epiſcopi vide in Pontificali ritu ſanctæ Romanæ eccleſiæ, fol. 27. Sed † Epiſcopus, qui renunciauit epiſcopatui, retinet ea, quæ ſunt ordinis, vt per Anton. & Panor. in c 1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui. & ibi de eo, qui renunciauit adminiſtrationi, ſed non dignitati. Itaq; diſtingue, vtrum Epiſcopus renunciauerit loco tantum, an loco ſimul, & dignitati. In primo caſu, quando tantum loco renunciauit, poteſt ordines conferre inuitatus ab Epiſcopo aliquo. In ſecundo caſu, ſi ſimul renũciauit loco, & dignitati, diſtinguitur, vtrum contulit ſacros, aut minores. Si minores, qui recepit, poterit adminiſtrare, & ad maiores promoueri. Si verò ſciẽter ordines ſacros quis recepit, executionem offſcij non habebit: quia eam conferens non habebat. Si verò ignoranter, tunc Epiſcopus cum talibus
80 poterit diſpenſare, vt per Panor. in d. c. j. Itaque † duo concurrunt in Epiſcopo: primo, ius dignitatis epiſcopalis cohærens perſonæ, quæ habetur per conſecrationem: ſecundo, adminiſtrationis ius cohærens loco, cui præſidet, quæ habetur per confirmationem, vt in c. tranſmiſſam, de electio. Et hæc iura non ſunt inſeparabiliter connexa, vel indiuidua: vnde vni poteſt renunciare ſine altero, ſi inchoetur à loco. Et poteſtas in his, quæ ſunt in habitu ordinis, reſidet in dignitate cohærente perſonæ; quo ad exercitiũ, reſidet in loco, cui præeſt, & in quo adminiſtrationem habet. Et ex hoc concluditur, quòd Epiſcopus, qui renunciauit adminiſtrationi, ſed nõ dignitati, poteſt illa, quæ ſunt ordinis, quo ad habitum, ſed non quo ad exercitium, vt
81 er Panor. & docto. in d. c. j. vbi de hoc. Sed qui renunciat ſimpliciter, in dubio præſumitur renunciaſſe loco tantum, non dignitati. & vide Hoſtien. in ſumma. §. ſed quid ſi ſimpliciter, in tit. de ordina. ab Epiſcopo. qui re. Epiſco. & dicit, quòd ſi renunciauit dignitati, intelligitur per hoc renunciaſſe executioni, & poteſtati ordines conferendi.
82 Sed † vacãte eccleſia collector nõ debet recipere fructus de honeſtate, ſed benè poteſt, ſi vult: quia reditus viduatæ

eccle

ecclesiæ integri debent reseruari, vt in c. cum vos, de offi-
cio ordinarii. & in Chalcedonensi Concilio fuit statutum,
vt nullus rapiat bona defunctorum Episcoporum: sed o-
mnia per Oeconomos ad opus ecclesiæ, & successoris re-
seruent, Et Inno. 11. confirmauit illud, & statuit, quòd si
quis contra hoc fecerit, excommunicetur, vt in c. illud.
xij. q. ij. vbi litera dicit: Illud, quod in sacro Chalcedo-
nensi Concilio institutum est, irrefragabiliter obseruari
præcipimus, vt videlicet decedentium bona Episcoporũ à
nullo omnino hominum diripiantur, sed ad opus eccle-
siæ, & successoris sui in libera Oeconomi, & clericorum
permaneant potestate: si quis autem amodò hoc attentare
præsumpserit, excommunicationi subiaceat. Qui verò
morientium Episcoporum, presbyterorum, vel clericorũ
bona rapuerint, simili sententiæ subiaceant. Et hoc non
solum de his, verum etiam de Metropolitanis, & de qui-
buslibet alijs clericis intelligendum est, sicut in sexta syno
do legitur. Facit etiam tex. ibi in c. non liceat. Itaque di-
co, quòd si Episcopus moreretur, & relinqueret substan-
tiam acquisitam intuitu ecclesiæ, ecclesia est eius hæres.
Sed ipsa tenetur erogare pauperibus, & ea facere, quæ E-
piscopus facere debebat, & poterit sibi aliquid retinere, si
haberet necessitatem pro fabrica; nam pro eadem Episco-
pus obligatus erat. De hoc vide tex. & docto. in c. quo-
dam, de testam. & in c. j. de succes. ab intest. vbi omnes con
cludunt, quòd Episcopi de rebus ecclesiæ; seu intuitu ec-
clesiæ acquisitis non possunt testari. vide etiam text. in c.
cùm in officijs, de testamen. vbi docto. tractant materiam,
an consuetudo, quòd clericus possit testari de bonis mo-
bilibus ecclesiæ, valeat. & specialiter notatur in d. c. quo-
rundam, quòd † acquisita per prælatum de facultatibus
ecclesiæ sunt ipsius ecclesiæ: quod procederet, tam si e-
meret nomine proprio, quàm si fraudulenter nomine alie-
no. cap. fixum abhinc. xij. q. v. & c. inquirendum. de pecu.
cleri. Et ideo dicunt aliqui, quòd Papa non potest de ho-
nestate (vt dixi) capere bona, quæ remanẽt post mortem
alicuius Episcopi, vt hæres defuncti. Nam si dispensator
fuit negligens, aut auarus in retinendo, aut in dispensan-

do pauperibus, non ideo pauperes amittunt ius. Sed Papa, vt generalis dispensator, bene potest, prout sibi melius
83 videbitur, prouidere. Et † Episcopus male tractans gregem suum debet expelli. cap. nisi cum pridem, de renun. Idem si male versatur inquilinus in domo conducta, debet expelli. Idem dicas in vasallo, vt expellatur de feudo, multis enim de causis expelli potest, vt per totum tit. quæ fuit prima causa benefi. amitt. in vsi. feud. Idem in emphiteota male tractante rem, vt in authen. qui ref. C. de sacro sanct. eccles. Idem in domino male tractante seruum. l. ij.
84 ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Item in potestate † male tractante populum, & in viro male tractante vxorem, vt in c. literas. de restitu. spolia. Idem in procuratore male tractâte facta domini, & est casus singularis in. l. iij. C. de pro-
85 cu. Idem de tutore, vt in l. fin. C. de admi. tuto. † Sed qualiter intelligatur istud male versari, dic non parũ, sed multum. Sed hoc multum, vel modicum quãtum sit, committitur arbitrio iudicis secundum qualitatem, & quantitatem rerum, & personarum. Item Barba. in c. propter sterilitatem, de locatio. Sed non sic in colono; quia dicitur modicum damnum in tali casu, quando non contingit læsio in dimidia parte pensionis. ita Bartol. in l. si merces. §. vlt maior. ff. loca. & in l. si vno. §. pe. eo. tit. & in l. licet. C. loca. & ibi Bald. & Salicetus, & Petrus, & Cynus, & Imola. & Anto. in c. propter sterilitatem. & vide Ripam in tractatu de peste in secunda parte, colum. iij. Et vide in ista materia art. & Paul. in l. eorem ferro. §. fin. de publica. Et Episcopus debet aduertere in prouisione beneficiorũ, quia quandiu inuenitur idoneus in suo Episcopatu, non prouidebit extraneum; ita diuus Augustinus in sermone ad populũ. Et videbis de hoc doct. & tex. & glo. in c. hortamur. lxxj. dist. & omnino vide. sed Episcopi, qui hoc non faciunt, Deo de eo reddent rationem.

## DE VISITATIONE EPISCOPI.

### Cap. XI.

SVM

SVMMARIVM.

1 Visitatio dioceſis per Epiſcopum fieri debet.
2 Cohortatio, ſeu admonitio facienda populo per Epiſcopum in visitatione eccleſiæ.
3 Visitanti an in victualibus, vel pecunia prouidendum ſit.
4 Tenetur Epiſcopus visitando inquirere qualiter viuant populi.
5 Quid proponere debeat populo Epiſcopus in ſuo aduentu.
6 Soli Epiſcopo facultas data eſt exhibendi confirmationis ſacramentum: & hoc ex diuina & Apoſtolica ordinatione.
7 Qualiter recipiendus ſit Epiſcopus in visitatione eccleſiarum.
8 Quilibet habens ordinariam iuriſdictionem in aliquos, visitationem facere poteſt: & quæ ſint iſtæ perſonæ.
9 Quis ordo per Epiſcopum ſeruandus ſit in visitatione.
10 Visitatio quomodo fieri debet.
11 Prædicatio eſt officium curæ: Et ad quem pertinet officium iſtud prædicandi.
12 Epiſcopus virum in visitatione contra laicum de omni crimine inquirere poſſit.
13 Solus Deus eſt index occultorum iudiciorum.

VIſitatio † dioceſis debet fieri per Epiſcopum. 1
c. ſi Eptſcopus, de officio ordina. in vj. & annuis vicibus eccleſiæ ab Epiſcopis viſitetur, vt in c. decernimus. x. q. j. ſed ex cauſa viſitatio poteſt iterari, vt in Clemen. ij. de ſtatu monachorũ. & ibi doct. Sed in valetudine grauatus Epiſcopus viſitationis officium committat alijs, vt in c. Epiſcopũ. x. q. j. Et † viſitantes Epiſcopi debent docere populos conuocata plebe, vt errores fugiant idolorum, vel diuerſa crimina, i. homicidium, adulterium, periurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera; & quod nolunt ſibi fieri, alteri ne faciant; & vt credant reſurrectionem omnium, & diem iudicij, quo vnuſquiſque ſecundum opera ſua mercedẽ ſit acceptuꝛus. Et in viſitatione miniſtrantium vitam inquirant, vt in d. c. Epiſcopum. x. q. j. Interrogabunt etiam, ſi clerici portant habitum clericalem, & interrogabunt populum, ſi ſcit aliquid corrigendum, emendandum, 2

dandum, vel reformandum, vt per Specu. in tit. de inquisit. vers. licet. Et in materia visitationis vide text. in c. inter cætera, de offi. ordina. & ibi dicitur, quòd Episcopi, qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui supplea ant, quo ad prædicationem, & visitationem, & confessionum auditiones. Et visitationis ordo tenendus per Archiepiscopum ponitur in c. j. de censib. lib. j. & in c. fin. & docto. in c. cùm ex officij, de præscriptio. Et præfertur Archiepiscopus Episcopo in visitando, vt per docto. ibi. & vide
3 Hostien. in c. ad aures, de temp. ordinan. Sed visitanti debetur procuratio in victualibus, non in pecunia. cap. j. §. procurationis, de censibus, in. vj. Et vide extrauagantem,
4 Vas electionis Paulus Apostolus. Et † Episcopus visitando inquirat, qualiter viuant populi, vt in c. relata. & in c. placuit. x. quæst. j. & in c. j. de censib. lib. vj. & in c. Episcopus in synodo. xxxv. q. vj. Idem est, quando delictum est notorium, sed nescitur, quis illud commisit: nam tunc superior facit inquisitionem generalem, Inno. in c. bonæ. il j. de elect. Abbas in c. j. de offi. ordina. & ibi dicitur, quòd Episcopus inuocat brachium seculare. Et vide in c. cùm Apostolus, de censibus: Vbi loquitur etiam de charitatiuo subsidio. Sed visitatio non pertinet ad Capitulum sede
5 vacante, Cardi. in Clemen. ij. de censibus. In † visitatione Episcopus proponat populo causas aduentus sui, quia sacri canones, & ecclesiasticus ordo hoc fieri præcipiùt propter multa: primo, ad absoluendas animas defunctorum. Secundo, vt sciat, & videat qualiter ecclesia ipsa spiritaliter, & temporaliter gubernetur, quomodo se habeat in ornamentis, qualiter ibi ecclesiastica administrentur sacramenta, & diuina officia peragantur, quale seruitium ibi impendatur, qualis sit vita ministrorum, & populi. Tertio, ad delicta publica punienda. Quarto, propter casus, qui de iure, vel consuetudine ad Episcopum dùtaxat pertinere noscuntur, in quibus nullus alius se intromittere potest. Quinto, ad exhibendum sacramentum confirma-
6 tionis, quod † nullus alius, nisi solus Episcopus ex diuina & Apostolica ordinatione dare potest. Sexto, vt inducat populum ad pœnitentiam, & instruat in ecclesiasticis fa-

cris.

eramentis: Et quòd credant articulos fidei, monẽdo eos, vt impleant præcepta legis diuinæ. † Qualiter autem Epi- 7
scopus recipi debeat veniens ad visitandas parochias, vide in libro sacerdotali in fol. 297. Itaque † visitationem potest 8
facere quilibet habens ordinariam iurisdictionem in aliquos, sicut Archiepiscopus in tota prouincia. c. Romana, & c. perpetuo, de censi. lib. vj. & Episcopus in sua dioecesi, de offi. ordi. c. conquerente. Item Archidiaconus, & Decanus, de censib. c. cum Apostolus. de offi. Archid. c. mandamus. Et semel in anno tantum, nisi ex causa, potest visitare. Item Abbates, & prælati religiosorum visitant monasteria, & monachos secundum eorum instituta, vt in cap. pen. & vlt. de sta. mon. Item legati Apostolicæ sedis, & quibus committitur à Papa, vel à prælatis ordinarijs, existentibus ipsis impeditis. x. q. j. c. Episcopum, de offi. ord. c. inter cætera: & eod. tit. c. si Episcopus, lib. vi. Quidam tamen dicunt, inferiores Episcopos non posse per alium visitare, consuetudine obstante, exceptis prælatis religiosorum, qui visitant & per alios. † Sed quem ordinem debet 9
tenere visitator? Respondet, quòd Archiepiscopus debet primo propriam dioecesim visitare totam incipiẽdo à Capitulo suæ ecclesiæ primo, & sic tota visitata transibit ad alias dioeceses, vt dicitur in c. Romana, de censi. lib. vj. Similiter faciat Episcopus, primo incipiendo à suo Capitulo. Legati autem de latere non tenentur istum ordinem seruare secundum Hostien. nec visitatores religiosorum: sed seruabunt eorum statuta, vt dicitur in d. c. Romana. & ibi vide, quod illic notatur. Quomodo † autem debet fie- 10
ri visitatio? Respondet, quòd debet proponere verbum Dei, & demum de vita, & conuersatione ministrantium in ecclesijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cætera, quæ ad officium suum spectant, inquirere, sine iuramento, & coactione: sed ad eorum emendationem per salubria cõsilia inducat leuibus, & asperis, sicut magis videbitur expedire. Quòd si de aliquibus orta fuerit infamia contra aliquem, ordinario denũciet, vt inquirat; notoria verò corrigere poterit, & punire, vt in d. c. Romana. Et ista forma est de præcepto omnibus prælatis ordinario iure

visi-

visitantibus, exceptis religiosorũ cõsuetudinibus, & regularibus institutis, vt in d.c. Romana. Et aduertant in visitatione prælati: reddent enim in die iudicij rationem de sibi commissis, quando fiet eis illa quæstio Hiere. c.xiij. vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum, & cæt. Hoc est enim maximum periculum hominis de factis alterius rationem reddere, qui pro suis non sufficit. 1. Reg. c.xx. Custodi virum istum, quia si lapsus fuerit, anima tua pro anima illius. Et scriptum est Lucæ xij. Omni autem, cui multum datum est, multũ quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Procurent etiam Episcopi, quòd frequens prædicatio fit in diocesibus suis.

11 c. inter cætera, de offi. ordi. quia † prædicatio est officium curæ, vt per glo. in Clemen. j. de regu. & vide text. in Clemen. dudum, de sepul. Sed officium prædicandi principaliter pertinet ad Episcopum. & cùm visitat diocesim, debet prædicare populis, vt c. j. de censib. in vj. & c. placuit. x. q. j. & rector ecclesiæ parochialis habet officium prædicandi in ecclesia sua. c. ignorantia. xxxviij dist. & vide Panor. in d.c. inter cætera, vbi dicitur, quòd prædicatio est cibus animæ; quia sicut corpus materiali cibo nutritur, ita & anima spirituali cibo reficitur. Et de visitatione, & charitatiuo subsidio dixi in li. de concilio. c. fi. Et dixi, quòd errarent prælati, si conuerterent pœnas pecuniarias non in vsus pios, sed in vtilitatem propriam contra dicta doctorũ in c. irrefragabili. §. cæterum, de offi. ordinarij. & in c. licet, de pœnis. Et ecclesia potest se intromittere in notorio crimine laici, nedum vt pœniteat, sed vt satisfaciat, vt per

12 Abbatem in c. fi. de sepultu. Alium † casum notabis in Episcopo visitante, quia inquirere potest contra laicos de omni crimine, vt per Felin. in cap. cùm sit generale, de foro compet. Sed frequenter Episcopi visitent monasteria monachorum, vt in. c. non semel. xviij. q. ij. & à correctione nõ appellatur. c. ad audientiam, & ibi docto. de appell. & Specu. in tit. de appell. §. in quibus: & ibi vide Bal. in addi. Et

13 † aduerte, quia prælatus non est iudex iudiciorum occultorum, sed solus Deus: vnde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi inquantum per aliqua

indi-

indicia manifestantur, puta per infamiam, vel per aliquas suspitiones. In quibus casibus potest prælatus eodem modo, sicut & iudex secularis, vel ecclesiasticus, exigere iuramentum de veritate dicenda. ita sanctus Tho. in secunda secundæ q. xxxiij. arti. vij. vbi multa de correctione fraterna. vltra docto. in c. nouit, de iudicijs.

## AN LICEAT EPISCOPO MONAchum fieri: & an monachus possit in Episcopum promoueri. Cap. XII.

### SVMMARIVM.

1 *An liceat Episcopo sine Papæ consensu monachum fieri, & postea ad Episcopatum resurgere.*
2 *Quando liceat Episcopo Episcopalem curam deserere.*
3 *Nihil laboriosius est officio Episcopi: nihilq; apud Deum beatius.*
4 *Monachus vtrum ad dignitatem Ecclesiasticam inuito Abbate promoueri possit.*
5 *In quibus absolutus sit Episcopus à monachali regula.*
6 *Monachus factus Episcopus an religionis suæ habitum, necnon ordinis sui ritum mutare possit. & num. 8.*
7 *Commune & publicum particulari, & priuato bono, quando simul esse non possunt, præferri debet.*
9 *Nisi iusta causa extet, non debet Episcopus præterire diem, quominus dicat, vel audiat missam.*
10 *Episcopus gaudet priuilegio missam celebrandi in quocunque loco.*
11 *Non debet Episcopus aliquem promouere, qui non habet, vnde viuat.*
12 *Turba clericorum facit eos contemptibiles.*

NOtabimus, † quòd non licet Episcopo monachum fieri sine consensu Papæ. c. temporis. §. item vij. q. j. Sed de cætero non potest ad Episcopatũ resurgere, vt in c. hoc nequaquã. ea. q. & cau. cum duobus cap. seq. Sed tu dic, quòd quandoque non est licitum deserere curam Episcopalem,

palem, vt ad religionem Episcopus se transferat, & quandoque est licitum iuxta sanctum Thom. in secunda secundæ. quæst. clxxxv. artic. iiij. quia perfectio Episcopalis status in hoc consistit, quòd aliquis ex diuina electione se obliget ad hoc, quòd saluti proximorum insistat. Et ideo tandiu obligatur ad hoc, quod curâ pastoralem retinet, quandiu potest subditis sibi commissis proficere ad salutem, quam quidem negligere non debet, nec propter diuinæ contemplationis quietem: cùm Apostolus propter necessitatê subditorũ etiã à contemplatione futuræ vitæ se distrahi patienter toleraret, secundum illud ad Philip. j. Et quid eligam ignoro, coarctor autem è duobus: desideriũ habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: 2 permanere autem in carne necessarium propter vos. † Verum quandoque est licitum deserere curam Episcopalem, & hoc ideo, quia contingit, quòd quandoque Episcopus impeditur procurare subditorum salutem, quandoque quidem propter proprium defectum conscientiæ, sicut si sit homicida. &c. vel propter defectum corporis, puta si sit senex, vel infirmus. Sed facilius indulgetur, quòd monachus ad præsulatum ascendat, quàm quòd præsul ad monachatum descendat. Sed si Episcopus salutem aliorũ procurare non poterit, conueniens est, vt suæ saluti intendat. sed plus laudatur patientia Episcopi in aduersitate, quàm quies in religione, vt in c. suggestum. vij. quæst. j. Et maturos viros debet habere Episcopus tam ex clericis, quàm ex religiosis; tam in cubiculo, quàm in monasterio socios propter bonum testimonium. c. cum pastoris. ij. q. vij. & duobus. c. sequen. & de conse. distinct. j. c. Episcopus Deo, & c. sequen. Vnde in d. c. cum pastoris, legitur, quòd quidam Episcopi non habebant cubicularios clericos secum, sed seculares, quorum vita qualis esset in secreto, erat ignota clericis, secularibus autem nota. Ideo Gregorius præcepit ibi, vt Episcopi secum habeant clericos, vel monachos cubicularios, qui possint esse testes de ipsorũ vita, & conuersatione in secreto. Sed benè aduertant, quales debeant esse cubicularij, quia eorum socij sunt, & vitæ 3 eorum testes, & perfectionis imitatores. Ideo † scriptum

est

est, quod nihil est laboriosius officio Episcopi, sed nihil beatius apud Deum, si benè agatur. c. ante omnia. xl. distinct. vbi dicitur, quòd ad tantam dignitatem non debet eligi, qui minora officia non didicerit gubernare; nauigantis exemplo, cui cura nauis committi non debet, si remum tenere non nouit. Et de Apostolis, & Episcopis scriptū est; Vos estis lux mundi, vos estis sal terræ: quia sicut sale condiuntur omnia cibaria; ita discretione prælatorum debent dirigi, & ordinari omnia opera subditorum. Monachi † 4 bonorum operum in Episcopos promoueri possunt de licentia Abbatis, quia monachus non potest inuito Abbate transire ad ecclesiasticam dignitatem, etiam Episcopalem, vt in c. quam sit. §. pariter. xviij. q. ij. Et quòd Abbate inuito promoueri non possit, habetur in c. monachum. xx. q. iiij. Monachus autem factus Episcopus absoluitur à iugo professionis, cùm sit factus de filio pater, vt in cap. j. xviij. q. j. vbi legitur: Qui de monacho Episcopus ordinatur, quod ante consecrationem habuit, monasterio acquirit; quod verò post consecrationem acquisiuit, propriæ ecclesiæ derelinquat. Et vtrum acquirat hæreditatem suo ordini, vel Episcopatui, vide Speculat. in tit. de statu monachorū, num. 29. vbi dicit, quòd acquirit Episcopatui. Et dixi infra in isto tractatu. Item † est absolutus à monacha 5 li regula in ieiunijs, & vigilijs, & modo cantandi, & silentio, quibus vacare non potest: immo hæc omnia officio Pontificali, aut curæ pastorali repugnant, cùm debeat habere tubam præconis, vt in c. sit rector. xliij. distinct. Item potest facere commatres, quod prius non licuit. Et de hac materiâ inuenies plenè xvj. q. ij. & iij. Sed ius succedendi non competit monasterio, vt per glo. in d. c. j. Habitum † 6 suæ religionis non debet mutare monachus factus Episcopus, nec ordinis sui ritum, quo ad substantialia, vt in c. de monachis, & c. sequen. xvj. quæst. j. Sed pro pleniori intelligentia dic, quòd religiosus assumptus, aut factus prælatus ecclesiæ secularis, tenetur seruare habitum suæ religionis, & tria vota essentialia cuilibet perfectæ religioni, scilicet paupertatem, castitatem, & obedientiam: quia talia pertinent ad perfectionem, cùm sint supererogationis, &

consilij: ideo ad quemcunque statum assumantur, ea semper obseruare debent, quia nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Cæremonias religionis, quæ officium pontificale, aut pastoralis officij executionem impedire possent, non tenentur obseruare: quia maius, & dignius est officium curæ, quàm monachatus, quantum ad illa. Patet etiam ex eo, quia † commune, & publicum debet præferri particulari, & priuato bono, quando simul esse non possunt. De quo videbis sanctum Thom. in secunda secundæ, q. clxxxv. arti. viij. vbi dicit, quòd status religionis ad perfectionem pertinet, nam est quasi quædam via in perfectionem tendendi: status autem Episcopalis pertinet tanquam ad quoddam perfectionis magisterium. Itaque si quę sunt in obseruantijs regularibus, quæ non impediant Pontificale officium, sed valeant magis ad perfectionis custodiam, sicut est cõtinentia, paupertas, & alia huiusmodi, ad hæc remanet religiosus obligatus, etiam factus Episcopus, vel prælatus secularis ecclesiæ, & per consequens ad portandum habitum suæ religionis, qui est huius religionis signum, iuxta illud, quod scribitur de vita & hon. cler. c. clerici. Et Pontifices in publico, & in ecclesia semper indumentis lineis omnes vtantur, nisi monachus fuerit, quem oportet ferre habitum monachalem, vt dixi. Et vide Panor. in c. Deus qui; & in c. clerici, de vita, & hon. cler. vbi dicit: Monachus † promotus 8
in Episcopum, vel Cardinalem, non mutat habitum monachorum, neque regulam, quoad illa tria substantialia.
De Episcopo † dic etiam, quod nisi causa rationabilis eum 9
excuset, non debet præterire diem, quo minus dicat, vel audiat Missam. c. fin. de priui. lib. vj. nec debet saltē diebus Dominicis deesse in ecclesia sua, vt in c. Episcopus, de consecrat. dist. iij. Et in d. c. fin. notatur, quòd regulariter Missa audienda est in ecclesia, & non alibi, vt in d. c. j. de consecr. dist. j. & c. sicut, & c. vnicuique. Poterit tamen in itinere facere, celebrare cum altari viatico in camera honesta. Episcopus † habet priuilegium celebrandi Missam in 10
quocunque loco singulis diebus, non vt violet interdictũ; & dioc̃esanus non potest prohibere propter istud priuile-

gium

gium clausum in corpore iuris. Ista est igitur indulgentia, quam habent Episcopi. Aliam habes in c. quod nonnullis, de priuileg. licet hodie illud non sit priuilegium Episcoporum, sed ius commune, vt in c. fin. de sentent. excomm. lib. vj. Aliam indulgentiam habent, vt in c. fin. de pœnit. & remiss. vt possint sine licentia superiorum sibi eligere prouidum confessorem. Episcopus etiam iurat de calumnia, si per seipsum eligit litigare, propositis tamen, non tactis Euangelijs, vt in c. fin. de iuram. calum. Sed Episcopus non potest delegare vicario suo resignationem, nec collationē certi beneficij vacaturi, vt per Panor. in c. constitutus, de concess. præben. Nec † debet Episcopus promouere aliquem, qui non habet, vnde viuat, vt in c. j. de præben. quia clericus nō debet mendicare, vt in c. diaconi, lib. iiij. xciij. distinct. Et hoc fuit statutum, vt ordinati non mendicarēt in opprobrium clericatus. facit tex. in c. Episcopus, de prę bend. Nam † turba clericorum facit eos contemptibiles, c. legimus, xciij. distinct. Aliam indulgentiam habent Episcopi, vt in c. ij. de offi. deleg. in vj. Nam in coactionibus & pœnis Pontificali dignitati defertur ob reuerentiam etiam sacri officij, quod exercent. Et quod monachus officia populi celebrare nō possit, multis authoritatibus probatur per totam distinctionem xvj. q. j. vbi videbis multa in materia monachorum, & à quibus vitijs debeant esse immunes, qui in Episcopos sunt ordinandi. Vide etiā per totam distinctionem xlix. & l. & inuenies, an ipsi, postquā lapsi sunt, valeant reparari. Aliam indulgentiam habent Episcopi, c. quia periculosum, de sentent. excommun. lib. vj. vbi legitur: Episcopi nullam interdicti, vel suspensionis incurrunt sententiam, nisi in sententia sit expressum: & ibi vide Ioan. Andream post Hostien. Adde & aliud, quod clerici etiam religiosi, domestici, vel commensales Cardinalium, vel Episcoporum, possunt se illis in diuinis officijs coadiuuare. Et menses tres dantur ad electionem Episcopi, nisi per necessitatem prorogentur, c. postquam, l. distinct. & ibi docto. ne pro defectu, de electio. sed negligens moueri debet, tex. est singularis in c. nunc vero. ix. quæst. iij. Et in proprio gradu Episcopi, vel presbyteri in

aliena suscipiantur ecclesia. c. Episcopi. vij. q. j. Sed † alienos clericos ordinare, & altaria consecrare Episcopo non licet. c. Episcopus in dioceſi aliena. ead. q. & causa.

## DE POTESTATE SANCTISSIMORUM Episcoporum. Cap. XIII.

### SVMMARIVM.

1 Sanctißimis Episcopis potestas data est reconciliandi, pœnitentias solennes imponendi, & alia quamplurima faciendi.
2 In condendis legibus quæ requirantur.
3 Ecclesia polluta per Episcopum reconcilianda est.
4 Quot testibus Episcopus convinci possit.
5 Episcopus instituendo aliquem in beneficio, personam idoneam instituere debet.
6 Papa invito Episcopo episcopatum dimidere potest. & numero 15.
7 Monasterium, vel oratorium vtrum sine consensu Episcopi ædificari debet.
8 Episcopi habent iurisdictionem in monasterijs religiosorum.
9 Episcopi in suis dioceſibus liberam iurisdictionem habent.
10 Episcopi dicuntur, & sunt oculi Dei.
11 Episcopus alterius dioceſis an clericum alij Episcopo subiectum, sine ipsius consensu recipere, vel ordinare possit.
12 Exhortatio per Episcopum ordinatis facienda, ordinatione peracta.
13 Sacerdos præsente Episcopo sine eius mandato benedicere, aspergnare non potest.
14 Vtrum Episcopi successores sibi ex testamento instituere possint.
15 Duos Episcopatus in vnum redigere Apostolica valet authoritas, & econtra.
16 Plures Episcopi in vna ciuitate esse non debent.
17 Absque capituli consensu rei Ecclesiastica alienatio fieri nonpotest.
18 Ecclesia, minor, & fiscus æquiparantur.
19 Episcopus an propter illiteraturam remoueri possit.
20 In Episcopo quæ, & quot requirantur.

21 *Qualiter Episcopus iuret Domino.*
22 *Episcopus tenetur ex iuramento Papatum defendere, & adiuuare.*

ET †sanctissimi Episcopi possunt reconciliare, pœnitentias solennes imponere, indulgentiarum literas concedere, de causis matrimonialibus cognoscere, ordines, & ordinationes facere. xvj. q. j. c. interdicimus, extra de pœnit. & remiss. c. cùm ex eo, in fin. ext. de consecr. eccles. vel alta. c. cõsuluisti. c. cùm aqua per Episcopũ benedicta, & l. distin. c. in capite ieiuniorum. Item quinquagesimam, vel centesimam dare, ext. de donatio. c. Apostolicæ, xij. q. ij. c. bonæ, extra de his quæ fiunt à præla. sine consen. capi. c. pastoralis. Item solenniter excommunicare. xj. q. iij. c. debent. Item literas dimissorias dare, aliter non valet ordinatio ab alieno Episcopo facta. viij. q. ij. c. illud. & c. dilectissimi. & ext. de offi. Archiepis. vt nostrum, vbi de hoc dicitur plenè. Item annulum portare licet Episcopo, vt extra de vit. & honest. cler. c. quòd clerici. Item duos de canonicis ecclesiæ suę secum habere licet lucrantes fructus, ac si residerent, ext. de cler. non residen. c. ad audientiam. Item parochias limitare, & cœmiteria ordinare. xiij. q. j. c. ecclesias, & c. pastoralis, de his, quæ fiunt à prælat. Item constitutiones facere in suis diocesibus, de consecrat. distinct. j. c. omnes basilicæ. xvj. q. vij. c. omnes. ext. de feri. c. fin. xij. dist. c. catholica: & melius, de appella. c. fin. lib. vj. super fine vltimæ glo. in princ. Et est ibi quæstio notabilis ad propositum. Item possunt Episcopi generalem synodũ facere. xviij. distinct. c. Episcopus, ext. de maio. & obedi. c. quòd super. qui text. loquitur de synodo Episcopali, vbi per Abbatem, & docto. videbis multa de synodo Episcopali. Sed vide hic admonitionem, quæ fieri debet in concilijs prouincialibus, seu synodis, de vita, & officijs sacerdotum, & clericorum: Fratres charissimi consacerdotes, & cooperatores nostri, nouit fraternitas vestra non licere, indignè nos locum tenere Aaron, vos autem Eleazari; nos fungi vice duodecim Apostolorum, vos autem lxxij.

discipulorum vt in c. in nouo testamento. xxj. distin. Nos pastores vestros esse sciatis, vos autem animarũ vobis commissarum; nos de vobis, vos autem de plebe vobis commendata, Domino nostro Iesu Christo rationem esse reddituros, vt in die tremendi iudicij inter bonos dispensatores inueniamur. Item hæreticos condemnare, extra de hæret. c. ad abolendam. §. j. & contra eos inquirere, eod. titu. c. excommunicamus. §. fi. Nec hæc potestas Episcopis adimitur, aut minuitur, licet alteri inquisitio committatur, vt dicitur hic, & in c. per hoc, primo responso, de hæret. in vj. Cùm ergo Papa vult condere canones, Episcopi possunt contradicere, & dicere: Canonistę nõ conuenit consuetudini regionis nostræ, quia † lex debet esse honesta, iusta, possibilis, & secundum consuetudinem patriæ, loco, temporique conueniens, necessaria, & vtilis, manifesta quoq;, ne aliud per obscuritatem incautum captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi omniũ vtilitate conscripta c. erit. iiij. dist. † Et ecclesia polluta est reconcilianda per Episcopum sumptibus eius, qui polluit, Cardin. in Clemen. j. §. j. de excess. præla. Felin. in c. accedens, de præscript. Dixi, quòd Episcopus potest hæreticos condemnare. de hoc dicemus infra in c. de hæreticis. Item ecclesias censuales facere, vt de iure patron. c. præterea, & censib. c. scientes. Item instituere clericos, & destituere, ext. de fil. presbyt. c. ex tua, & de instit. c. ex frequentibus. Et dicitur de his, quæ fiunt à prælato. Alia etiam plura singularia referuntur. xxv. distinct. & ext. de offi. Archipresbyt. c. vt singulæ. Item aliter proceditur contra eos contumaces, quàm contra alios, vt per constitutionem Alexandri IIII. positam in c. ij. de offi. deleg in vj. Item ipsi aliter iurant, quàm alij: nec testificari coguntur, ext. de iuram. calum. c. fin. xj. quæst. j. c. nec honorem, in authen. de sanctis Episcopis. §. nulli. Item tempore generalis interdicti possunt audire diuina, ext. de priuileg. c. quod nonnullis. Item possunt, quem volunt, sibi eligere confessorẽ, vt ext. de pœnit. & remis. c. fin. Item non coguntur subire iudicium, nisi imperialis iussio procedat, vt not. Azo in titu. de Episc. & cler. §. quod sit. Item Episcopalis dignitas libe-

liberat à patria potestate.liiij.distinct.c.si seruus.& not.extra de æta.& qual.ta.c.idem eorum.tex.est in authen constitutio,quæ de dignitatibus. §.illud. collat.vj. & ibi not. quòd priuilegia,& beneficia à principe concessa sunt perpetua, etiamsi concedantur sub suo beneplacito. Anton. Corset.in suis sing.in versi.beneficium, & multi alij doct. Videbis Philipp.Franc.in c.fin.de rescript.libro vj. Item quinque priuilegia habes in leg.antiqua.xj.q.j. c.quicunque. † Item plures testes contra Episcopum sunt necessarij,etiam clerici,& non laici.ij.q.iiij. c.præsul. & cap.seq. ¶ Item adde de altaris viatico,de priuileg.c.vlti.in vj. Item, quòd religiosi familiares eorum se possunt eis in officio coaptare,vt in Clem.de celebr.Missar.c.dignum. Item in aliena dioceſi possunt diuina celebrare,& populum benedicere,etiam in locis exemptis,vt in Clemen vlt.de priuileg.vide c.Romana,de foro compet. Item supplent negligentias exemptorum,& certas prouisiones faciunt contra illos,de supplen.negligen.præla.c.j. Et hęc faciunt authoritate Apostolica,cui concurrunt duo iura vetera,duo sexti,& alia duo Clemen. vbi not. super verbo, Apostolica. Item iurisdictionem exercere inter suos subditos in aliena dioceſi,vt in Clemen.de foro compet. Et institutio beneficiorum spectat ad Episcopum, vt in c. ex frequentibus, de instit.& c.cum ex iniuncto, de hæreti. Et Episcopi soli conferunt beneficia de iure communi. Ita Inno. in c. non satis,de offi.ordin.& ibi dicit, Ecclesiam autem, vel præbendam conferre non potest alius prælatus præter Episcopum,c.nullus.xvj.q.vij.nisi hoc ex consuetudine,vel priuilegio habeat,& tunc facit tanquam vicarius, c.super eo, de offi.deleg.c.cùm venissent,de institutio. & docto. in c. Abbatem, de rescript. Et electio, præsentatio, institutio, collatio,inuestitura quid sint, & ad quos pertineant, vide Panor. in c.auctoritate, de institutio. Oportet † etiam, vt ¶ quando Episcopi instituunt aliquem in beneficio,instituant personas idoneas obseruando iura,vt in cap.graue, de præben. Et sic intelligitur text. in c. conquerente, de offi. ordinarij, vbi dicitur, quòd apud ordinarium est libera dispositio beneficiorum sibi subiectorum, & vide glo.

& docto.in c.j.xxj.distinct. Et Papa habet liberam dispo-
sitionem beneficiorum,vt in cap.ij.de præbend.in vj.& in
Clemen.j. vt lite penden. Quod intellige de vacantibus
in curia Romana,vt in d.cap.ij.Habet etiam Papa liberam
dispositionem beneficiorum,& potest disponere de omni-
bus,cùm viderit ex causa iusta,& rationabili: quia Roma-
nus Pontifex olim raro faciebat gratias beneficiales; vnde
in volumine Decretorum non fatigabamur in his, vt per
Panor. in c. mandatum, de rescript. Incœperunt demum
dare primo rogando, postea præcipiendo, & executores
dando; nec facilè grauabat Papa ecclesiam, nisi de vno
tantum:& in illis reseruationibus ponebat clausulâ, si pro
alio non scripserimus,vel æquipollentem.facit tex.in cap.
constitutus,& c.capitulum sanctæ crucis, & c.ex insinua-
tione,& c.mandatum,cum duobus sequen.de rescrip.Pro-
cedente tempore à principio factæ sunt gratiæ datis exe-
cutoribus.c.pro illorum, de præben. c.proposuit, de con-
ce.præben. Demum tempore Innocentij IIII. datur be-
neficium acceptandi.c.quia cunctis, de concess.præben.in
vj. Ad quod fortificandum addita est clausula decreti irri-
tantis Clementis primi,de conce.præben.sic in reseruatio-
nibus nec vnam inuenies in volumine Decretorum,vt no
tat Dominicus in c.duobus,de rescript.in vj. Postmodum
receperunt generales, & speciales reseruationes ad certa
beneficia.c.ij.de præben.in vj.facit text. in extrauag. exe-
crabilis, vt dixi in libro meo de generali concilio.c.fin. Et
Apostoli in toto orbe constituebant per ciuitates presby-
teros, vt in Apost.legitur c.j. ad Titum; Huius rei gratia
reliqui te Cretæ.i.instituens te ibi Archiepiscopum, vt ea,
quæ desunt, corrigas; & constituas per ciuitates presby-
teros, sicut & ego dispositui tibi. Et Episcopi succesierunt
in loco Apostolorum, vt in c.in nouo testamento. xxj. di-
stinct.& in d.c.ij.dicit Phillippus Fran. aliqua vtilia de be-
nefcijs vacantibus in curia. Et quæ beneficia dicantur in
curia vacare,ibi videbis. Videbis etiam, an Abbatia sit di-
gnitas. Sed non potest Episcopus exigere alia iura Episco
palia,nisi illa, quæ sunt in iure expressa, nisi necessitas a-
liud suadeat, Panor. in c. conquerente, de offi. ordinarij.

Et

Et ibi dicitur, quæ iura Episcopalia habeat in sua dioceſi. Sed eo die, quo Episcopus celebrauit in eo altari sacerdos non debet celebrare, vt in c. vlt. de consecrat. distin. ij. propter solam Episcopi reuerentiam, sine licentia Episcopi, vel necessitate vrgēte: vt cum solum illud altare est in ecclesia, & necessario alia missa celebranda venit, vel Episcopus celebras missam nō perfecerit. Sine licētia episcopi nullus presbyter in sua dioceſi potest missam cantare, vel baptizare, vel aliud consimile facere. c. cunctis. xvj. q. j. vbi dicitur, quòd sacerdotalia officia sine permissu Episcoporū non agant presbyteri; & in c. multis, ead quæst. & cau. Sed sacerdos in quacunque fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino. c. sacerdotes. j. quæst. j. & in Leuit. c. xxj. & sacerdos pro macula mortalis peccati suspensus est quoad se. Sed † Papa inuito Episcopo potest diuidere episcopatum. vide docto. & Odofredum in l. in nomine Do- 6
mini. C. de offi. præfec. prætor. Afri. vbi dicit: Dominus Papa, si vnus episcopatus est nimis diffusus, potest eum diuidere in duos: & de hoc infra videbis. Et vtinam in Hispania diuisio fieret; quia messis multa, & opulenta est, operarij autem pauci; quę est vera, & iusta causa diuisionis. Item † sine consensu episcopi non debet ædificari mona- 7
sterium, vel oratorium, c. quidam, & c. sequen. xviij. q. ij. Sed nec etiam hospitale potest sine licentia episcopi construi, vt in c. ad hoc, de relig. domi. Sed si oratorium non est in hospitali, tunc simplex hospitale potest construi sine licentia episcopi, vt in c. si hospitali, de eccles. ædifi. Item nec in oratorijs priuatis est licitum ponere campanas, vt in c. parentibus, extra de priuileg. nec etiam missas ibi celebrare, vt de consecrat. distinct. j. c. missarum; vbi legitur: Missarum solennia non vbique, sed in locis ab episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Et presbyteri, & clerici, & religiosi dioceſis episcopi subiaceant potestati ipsius, vt in d. cap. quidam. xviij. q. ij. Qui † Episcopi iurisdictionem habent in monasterijs 8
religiosorum, vt in cap. j. ead. quæst. & cau. & est ab eo prę-
latus dandus monialibus, & alijs religiosis fœminis com
probandus, c. qui religiosis, cum duobus sequent. xviij. q.

ij. vbi dicitur: Examinetur ab Episcopo, qui religiosis fœminis præponendus est; ne sit nimiũ iuuenis, vt in c. quorundam, & c. fraternitatis. xxxiiij. dist. vbi legitur, quod etiam consanguinearum immoderatam familiaritatem Episcopum vitare oporteat. Et Episcopi est, in omnibus parochialibus ecclesijs presbyteros inuestigare, vt in c. sane, xvj. q. vij. & c. nullus, & c. constitutiones, & duo sequen. ea. q. & cau. & bonus tex. est in c. j. de offic. ordin. vbi notatur. quod † Episcopi habent in suis diocesibus iurisdictionem liberam, & ea, quæ sunt meri imperij; & possunt ex officio procedere super criminibus; & in facinorosos homines animaduertere. Et ibi etiam notatur, quod Episcopus potest super adulterijs procedere, etiam contra laicos. Et Episcopi possunt, vbi res exigit, inuocare auxilium brachij secularis; & iudex secularis potest compelli per excommunicationem ad dandam familiam, & auxilium suum. de hoc videbis Inno. & Abba. in c. venerabili, de cens. Ideo potestas secularis non incurrit excommunicationem, si ad mandatum Episcopi capit clericum, & ducit ad carcerem, etiam violenter, vt in c. vt fame, de senten. excom. Sed iudices, vel officiales Papæ de iurisdictione Episcopi non debent se intromittere, ne ecclesiasticus ordo confundatur. c. peruenit. xj. q. j. vbi dicitur; Nam si sua vnicuique Episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus custodiri ille ordo debuit, confundatur? Sed non potest Episcopus in aliena dioces sine consensu dioceſani pontificalia exercere, vt xcij. dist. c. non liceat. ¶. de Episcopis, & quinq; cap. sequentibus? Si nollet Episcopus ire ad ecclesiam suam, potest cogi per cõcilium prouinciale, c. si quis Episcopus, xcij. dist. Et cum multa diſcussione contra Episcopum debet proferri iudicium. c. accusatio, & decem, c. seq. ij. q. vij vbi legitur; Accusatio Episcoporum non est facile recipienda; quia † Episcopi sunt oculi Dei, ideo à subditis non sunt iudicandi. c. oues pastorem suum non reprehendant. vj. q. j. intellige tu de occultis criminibus, quę nullo modo probari poterant, vbi legitur; Si enim omnia in hoc seculo vendicata essent, locum diuina iudicia non haberent.

Ideoque

Ideoq; si aliquis putat se in hoc Deo placere, quòd seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit hoc agere; in vanũ laborat, & plus inuidię stimulis agitatur, quàm charitatis. Et ibi legitur in c. sacerdotes. vj. q. j. quòd populi arguere, vel increpare non valent sacerdotes; quia sacerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt obediendi, & timendi. Sed clerici non debent peregrinari sine licentia sui Episcopi. c. non oportet, de consecra. dist. v. & vide tex. in c. fi. de cler. peregrin. Ideo † Episcopus alterius diocesis clericum recipere, nec ordinare potest sine cõsensu sui Episcopi, & literis dimissorijs. lxx. dist. per totam. Et vide formam monitionis ordinandorũ, quæ omnia impedimenta particulariter continet, in Pontificali sanctæ Romanæ ecclesiæ fol. iij. & ibi videbis formam absoluendi ordinandos à sententia excommunicationis, & dispensandi cum irregularibus ad cautelam. Et de exhortatione per Episcopum facienda ordinatis ad singulos ordines, peracta ordinatione, ibi vide in folio xxiij. Et in d. libro Pontificali ea tantum ordinata sunt, quæ ad officium Pontificis pertinent; & est opus satis laudabile, atq; diuinum; & tres † in se partes continet; in quarum prima de benedictionibus, & consecrationibus personarum tractatur; in secunda de consecrationibus, & benedictionibus rerum; in tertia verò de quibusdam sacramentis, & ecclesiasticis officijs agitur. Item † est considerandum, quòd præsente Episcopo sacerdos nisi de suo mandato nõ debet benedicere, nec signare, c. cum ad, de consecr. dist. j. Itaque post consecrationem cuilibet sacerdoti populum benedicere permittitur, & ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat, vt in c. missas, ead. dist. Sed & præsente Episcopo ipse debet dare benedictionem, vt in c. denique. xxj. dist. vel eius nutu, vel consensu. Quod intelligitur de benedictione finali; nam solennem benedictionem, quæ fit ante Agnus Dei, nullus debet dare, vel facere, nisi Episcopus. Notabis etiã, quòd vltima benedictio post Missam, illã significat, quã Christus post resurrectionẽ in cęlũ ascẽsurus dedit discipulis suis; vnde Luc. vlt. dicitur; Factũ est, cũ benediceret illis, recessit ab eis. Vtrũ autem,

11

12

13

14 autem † episcopi possint successores sibi ex testamento instituere, vide tex. in c. episcopi. xij. quæst. j. cum. c. sequen. vbi habetur; Episcopi de rebus proprijs, vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, hæredibus suis, si voluerint, derelinquant; quicquid verò de prouisione suæ ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus, omnia in iure ecclesiæ seruare censuimus. Et videbis xij. quæst. v. per totum; & præcipuè vide ibi tex. in c. fixum, vbi litera dicit: Quæ ante suam ordinationem, vel post hæreditariam successionem acquisiuit episcopus, cui vult, derelinquat: illa verò quæ de rebus ecclesiæ suæ suo nomine, vel alterius comparauit, in iure suæ ecclesiæ tantum deueniant. Et morientis episcopi res pro futuro Pontifice
15 conseruari debent, vt superius dixi. Et duo † Episcopatus per Papam coniunguntur in vnum. c. postquam. xvj. q. j. & vnus in duos diuiditur, vt in c. præcipimus. §. sicut, eadem quæst. & cau. Vide Panor. in quæst. j. & omnino vide. Et episcopus potest ex beneficio pingui constituere duo ex causa, ita Panor. in c. extirpandæ. §. qui vero, de præbend. & d. quæst. j. dicitur, quòd Papa potest in vno episcopatu ponere duos episcopos, vt. n c. non autem. vij. q. j. vbi hoc fuit gestum in persona Augustini, qui non successit, sed accessit Valerio adhuc viuenti; nec fuit deputatus simplex coadiutor, sed verus Episcopus, vt ibi legitur, & notatur. Idem, si duos episcopatus concedit vni episcopo, ita vt sit episcopus vtriusque, vt in c. relatio. xxj. q. j. Quandoque vnit duos episcopatus, & quandoque diuidit vnum in plures, vt in c. & temporis. xvj. quæst. j. & in cap. sicut vnire, de excess. præla. Et sic potest facere contra statutum, & ordinationem concilij, & beati Petri Apostoli, qui præcepit, vt singulis ciuitatibus singuli, & non plures episcopi ponerentur; vt narrat beatus Clemens in cap. in illis. lxxx. distinct. & Anacletus Papa in cap. sequen. & pro hoc authoritas Gregorij in c. singula. lxxxix. distinct. Cætera videbis in d. quæst. j. & notabis in d. c. in illis. lxxx. dist. vbi constat, quòd tempore beati Petri erant limitatæ pro-
16 uinciæ, nota benè. Et † in vna ciuitate non debent esse plures episcopi; & quod supra diximus de Valerio, & beato

Au-

Augustino, fuit ibi speciale, vt per gl. in c. in illis. lxxx. distinct. Et episcopus potest reuocare, quod antecessor alienauit indebitè, vt in c. j. de in integ. restit. Potest etiam vendicare res ecclesiæ, non sibi, vt in c. prohibemus, de censi. Sed † non potest alienare res ecclesię sine consensu capituli, vt in c. j. de his, quæ fiunt à præla. sine consensu capitu. 17
Et † ecclesia, & minor, & fiscus æquiparantur, vt per doct. in l. fin. de iur. deliber. & de in integ. restit. c. j. ij quæst. ij. c. si qua de rebus, de iureiur. c. sicut. Et potest delegare collationem beneficiorum, c. constitutus, de concess. præben. dummodo deleget vicario suo generali duntaxat, nã alteri non potest conferri. Potest donare potestatem conferendi certum beneficium vacans, sed non potest delegare potestatem conferendi beneficium vacaturum in specie, vt per docto. in d. c. constitutus. Sed † ab episcopatu quis remouetur propter illiteraturam, vt in c. quamuis, de æta. & qualita. & datur defectus scientiæ, quando nescit Grammaticam, & sufficit, quòd testes dicãt, quòd nunquam legerit libros scientiæ, nec vnquam intrauerit scholas, vel doctorem audierit. † Tria enim in episcopo præcipuè requiruntur, literarum scientia, ætatis maturitas, & grauitas morum. Adde & quartum, quod de legitimo matrimonio natus sit, c. cum in cunctis, de elect. & ibi glo. Sed si ignorat Grammaticam, si ex vsu perfectè loquitur, & alias est vtilis, non deponetur, si iam est promotus: Nam iura, quæ possunt in contrarium adduci, loquuntur in promouendis. Et si Papa mandat alicui episcopo, vtrum tale mandatum porrigatur ad episcopum successorem, vide Barto. in l. si communis seruus ff. de stip. seruo. Et de facili laicus non est assumendus in episcopum: vnde sine magna causa non debet fieri, vt per Panor. in cap. sane, de conuersione coniugat. † Et qualiter episcopus iuret domino Papæ, vide in c. ego, de iureiuran. & ibi dicit Panor. quòd † episcopus tenetur ex iuramento defendere, & adiuuare Papatum, & regulas sanctorum patrum: dic regulas. i. canones summorum Pontificum, & aliorum sanctorum patrum per ecclesiam Romanam approbatos. Et sic potest ex textu secundum Panor. colligi dictum satis acerbum, 18 19 20 21 22

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bum, quòd Episcopus non seruans, vel seruari non faciēs canones, incidit in periurium, cùm iuret defendere, & retinere canones. Sed tu intellige, vbi ex contemptu non seruat; & in tali casu potest recedi ab ipso, sicut ab excommunicato. Quomodo autem procedatur contra prælatū suspectum de dilapidatione, vide docto. in c. licet Heli, de simon. Et coadiutor an sit dandus prælato suspecto de dilapidatione, videbis ibi Panorm. Vbi dicunt etiam, quando clericus possit cogi ad ostendendum titulum sui beneficij. de quo alias iam dixi. Videbis etiam Felin. in d. c. licet Heli, multa dicentem: Vbi dicit etiam, quòd Episcopus potest ponere edictum, vt omnes ostendant titulum sub pœna priuationis, intellige de retinentibus per dispensationem: ita doct. in c. ordinarij, de offi. ordin. & omnino vide Felin. in d. c. licet Heli, quia ponit duas limitationes.

## DE OFFICIO EPISCOPI, ET *ad quæ successor de mortui teneatur.* *Cap. XIIII.*

### SVMMARIVM.

1 *Quod sit Episcopi officium.*
2 *Tria sunt, quæ Moses, & Aaron faciebant.*
3 *Non licet Episcopo aliquem proprijs manibus tædere.*
4 *Nunquid successor in Episcopatum prædecessoris constitutionibus ligetur.*

1 DE potestate sanctissimorum Episcoporū diximus supra in c. præcedenti: nunc aliqua de officio Episcopi aggrediamur. Officium † Episcopi est virgines, altaria, & ecclesias consecrare, chrisma conficere, & cum ipso confirmare, vt in c. quamuis, lxviij. distinct. vbi enumerantur decem, quæ pertinent ad officium Episcoporum, & quia hæc Episcopi sibi vsurpabant, recesserūt ab aula. Primum igitur Episcoporum officium est presbyterorum, & diaconorum ordinatio, & per hos intellige alios ordines; virginum consecratio, vt dixi. xxvj. q. vj. c. j. Item constructio

alta-

altaris in ecclesia consecrata: nam ante consecrationem benè licet clericis ibi construere altaria, sed post non, nisi de consensu Episcopi: quia si fecerint, deponentur, vt in c. nullus presbyter, de consecrat. distin. j. Item inungitur Episcopus, vt procurator animarum existat, & distributor spiritualium. c. clericum. §. ex his omnibus. xj. quæst. j. Et multa sunt, quæ Episcopus tenetur scire, c. omnes. xxxviij distinct. vbi statuit synodus, vt omnis, qui ad Episcopatum promouendus est, psalterium sciat, vt ex eo omnis clericus, qui sub eo fuerit, instruatur. Et tempore suæ ordinationis debet Metropolitanus ordinandum Episcopum interrogare, si sciat legem, canones sacros, & omnem sacram scripturam, & si inuenitur ignorans, repellitur: & hoc probatur authoritate prophetæ Oseæ iiij. dicentis: Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. sequitur text. Placuit, vt ordinandis Episcopis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcẽtur. Similiter cùm nouum celebratur concilium, quæ in concilijs statuuntur, infra sex menses, postquam redierit à concilio, debet omnes suos subditos conuocare, & eis indicare, quæ sunt in synodo acta. c. decernimus. xviij. distinct. Ideo non sufficit Episcopo innocens vita, nisi adsit & doctrina. xliiij. distinct. cap. j. quia tenetur Episcopus docere populos sacram scripturam, non Grammaticam, vel Philosophiam, c. cum multa, lxxxvj. distinct. c. ignorantia. xxxviij. distinct. Debet etiam Episcopus intendere lectioni, & orationi, & prædicationi. c. Episcopus nullam. lxxxviij. distinct. c. Episcopi, ij. quæst. vij. & sic faciebat Moyses, qui semper erat in tabernaculo docens, & orans, sicque in hostes suos vincebat orationibus, vt in c. fin. xxxvj. distinct. vbi legitur: Tria † sunt, quę a Moyses, & Aaron faciebant, legere scilicet, docere populum, & orare. Ideo hæc tria opera debet Episcopus facere, si vult imitari Moysen, & Aaron. De hoc videbis in c. sicut. vij. q. j. Debet autem Episcopus docens in templo loqui prudẽter, & aptare verba iuxta capacitatẽ audientiũ: sitq; doctus, maturus, prouidus, irreprehensibilis, vt in c. oportet. vij. q. j. Item debet pacẽ procurare inter subditos, & amo-

& amouere discordias. c. studium. xc. distinct. immò potest excommunicare nolentes pacem inire. c. placuit. c. prælatum. xc. distinct. Nec sufficit episcopo lectio, vel oratio, nisi & pauperibus prouideat, c. fratrem. lxxxvj. distinct. Debet etiam episcopus discordantes concordare. xc. distinct. per totum. sed † non debet propriis manibus aliquem cædere, vel flagellare, c. non liceat. lxxxvj. distinct. Episcopi est etiam ordinare, vt in ecclesijs baptismalibus sint doctores, & magistri, qui pueros in artibus liberalibus, & alijs vtilibus instruant. c. de quibusdam. xxxvij. dist. Et episcopus non potest creari sine titulo episcopali. c. sanctorũ. lxv. dist. & pendente inquisitione contra prælatum suspectum non fit incontinenti remotio ab administratione, secus in tutore, docto. in c. licet Heli, de simonia. Et si electus in episcopum habet plura beneficia, accepto episcopatu omnia alia vacant, c. dictum, de electio. c. non potest, de præbend. in vj. Inno. in c. in nostra, de rescriptis: sed non ipso iure vt per Panor. in c. de multa, de præben. Et † successor in episcopatum non ligatur constitutionibus prædecessoris, Ioannes de Lignano in tractatu de sentent. excommu. in volumine xj. fol. 288. Sed successor in ecclesia tenetur ratificare bene gesta prædecessoris, Archid. in c. decessor. xxv. quæst. ij. & de hoc vide Bald. in l. quicunque. C. de bonis, quæ libe. Et successor in ecclesia non tenetur ad debita contracta per prædecessorem, nisi pro vtilitate ecclesiæ fuerint contracta: nota. in c. j. & ij. de sortileg. & vide in c. fin. de offi. ordin. in vj.

## DE ARCHIEPISCOPO.

### Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Electus in Archiepiscopum, vel Episcopum, infra tres menses consecrari debet.*

2 *De forma pallij, & qualiter esse debeat.*

3 *Vtrum ante pallij traditionem quis appellari possit Archiepiscopus.*

4 *Pontifex ad Missarum solennia, & vbique pallio vtitur.*

5 Archi

5 *Archiepiscopus Episcopo maior est in exercitio, non autem in ordine.*
6 *Archiepiscopus dicitur princeps episcoporum.*
7 *Dioecesis vnde dicatur.*
8 *Archiepiscopo crucem ante se deferri facere, populumq; benedicere per totam prouinciam, datum est.*
9 *Archiepiscopus vnde dicatur.*
10 *Soli Papæ reseruata est Episcoporum depositio.*
11 *Gentilium quot erant ordines.*

ELectus † in Archiepiscopum, vel Episcopū, infra tres menses debet consecrari. c. quoniā quidam, c. distinct. vt dixi supra. Et Archiepiscopus non potest vti pallio extra ecclesiā, vt in c. cum super, de autho. & vsu pallij, in c. pallium. c. distinct. nam pallium est insigne ornamentum Archiepiscopi, vel Episcopi, de corpore beati Petri assumptum. Sed ex priuilegio speciali competit pallium Episcopo, vt per Panor. in rub. de vsu pallij. † Qualiter debeat esse forma pallij, ibi videbis per eum. Sed insignia, per quæ notatur iurisdictio, non possunt extrahi extra limites prouinciæ, vt not. in c. ex tuarum, eod. tit. & Archiepiscopus debet sepeliri cum ambobus pallijs; quia pallium non remanet in ecclesia, ad quam fuit promotus, vt per docto. in c. ad hæc, eod. tit. Et pallium potest accommodari, vt videatur, non pro vtendo. † Sed ante pallij traditionē quis non debet appellari Archiepiscopus: vnde notabis, quòd nomen sequitur post plenarium officium, & complementum plenariæ potestatis; tamen per actum confirmationis recipit potestatem, quo ad illa, quæ sunt iurisdictionis, vt in c. transmissam, de elect. Et pallium instanter est petendum, & debet peti infra tres menses à die consecrationis, de iure, nisi fuerit impeditus, vt in c. j. c. distin. vbi de hoc. † Sed solus Papa vtitur pallio ad Missarum solennia, & in omni loco, vt in c. ad honorem, de autho. & vsu pall. & in c. pallium tibi, distinct. c. Sed electus in Archiepiscopum, si sit Episcopus, non potest alios consecrare ante receptionem pallij, c. distinct. c. j. §. j. Et qui est consecratus ab illo, qui

lo, qui non habet ius consecrandi, iterum est consecrãdus, vt in c. sicut. cum c. sequen. lxviij. distinct. Et Archiepiscopus est ordinarius prouinciæ, & est maior Episcopis singulis prouinciæ suæ. c. per singulas. cum sequenti. ix. quæst. vlt. vj. quæst. iiij. c. scitote, c. pastoralis, de officio ordinarij. & Roman. in consil. cccxxj. & Panormit. in c. nullus, de iure patrona. Sed est diocesanus in dioceſi sua, non in prouincia: ita Cardin. in Clemen. j. §. j. de supplenda negligen. præla. Itaque est Archiepiscopus in prouincia, Episcopus in dioceſi, Clemen. ij. §. j. de priuileg. & ibi Cardi. dicit, † quòd Archiepiscopus est maior Episcopo in exercitio, non in ordine. dicit etiam, quòd Archiepiscopus, & Metropolitanus idem sunt. Sed non dicitur Archiepiscopus, nisi sit susceptum pallium: ita Cardi. in c. quod sicut. §. præterea, de electio. & in Clemen. j. §. nos, de iureiuran. Et propriè dignitas est Episcopatus. Cardina. in Clemen. j. de præbend & est culmen dignitatum. Cardina. in Clemen. j. de renun. iat. † Et Archiepiscopus dicitur princeps Episcoporum. c. cleros. xxj. distinct. Archiepiscopus non potest eligi, nisi sit presbyter. c. j. xl. distin. Punit suffraganeos impedientes quæstores ipsius, vt per Cardin. in Clemen. j. de pœniten. & remiss. † Et dioceſis dicitur quasi diuisio, qua diuiduntur fines Episcopatuum. c. vnio. x. quæst. iij. Cardina. in Clemen. dudum. §. extra, de sepultu. Et dioceſes fuerunt distinctæ tempore Dionysij, glos. in c. prouinciæ, xcix. distinct. & xiij. q. j. c. j. Et dioceſanus dicitur Archiepiscopus in sua dioceſi, non in prouincia, Cardina. in Clemen. j. §. j. de supplen. negl. præla. † Archiepiscopus potest deferri facere ante se crucem, & potest populum benedicere per totam prouinciam: ita Cardina. in Clemen. ij. de priuil. c. ij. Archiepiscopus (vt dixi) est princeps. c. cleros, xxj. distinct. & lxxx. distinct. per totum. Sed quantum plus ordinis, vel honoris habet Archiepiscopus quàm Episcopus? nihil (vt iam dixi) respectu ordinis Episcopalis in sua substãtia. i respectu characteris: nam tantum habet, quo ad hoc, simplex Episcopus, quàm Papa: sed respectu exequutionis, & exercitij maiorem solicitudinem habet Archiepiscopus, Metropolitanus, & Archiepisco

piscopus idem sunt: sed Metropolitanus trahit nomen à metros, quod est mensura, & polis, ciuitas; & trahit nomẽ ab ecclesijs, & earum numero: † Archiepiscopus verò à personis: & dicitur ab archos, quod est princeps, eò quòd sit princeps Episcoporum, vt dixi: vide docto. & Cardina. in d. Clemen. ij. Et dixi, quòd Archiepiscopus potest populum benedicere, intellige de solenni benedictione, quã non faciunt presbyteri, vt not. in c. ecce. xcv. distin. Dicit etiam Cardina. in d. Clemen. ij. quòd benedictio fit quandoque imperatiue, & tunc proprie Dei est, licet detur ministerio benedicentis: & est satisfactionis infusio, xxv. distinct. c. presbyterum. Sed Archiepiscopus non debet aliquid præsumere excommunicando, vel iudicando, vel aliquid agendo in dioceſi sui suffraganei absque eius consilio, vel iudicio; alias subiacebit periculo sui gradus, & quod gerit, erit irritum, c. nullus primas, ix. q. ij. habet enim tantum iurisdictionem in Episcopos suffraganeos, & eorum officiales principales, de offi. ordin. c. pastoralis, & c. Romana ecclesia, de offi. ord. in vj. vbi videbis optimum tex. & ibi vide docto. Non tamen procedet Archiepiscopus contra Episcopum ad depositionem: † quia depositio Episcoporum soli Papę est reseruata, vt in c. ij. de translatio. prælat. de hoc vide Panormit. in c. j. de officio legati. Sed de criminibus parnis potest cognoscere, & ipsos Episcopos punire, c. sacro, de senten. excommu. & x. quæst. iij. c. quia cognouimus, & notat Ioan. And. in c. vt litigantes, de offi. ordin. lib. vj. De causa verò ciuili indifferenter cognoscit, etiamsi subditi Episcopi conueniant Episcopum. Sed si Episcopus habet causam contra subditum, non conuenit eum coram Archiepiscopo, sed debent eligi arbitri authoritate iuris: hæc probantur in c. si clericus aduersus clericum. xj. quæst. j. ita Panor. in d. c. pastoralis. & ibi dicit, quòd regulariter nullam potestatem potest Archiepiscopus exercere in subditos Episcoporum, nisi in casibus exemptis, & vide glo. & doct. de hoc in d. c. pastoralis: & vide Cardi. in d. Clemen. ij. §. j. Et si duo subditi Episcopi litigant, vel Episcopus contra subditum, non potest adire Archiepiscopum, nisi per appellationem, cap. venera-

bilis, de sentent. excommun. lib. vj. vbi litera dicit: Archiepiscopi non possunt absoluere excommunicatos à subditis suffraganeorum, sed possunt absoluere, si ad eos appellatum fuerit. De his videbis in d. c. venerabilis, in principio. & in §. porro, & in §. sed si ex causa legitima, & in §. fine, & in §. denique. Et de officiali Episcopi ad Archiepiscopum appellant, vide singul. tex. in c. Romana ecclesia, de appell. in vj. & in §. quod si obijciatur, si dicitur ex iniusta causa appellatum. Archiepiscopus inhibere non potest, nisi prius recepta appellatione, vt probabilius inclinat cognoscere de causæ veritate. vide docto. in d. c. Romana. §. si autem. Et in hoc Archiepiscopi semper grauat.

11 Et vide tex. singu. in c. illis. lxxx. distin. vbi legitur, † quòd gentiles habebant tres ordines sacerdotum, scilicet primi flamines, archiflamines, & flamines: & quòd loco primi flaminum Petrus iussit poni Patriarchas, qui de maioribus aliorum Episcoporum causis cognoscerent, loco Archiflaminum Archiepiscopos, loco flaminum Episcopos, qui in singulis ciuitatibus singuli esse debent. Et in c. Episcopi, eadem distinct. dicitur, quòd Episcopi in ciuitatibus, presbyteri per castella. Itaque ponit differentiam inter Episcopum, & presbyterum. Sed de notorijs potest Archiepiscopus corrigere subditos Episcopi, cùm visitat prouinciam. c. j. §. notoria, de censib. lib. vj. Et Episcopi, & Archiepiscopi celebrantes in locis exemptis an possint ibi concedere indulgentias, vide Card. in d. Clemen. ij. §. fin. Et Archiepiscopus non potest aliquid attentare in diocesibus suffraganeorum, nisi quatenus reperiatur in iure expressum. ita Panor. in c. sicut vnire, de excess. prælatorū, & ibi glo. enumerat. xj. reseruata Papæ. Et subsidium charitatiuum potest peti à Papa in casibus notatis per Oldr. in consilio ciiij. Et de charitatiuo subsidio vide Cardi. & de pensione licita, & illicita, vide eundem in Clemen. j. §. j. de supplenda negligentia prælatorum; & in c. auaritiæ de præben. & vide Abbatem, & additionatorem suum, in c. ad audientiam, de rescriptis: & vide infra in c. de pensione ecclesiastica. De charitatiuo subsidio vide etiã Card. in Clemen. j. de excessibus prælatorum, & Hostien. in t.

de excesibus prælatorum. Archiepiscopus non nisi ad Missarum solennia pallio vtatur, & in synodo. Sed potest synodum congregare ante susceptionem pallij, vt per tex. & docto. in d. c. pallium tibi. Et de pallio Archiepiscopi vide in tit. de vsu pallij, & per totam distinctionem centesimam; vbi dicitur in c. prisca: Honor pallij non detur nisi meritis exigentibus.

## AN PRINCIPATVS SVMMI ROmani Pontificis non solum ad spiritualia, sed etiam ad temporalia se extendat, ita quod in toto orbe iurisdictionem habeat temporalem. Cap. XVI.

### SVMMARIVM.

1 Principatus summi Romani Pontificis an etiam ad temporalia se extendit.
2 Papa dicitur summus, omnia enim ei subiecta sunt.
3 Potestas duplex est spiritualis, & temporalis.
4 In tribus spiritualis est prior temporali.
5 Anima omnibus rebus præferenda est.
6 Imperium sicut sacerdotium à Deo processit.
7 Materialis gladius ad solum Pontificem pertinet.
8 Ioannes Rex Nauarræ à summo Pontifice Iulio secundo tanquã schismaticus, & hæreticus declaratus fuit.
9 Principes à fide apostatantes vtrum à Pontifice temporali dominio priuari possint.
10 De quadruplici Monarchia aliqua.
11 Quando inceperit Christi Monarchia.
12 Christi Principatus quando inceperit.
13 Papa Adrianus concilio Roma celebrato Imperium in personã Principis Caroli à Græcis in Germanos transtulit.
14 Antiquo tempore quis modus in eligendo seruabatur.
15 Gregorius quintus Teuthonicus Imperatoris electionem per septem Alemaniæ principes fieri ordinauit.
16 Papa à nullo iudicari potest.

AN †, principatus ſummi Romani Pontificis non ſolum ad ſpiritualia, ſed etiam ad temporalia ſe extendat, ita quòd in toto orbe iuriſdictionem habeat temporalem, dic breuiter: quòd licet Romanus Pontifex non habeat regulariter, ſiue directè ita plenam poteſtatem in temporalibus, ſicut in ſpiritualibus; nihilominus etiam habet poteſtatem in temporalibus ex conſequenti, & hoc proprio iure, ſcilicet quantum neceſſarium eſt ad cõſeruationem rerum ſpiritualium, ad directionem hominum in ſalutem æternam, ad correctionem peccatorum, & ad conſeruandã pacem in populo Chriſtiano, vt ex infra dicendis demonſtrabitur. † Et in primis dico, quòd Papa eſt ſummus, & omnes ſunt ei ſubiecti, vt eſt gloſſa valdè notabilis in Clemen. ad noſtrum, de hæret. in verbo eccleſiæ; & vide aliã ſingularem gloſ. in c. cauſam, il ij. qui fil. ſunt legit. & vide Inno. in c. licet ex ſuſcepto, de foro competenti: & vide Hoſtien. in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi: & vide eundem in ſua ſum. eo. tit. §. qualiter, & quo. Et, vt magis materia eluceſcat, dic, quòd † duplex eſt poteſtas, vna ſpiritualis, quæ eſt penes ſummum Pontificem; alia temporalis, quæ eſt penes Imperatorem, vt in c. ſoluite, de maior. & obed. † Spiritualis autem eſt prior temporali in tribus, vt dicit Hoſtien. in loco prælegato; in dignitate, ſeue maioritate, in inſtitutione, & in authoritate, ſeu poteſtate. Eſt enim prior in maioritate, ſicut ſpiritus eſt maior corpore: eſt prior in inſtitutione, nam ſacerdotium Melchiſedech præceſſit legem ſcriptam; de quo in c. translato, de conſti. Item per ſacerdotem Deo iubente fuit ordinata Regalis poteſtas. j. Regum cap. viij. quum dicit Dominus ad Samuelem: Conſtitue ſuper eum Regem. Eſt ergo ſacerdos etiam prior poteſtate, & authoritate. Item patet hæc maioritas ratione ſubiecti: quanto enim quis melioribus præeſt, tanto maior eſt, vt in authen. de defen. ciui. §. nos igitur, collat. iij. Sed † anima, cui Papa præeſt, præferenda eſt omnibus rebus humanis, quibus Imperator præeſt. xij. q. j. c. præcipimus: ergo Papa præeſt Imperatori. In hoc probatur ex vi fidei, ſicut enim ponere duo princip-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

est hæreticum, vt de sum. Trin. & fide cath. c.j. & ij. sic etiam ponere duos vicarios æquales in terris est hæreticum. facit glo. notab. in c. non autem. viij. q. j. Est enim ecclesia militans diuinitus exemplata ab ecclesia triumphante dicente Ioan. in Apocalyp. c. xij. in prin. Vidi Hierusalem sanctam nouam descendentem de cælo, &c. & Moysi dictum est, Exod. xxv. quòd omnia faceret secundum exemplum sibi demonstratum. Cùm igitur in ecclesia triumphante sit vnus princeps summus, cuius obedientiæ tota ipsa ecclesia perfectissimè est subiecta, scilicet Deus, necessario sequitur, quòd etiam ecclesiæ militáti vnus summus princeps præsideat. Imperator esse non potest, cùm nó valeat præesse in spiritualibus, ergo est Papa, qui & temporalibus pręesse potest, vt superius diximus, & infra dicemus.

† Sed fatendum est, quòd imperium, sicut sacerdotiũ, pro 6
cessit à Deo, & nedum summum imperiũ, immò & quęlibet inferior potestas dicitur à Deo, vnde in passione Christus ait ad Pilatum: Non haberes in me potestatem vllam, nisi data esset tibi desuper: sed hæc potestas non deriuatur in principem secularem immediatè à Deo, sed per debitã, & subalternatam emanationem à vicario Christi Iesu, apud quem sunt iura cœlestis, & terreni imperij, vt dicit tex. xxij. distin. c. omnes. Hinc est, quòd imperium transferre potest de certo genere personarum cum maxima causa ad aliud genus, vt infra dicetur. Sed isti exercẽtes istos duos gladios habent se ad inuicem, vt maior, & minor, & vnus sit supremus in ecclesia militãte, sicut in triumphante. Sed diceres, ad quid valet ista maioritas, & prærogatiua, cùm non valeat Papa perturbare illam iurisdictionem temporalis principis, nec minuere, nec exercere per se, vt in c. si Imperator, & in c. cum ad verum, xcvj. distinct. & c. quoniam. x. distinct. & in c. causam, qui filij sint legitimi: & ipse Deus erercitium interdixit, dicendo: Mitte gladiũ tuum, &c. Respondetur, quod valet ad multa; & primo, vt ipsum Imperatorem, tanquã inferiorem, destituat exigentibus causis maximis, & arduis. Itẽ in omnibus arduis negotijs, & maximis difficultatibus generãtibus scandalũ in Christianitate, potest huiusmodi maioritatis ratione se in-

tromittere etiam inter laicos, & exercere ipsam potestatē
sibi à Deo attributam, vt in principio ipsius capituli diximus, & infra dicemus. Et vbi ista negotiorum necessitas,
& grauitas non contingit, habent locum iura generaliter
loquentia, quòd Papa debet præesse spiritualibus, Imperator verò temporalibus: & hæc sufficiant, quo ad hunc
7 passum. † Et quòd gladius materialis ad Romanum Pontificem pertineat, patet Ioan. xviij. Vbi dixit Christus Petro: Conuerte gladium tuum in vaginam. Quod verbum
pertractans beatus Bernardus ad Eugenium Papam sic inquit: Qui tuum negat, non satis videtur mihi attendere
verbum Domini, dicentis: Conuerte gladium tuum in vaginam, Ioan. xviij, & Matth. xvj. Tuus ergo tuo forsitan
nutu, & si non tua manu euaginandus, sed iussu Imperatoris: hæc ille. s. Bernardus. Nutus verò dicitur non tantum exhortatio, sed etiā dispositio. Vnde Leo Papa IIII.
vt in c. igitur. xxiij. quæst. viij. contra Saracenos jubet populum congregari, & eis ad litus maris occurrere. Item vt
in c. hortatu, ead. cau. & q. Hortatu, & precibus Adriani
Papæ exhortatus Carolus Rex contra Longobardos bellum susceptit. Ad idem, beatus Gregorius quosdam hortatur nobiles, vt milites congregent contra hostes, & arma viriliter præparent, vt in c. quicunque, ead. cau. & q.
Item in registro etiam legitur, quòd beatus Gregorius cuiuibus Tusciæ, vt contra Longobardos arma pararēt, mandauit, & militantibus stipendia decreuit. Quòd etiam huius gladij materialis dispositio, licet non materialis exercitatio, conueniat clericis, sanctus Thomas in secunda secundæ, quæst. xl. art. ij. declarat, ita dicens: Omnis persona, vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet disponere de his, quæ sunt ad finem; bella autem carnalia in populo fideli sunt referenda sic ad finem, vt ad bonum spirituale diuinum, cui clerici deputantur, ideo ad clericos pertinet disponere, & inducere alios ad bellandum bella iusta. hæc S. Thom. Pertinet ergo dispositio authoritatiua
gladij materialis aduersus infideles, hæreticos, schismaticos, & tyrannos, maximè ad Romanum Pontificem, qui
dux, & pastor, & pugil est populi Christiani, quando bel-

lum

lum est pro veritate fidei, vt infra in c. de bello. Et de hoc vide extrauagantem Bonifacij incipientem, vnam sanctã. Ideo imperium Romanum à Græcis transtulit in Germanos, & potestatem, ac ius eligendi Imperatorem postmodum certis principibus contulit, vt in c. venerabilem, de electio. Vbi dicit glo. Legimus in Chronicis, quòd cùm Romana ecclesia opprimeretur ab Aistulpho rege Longobardorum, petijt auxilium à Constantino, & Leone eius filio Imperatoribus Constantinopolitanis, qui cùm nollent patrocinari ecclesiæ, Stephanus Papa secundus, natione Romanus, transtulit imperium in Carolum Magnũ, qui fuerat filius Pipini, quem Zacharias prædecessor eius substituerat loco regis Francorum: de quo in c. alius. xv. quæst. vj. † Nonne igitur iustè Iulius secundus sanctissimus Pontifex maximus Ioannem Regem Nauarræ schismaticum, hæreticum, Apostolicæ sedis hostem publicum, atque reum læsæ Maiestatis declarauit? regnumque, & omnia eius bona publicauit primo occupanti, atque nominatim Catholico Regi Hispaniarum concesit? quemadmodum Stephanus secundus sanctissimus Pontifex Constantinum, & Leonem Occidentis imperio deiecit, propterea quòd ipsi ecclesiæ causã imploranti auxilium denegauit. † Potest itaque Papa principes apostatantes à fide, priuare dominio temporali, quod habent super fideles: quod probatur ex iam dictis, & ostenditur ex dictis S. Tho. secunda secundæ, quæst. xl. art. vlt. 8 9

† Sed quia tempus acceptabile est, dicamus aliqua de quadruplici Monarchia. Prima fuit Assyriorum, cuius caput Ninus fuit tempore Abrahæ Patriarchæ, quæ durauit 1240 annos, vt scribit Augustinus libro iiij. de ciuit. Dei, vsque ad Sardanapalum, qui propter merita muliebria perdidit principatum. Arbazanes transtulit regnum ad Mædos, & Persas, eo tempore, quo regnabat Procas Dux Romanorum, vt idem Augustin. in libro xviij. de ciuitate Dei. Hæc secunda monarchia Mædorum, & Persarum durauit vsque ad tempora Alexandri. 223. annos, quando videlicet deuincitur Darius à prædicto Alexandro, vt scribit idem August. in libro xij. Sed monarchia Græcorum 10

in Alexandro incœpit, & in eodem finijt. Regnauit Alexander annos 12. & mortuus est. Sed quamuis Græci nó habuerint vniuersale dominium, viguit tamen regnum Macedonum annis 4880. vt Augustin. scribit in eodem xij. Post hanc autem monarchiam Romanus principatus vigere incœpit, durauitq; consulatus, immo monarchia vsque ad tempora Iulij Cæsaris, qui primus vsurpauit imperium; sed parum in eo superuixit. Post hunc Octauianus filius sororis eius successit, & propter suam modestiam longo tempore in eo principatum habuit, ac in xlij. anno sui imperij, completa septuagesimasexta hebdomada Danielis, cessante regno, & sacerdotio Iudæorum, nascitur Christus, qui fuit verus Rex, & sacerdos, & verus
11 Monarcha. † Sed monarchia Christi quando incœperit, vide sanctum Thom. in tracta. de regi. princip. libro iiij. c. xiiij. & ibi in c. xv. dicit sanctus Tho. quòd quamuis temporaliter esset Dominus orbis, directè tamen ad spiritualem vitam suum ordinauit principatum, iuxta illud Ioan. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. & sic verificatur verbum Domini: Regnum meum non est de hoc mundo. Et sic constat post natiuitatē Christi multos imperasse: ipse verò vitam abiectam elegit, vnde in Matthæo dicitur: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Item Christus dixit: Regnum meum non est de hoc mundo, vt diximus. Et interroganti respondit: Quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos? Item in Ioanne scribitur: quòd cùm pauisset multitudinem, abscondit se: quia volebant eum populi rapere, ac regem facere. Recipit enim influentiam Christi principatus ex diuina virtute, quæ in ipso personaliter erat, qua potentia vsus est Christus circa passionem, cùm Iudæi vellent eum occidere, & ipsum quærerent: quo dicente, Ego sum; statim ceciderunt in terram, vt in Ioanne scribitur; & in hoc transcendit sua potestas potentiam sui successoris. Simili modo cum ementes, & vendentes de templo eiecit. † Sed principatus Christi incœpit in ipsa sua natiuitate temporali, & in humilitate, & paupertate suum fun-

dauit

dauit dominium, & in aduersitatibus, & laboribus, & ærumnis ad tollêdam suspitionem de cordibus hominum, quòd quasi principatum assumpserit, vt in mundo dominaretur. Vnde legitur in Ioanne. Non venit filius Dei in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mũdus per ipsum: & Lucæ ix. Domine vis, dicamus, vt descendat ignis de cœlo, & consumat illos? conuersus Iesus, increpauit illos, & dixit: Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. † Sed Papa Adrianus cõcilio celebrato Romæ cen- 13
tum quinquagintaquinque Episcoporum, & venerabiliũ Abbatum, imperium in personam principis Caroli à Græcis transtulit in Germanos, quãdiu enim Imperatores Romanam ecclesiam defenderunt, ecclesia Imperatores fouit: postquam verò defecerunt, de alio Imperatore ad sui protectionem prouidit. † Et tunc diuersificatus est modus 14
imperij, quia vsque ad tempora Caroli in Constantinopoli in eligendo seruabatur modus antiquus. Aliquando enim assumebatur de eodem genere, aliquando aliunde, & aliquando per principem fiebat electio, aliquando per exercitum. Sed instituto Carolo cessauit electio, & per successionem assumebantur de eodem genere, vt semper primogenitus esset Imperator. Et hoc durauit vsque ad septimam generationem. Qua etiam deficiẽte tempore Ludouici à Carolo separati, cùm ecclesia vexaretur ab iniquis Romanis, aduocatus est Ottho primus Dux Saxonum in ecclesiæ subsidium, liberataque ecclesia à vexatione Longobardorum, & impiorum Romanorum, ac Berengarij tyranni, in Imperatorem coronatur à Leone VII. genere Alemanno, qui Ottho imperium tenuit vsque ad tertiam generationem: & omnes Otthones vocati sunt. Et ex tunc, vt historiæ tradunt, † per Gregorium V. 15
genere similiter Teuthonicum prouisa est electio, videlicet, vt per septem principes Alemaniæ fiat; quæ vsque ad ista tempora perseuerat: quod est spatium quingentorum septuaginta annorum, vel circa. Et tantum durabit, quantum Romana ecclesia, quæ supremum gradum in principatu tenet Christi, fidelibus expediens iudicauerit. In

quo

quo casu, vt ex verbis Domini supra inductis, est manifestum, videlicet pro bono statu vniuersalis ecclesiæ, vicarius Christi habet plenitudinem potestatis, cui competit dicta prouisio. † Sed Papa à nullo iudicari potest, vt in c. 16 nemo, c. aliorum, & c. cuncta per mundum. ix. quæst. iij. & & c. electionem. lxxviij. distin. cum similibus: & vide tex. in c. oues. & c. nos. ij. quæst. vij. & sic Papa est supra concilium, vt est communis sententia doctissimorum virorum, & ego eam sequor, tanquam piam & sanctam, quia oportet tollere schismata.

Notate bene omnia contenta in toto isto capitulo, quia magna, & ardua sunt, & quasi fundamentum totius iuris nostri, non ita alibi tacta per iurisconsultos, licet aliqui insensati multa vaniloqua contra sacrum imperium moliri conati sint. Tota schola Pontificia, & Cæsarea communiter in hoc concordare videtur. sed modernorum ingenia adeo deprauata sunt, vt semper suscitent diuisionem inter vtrunque gladium. Et concludendo dico, quòd si ea narrare vellem facultatem, & supremam dignitatem, & excellentiam sanctæ Apostolicæ sedis, ante diem clauso componet vesper olympo. Nec mihi si mille linguæ sint, oraque mille, ferrea vox, &c. minimam partem earum attingere possem. Omnia tamen in toto isto libro, & specialiter in isto capitulo contenta submittimus sub correctione sanctæ matris Romanæ ecclesiæ, & sub correctione sacri summi Romani Pontificis.

## DE DISPENSATIONE SANCTISSIMORUM *Episcoporum.* Cap. XVII.

### SVMMARIVM.

1 *Dispensatio quid sit, & vnde dicta.*
2 *In quibus casibus Episcopus dispensare potest.*
3 *Etiam in die Dominico solus Papa ordinare potest.*
4 *Vtrum ab Episcopo excommunicato possint ordinari clerici in sacris.*
5 *Qui per annum, & vltra stetit in excommunicatione, officio suo priuari debet.*

6 Cle-

6 *Clericus falsarius deponi debet.*
7 *Prohibetur Episcopus ad sacros ordines clericum literarum ignarum promouere.*
8 *Cardinalis Legatus nunquid capientem ipsum Cardinalem absoluere possit.*
9 *Coniuges an per religionis ingressum se separari possint.*
10 *Ei, qui matrem occiderit, quæ pœna imponenda sit, tam de iure canonico, quàm ciuili.*
11 *Prohibitus edere carnes an possit edere oua, & caseum, seu lac.*
12 *Apellatione carnis nunquid veniat lardum.*
13 *Monachus factus Episcopus non subiacet regulæ monachali.*
14 *Monialis an vinum habere possit: item & de clerico.*
15 *Quis primus fuerit, qui in Italiam vinum adduxit, & aquam vino permiscuit, remissiuè.*
16 *Ebrietas fons est vitiorum omnium.*
17 *In quibus casibus Episcopus dispensare non potest, remissiuè.*
18 *In quo casu solus Papa, & quatuor Principales Patriarchæ dispensant.*
19 *Episcoporum priuilegia quæ sint.*

DIspensatio † est quædam relaxatio facta à iure causa cognita ab eo, qui habet ius dispensandi. Et dispensatio est diuersa pensare; nam multa debet dispensator considerare pro iustificanda dispensatione, vt dicunt docto. quando de dispensatione loquuntur: nam dispensatio sine causa iusta dissipatio est; & ex tali iniusta dispensatione ius vulneratur. Et de dispensatione sanctissimorum Episcoporum vide Panor. & Ioannem Andreæ in c. dilectus, de temporibus ordinan. † Et nota, quòd in omnibus casibus potest Episcopus dispensare, quos ponit Specul. in tit. de offi. legati, & in tit. de dispensatione. §. nùc de Episcoporum dispensatione. 1 2

Et primo dispensat Episcopus cum ordinato extra tempora statuta à iure, c. consultationis. & ibi doct. de tempo. ordin. maximè ex speciali mandato Papæ secundum quosdam, c. cùm quidam. eod. titu. Sed alij contra secundum

Spe.

Spe.eod.tit.§.nunc ostendendum, versi. liij. vbi etiam di-
3 cit, † solum Papam posse vltra statuta tempora ordinare, etiam diebus dominicis, vel similib. per c.j. de temp. ordi. & c.de eo. Et si alius hoc fecerit, Papa solus dispensat cum ordinato, & cum ordinante per capit. cum ordinante, per c.cum quidam, eodem titul. & argumen.c.cum dilectus, eod.tit. Item si iam ordinatus extra tempora statuta ab alio, quàm à Papa, vel aliter illicitè, celebret ante dispensationem obtentam; solus Papa cum eo dispensat secundũ Spe.ibi, cum illo, qui extra quatuor. vbi vide omnino.

Secundo dispensat, vt quis habeat plura beneficia curata, quando in dispensatione consideratur vtilitas, & necessitas ecclesiæ, vel persona ipsius; non aũt si considerantur merita, vel fauor, seu excellentia personæ; quia tunc solus Papa dispensat. ita dicit Spe. post multas opi. in tit. de dispen. §. videndum, vers. sed nunquid Episcopus: vbi etiam subdit in versi. sed nunquid poterit, quod potest Episcopus dispensare ad habendum vnum beneficiũ duplex, & aliud simplex.

Tertio dispensat Episcopus cum ordinatis ab alieno Episcopo, inconsulto, vel contempto proprio Episcopo. de offi. archi. c. significasti. lxxj. dist. c.j.ij. & iij. vbi vide ix.q. ij. c. Lugdunensis, & tenet Spec. in d. §. nunc de Episcoporum, versi. iij.

Quarto dispensat cum ordinatis non scienter ab Episcopo excommunicato, c. fin. de ordi. ab Episcopo. qui Epis. re. non si scienter, secundum glo. ibi per c.j. in fin. eod. tit. & c. ordinationes. ix.q.j. † Ex quo not. quod Episcopus
4 excommunicatus potest clericos ordinare in sacris, etiam si sit extra gremium ecclesiæ, sicut hereticus. ix.q.j. ab excommunicatis. & c. ordinationes. & dixi supra proxima quæst. Non tamen potest excommunicare alios Episcopos excommunicatus; quia cum sit extra ecclesiam, non potest alium eijcere de ecclesia, xxiij. quæst. j. audiuimus, & glo. not. in d.c. fin. & ibi docto.

Quinto dispensat cum ordinatis ignoranter ab Episcopo, qui renunciauit Episcopali dignitati. c. j. de ordi. ab Episcopo, qui Episcopat. renunc. & ibi vide omnino.

Qui

Quid si renunciauit Episcopatui tantum, vel Episcopatui. i. loco, & dignitati simul? & tenet Specul. vbi supra, versic. v.

Sexto dispensat, vt duo eligantur ad vnam præbendam. no. in c. tuæ, de præben. & ibi glo. & docto. & Spec. vbi supra, versi. vj. Sed an, & quando vna præbenda diuidi possit, & quomodo; & an de vna fieri possint duæ, vel de duabus vna; vide glo. ord. & doct. in d. c. tuæ. quæ glos. etiam ponit, an parochia vna diuidatur in duas; vide ibi, & in c. præcipimus. xvj. q. j. & x. q. iij. vnio. de consec. dist. j. c. omnes. & in c. ad audientiam, de elect. & ibi docto.

Septimo dispensat cum clerico per Episcopum suspenso ab officio, & beneficio propter crimen vsuræ. c. præterea, de vsu. & tenet Spec. vbi supra versi. vij.

Octauo dispensat cum adultero, & in alijs minoribus criminibus, c. at si clerici. §. de adult. de iudi. xxiiij. dist. c. firmitatis. & Spec. vbi supra, versi. viij. & plenius in c. ex tenore, de tempo. ordin.

Nono cum pugnante in duello. c. j. de corpo. viti. & c. j. de cler. pug. in duel. quod verum est dummodo mors, vel mutilatio non sequatur. xxiij. q. viij. c. his, à quibus. & Spec. vbi supra, versi. ix. vbi etiam dicit, & tunc posse Episcopum in beneficio dispensare, per c. ij. eodem tit. l. distinct. c. studeat, ad fin.

Decimo dispensat in multum enormi, & notorio crimine. no. in c. j. de corp. viti. & arg. in c. ij. de aposta. Item & in capitalibus occultis. lj. dist. c. eis. & plenius in d. c. ex tenore, de temp. ordin. & ibi per glo. & in Spec. vbi supra, versi. x. Sed plenius loquitur Spec. eod. tit. §. qualiter, versic. hoc quoque notandum. vbi vide omnino.

Vndecimo cum alienigena instituto in ecclesia per eũ, qui instituere non poterat. de cler. pereg. c. fin. & ibi doct. & Spec, vbi supra, versi. xij.

Duodecimo cum diacono, qui diaconum vulnerauit, & matrimonium de facto cõtraxit; quia peracta prius pœnitentia, cum eo dispensat Episcopus, vt possit in presbyterum ordinari. d. c. j. qui cler. vel vo. & tenet Spec. vbi supra, versi. xiiij. & ibi vide per Ioan. And. in addit.

De-

Decimotertio dispensat cum monacho,& cum canonico regulari, vt possint in ecclesia seculari ministrare diuina.xvj.q.j.c.doctos.& c.ex authoritate. j. q.vij. §. nisi. Sed quando possit monachus,vel canonicus regularis præfici ecclesiæ seculari,vide in c.ij.& in c.quod Dei,de statu monach.vbi per glo.ordi.& docto.in Spec.vbi supra,versi.xv. & in §.sunt quoque, versi.x. de cap.mo.c.ex parte, & c.ad audientiam.

Decimoquarto dispensat Episcopus cum eo,qui excommunicatus recipit beneficium, de cle.excom. mini. c. postulatis,in prin.& ibi per Inno.& Io.And.in iij.glo.Quod est verum,nisi fuerit excommunicatus per Papam ob contemptum sedis Apostolicæ.c.bonæ,de æta. & qualita. vbi dicitur tali excommunicato non posse beneficium conferri. & ibi per glo.& doct. Idem in suspenso secundum glo. quæ etiam dicit,cum eo non posse Episcopum dispensare. quod etiam tenet Specu.vbi supra, versi.xvj. Quinetiam dicit d.gl.non posse suspensum tractare spiritualia, vt ibi, sicut nec excommunicatus ; aliàs debet deponi, per c. veritatis, de dol. & contu. † Nec omitto, quòd excommunicatus, qui per annum, & vltra stetit in excommunicatione,debet officio suo priuari.xj.q.iij.c.rursus, secundum glo.no.in d.c.cum bonæ. quæ omnia benè nota.

Decimoquinto cum clerico per saltum promoto.c.j.de cler.per saltum promo. iij. distin. c.j. & Specul. vbi supra, versi.xvij.

Decimosexto cum non ordinato ministrante scilicet ad beneficium,& vt post biennium,vel triennium in ordine susceptо ministret, non vt ad superiorem promoueatur,c.ij.& ibi not.de cler non ordin.min. Et prædicta in Spe.vbi supra,ver.xviij.vbi vide,quia omnia dicit. Et notquòd is,qui caret ordinibus sacris, irregularis est, si diuinum exercet officium. Et idem dicitur de eo,qui habens vnum ordinem se in maiori exerceat: quia cum talibus solus Papa dispensat,vt tolleretur in ordine suo ad superiores ascendens. xj. quæst.iij. c.paruulis.xxv. quæst.ij. c. sic decet. Sed Specu.ibi refert quosdam voluisse, quòd etiam Episcopus dispenset,argum,not.in c.j.& ij.de cle.excom.

mu

mi.& ibi per glo.Ioan.And.& doct. Vide etiam not.in c.at si clerici, de iud.

Decimoseptimo dispẽsat Episcopus cum diacono Missam celebrante, scilicet peracta pœnitentia, vt beneficium retineat, & etiam, vt post biennium, vel triennium exerceat officium diaconatus; non vt ad sacerdotium promoueatur, ad quod solus Papa dispensat, not. in c. j, & ij. de cler.excom.mi.& ibi glo.Ioan.And.& doct.& Specu. vbi supra, versi.xix.

Decimooctauo dispensat in commutatione præbendarum,& personarum, c. quæsitum, de re. permu. & ibi per Ioan.And.& doct.& glo.in Clem.j.eodem tit.& Spec.vbi supra, versi.xxj.

Decimonono cum eõ, qui bigamum ordinauit, de biga.c.j. & tenet Specu.vbi supra, versi.xxij.

Vicesimo cum eo, qui irregulares promouit. Spec.ibidem. Inno.& Ioan.And.in d. .dilectus, de Episc.ord.

Vicesimoprimo cum falsario, scilicet vt vel carceret eum, vel ad Papam remittat, xix.distinct. c.in memoriam, & Specu.vbi supra, versi.xxiij. † Et nota, quod si certum est, clericum esse falsarium, debet deponi lj. distinct. c.si Episcopus,& in c.in falsariorum, de cri.fal.tenet gl.in d.c. memoriam. vbi etiam ponit glo ordi.quot,& quibus modis dici possit charta falsa.

Vicesimosecundo in dispensatione ordinum ecclesiasticorum, quorum Episcopus est præordinator, xxj. dist. c.cleros. xxv.distinct.c.j.xxiij distinct. c.tales. Specu. vbi supra, versi.xxiiij.

Vicesimotertio, vt clericus concubinarius finita pœnitentia promoueatur, xxiiij.distinct.c.firmitas; nisi fuerit per sententiã damnatus, vel infamis de ipso ordine, c.quæsitum. Spe.vbi supra, versi.xxvj.& §.iuxta, versi.in suspensis autem.

Vicesimoquarto cum idiota promoto, vt remaneat, & non deponatur, sed doceatur, x.quæst.j.c.placuit, xxxviij. distinct.c.nullus,& c.sedulo. Quod verum, nisi sit omnino illiteratus. Spec.eodem §.versi.prohibetur. Non tamẽ dispensat, vt illiteratus promoueatur, l. distin. c.non con-

fidat. & Spec. vbi supra, vers. xxvij. & in d. §. iuxta, versic. contrahitur; ibi, item illiterati. Quod benè notent Episcopi, vt cogant clericos illiteratos addiscere literas: sed melius facient, si eos non promoueant, xxxvj. distinct. c. illiteratos: † vbi Episcopus prohibetur ad ordines sacros promouere clericum literarum ignarum, cum talis non sit aptus diuinis officijs; quinetiam ignoratia mater cunctorum errorum maximè in sacerdotibus Dei vitanda est: quia docendi officium susceperunt in populo Dei: Sacerdotes enim legere sacras scripturas admonentur, Paulo dicente ad Timotheum: Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Sciant ergo sacerdotes scripturas sacras, & canones, & omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quàm operum disciplina; text. est not. xxxviij. dist. c. quæ ipsis vbi leguntur, quæ sint sacerdotibus necessaria ad sciendū. Et quæ oporteat scire eum, qui Episcopus est ordinandus, vide can. dist. c. omnes psallentes: & diximus supra in tit. de scientia Episcopi.

7

Vicesimoquinto dispensat Episcopus in pœnitentijs imponendis, xlv. dist. c. licet: & per totum, xxvj. q. vij. c. tempora. & eum tex. allegant: quod tu intellige scilicet cum ratione, & modestia, alias non, de pœnit. dist. v. c. falsas, xxiij. q. iiij. c. si is, qui: adeo quod potest Episcopus mitigare canones pœnitentiales, xxvj. q. vij. c. tempora, de pœn. distin. j. c. pœnæ, & c. verbum Dei, & c. medicinam, c. mensuram, & c. iudex. Item debet pœnitentiam ponderare, de conse. distin. iij. de pœnitentibus, de pœ. & re. c. significauit, & c. quæsitum; nisi ei à canone prohibeatur, xxiij. q. vlt. c. pessimam. Item tenet Specu. vbi supra, versi. xxviij. vbi etiam subdit, & in versi. prohibetur: quod non potest Episcopus dispensare ad promouendum pœnitentes, lj. dist. c. ex pœnitentibus, c. confirmandum, & c. non confidat, lxj. dist. c. sacerdotibus, versi. proferens, argum. contra. xxix. distinct. presbyter, & c. quæsitum, de pœni. & re. sed dic, vt ibi per docto. His adde congruenter cas. specialiter reseruatos Episcopo in pœnitentijs, quos pœnit glo. sing. in c. ij. de pœn. & re. in vj. videlicet absolut. ca.

excommunicati maiori excommunicatione, quod non licet simplici sacerdoti, c. nuper, de sentent. excomm. Item in blasphematore Dei, & sanctorum publico, c. nullus, eodem tit. Item in sortilego, eodem tit. c. ij. Item in commutatione voti, c. j. de voto. Item in dispositione male ablatorum incertorum, vel certorum, si non extant hi, quibus restitutio fieri debet, de iudi. c. cum sint. Item circa matrimonium contractum clam, vel contra interdictum ecclesiæ. Item in omni publico crimine enormi. Item in oppressione filiorum. Item in homicidio. Item in falso testimonio. Item in falso instrumento. Item in periurio. Item in incœstu. Item in corruptione monialium. Item in coeunte cum brutis, secundum d. gl. quam no. & ibi per docto. in singulis. † Sed hic insurgit dubium, nunquid possit Cardinalis legatus absoluere capientem ipsum Cardinalem. & dic breuiter, quòd sic, etiam in non mortis articulo: quia licet quis suspectus iudex videatur ad vlciscendum iniuriam propriam, xxiij. quæst. j. c. j. iij. q. v. quia suspecti, l. j. C. ne quis in sua causa, cum sim. tamen quia excommunicatus non potest absolui, nisi petat absolutionē, xj. quæst. iij. c. plærunque, & c. cum aliquis; de eo, qui duxit in matrimonium. c. significasti: pro quo facit etiam illud Dantis Aligerij. Assoluer non si puo, chi non si pente, petendō se absolui à legato, quem cœpit, vel capi fecit, videtur in eum, tanquam in iudicem competentem, consentire, & suspitio cessat, de re iudi. c. inter, cum simil. Et ita concludit Ioan. And. in addit. Spe. in tit. de legato. §. nunc dicimus, versi. sed quæritur, vtrum legatus. Et sic intelligitur tex. in d. c. felicis, & in c. si quis suadente, xvij. quæst. iiij. Et intellige, prædicta procedere, quando Cardinalis captus est legatus: alias enim non potest absoluere, cum careat iurisdictione; & sic ad Papam recurrendum esset per absolutionem, præterquam in articulo mortis: & sic loquitur d. c. felicis. Et quia dixi non posse absolui, qui nō petit, dic idem probari in c. quod quidam, de pœn. & rem. Sed potest quis quandoque inuitus, & impœnitens absolui, puta testis, vt testimonium dicat in causa, ne principale negotium retardetur, c. veniens, in fin. & ibi glos. But.

8

& docto.de testi.il.ij. & ibi Io. de Imo.& no.in c.ab excom
municato,de rescrip.& Philip. de Fran.in c.ad hæc,de ap-
pel. Tunc tamen remanet vinculum peccati,licet tollatur
vinculum excommunicationis secundū doct. per c. quod
quidam, de pœniten. & remissio. quod est verum, & no-
tandum.

Vicesimosexto dispensat Episcopus cū homicida in be
neficio tantum,ne mendicet, c.studeat, l.distinct. c.ij. de
cler.pug.in duel.& Spe.vbi supra,versi.xl, vbi secus dicit,
quò ad officium,l.dist c.miror.

Vicesimoseptimo cum seruo promoto, si velit eum re-
dimere,liiij.distinct.c.generaliter,& Specu.vbi supra,ver-
sic. xlj.

Vicesimooctauo cum seruo monasterij, vt promoue-
tur,liiij.distinct.c multos,de ser.non ord.de famulis,& c.
eo.& tenet Spe.vbi supra,versi.xlij.

Vicesimonono cum assumpto de sua diocesi in Episco-
pum,vt remaneat in primo beneficio, si nō admittatur ad
Episcopatum,ad quem fuit promotus,xcij.distinct.si qui
Episcopus.& Spec.versi.xliiij.

Tricesimo cum hæretico conuerso,l.distinct.c.presby
teros,qui.de hæret.c.ad abolendam,de consec.distinct.ij.
c.ego Berengarius. & Spec.versi.xlv.

Tricesimoprimo cum schismatico, l.distinct c.vt eos
stitueretur. & Spec.versi.xlvj.

Tricesimosecundo dispensat Episcopus cum raptore,
quo ad viaticum ei concedendum, de rap. c.super eo.§.
vero. prędonibus enim dispensatione communicamus.
xxiiij.q.ij.sane. & tenet Spec.versi.xlvij.

Tricesimotertio, vt recipiatur ex causa minor procu-
ratio,quàm solita sit,v.q.ij. c.relatum; & c.felicis, de cen
sib.in vj.& Spec.versi.xlviij.

Tricesimoquarto in minoratione tertiæ,vel quartę de-
cimarum ex causa.v.quæst.ij.priscis, & c.viuo ,xij. quæst.
ij.cap.fin.& Spec.versi.xlix.& plenius versi.lxxvj.

Tricesimoquinto in executione sententiæ differenda
xj.q.iij.c.cum apud. & Spe.versi.l.

Tricesimosexto cum sortilego clerico, qui pro furto
repe

reperiendo ad astrolabij inspectionem recurrit, qui de iure per annum celebrare non debet. de sortil. c. ex tuarum, xxvj. q. v. c. contra idolorum, & c. peruenit. & Spe. versi. lj.

Tricesimoseptimo cum clerico post quatuordecim annos, & non ante; vel si patiatur defectum in scientia, dum tamen non sit minus rudis; vel etiam in ordinibus, dum tamen sit in minoribus, & in breui possit promoueri in sacros. Et dic, quo ad regimen ecclesiæ parochialis, seu plebis, vel quo ad dignitates, de electio. c. dudum, de ætate, & qualit. c. præterea. & c. indecorum, & plenius per Io. An. post Spe. in addi. Spe. vbi supra, versi. iiij. vbi vide omnino. & in c. j. de æta. & qualit. in vj.

Tricesimooctauo cum eo, qui beneficium renuntiat, vt sibi victum concedat in eo, argum. xvij. q. j. quamuis, de renun. ad supplicationem, etiam si ob culpam remoueatur, secundum Spe. in versi. liiij.

Tricesimonono cum eo, qui petit cessionem, scilicet vt vel cedat, vel remaneat, de renun. c. j. c. admonet, & c. quidam. & Spe. versi. lv.

Quadragesimo, quòd monachus in minoribus constitutus fiat Abbas, de æta. & qualita. c. tuam, & in Spe. versi. lvj. vbi omnino vide Ioan. Andr. in additio. dum refert antiquitatem.

Quadragesimoprimo cum illis debet Episcopus dispẽsare, quos sine titulo dispensatiuè promouit ad sacros ordines, vt victum habeant, de æta. & quali. c. accepimus, de præbend. c. cum secundum, c. non liceat, & c. Episcopus. & Spe. versi. lvij.

Quadragesimosecundo cum sacerdote extraneo, vt occultè celebret, si literas, vel testes non habet facientes fidẽ de sua ordinatione, de cler. pereg. c. fin. ad fin. lxxj. per totum, lxxij. distinct. per totum. & Spe. versi. lix.

Quadragesimotertio, quòd prælatus faciat perpetuum vicariũ, de offi. vica. & ad hoc quia prælatus debet in propria persona seruire in beneficio, quod ei datur ptopter officium, lxxxj. dist. eos, c. primice. & c. sequen. & in Spec. versi. lx. & versi. clx.

Quadragesimoquarto, quòd prælati inferiores possint

suos subditos excommunicare, de offi.or. c.si sacerdos, & c.cum ab ecclesiarum: quia de iure communi non possent id facere, secundum Ioan.de Deo, in c. cum satis, de offi. Archi.& c.Archidiaconus,eod tit.de foro compet.c.cum contingat: nisi de consuetudine; licet possint ex causa interdicere diuinum officium, & ecclesiastica sacramenta, d.c.si sacerdos,ij.q.j.c.nemo. & Spe.vers.lxj.

Quadragesimoquinto dispensat Episcopus cum clerico percussore,c.j.de cle.percus.vide ibi per docto. & not. xlv.dist.in summa,xlvj.dist.c.seditionarios, j.quæst.vij. si quis omnem. & Spe.versi.lxij.

Quadragesimosexto cum rectoribus ad synodum non non venientibus,de maio.& obed.super eo. possunt enim puniri nisi veniant, xviii.distinct. c. de eulogiis, & c. pen. & Spe.versi.lxiii.

Quadragesimoseptimo, vt sine vitio fiat transactio su per decimis. de transact. c.statuimus, de re.permu. c.j.& ij. Idem & in beneficio,c.de cætero, de transact. & Spec. vbi supra,vers.lxiiij.

Quadragesimooctauo debet Episcopus dispensare cũ clerico deposito, ne laico iudici tradatur, c. cum non ab homine,de iudi.quia semper in eo remanet character,& viuere debet clericaliter, l.dist.c.accedens, lxxxj. distinct. c.dictum. ideo vero reordinatur,si restituatur, xj. q. iij. Episcopus. & Spe. vbi supra, versi.lxv. & dicetur infra in materia degradationis.

Quadragesimonono, vt contumax non sit contumax, de offi.deleg.c.consuluit,de dolo, & contu.c.j.ij. cum dilecti,& c.cum olim,v.q.iij.præsenti.& Spe.vers,lxvj.& dicetur infra.

Quinquagesimo potest Episcopus ex causa ante sententiã sequestrare fructus,de sequest.c. pe.& si licet sequestratio sit regulariter interdicta,C.de prohi.sequest.l.j.& Spe. versi.lxvij.

Quinquagesimoprimo cum suspecto de crimine non condemnet,de præsump.c.literas, de dolo, & contu. c.ci dilecti. & Spe. vers.lxviij.

Quinquagesimosecundo, quòd vir, & vxor separatim viuan

viuant, ne deterius inter eos contingat, c. tua nos, de iure iur. licet contra dicatur xxvij q. ij. si vir, & vxor. & Specu. versi. lxix. Quod est verum, si vterque velit castitatem obseruare; alias alterum cogit Episcopus ad alterum redire per vinculum excommunicationis, d. c. tua nos. quinimo posset vxor propria authoritate redire ad virum, nec expectare tenetur authoritatem Episcopi, secundum glo. in d. c. tua nos. quod nota. † Adde, quod non possunt coniuges se separare, etiam vt ad religionem transeant, nisi Episcopus præstet assensum, nec soluitur matrimonium altero volente religionem ingredi, si alter dissentiat, d. c. si vir. vbi gl. & doct. verum dicunt, nisi alter postea ratificet ingressum alterius, arg. xxxiij. q. v. c. mulier. quod nota.

Quinquagesimotertio potest Episcopus cogere clericum, vel monachum ratione iuramenti esse loco obsidũ, de iureiur. c. ex rescripto. & Spe. vbi sup. versi. lxx. Et nota, posse clericũ, vel monachum obsides dari per eorum superiorem, d. c. ex rescripto, & c. vt pridẽ, per gl. xxiij. q. viij.

Quinquagesimoquarto, si prælatus diffidit de iure suo, potest rem, quam ecclesia possidet, dimittere, secundum quosdã, ar. c. bonæ, il ij. de postu. præla. in ver. quod si contradicentibus. vbi vide omnino. & Spe. versi. lxxj.

Quinquagesimoquinto dispensat Episcopus in correctione morum, & in dispensatione rerum ecclesiasticarum duce ratione, xij. q. j. c. precipimus, xvj. q. j. non autem sine ratione, & iustitia, xj. q. iij. quomodo, & c. illud, & c. plærunq;, xij. cognouimus, x. q. iij. quia cognouimus. & Spe. vbi supra, versi. lxxij.

Quinquagesimosexto cum fure rei ecclesiasticæ, vt sibi pœna mitigetur, xij. q. ij. c. firmitatis, xiiij. q. vj. c. si res, l. dist. si quis presbyter, xvii. q. iiij. si forte: & quòd post peractam pœnitentiam, vel partem eius possit ad sacros ordines promoueri, c. fi. de fur & Spe. versi. lxxiiij.

Quinquagesimoseptimo, vt seruus ecclesiæ benemeritus cum peculio manumittatur, xij. q. ij. si quos, de seruis, & c. cum redemptor. & Spe. versi. lxxiiij.

Quinquagesimooctauo, quòd res ecclesiæ tẽpore charistiæ vendantur pro eleemosyna pauperũ, & pro redemp-

ptione captiuorum, x.q.ij.c.ij.xij.q.ij.c.auarum, & c. gloria, c. sacrorum, & seq. & Spe. versi. lxxv.

Quinquagesimonono cum ecclesia parochiali, vel sacerdote eius rectore dimittendo ei quartum decimarum sibi debitam, c. de quarta, de prascrip. x j.q.ij. Episcopus si tertiam, x.q.iij. relatum, & Spe. vbi supra, versic. lxxvj. vbi etiam dicit, idem esse & in alijs iuribus spiritualibus, seu Episcopalibus per c. pastoralem, de donatio. & ibi dicetur. Et quod per Ioan. And. in ca. cum venerabilem, de censib. in glo. ij. in nouel. Quod intelligecum consensu capituli, non aliter. de his, quæ fiunt à prælat. & c. nouit. & tener, vbi supra.

Sexagesimo, si pater exhæredato filio instituerit ecclesiam, potest Episcopus restituere filio hæreditatem, xiij. q. ij. si quis irascitur. & Spe. vbi supra, versi. lxxvij. vbi etiam dicit, idem si pater credidit se non habiturum filios, & ecclesiæ contulit bona sua, vsufructu sibi retento, & postea sibi filius nascatur, xvij. q. iiij. quicunque.

Sexagesimoprimo, vt suspensus, in quo signa pœnitudinis apparuerunt, apud ecclesiam sepeliatur, xiij. quæst. ij. quicunq; : secus si fuerit impœnitens, xxiij. q. v. placuit, secundum Spe. vbi supra, versi. lxxviij.

Sexagesimosecundo, quod sacerdos in causa ciuili testimonium ferat, xiiij. q. ij. quanquam. & Spec. vbi supra, versi. lxxix. & aliàs infra dicetur.

Sexagesimotertio, secundum quosdam in iuramento metu extorto, secundum Spec. versi. lxxx. Et plenius tit. de leg. §. nunc ostendendum, versi. xxiiij. vbi vide omnino.

Sexagesimoquarto, quod vna ecclesia ex causa faciat alteri ecclesiæ partem de decimis, & primitijs, xvj. q j. c. decimas, §. quod autem dicitur, & c. statuimus. secundum Spe. versi. lxxxj. vide glo. in Clem. constitutus, de rel. do.

Sexagesimoquinto, quod conferat decimas monasterio patronus male detentas à laicis, in quarum possessione nó erat ecclesia, xvj. q. j. c fin. de his, quæ fiunt à prælat. c. cum apostolica. & Spe. versi. lxxxij.

Sexagesimosexto, vt præsentatus ab Episcopo patrono ecclesiæ admittatur sine examinatione. Spec. versi. lxxxiij.

vbi

vbi dicit præsumi pro eo

Sexagesimoseptimo, vt Abbas conferat inuestituram in ecclesijs per eum sibi collatis, xvj. quæst. ij. visis. & Specul. versi. lxxxiiij.

Sexagemooctauo, vt ecclesia det clericis ad vitam eorũ de suis possessionibus, xvij. quæst. iiij. c. clerici, & c. si Episcopus, xij. q. ij. c. sępe. & Spe. versi. lxxvj. vbi etiam dicit, quod etiam Episcopus de possessionibus ecclesiæ sue dat seruitoribus suis ad vitam eorum, & de proprijs in perpetuum, xvj. quæst. vj. c. illud quia & successor eos alere tenetur, xij. quæst. ij. hæc huius. & Specu. ibidem, & aliàs infra dicetur.

Sexagesimonono dispensat Episcopus in pœna pro immunitate ecclesiæ violatæ, xvij. q. iiij. si quis contumax, ar. xij. q. iiij de viro. Spe versi. lxxxvj.

Septuagesimo cum monasterijs in tributis sibi dandis, xviij. q. ij. c. Eleutherius. & Spe. versi. lxxxviij.

Septuagesimoprimo cum clerico suo, vt possit ad alterius Episcopatum electus transire, xix. q. ij. dic à contrario sensu, lxxij. dist. per totum.

Septuagesimosecundo cum monachis, vt habere possint cellulas intra claustrum, xviij. q. ij. c. de monachis, c. cellulas, & c. nullus. quod etiam potest Abbas facere cum benemeritis, xx. q. vlt. c. fin. & Spe. versi. xc.

Septuagesimotertio in tempore velandi virgines, de temp. or. c. fin. & Spe. versi. lxxxj. & glo. or. in d. c. fi. vbi plenius; alias non nisi ex causa, præterquam in certis festiuitatibus, xx. q. de votis. Spe. ibidem.

Septuagesimoquarto potest Episcopus mitigare pœnã secundum modum canonum, xxiij. q. iij. c. forte, de pœniten. dist. vj. c. j. in fi. de offi. leg. c. nisi. & Spe. versi. xcij.

Septuagesimoquinto dissimulando, vel correctionem dilatando ex causa, xxiiij. quæst. iij. c. non potest. & Spec. versi. xciii.

Septuagesimosexto parcendo testi, ne personaliter puniatur, xxiii. q. v. c. i. ad fin. & Spe. versi. xciiii.

Septuagesimoseptimo relcuando excommunicationem, ne plus debito negociũ principale detur, de except.

c. Apostolicæ, de testi. c. veniens, in vj. sed secus in interdicto loci, c. præsenti, de sent. excom. in vj. Intellige, quòd in interdicto loci non potest, secundum Ioan. An. in addi. Spe. versi. xcv.

Et nota ex prædictis, quòd ne probatio pereat, possunt absolui testes excommunicati, d. c. veniens, in fi. & ibi glo. & docto. quod verum est, si fuerunt excommunicati post appellationem, alias secus, secundum d. gl. quæ etiam dicit verum esse, si aliter veritas probari non possit; alias secus, vt ibi; vt dixi supra, versi. xxv. vbi vide, & adde hęc dicta, & nota perpetuo.

Septuagesimo octauo dispensat in modica iniuria, si iniurians ex sententia sit infamis, de re iud. c. curate, ij. q. iiij. notandum. & Spe. versi. xcvj.

Septuagesimo nono potest dispensatiue Episcopus deferre friuolæ appellationi propter scandalum euitandum, de appellat. c. constitutus, ij. q. vij. appellatione pendente. Quod de iure facere non tenetur; immo si defert, punitur in xx. lib. argenti, ij. q. vj. §. sunt etiam quoque, versi. si quis etiam. & Spe. versi. xcvij.

Octuagesimo cum clericis concubinarijs, de coha. cleri. & mu. c. clericos, & c. vestra: nisi irregulares effecti sint. & Spe. vbi supra, versi. xcix. & eodem tit. §. iuxta, versi. in suspensis:

Octuagesimo primo cum clericis non residentibus in ecclesia, de cle. non resid. c. ex parte, c. tua, & c. fin. Spe. vbi supra, versi. c.

Octuagesimo secundo cum duobus in discordia electis, vt vnus habeat dignitatem, alter verò aliquid vltra solitum, c. nisi, de præbend. lxj. distinct. c. Hosius, xij. quæst. j. illa. & in Spe. versi. cj.

Octuagesimo tertio, vt aliqui campanas habeât, de priuileg. c. patentibus. & Spe. versi. cij.

Octuagesimo quarto, vt ex vna præbenda fiant duæ ex causa, c. vacante, c. maioribus, & c. dilecto, de præben. j. q. iij. c. fin. & Spe. versi. ciij.

Octuagesimo quinto, vt Capellæ vniantur pro augmento præbendarum, cap. expositi, de præbend. &

Spe.

Specul. verſicu. ciiij. vbi vide.

Octuageſimoſexto, quòd ex iuſta cauſa clerici peregrini in ſua dioceſi recipiantur, & ſine literis commendatitijs celebrent, c. ad decorum, de inſtitu. c. fin, de cler. pereg. de conſe, diſt. j. vnicuiq;, & c. clericos, alias è contra, lxxij. diſtinct. c. j. & ij. Spe. verſ. cv. & verſ. lxxxix.

Octuageſimoſeptimo poteſt diſpenſatiuè ratificare geſta prædeceſſoris, licet inualida propter defectum conſenſus capituli, c. cum vos, & c. Apoſtolicæ, de his, quæ fiunt à præla. & Spe. verſ. cvj.

Octuageſimooctauo poteſt ex cauſa retinere fructus beneficij vacantis, c. j. ad fin. vt eccl. beneſi. & Spe. verſ. cvij. quod multoties faciunt prælati, & Papa, forte potius obauaritiam, quàm ob aliam cauſam. Sed vide ibi per Ioan, And. in nouel. ſuper vlt. colum. & quod not. in Clem. ſi vna, de re. eccl. non alien.

Octuageſimonono poteſt Epiſcopus dare monaſterijs priuilegia exemptionis, c. cum olim, & c. ex ore, de priuil. xvj. q. j. peruenit. Spe. verſ. cviij.

Nonageſimo poteſt Capellas concedere monachis, c. paſtoralis, de dona. & Spe. verſ. cix.

Nonageſimoprimo diſpenſat Epiſcopus breuiãdo pœnitentiam decem annorum ſacrilego, qui contraxit matrimonium cum moniali, xxvij. quæſt. j. cap. virginem. & Spe. verſi. cx.

Nonageſimoſecundo cũ frequenter nubentibus, xxxj. q. j. c. de his, cum glo. & Spe. verſ. cxij.

Nonageſimotertio, vt adultera ponatur in monaſterio, quam vir nolit recipere, xxxij. quæſt. j. c. de Benedicto. Adulteros verò poteſt excommunicare, xxxij. q. v. c. præceptum. & Spe. verſi. cxiij.

Nonageſimoquarto poteſt Epiſcopus ſeparare maleficiatos poſt triennium, xxiij. q. j. c. ſi per ſortiarias, de frigi. & malef. c. fin. & alias plenius infra dicetur.

Nonageſimoquinto in mitigando pœnam matricidæ, xxxiij. q. ij. latorẽ, & in Spe. verſ. cxv. quod intellige † de pœna iuris canonici, quę eſt, ꝙ ſtet per annũ ante portã eccleſiæ, nec intus ingrediatur, poſt annũ intret, ſed nõ communi-

10

municet, nisi post triennium; quo finito per septem annos oblationes faciat: quibus temporibus carnē non edat, & vinum non bibat, nisi diebus Dominicis, atque festiuis, & à pascha vsque ad pentecosten. Item semper vadat pedester, & arma non portet, nisi contra Saracenos, & ieiunet tribus diebus per hebdomadam, ab vxore non separetur, ne fornicationem committat; corporis Christi particeps fiat ante mortem per tres annos, d.c.latronē, de quibus potest Episcopus relaxare ex causa, vt ibi in fin. Quod nota, quia secundum glo.ibi potest Episcopus diminuere pœnitentiam iniunctam a Papa, & ibi probatur: sed illud est ideo, quia Papa ibi permittit expresse; alias secus esset, vt supra diximus. Sed vide plenius in Spe.de lega.§.nunc ostendendum, versi.xxvii. & ibi Ioan.And.in addit.l.dist. accedens. De iure tamen ciuili diuersa est pœna contra matricidam inducta, scilicet vt insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, vipera, & simia in mare, vel in fluuium proiiciatur. instit. de publ.iud. §.alia demonstratio. Pœna verò occidentis vxorem, de iure canonico statuta ponitur, xxxiii.q.ii.c.admonere: sed de iure ciuili ponitur in l.i.ff.de parrici. Bart in l.cum pater.ff.eod.tit.& instit.versi.supradicto. Idem dicitur de occidente sponsam, secundum Bart.in d.l. cum pater; quia appellatione vxoris & sponsa continetur, vt ibi. Quod est verum etiā in materia successionis.l.non sine,& ibi Bald.C.de bonis,quę liberis. vbi Barro.dicit esse verum etiam ex interpretatione extensiua. Et facit, quia sponsi coniuges dicuntur, xxvii. q.ii.c.coniuges,& c.coniux: alias sponsus pro genero intelligitur, ead.q.& cau. c.egressus. quod nota pro statutis. Sed alius homicida voluntarius semper, i.horis debitis iacere debet ad ianuam templi, & communione carere vsq; ad finem vitæ. Pro casu vero occidens, quinque annis pœnitere debet, i.dist.c.eos verò, & c.si quis voluntarie.

Et quia supra dixi matricidam debere esu carnium ca-
II rere, vel abstinere; † quæro incidenter, an prohibitus edere carnes, possit edere oua, & caseum, seu lac? Respondeo quòd non; quia ouum dicitur caro liquida, & lac dicitur sanguis colore mutato, glo.est sing.in d.c.admonere, vers.

car-

carnem. Ideo ieiunans à carne non debet comedere oua, vel caseum, seu lac, iiii. distinct. c. denique. Contra probatur, lxxxii. distinct. c. presbyter, ibi, sine carne, iuncta glo. in verbo, sanguine, vt intelligatur posse recreari cum lardo, lacte, & ouis, qui non potest edere carnes; & infra dicetur. Item ieiunantes à carne non possunt edere pisces magnos, sed paruos ad saturitatem, vt ibi: hoc tamen non seruat vsus.

† Quid de lardo, nunquid veniat appellatione carnis? 12
Respon. non, in materia, de qua loquimur: quia prohibitus edere carnē, potest edere sagimen, scilicet lardum, secundum glos. in d. c. admonere, & probatur in d. c. presbyter. lxxxii. distinct. vbi iuncta glo. in verbo, sagimen, dicitur, quòd quando licet comedere oua, & lac, licet comedere lardum, seu sagimen, quamuis prohibita sit comestio carnis: vt ibi dicitur in presbytero deprehenso in fornicatione, cuius pœna ponitur in d. c. presbyter. Nec prætereo, quòd rex. not. in l. i. C. de ero. mil. anno. lib. xii. ponit lardum, & carnem tanquā diuersa; & sic videtur probare lardum non esse carnem. Et ideo Ioan. de Imo. dicebat in quæstione de facto, quòd vendens lardum die festiuo non punitur pœna statuti puientis venditorem carnium. Sed Ludo. Rom. tenebat contrarium, & respondebat ad d. l. j. quòd loquitur ibi text. de carne veruecina, & non de carne simpliciter: ideo lardum ponitur ibi tanquā species separata, scilicet à carne veruecina, non à carne simpliciter: sed statutum loquebatur simpliciter de carne, igitur &c. & ita retulit in scol. do. meus Bar. Cœpo. qui tunc scholaris do. Ioan. de Imo. interfuit allegationibus eorum in quæst. de facto. Ego pro nunc approbo opi. Ludo. quæ etiam domino meo placebat.

Redeo nunc ad materiam dispensationis, & dico, quòd etiam Episcopus dispensat cum solenniter pœnitente, scilicet cum incestuoso in matrimonio contrahendo, xxxij. q. ij. si quis cum duabus, & c. in adolescentia, & c. antiqui. Spe. vbi supra, versi. cxvj.

Nonagesimosexto cum eo, qui per errorem cognouit sororem suæ vxoris, xxxiiij. q. ij. in lectū. & Spe. ver. c. vij.

No-

Nonagesimoseptimo dispensat cum incœstuoso simpliciter, de eo, qui cog. consan. vxoris suæ, c. ex literis, xxxv. q. iij. c. de incœstuosis, ad fin. & q. viij. c. de gradibus, & c. hæc salubriter, ad fin. & in c. incestuosi. & Spe. vbi sup.

Nonagesimooctauo, vt qui separatur ab vxore propter consanguinitatis impedimentum, possit cum alia contrahere, xxxv. q. vj. ab isto die. & Spe. vbi supra.

Nonagesimonono dispensat contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, ead. q. §. j. de in integ. rest. c. ex literis; & Spe. vers. cxviij.

100. Cum raptoribus mulierum, vt euadant pœnam legalem, & acta pœnitẽtia contrahant cum raptis, xxxvj. q. ij. c. tria, de rapto. c. j. & Spe. vers. cxix.

101. Super statu ecclesiarum, vt eas faciat numero pauciores, si plures sunt, vel etiam minores numero, si nequeant de proprijs fructibus sustentari, de conse. dist. j. c. omnes basilicæ. & Spe. vers. cxx.

102. Quòd numerus Canonicorum minuatur, vel augeatur, de constitu. ex parte. à contrario sensu, de verbor. signi. c. fin. de instit. c. j. & ij. de concess. præben. c. ex parte. & Spe. in d. vers.

103. Quòd nouus personatus fiat in ecclesia, de consue. cum olim, & ibid. Spe.

104. Quòd Missa canteturin oratorijs, de conse. dist. j. c. concedimus, c. clericus, & c. si quis. & Spe. vers. cxxj.

105. Cum presbytero, qui sub vno canone duas Missas celebrauit, de conse. dist. ij. c. relatum, & c. comperimus, & in Spe. vbi supra, vers. cxxij.

Ex quo nota, quòd non est permissum sacerdoti dicere plures Missas, & in vna tantum corpus Christi assumere, d. c. relatum. Item nec in vna Missa potest corpus Christi assumere dimisso sanguine, d. c. comperimus.

106. Dispensat Episcopus in mitigando pœnam sacerdotis, cuius negligentia mures roserint eucharistiam: quo casu pœnitẽtiam xl. diebus agere debet, vel si tota, vel eius pars perdita sit, quo casu triginta diebus pœnitere debet, de conse. distinct. ij. qui bene: & ibi Spe vers. cxxiij. Si verò sanguis in terram spargatur, quadraginta dierum pœ-

nitentia peragi debet, ead. distin. si per negligentiam. vbi omnino vide plures casus, & quid agendum sit, cùm sanguis effunditur.

107. Dispensat Episcopus, vt alius sacerdos celebret Missam in altari, in quo ipse Episcopus eadem die Missam celebrauit, de conse. dist. ij. c. fin. in glo. nam de iure secus est, vt ibi in tex. & tenet Spe. in vers. cxxiiij. per c. j. de conse. dist. j. Sed errauit in hoc tex. quia tex. cum glo. est in d. c. fi. quod incipit, in altari.

108. Vt Iudæus statim ex causa baptizetur, de conse. distin. iiij. ne quid absit. & Spe. vers. cxxv. Tu adde, quòd debet Iudæus tunc in baptismo per se respondere, si loqui potest, alias non tenet baptismus, cùm dici debeat: Ioannes vis baptizari; volo, & reliqua: licet in paruulis loqui per se non valentibus admittatur responsio per alium, de conse. dist. iiij. c. cum pro paruulis.

109. Cum ignoranter rebaptizato, cùm esset paruulus, si necessitas, & illius merita, & ecclesiæ vtilitas postulet, de conse. dist. iiij. qui bis. & Spe. versi. cxxvj. secus si scienter quis fuerit iterum baptizatus: quo casu vij. annis debet pœnitere, d. c. quibus.

110. Cum pœna presbyteri baptizantis cũ veteri chrismate, ead. dist. si quis de alio. & Spe. versi. cxxvij. Debet enim singulis annis chrisma nouum confici; & per singulos annos per diocesim destinari ad singulos rectores ecclesiarum, ead. dist. c. omni tempore.

111. Quòd alius presbyter signet in fronte puerum, quem Episcopus baptizauit, si omnes ipse propter multitudinem signare non potest, d. c. omni tempore, xxv. dist. c. fin. & Spe. vers. cxxviij. vbi etiam subdit, quòd ipse solus Episcopus potest infantes in fronte chrismare, de consue. c. iiij. de consecr. distinct. v. c. manus, de sac. vnct. c. v. versi. quia verò.

112. Cum monacho scienter extra claustrum carnes comedente, de conse. dist. v. c. carnem. & Spe. vers. cxxix. est enim vsus carnis monacho interdictus, vt ibi; alias per sex menses reclusus pœnitentiam facere debet, vt ibi tex. †Quod est verum, nisi sit factus Episcopus, quia tunc

non

non subiacet regulæ monachali, secundum glo. ibi. & alias dixi supra in isto libro de quæstione, in monacho electo
14 ad Episcopatum, vbi vide. † Sed an vinum possit bibere Monialis? Respon. quòd non: immo etiam sacerdos bibere prohibetur; quoniam vinolentum Apostolus damnat, & vetus lex prohibet sacerdotes, qui ministrant in templo Dei, vinum, & siceram bibere, ne crapula & ebrietate grauétur corda eorum. Sicera autem dicitur lingua Hebræa omnis potio, qua quis potest inebriari, xxxv. quæst. j. c. vinolentum. Quinetiam vinum nutrit luxuriã, si percipiatur vltra mensuram, ead. q. c. luxuriam: cuius vini primus inuentor fuit Noe, qui prior vineam plantauit, & cum ignoraret vini naturam, supra modum bibens primus inebriatus est. Et sic patet, quòd vinum autori suo
15 non pepercit, xxxv. q. j. sexto die. † Sed quis primus in Italiam vinum adduxit, Plinius lib. iiij. refert, qui in lib. vij. c. xxij. etiam Staphylum dicit primum aquam vino miscuisse. quod nota. Et adde, †quòd ebrietas maximè vetatur, quæ omnium fons est vitiorũ, ac si quis ebrius fiat,
16 à communione spatio triginta dierum submoueatur, aut ictibus feriatur, eadem quæst. & caus. ante omnia. vbi dicit glo. not. quòd non potest Episcopus verberationẽ clerici committere laico per c. vniuersitatis, de sent. excom. nisi sit incorrigibilis, c. vt factum, eod. tit. Et limita verum esse, nisi vnica fuerit secundum Spe. de accus. lxxxij. versi. & nota. vbi dicit, quòd ob vnicam ebrietatem clericus nõ potest suspendi, vel deponi. Et supplendo ad materiam ebrietatis, scias, quòd ebrietas est leuis culpa, glo. est in l. fi. §. fin. C. de repu. vnde faciens delictum mitius puniri debet, secundum Bart. in l. respiciendum. §. delinquunt; & in l. aut facta, in prin. ff de pœnis, & in l. diuus. ff. de offic. præsid. Quod intellige, si ebrietas est magna, quia tunc delictum attenuat; non si parua, quia tunc delictum non excusat, vt inquit Bald. no. in l. data opera. C. qui accus. non poss. facit l. omne delictum, §. ij. ff de re mil. in casu vero l. j. C. si quis Imperato. maledix. ebrietas excusat secundum Angel. ibi. Et adde hic ad materiam de vino, & ebrietate, quod pulchrè notat Plinius de naturali histo-

ria

tia, libro xiiij. cap. xxij. ita Specul. vbi supra.

113. Dispensat Episcopus cum clerico, vt vadat in peregrinationem, de consec. dist. v. c. non oportet, de voto. c. magnæ. ad fin. c. pen. & fin. & Spe. vers. cxxx. Nam sine licentia Episcopi non potest clericus peregrinari, d. c. non oportet, il ij. & not. in l. si qua per cal. ad fin. C. de Episco. & cler.

114. Quòd clerici iaceant in proprijs domibus, ibiq; comedant, & not. supra, de vit. & hon. cler. c. quoniam, à contrario sensu. & not. j. q. ij. sacerdos, & ibi glos. licet olim contra, xij. q. j. c necessaria, de consec. dist. v. c. in omnibus, & vbique, per glo. & Spe. ver. cxxxj.

115. Reducit Episcopus dispensatiuè fugitiuos ad claustrum, de reg. c. fin. xviij. quæst. ij. Abbates, & Specu. vers. cxxxij.

116. Dispensat Episcopus, quòd ea, quæ simpliciter se vouit Deo velum assumens, non tamen professa, matrimonium contrahat, ne deterius faciat, cap. consuluit, qui cle. vel vo. Sed vide melius eo. tit. c. rursus, & in c. j. de voto, in vj. & in c. fi. xxij. q. iiij. & in Spe. versi. cxxxiij.

117. Dispensat in voto, vt in melius commutetur, de voto, c. j. & c. ex multa. Quod verum, nisi in Hierosolymitano, eo. tit. per tuas, & c. ex parte, & c. magnæ. Item nisi in voto continenti, eo. tit. c. j. & Spe. ver. cxxxiiij.

118. Dispensat Episcopus, vt in defectum regularium monasterium de secularibus clericis ordinetur, de reli. do. c. inter quatuor. & ibi omnino vide Ioan. And. in nouella super glo. j. & in tex. quia aliter, not. xix. quæst. iij. quæ semel, de reb. eccl. non alienan. c. possessiones, & Spe. vbi supra, versi. cxxxv.

119. Recipiendo secundum præsentatum à patrono ecclesiæ, vel altaris primo omisso, de iure patro. c. cum autē, & c. pastoralis; & in Spe. vbi supra, ver. cxxxvj.

120. Dispensat cum sacerdote incauto, qui peccat in officio, de celeb. miss. c. fi. & Spe. versi. cxxxvij.

121. Quòd infirmus, vel alia causa vrgente, quis comedat carnes in die ieiuniorum, de obseru. ieiu. c. consilium. & Spe. versi. cxxxviij.

122. Vt eccleſia parochialis fiat monaſterium, de eccle
ædif. c. ad audientiam, xij. q. ij. bonæ, de do. c. Apoſtolica
& Spe. verſi. cxxxix.

123. Quòd ſponſi de futuro ſe abſoluant, ne deterius
contingat, c. præterea, de ſponſ. & Spe. verſ. cxl. Secus eſt
autem in ſponſalibus de præ enti, qui non poſſunt diſſol
ui: quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, xxxiij.
q. ij. quos enim, & c. quos Deus.

124. Vt puella nubilis dimittat ſponſum minorem xiiij.
annis, & contrahat cum alio, ne fiat deterius, c. ex literis,
de deſpon. impub. licet contra no. eo. tit. c. à nobis, & c. de
illo. & in Spe. verſ. cxlj.

125. Vt confirmet, vel impediat ſponſalia iuxta formâ
c. cum in tua, de ſponſa. & Spe. verſ. cxlij.

126. Cum filijs presbyterorum, vt alantur à parẽtibus,
c. cum haberet, in fin. de eo, qui du. in mat. licet aliter no
xxxv. q. iij. c. ij. & q. vij. c. j. C. de natu li. aut. licet patri. &
in c. per venerabilem, in fi. qui fil. ſint legit.

127. Vt valeat diſpenſatio ex falſa cauſa obtenta, qua
aliàs non valeret, de conſang. & affin. c. quia circa. & Spe
vbi ſup. verſ. cxliiij.

128. Cum adulterio confeſſato ſponte à muliere, nis
perſeueret in illo, c. ex literis, de diuor. in Spe. verſ. cxlv.

129. Cum accuſatore non probante mitius puniend
ij. q. iij. c. Paulum. & §. notandum, de cal. c. cum dilectus
de electio. in vj. c. ſtatuimus, in fin. & Spe. verſ. cxlvj. ſed o
mnino vide in Spe. eod. §. verſi. ſed nunquid cum accuſa
tore, vbi plenius loquitur.

130. In numero, & qualitate compurgatorum. de ſimo
c. inſinuante, ij. q. v. c. omnibus, de purg. cano. c. ex tuarĩ
& in Spe. verſ. cxlvij.

131. Cum eo, qui ſimpliciter facit homagium propt
beneficiũ, de ſimo. c. ex diligenti. Sed quis diſpenſat cu
directè ſimoniaco, vide plenius in Spe. de leg. §. nũc oſte
dendum, verſ. xxiij.

132. Vt clericus ſcholaris, vel peregrinus locet ad tem
pus fructus beneficij ſui, c. ne præla. vi. ia. c. fin. de voto.
in Spe. verſ. cxlix.

133. Cu

133. Cum homicidis,& parricidis quòd contrahant matrimonia.de his,qui fil.occi.c.j. xxxiij.cap.seculares, cap. interfectores, & cap. in adolescentia. & in Specul. versicu. cl.

134. Potest Episcopus ecclesias parochiales diuidere,& vnire consensu eorum,quorum interest, dum tamen non appelletur,de excess.præla.c.sicut vnire. alias secus, xiij.q.j.§.sicut duo, x.distinct.c.j.de relig.do.c.constitutus,& in Spe.vers.clj.Et vide,quod not.xvj.q.j.c.quicquam.

135. Potest Episcopus dare priuilegium monachis de non dandis decimis Episcopalibus, quæ consistunt in quarta,scilicet præteritis,præsentibus,& futuris.de priuileg.c.quia, c.ex ore, & c.cum olim, xvj.q.j. c.peruenit. & in Spe.vers.clij.

136. Cum filijs patronarum occidentium rectorem ecclesiæ,scilicet quòd possint in monasterijs ad honorem assumi, c.in quibusdã,de pœnis, xxiij.q.viij. c.si quis membrorum. & ar.xvij.q.iiij.de fil.presbyt.scilicet admittendo eos per actum contrarium,scilicet ad electionem, & alios actus, secundum Spec.vers.cliij.

137. Cum criminoso publicè celebrante,secundum Inno.in c.j.de cler.pereg.& in Spe.vers.cliij.

138. Cum excommunicato ministrante, quo ad beneficium, de cler.excommun.min.c.postulatis.j.responso, & c.ij. Inno.in d.c.dilectus, de tempo.ordinan. secundum Spe.versi.clv.dicit d.c.postulatis, non loqui hoc casu, sed quando excommunicatus beneficium recepit : & tenet Spe.vers.xvj.nec etiam facit d.c.ij. secundum Spe. & vide supra,vers.xiiij.

139. Potest ex causa diminuere pœnitentiam iniunctã à Papa, secundum Spe.versi.clvj.& plenius in titu. de lega.§.nunc ostendendum,versi.xxvij. & ibi Ioan.And.in additio. & dixi supra, versi. xcv. l. distinct. c. accedens, xxxiij. quæst.ij. c.latorem, & in authent.interdicimus,de Epis.& cler.

140. Vt clericus absoluatur ab ecclesia, in qua ordinatus est,& in alia collocetur, lxxiiij.distin.c.quorundam. & Spe.vers.clvij.

141. Cum dictatore vindictæ sanguinis, si exiuit citra membri mutilationem, c.j. de cler. pug. in duel. c. sententiam, ne cler. vel mon. Spe. in d. vers. quando autem: aliàs solus Papa dispensat, vt ibi per c.j. de corp. vit. de cle. ęgro. c. presbyterum. Sed Papa etiam non dispensat cum homicidio voluntario, secundum Spe. vers. quando autem, prę-alleg. & plenius eod. tit. §. nunc habetur, versi. v. cum homicida. vbi vide.

142. Ne quis ad tempus teneatur residere in ecclesia parochiali, c. licet canon, de elect. in vj. §. fin. & in Specu. vbi sup. §. nunc de Episcoporum, vers. clix.

143. Dispensat Episcopus circa pœnam, d. c. licet canon. super tardando sacerdotio per vij. annos secundum formam, c. cum ex. eod. tit. & lib. & Spe. vbi supra.

144. Vt quis in maiori ecclesia non personaliter, sed per vicarium seruiat, in ecclesia parochiali dignitate annexa, de præben. c. extirpandæ, de æta. & qual. c. eam te: & in Spe. vers. clx. & dixi supra vers. xliij.

145. Dispensat cum eo, qui factus sit ineligibilis, quia receperit electionem factam per abusum secularis potestatis, c. quisquis, de elect. & in Specu. vers. clxj. & in §. iuxta, vers. sunt quoque. ibi. xv. &c.

146. Dispensat Episcopus, vt corpora sanctorum transferantur de loco ad locum, de conse. distin. j. c. corpora. & Spec. vers. clxiij.

147. Vt reliquiæ sanctorum ex causa de ecclesia extrahantur, & ne diuina celebrentur in ea. c. ij. de iure pat. & Oeconomum ponere in ea, de offi. ord. c. cum nos. & Spe. vbi supra.

148. Cum monacho, vt vagetur, secundum Inno. in c. fin. de renun. & Bald. in mar. vers. Abbas, vers. ij.

149. Cum minoribus, vel adultis regulariter, nisi quando prohibitum reperiatur. secundum docto. & Archid. in c. at si clerici, de iudi.

150. In pœna, quam electus nondum confirmatus potest imponere, secundum Archid. vbi supra.

151. Cum clerico prohibito ordinari, post prohibitionem ordinato furtim, si velit ad religionem transire, cap. fin.

fin. de eo, qui fur. or. ſu.

152. Cum eo, qui ſola intentione commiſit ſimoniam, glo. eſt no. in c. tua, in fin. de ſimo. quæ dicit, quòd ſola intentio facit ſimoniacum, ſicut & ſola ſpes facit vſurariũ, xiiij. q. iij. c. j. & ar. de vſu. c. conſuluit. & tenet Bal. in rubr. C. de vſu. ij. colum. vbi vide, quòd dicit vſurarium teneri ad reſtitutionem vſurarum, & mentalium, per not. in d. c. conſultus.

153. Diſpenſat Epiſcopus cum clericis depoſitis, condemnatis, vel degradatis ſolo verbo, vt plenè in Spec. de leg. §. nunc oſtendendum, verſi. ix. vide glo. l. diſ. miror.

154. Diſpenſat in caſibus poſitis, lxviij. diſtin. c. quamuis, & c. chorepiſcopi. Hos caſus pro maiori parte ponit Spec. vbi ſupra, & dominus Bonaguida de Ari. in ſuo tracta. de diſpen.

† Sed Spec. in tit. de leg. §. nunc de Epiſcoporum, verſi. prohibetur. & glo. or. in d. c. miror. l. diſtinct. ponunt caſus, in quibus non poteſt Epiſcopus diſpenſare, quos breuiter perſtringemus. 17

Dic ergo primo, quòd Epiſcopus non diſpenſat cum homicida, d. c. miror. quod intellige, vt dixi ſupra, & per dictam gloſſam.

2. Nec in legitimis, quo ad dignitates, perſonatus, & beneficia curata, ſecundum Spec. in d. §. verſ. vtrum autẽ. & in c. j. de fil. presby. in vj.

3. Nec cum minore, xiiij. an. ad dignitates, vt ſup. verſic. xxxvij.

4. Nec cum corpore vitiatis, lv. diſt. c. quis.

5. Nec cum bigamis, & viduarum maritis, de bigam. c. j. xxxiiij. diſt. c. lector.

6. Nec cum eo, qui duxit duas vxores, vel qui duas nuptias de facto contraxit, ſecundum Spe. ibi.

7. Nec cum presbytero duas nuptias benedicente: de ſecun. nup. c. j. quia talis benedictio eſt prohibita, vt ibi. & c. vir. eod. tit. & alias plenè diximus.

8. Nec cum faciente duellum, ex quo mors, vel mutilatio fuerit ſecuta, ſecundum Specu. in d. verſi. prohibetur.

9. Nec cum eo, qui de iniusta excommunicatione conqueritur coram iudice seculari, xxj.q.vlt.c.pen.

10. Nec cum simoniaco, j.q.j.ergo valet in ordine, secundum Spe.ibi, & in ti.de leg.§.nunc ostendendum, versi.xxiij.

11. Nec cum infamibus, ij.q.iij.§.hinc colligitur. & §. notandum.

12. Nec cum ignobili eligendo in canonicum contra formam constitutionis, secundum Archi.in c.licet canon, de elect.in vj.nisi ex causa iusta, secundum Ioan.de Lign. c.at si clerici, de iudi. & dominos Rotæ de decis. nouis, vt refert Lud.Pon.in sing.ver.dispẽsatio, ver.pone in ecclesia

13. Nec vt quis habeat duas præbendas in vna ecclesia, c.literas, de concess.præben. & in Spe.vbi sup.d.c.prohibetur. & ibi Ioan.An.in addit.

14. Nec quòd monachus habeat administrationem alterius monasterij, vel officium, Ioan.And.ibi. vide not.in c.cum singula, de præben.in vj.

15. Nec cum penitus illiterato, vt fiat clericus, secundum Spe.vbi sup.& dixi supra, vers.xxiiij.

16. Nec cum solenniter pœnitentibus, vt ibid.dixi.

17. Nec cum seruis, & obligatis certis conditionibus, l.dist.c.non confidat, liiij.dist.per totum.

18. Nec cum obligatis ad ratiocinia præstanda, iuxta d. c.i.de obli.ad ratio.vbi vide.

19. Nec, quòd quis ordines sacros assumat sine temporis interuallo, d.c.non confidat. secus de maioribus, c.de eo, de temp.ord.

20. Nec in his quæ sunt maiora adulterio, de iudi.c.at si clerici.§.in adulterijs. & Spe.vbi supra, vers.verum vt.

21. Nec circa canones imponentes pœnâ depositionis, vel suspẽsionis in enormib⁹, l.dist.c.miror, xij.q.ij.c.de viro, de accu.c.inquisitiõis.j.resp. quib⁹ no.in c.nihil de cle.

22. Nec in criminibus, in quibus post peractam pœnitentiam impeditur executio officij: de quibus in Spe.de dispen.§.iuxta, vers.sunt quoque: nisi forte reperiatur ei expresse permissum, d.c.at si clerici, secundum Spe.in d.§. nunc de Episcoporum, vers.prohibetur, j.col.

23. No

23. Ne chrismet pueros alienæ diocesis, de relig. do. c. j.

24. Nec cum non ordinato ministrante, vt ascendat ad ordines superiores, vt dixi supra, vers. xvj.

25. Nec quòd quis plures ordines sacros recipiat; sed si susceperit ab alio, potest Episcopus dispensare cum ordinante, & ordinato extra tempora statuta, vt d. vers. prohibetur, ij. col. & in tit. de legat. §. nunc ostendendum, versi. Iij. & seq. & dixi supra, vers. j.

26. Nec cum suspenso à Papa, vel commissario Papæ, xxi. dist. cum inferior. & Spe. d. vers. prohibetur, ij. col.

27. Nec cum ordinato sine dispensatione, qui canonicum impedimentum habeat, lxxj. dist. si quis sine.

28. Nec cum religioso, vel plebano leges, vel physicã audiente, Spe. in d. §. nunc de Episcoporum, vers. prohibetur. & in §. nunc ostendendum, vers. lxxxvj. præal.

29. Nec, quòd duo æqualiter præsint vni ecclesiæ, vt in q. ij. c. pen.

30. Nec cum suspenso in concilio propter inordinatam collationem beneficiorum, † quo casu solus Papa, & 7
quatuor principales Patriarchæ dispensant, c. graue, in fi. de præben.

31. Nec in his, quæ specialiter sedi Apostolicæ reseruantur in priuilegium speciale, in quibus solus Papa dispensat, de consang. & affi. c. non debet, & c. cum dilectio. quod vide in Spe. eod. tit. §. nunc breuiter.

32. Nec in his, in quibus Papa non dispensat, d. §. nunc breuiter. & Spe. in d. vers. prohibetur, ij. col.

33. Nec cum postulatis, c. fin. de postu. præla. per Inno. & Bal. in mar. vers. Episcopus, vers. iij.

34. Nec in ordinibus, secundum Inno. in c. fi. de obli. ad ratioci. & Bald. vbi supra, vers. vij.

35. Nec cum non residente, vt habeat fructus præbẽdę, Inn. tenet in c. cletico, de cle. nó resi. & Bal. vbi sup. ver. xvj

36. Nec dispensat Archiepiscopus cum suffraganeo, quòd alter suffraganeus transeat ad aliam ecclesiam, in Spe. vbi supra, vers. verum vt tanta.

37. Nec contra canones, nisi irregularitatẽ inducentes, in Spe. ibid. vers. sed quæritur secundum eum. vbi vide.

38. Nec cum patientibus defectum, vt ibidem, verſ. ſed cum Epiſcopus.

39. Nec cum excommunicato maiori excommunicatione miniſtrante ſcienter, nec cum interdicto; cum quibus ſcienter miniſtrantibus non diſpenſat etiam legatus, nec ſynodus, xj.q.iij.ſi quis Epiſcopus damnatus, & c.ſequen. & c.placuit, de cleri.excommuni.mi.c.illud, de eo, qui fur.or.ſuſce.c.j.ij.quæſt.v.c.qua de cau. Sed ſolus Papa poteſt cum talibus diſpenſare, de ſenten.excommun.c. cum medicina.§.fin.de re iud.c.cum æterni, lib.vj. Et nota, quod tales ſunt irregulares, & remouendi ab officijs, vel beneficijs, de cler.excom.mi.c.latores.& per totum.& Spe.vbi ſupra, verſ. ſed nunquid poteſt Epiſcopus, vel legatus. Secus ſi ignoranter probabili ignorantia, c.Apoſtolicæ, eo.tit.quia cum talibus diſpenſat Epiſcopus, quoad pœnitentiam imponendam, ſecundum Spe, vbi ſupra, per d.c.de illis.

40. Nec diſpenſat cum electo tacente defectus, & confirmato, ſi ſunt duo electi, ne alteri fiat præiudicium ex diſpenſatione, ſecundum Spe.verſ.electus in Epiſcopum, vbi vide omnino.

41. Nec cum illegitimis, vt patri ſuo ſuccedant in beneficio, ſecundum quoſdam, vt refert Spe.vbi ſupra, verſ. cæterum prohibetur: vbi vide opi.hinc inde. Legati vero de latere quibus caſibus diſpenſent, vide plenius in Spe. eod.tit.§.conſequens aliqua. Sed de diſpenſationibus Patriarchatus vide in §.ſunt quoque nonnulli, & ibi, Archiepiſcopis autem. De diſpenſationibus vero Abbatum vide eod.§.verſi. Abbas quoque. Et de forma diſpenſationis vide plenius eo.tit §.qualiter autem.

91 † Quæro, quæ ſint priuilegia Epiſcoporum? Reſpon. vltra ea, quæ dicta ſunt ſupra in proxima quæſtione, multa eſſe. Primo, non poteſt eccleſia conſtrui, niſi prius Epiſcopus ponat crucem in loco, vbi eſt conſtruenda, atrium deſignet, & primum lapidem ponat: de conſe.diſt.j. c.nemo. & Spe. de diſ.§.nunc de Epiſcoporum, verſ. generaliter autem.

2. Poteſt ipſe conſecrare, reconciliare, pœnitentias ſo-

lem-

lennes imponere, indulgentias concedere, de causis matrimonialibus cognoscere, ordinare, & chrismare: de consu. c. quanto, de excess. præl. c. accedentibus, xvj. q. j. c. interdicimus, de pœni. & rem. cum ex eo, in fi. de conse. eccle. vel alta. c. consuluisti, & c. aqua, I. dist. in capite.

3. Potest quinquagesimam, vel centesimã dare, de dona. c. Apostolicæ, xij. q. ij. c. bonæ, de his, quæ fiunt à præla. sine consensu capi c. pastoralis.

4. Potest solenniter excommunicare, xj. quæst. iij. c. debent.

5. Literas dimissorias dare; aliter non valet ordinatio ab Episcopo facta, viij. q. ij. c. illud, & c. dilectissimi, de offi. Archid. c. vt nostrum.

6. Potest annulum aureum portare in digito, de vita, & honest. cler. c. clerici.

7. Potest duos de suis canonicis secum habere, de cle. non resi. c. ad audientiam.

8. Potest parochias limitare, & cœmiteria ordinare, xiij. q. j. c. ecclesias, & d. c. pastoralis.

9. Constitutiones facere in sua dioces, de conse. dist. j. c. omnes basilicæ, xvj. q. vij. c. omnes, de fer. c. fin. xj. dist. c. catholica. & Spe. vbi supra. Ioan. And. in c. fin. de app. lib. vj. no. in glo. fi. in fin.

10. Potest hereticos condemnare, de hæresi. c. ad abolendam. §. is: & contra eos inquirere, eo. tit. c. excommunicamus, §. fin. nec hic potestas eius adimitur, licet inquisitio alteri committatur, no. in c. per hoc, de hæreticis, in vj. respon. & in Spe. vbi supra. Hoc vltimum tenet Bald. in authen. habita, C. ne filius pro patre.

11. Potest facere ecclesias censuales, de iure pat. c. præterea, de censib. c. scientes.

12. Potest instituere, & destituere clericos, de fil. presbý. c. ex tua, de inst. c. ex frequentibus, de his, quæ fiunt à præla. c. nouit.

13. Non incurrit sententiam excommunicationis, suspensionis, & interdicti, sicut aliæ personæ: de sent. excommun. c. quia periculosum. vbi vide omnino glo. & doct.

14. Alias proceditur tam contra Episcopum contuma-

cem, quàm contra alios: de priuil.c.quia Pontificali. quæ constitutio habetur in c.ij.de offi.deleg.in vj.

15. In modo iurandi, vt alias plenè dixi in alia quęst.de potesta.Epis.circa spiritualia.

16. Nec cogitur testificare, de iure ca.c.fin.xj.q.j. nec honore, in auth.de sanct.Epis.§.nulli.

17. Tempore generalis interdicti potest Episcopus audire diuina, de priuil.c.nonnulli,& c.quoniam. & ibi docto.& Ioan.And.in nouel.

18. Potest sibi quem vult eligere confessorem, de pœniten.& remis.c.fin.

19. Non cogitur subire iudicium, nisi præcedat iussio imperialis, secundum Azo.in sum. C.de Epis.& cle.& in Spe.vbi supra.

20. Liber est à patria potestate, secundum Pet.ibidem. & plenius aliàs dixi. not.de æta.& qualita. c.indecorum, Iiij.dist.c.si seruus.

21. Habet priuilegia, de quibus xj.q.j.c.quicquam.

22. Contra eum plures testes requiruntur, ij.q.iiij.cap. præsul,& seq.& dicetur infra, tit.de degrada. Alia priuilegia vide per Ioan.And.in addi. Spe.vbi supra.

23. Adde alia, videlicet quia sententia suspensionis nó comprehendit Episcopos, nisi expresse actum sit, c. quia periculosum, de sent.excom.vers.sententiæ.per gl.no.

24. Quia quis non potest habere campanam publicè, nisi de licentia Episcopi, de priuil.c.patentibus.

25. In altari, quo ipse Missam cantauit, nullus eadem die potest Missam dicere, de conse.dist.ij.c.in altari.

26. Si sit discordia de iure patronatus, vel idoneus rector non præsentatur per patronos, potest Episcopus de illa ecclesia tollere reliquias, & ostia claudere, & inhibere, ne celebretur in ea, & ibi constituere Oeconomum, qui conseruet fructus, donec de rectore prouideatur, c. ij. de patro.& c.cum vos, de offi.ord.

27. Cognoscit de causis matrimonialibus, & alijs spiritualibus, de excess.præla.c.accedentibus, xxxj.dist.c.per lectis. Goffr.in sum.de diuor.§.fin.de quibus Abbates cognitionem non habent, d.c.accedentibus.vbi vide.

28. Sine

28. Sine libello cognoscit inter clericos non subditos de causa ciuili, per no. in Spe. de lib. conce. §. x. vers. iiij.

29. Et quando audit causam iudicis fugientis, ne rationem reddat, in Spe. vbi supra, vers. v.

30. Et quando agitur de non canonicè obtentis sine conscientia diocesani, vel diutina vocatione, vel de alijs grauaminibus ecclesiarum, & quando ex officio procedit, eod. §. vers. viij.

31. Et quando appellatur à sententia Episcopi, non potest in libello appellationis dici, sicut in alijs, quo per personas iudicauit, vt in Spe. de appella. §. x. vers. sciendum.

Reliqua priuilegia Episcoporum, quæ multa sunt, vide latè per totum hunc tractatum, & in singulis quæstionib. §

Et de dispensatione Episcopi vide tractatum Ioannis Randei in decimo volumine tractatuum, fol. 264. Et prælatus ex præcepto tenetur corrigere familiam, glo. in cap. si peccauerit, ij. quæst. j. Et de correctione fraterna vide glo. in c. nouit, de iudi. & ibi docto. Et taciturnitas mortalis est in prælato, c. j. xliij. distinct. ideo dixit Apost. si quis autem suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. ad Timoth. epist. j. cap. v. & vide Actuum x.

## CASVS, IN QVIBVS PAPA NON est solitus dispensare. Cap. XVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Etiam si Pontifex plenissimam habeat potestatem, attamen in multis casibus dispensare non potest.*

2 *In præsenti quot sint sacri ordines.*

3 *Papa eo ipso, quod dispensat matrimonium contractum in gradu prohibito, vtrum qui contraxerunt, ab excommunicationis rigore sint absoluti,*

4 *Dispensatio quandoque necessaria est, & sine causa facta dicitur potius dissipatio.*

5 *Episcopus non liberat ex toto à voto, sed commutat in causam Deo magis acceptam: ideo differt à Papa.*

*Non potest Papa sine causa dare potestatem alicui Principi*



*secu-*

*seculari, vt possit inter clericos iudicare: Priuilegia enim clericorum sunt de iure Diuino.*

7 *Excepta causa hæresis, Papa iudicari non potest, etiamsi Imperator, totus clerus, & populus simul conueniant.*

8 *In omnibus, præterquam in articulis fidei, Papa dispensare potest.*

9 *Distinctio super quibus Papa dispensare possit.*

10 *Dispensare non potest Episcopus, nec etiam Papa, quominus pœnitentiam agant, & restituant.*

11 *In dubio, vbi conscientia non repugnat, semper Papæ obediendum est, remissiuè.*

1 IN † quibus casibus Papa non solet dispensare, quamuis habeat potestatem plenissimã, nec legibus sit astrictus, c. decreto, ij. q. vij. c. ad honorem, de vsu pallij, & teneat locũ beati Petri, & sit vicarius Domini nostri Iesu Christi, isti sunt, qui sequuntur.

Primo non dispensat contra Apostolum, vt bigamus fiat diaconus, vel sacerdos, vel Episcopus, vt xxvj. distin. c. acutius intelligunt, & c. vna tantum, & c. deinde, xxv. q. j. sunt quidam, extra de biga. c. iij. Arguitur tamen contra xxiiij. dist. c. lector: vel vt quis simul plures possit habere vxores, vt extra de big. c. super eo. & c. de bigamis, c. nuper. Ioan. no. in prædicto, c. sunt quidam, quòd benè potest dispensare contra Apostolum, non tamen in his, quæ pertinent ad articulos fidei: vide glo. iiij. c. ij. de bigam. & quæ scripsit ibidem Ioan. Andr. & Pet. de Anchar. consil. cxxiij. incip. in Christi nomine. i. circa bigam. vbi etiam an possit dispensare cum eo, qui post adulterium vxoris cum ea concubuit, quærit. Et dic, quòd Papa potest dispensare cum omni bigamo, vt promoueatur ad omnes ordines minores, & maiores, & ad obtinenda beneficia, licet non debeat, nisi ex magna, & euidenti causa. Et vide Cardinalem sancti Sixti in c. lector, xxxiiij. dist. vbi multa de bigamo. Est sacer ordo ille tantum, cui continentia est indicta. † & isto modo hodie sunt sacri ordines tres, scilicet

2 subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, doct. in c. eru-

be-

bescant, xxxij. distin. & in c.j. de sacramen. iteran. vel non iteran. & per totam distinct. xxxvij. tractatur de sufficientia, & eruditione ordinandorum : & vide per totam dist. xxxvj. & xxxviij.

2. Nec contra decem præcepta decalogi, vt xiiij. dist. c. sicut. quia & si non sint articuli, sunt tamen articularia fidei, id est, ita annexa articulis fidei, quòd sine eis salutem præstare non possunt, secundum Ioan. de Deo, in c. sunt quidam. & vj. dist. §. fi. lxxxvj. dist. c. non satis, ad fi. vbi de dispensatione Papali tractat idem Ioan. de Deo vltra medium. vide quæ scripsit Ioan. Andr. de hæret. c. cum Christus.

3. Non dispensat contra Euangelium, vt in c. sunt quidam, xxv. q. j. & xxvj. dist. c. deinde, & xiiij. dist. c. sicut. & arg. extr. de celebr. miss. c. cum Marthæ. contra enim ius naturale dispensatio locum non habet, vt xiij. dist. c. j. & extra, de transact. c. fin. Ius autem naturale est, quod in lege, & in Euangelio continetur. i. dist. humanum genus, & ix. distinct. c. fin.

4. Contra quatuor Concilia principalia ea tollendo dispensare non potest Papa, vt supra etiam dictum est, per prædic. c. sunt quidam, xxv. q. j. vide ibidem bonum text. cum glo. vbi dicitur, quòd magis videretur errare, quàm contra illa dispensare. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini ecclesiam contra luporum insidias optime custodierunt.

5. Non dispensat cum homicida voluntario, vt post quantamcunque pœnitentiam ministret in officio altaris: extra, de tempo. ordi. c. fi. extra, de homi. c. j. Quòd si David prohibitus est ædificare templum Domino, eo quòd vir sanguinis erat, quod figurabat nouum testamentum, vt de conse. dist. j. c. j. vbi de hac authoritate notatur; multo magis sacerdos homicida prohibendus est celebrare, vt ibi in c. fin. ext. de tempo. ord. & c. j. de homi. & in c. miror. l. distinct. j. q. vij. si quis omnem, extra, de excess. prælat. c. ex literis, ext. de accu. c. inquisitionis negotium. etiam si quis interficeret paganum, l. dist. c. clericum, qui, nisi sit homicida iniustitiæ, qui ex causa in susceptis ordinibus tolera-

leratur per Papam, & non dispensat cum illo, vt ad superi-
ores ascendat, vt lj. dist. c. aliquantos, & c. præcedenti: dis-
pensatur tamen cum tali beneficium, l. dist. c. studeat, in fi.
ext. de cle. pug. in duel. Henricus in fin. ext. de renun. c. ad
supplicationem, xxviij. dist. c. presbyter, xciij. dist. c. diaco-
ni. Ad idem tenetur mandans fieri homicidium, prout le-
gitur de Dauid, qui solum mandauit occidere virum Ber-
sabeæ: quare non miror, si concilium vniuersalis eccles-
suspendit Papam ab executione ordinum, quoniam, vt di-
citur in c. j. & fin. de homi. in vj. mandans fieri homicidi-
incurrit irregularitatem, sicut homicida, aut mutilator
membri.

6. In gradibus consanguinitatis lege diuina prohibi-
tis non dispensat Papa, vt ext. de resti. spol. c. literas, xxx. q.
iij. c. Pyctacium. In alijs sic dispensat, vt ext. de consang
& affi. c. quia circa, de conces. præbend. c. proposuit, & de
transact. c. fin. docto. in c. significasti, de electio. & in c. cum
3 inter, de renun. Ancha. in consil. cccxiij. † An autem eo-
ipso quòd Papa dispensat matrimonium contractum
gradu prohibito, sint absoluti, qui contraxerunt, ab ex-
communicationis rigore, Clem. j. de consan. & affi. absque
eo, quòd in rescripto de communicatione fiat mentio; vi
de Roma. consi. cccvj. concludentem, quòd sint absoluti.

7. In his, quæ de natura sua sint mala, puta vt quis sine
peccato possit adulterari, non dispensat, ext. de iureiu. c. A
si Christus. §. quædam. In sequentibus autem casibus non
dispensat, nec dispensare debet, nec potest dispensare con-
tra textum in c. non liceat Papæ, xij. q. ij.

8. Nec cum simoniaco directè in ordine, & inordina-
to, & simoniaco per pecuniam, j. q. j. c. statuimus. & c. seq
si quis à simoniacis, & c. inquisitionibus, ext. de accusa.
quæst. vij. c. requisitis. Et de simoniaco vide infra in tit. de
simonia.

12. Cum rebaptizato scienter non dispensat Papa,
quæst. vij. cap. qui in qualibet, de consecrat. distinct. iij.
6. quibus, & cap. confirmandum, l. distinct. vbi videbi
glo. & docto.

10. Non dispensat cum ordinato ab hæretico, j. quæ-
vi

vij.c.conuenientibus,ad fin.vbi est bonus tex. & loquitur etiam contra simoniacos.

11. Cum reordinato non dispensat Papa,vt j.q.vij.c.saluberrimum,in fi.& j.q.j.c.quod quidam.

12. Vbi status ecclesiæ decoloratur, contra hoc non potest dispensare Papa,j.q.vij.c.& si illa,xxv.q.j.quæ ad perpetuam. nec obst.contrarium, quod potest allegari, ext. de consang.& affi.c.non debet, quia ibi non decoloratur status ecclesiæ, immo datur color,propter rationem ibidem expressam : quare non obstat.

13. Non dispensat Papa, vbi sancti Patres aliquid benè definierunt,vt xiiij.dist.c.sicut. & xxv.q.j.c.sunt quidam, & xxv.q.ij.c.de priuilegijs,& c.cum pie,& c.quod verò.

Vtrum autem Papa possit dispensare cum subdiacono, vt matrimonium contrahat,no.xxxj.dist. c.de illo, & ext. de cle.coniug.cum olim. & vide in c.de voto.

Item Papa potest contra simplex statutum,& concilium sui prædecessoris dispensare, vt legitur, & nota. extra, de capel.mona. c.penult. & de renunci. cap. post translationem, in fi.

Vtrum autem possit Papa contra ius naturale dispensare,not.xiij.dist.c.in summa.& xv.q.vj.c.authoritatem,extra,de deci.c.à nobis: ext.de iureiur. c.quanto.

Dixi superius allegando glo.in c.proposuit, de concess. præb. quòd erant aliqui casus, in quibus solum dispensat Papa : & docto.& Panor.in d.c.proposuit,legendo d.glo. dicunt: Nota benè hanc glo.quia est notabilis, & multum allegabilis in materia sua,attingens multos casus dubios, in quibus Papa non dispensat. Et vide quasi eosdem in Spe.in titu.de lega.super Rubr.de dispensa.in §.nunc breuiter, in vlti. colum. Et inquantum glos. in princi. dicit, quòd dispenset contra Apostolum,videtur glo.velle,quòd cum bigamo potest Papa dispensare, vt promoueatur ad ordines, Spe. tamen in loco præallegato videtur sentire contrarium, Sed tu plene vide per docto. in c.ij. de biga. vbi communiter tenent primum. Et intelligo, quòd dispensat ex causa; nam cùm Apostolus fuerit motus instinctu spiritus sancti, non debet sine causa eius præceptũ rela-

relaxari, ar. opti. in c. contra, & c. ſunt quidam, xxv. quæſt. j. Ita dicerem in caſu ſequenti in glo. Et in hoc poteſt dici capiendo alium caſum exceptum à glo. quòd aut Apoſtolus aliquid dixit circa fidem, & tunc Papa non diſpenſat in illo: ad hoc vide tex. xj. q. iij. in c. ſi is, qui præeſt; vbi referuntur verba Apoſtoli dicentis, quòd ſi etiam angelus de cælo euangelizauerit, præterquam quod vobis euangelizauimus, anathema ſit: vnde à fortiori nec Papæ eſt credendum. & hoc voluit hic glo. & xv. diſt. in c. ſicut. In alijs verò non concernentibus fidem poteſt Papa diſpenſare ex cauſa; quia ille, qui diſpenſat, non tollit legem, ſed
4 ex cauſa in certa perſona, vel ad tempus remittit. † Et diſpenſatio quandoque neceſſaria eſt, l. diſtinct. in c. domino ſancto. & cap. cum inſtitueretur. nam quandoque & ipſe Deus diſpenſauit cum Patriarchis, qui habuerunt ſimul plures vxores. & not. in cap. gaudemus, de diuor. Sed ſine cauſa non puto, quòd diſpenſare poſsit, quia non eſt diſpenſatio, ſed diſsipatio, vt dixit beatus Thom. & Ioan. An. in c. de multa, de præben. Nec eſſet bene, ſi Papa diſpenſare vellet contra dicta ſanctorum, & maximè Apoſtoli, vt in d. c. contra, & c. ſunt quidam. Excipit deinde glo. caſum notabilem in ſolutione decimarum. Sed de hoc qualiter Papa diſpenſet in decimis non dandis, dic vt plenè not. Hoſtien. in cap. nobis, de deci. Item inquantum dicit glo. quòd in voto diſpenſet, intellige, quando hoc facit ex cauſa; nam ſine cauſa non poteſt tollere obligationem Deo per votum acquiſitã. vide glo. not. in c. nó eſt, de voto. Epiſcopus autem diſpenſat circa votum, & in c. j. & quod ibi
5 no. de voto. † Sed credo, quòd hæc ſit differentia inter Papam, & Epiſcopum: quia Epiſcopus non liberat ex toto à voto, ſed commutat in cauſam Deo magis acceptam, vt in d. c. j. Sed Papa poteſt ex cauſa ex toto liberare, quemadmodum poſſet ipſe Deus. Veriſimile enim eſt, quòd Deus ex cauſa dederit poteſtatem ſuam inter homines vicario ſuo; alias non fuiſſet bonus paterfamilias, ſi dimiſiſſet gregem ſuum ſine paſtore, qui ex cauſa poſſet omnibus conſulere: vt in ſimili dicit Inno. in c. quod ſuper his, de voto. Vnde, vt dicit notanter Hoſtien. in c. quanto, de tranſlatio

latio.præla. cùm idem sit Dei, & vicarij sui consistorium, potest Papa ferè omnia facere, quæ Deus potest claue non errante. Idem dicit Inno. de iureiuran. in c. quanto: nam Christus generaliter dixit Petro, quodcunque ligaueris, & cæt. & quia dixit, quodcunque, nihil excepit, in c. solitæ, de maior. & obedient. xxxj. quæstio. j. quod si dormierit.

Idem dic circa iuramentum: nam sine causa Papa illud non relaxat, vt not. dixit Inno. in cap. cum inter, de renun. & glos. in c. quanto, de iureiuran. Et sic limita dictum huius glo. Ex quo infertur, quòd cùm Papa sine causa non possit alium absoluere à iuramento; fortius nec seipsum. argum. op. in c. fin. de institut. & de hoc vide infra in c. de voto.

Demum glo. excipit, vt non possit Papa dispensare contra vniuersale statutum ecclesiæ, & notabis bene hunc casum, quia comprehendit in se multos casus. Idem tenet glo. in c. literas, de restit. spol. in versi. dispensare. Sed contra hoc facit c. non debet, de consang. & affin. vbi Papa ex toto immutauit vniuersale statutum ecclesiæ, relaxando prohibitionem coniugij in quinto, sexto, septimo gradibus consanguinitatis, & affinitatis. vnde glo. videtur dubitasse in c. quæad perpetuam, xxv. quæst. j. Sed pro nunc potest solui, quòd aut decoloratur status ecclesiæ ex tali dispensatione, seu mutatione; & tunc Papa non potest. & sic intellige hanc glo. & considera, & vide bonum text. in c. & si illa, j. quæst. vij. quod tenuit Spe. in loco præallega. Archidia. xxv. quæst. j. c sunt quidam. Ex quo infertur, † 6 Papam non posse sine causa dare potestatem alicui principi seculari, vt possit iudicare inter clericos, maximè cùm priuilegia clericorum sunt de iure diuino, vt no. xcvj. distinct. si Imperator, & per doct. in c. ij. de maio. & obed. Aut non decoloratur status ecclesiæ, vt puta, quod subest causa mutandi, vel dispensandi; & tunc credo, quòd possit, maximè circa vnum casum, vel duos. sic intelligo d. c. non debet. & concor. glo. in d. c. quæ ad perpetuam, & c. sunt quidam. Sed quidam sunt, qui de hoc dubitauerunt. Dicit insuper hic glo. & non dispenlat, vt monachus habeat

proprium. de hoc plenius, & melius in cap. cum ad monaſterium, de ſta. reg. vbi per doct. & per Ioan. An. in regula, ſemel Deo dedicatum, de reg. iur. lib. vj. Et in fi. gl. intelligę, quòd Papa non diſpenſat in ſecundo gradu interaſcendentes, & deſcendentes: in collateralibus diſpenſat in linea æquali, non autem in linea nõ æquali, vt patruus poſſit ducere neptem in vxorem: ſunt enim iſti in ſecũdo gradu in linea inæquali. Sed cum filijs duorum fratrum poterit diſpenſare, quia ſunt in ſecundo gradu in linea æquali, ita no. in d. c. literas, vbi vide rationem, & in c. gaudemus.

Extra glo. dicit hic Hoſt. quòd Papa in tãtum habet ſu ipſius poteſtatem, vt pro facto, vel dicto non poſsit abalio accuſari, vel condemnari, niſi de hæreſi. xl. diſt. c. ſi Papa poteſt tamen, ſi iacet in peccato, admoneri iuxta regulam Euangelicam, ſi peccauerit, &c. tam publicè, quàm occultè, iuxta qualitatem peccati, quia non eſt exemptus à regula Euangelica. Dicit tamen, quòd alteri parti illius regulæ non ſubijcitur, dum dicit, quod ſi non audierit, dic 7 eccleſiæ, † quia excepta cauſa hæreſis non poteſt iudicari, etiam ſi Imperator, & totus clerus, & populus ſimul conueniant, ix. quæſt. iij. nemo, & c. aliorum. vnde quo ad Papam exponit ipſe illa verba, dic eccleſiæ. i. Deo, vt ipſum conuertat, vel dic eccleſiæ triumphanti. i. cæleſti, vt oret pro eo. Ex his dictis Hoſt. no. pulchra dicta, primo dũ ſentit, quod in facto hæreſis poteſt accuſari, & ab alio condemnari, nam alibi fit diſceptatio, vtrum Papa ab alio in caſu hæreſis poſsit condemnari, quia quidã voluerunt, quod debeat ſeipſum deponere, ſicut fecit in c. nunc. xxj. diſt. &c. plus placet hæc opin. vt poſsit ab alio condemnari, & deponi in facto fidei. Et hanc opi. expreſsè tenuit Arch. in fidei fauorem, de hære. lib. vj. & facit ij. q. vij. in §. item cum Balaam, verſ. item Symmachus. & dicit Arch. in c. dei, quod concilium erit iudex. pro quo vide glo. in c. naſtaſius, ix. diſt. & vide aliam glo. ſingu. in c. ſi duo. lxxx. diſt. quæ dicit, quòd ſi eſt dubium apud quem ſit Papa duobus, vel pluribus condentibus ſuper eo, concilium erit iudex. Et dicit Hoſt. quòd Papa exiſtens in peccato poſſet admoneri ſecundum regulam Euangelicam, de qua in

nouit, de iud. licet glo. dubitauerit. ij q. j. si peccauerit. quę dicit, quòd ex quo non potest ab alio iudicari, frustratoria est illa denunciatio. In potestate verò dispensandi dicit Vincen. † quòd in omnibus potest dispẽsare, præterquam * in articulis fidei, & est dictum valdè notabile, & intellige de dispensatione propriè sumpta, scilicet quæ fácit ex causa rationabili. & vide Inno. in c. cum ad monasterium, de statu regu. vbi dicit, quòd sine causa non dispensat in his, quæ sunt iuris positiui puri. & vide quod dixit Abbas, & omnes scribentes in c. de multa, supra de præben. dicit tamen Hostien. dictum videri verum, nisi interueniat peccatum mortale: quia in illo non dispensat intelligẽdo, quod sit peccatum mortale ex lege diuina, & non ex lege positiua, quia illi non subijcitur. & credo, quod idem sentit Vincen. & vide glo. in d. c. literas. quæ idem voluit vbi dicit latius, quòd in his, quæ natura sunt mala, Papa dispensare non potest. de iureiur. & si Christus. tu vide bonũ tex. xl. distin. c. j. & vide Henricum in d. c. proposuit, legendo glo. dicentem, si quæris † in, & * super quibus Papa possit dispensare, distingue; aut quæris de lege diuina, seu euangelica; aut quæris de lege ciuili; aut quæris de lege naturali; aut de lege canonica. In primo casu hoc solum tene, quod in omnibus potest, dummodo sua dispensatio non sit contra fidem, secundum Vin. nec nutriat peccatũ mortale, nec inducat subuersionem fidei, nec periculum animarum. Nam in talibus nullam habet contra Deum potestatem. sic intellige xxv. q. j. sunt quidam. xvj. distin. sicut sancti, secundum Henri. & concor. quod Host. no. de spon sal. is, qui fidem, in magna glos. versi. pone igitur, dicens, quòd si vir in casu illius c nullo modo consentit cum prima muliere, sed cum secunda tantum, Papa licet sit supra ius, nunquam tamen potest consensum hominis voluere ad voluntatem suam, & dare sibi intelligere, quod consentiat in eam, in quam non consentit, & quòd non cõsentiat in eo, in quo consentit. Et sic non potest vera matrimonia lege diuina formata sua constitutione canonica irritare, & cogere hominem conscientiam propriam relinquere, & suo motui adhærere, vt patet in his, quæ leg. & not.

de præsump.c.fi.& de conuer.coniug.cap. ex par.ij. quod reprehendit talia euidenter,& not.de spon.c.si inter,ad fi. & sponsa. duorum, c.j. & fin. vbi idem not.ipse hos, & de consang.& affin.c. quòd super his, super verbo, prohibi tos: ad hoc etiam facit quod nota. in c.sunt quidam, xxv. quæst.j.super verbo,euãgelistæ. vbi dicit Laur.quod con tra dicta Euangelij potest dispensare in his,quæ sunt con filij,& quæ parabolicè dicta sunt,& non consistũt in præ ceptis,vel prohibitionibus. & adde,quod not.ibi in glos. pen.& fin. In secundo casu dic, quòd non potest dispen sare,quia iura naturalia immutabilia sunt,institut.de iur natu. §. sed naturalia, v.distinct. in prin.xxv.q.j.sunt qu dam. quod dic,vt not.Ioan.& Archid.xiij.distinct.in sum ma,xv.quæst.vj.authoritatem. per Be.& Host.de iureiur c.quanto,de decim.& c.à nobis, per Inno.de statu mona c.cum ad monasterium. & Hostien.post eum.& pro hoc fa cit,quod no.Inno.de immu.eccle.quia pleriq;.& Archid. j.dist.ius ciuile,in fi.glo.fuæ.& xij.distin.c.j.& ix.q.iij.per principalem. In tertio casu scilicet contra legem ciuiles non potest dispensare, cùm per hoc falcem suam mittere in messem alienam contra id, quod le.& no. de maio. & o bedien.in c.venerabilem,in prin. de iudi.nouit. quod ta men intellige. vt de consti.c.j.de no.ope.nun.c.i. In quar to casu dic, quod contra legem canonicam potest dispen sare indistinctè. Sed hoc fallit in casu, vbi vellet dispensa re contra canones,vel immutare canones,vel articulos fi dei, vel legem diuinam, vel vbi per suam dispensationem subuerteretur status vniuersalis ecclesiæ: & ista proban tur in c.allegato,sicut sancti.& xxxiii.quæst.i.memor sum & dixi sup. Et de hoc vide plenè in Spe.tit.de lega.§.nunc breuiter. & in his concordat, quod not.Hosti. in summa de pœnitentiis.§.vult.& Spe.tit.de legato. §.nunc de Epi scoporum dispensatione. §.Dominus meus dixit, &c. & Archid.xiiii.q.v.non sane,super verbo,reddenda,in fi.di centes, quòd in quibus est mortale peccatum secundum legem diuinam,vt in furto, & rapina, vt xiiii. q. v. pœna
10 les, † dispensare non potest Episcopus,nec etiam Papa (ut aliqui dicunt) quominus pœnitentiam agant,& restituta fiat

fiat, vt de vsur. cum tu. xiiii. q. v, c. si quid, & c. multi. & q. vi. c. i. nec in casu, c. non liceat, xii. quæst. ii. videbis infra in tit. de voto. In his verò in quibus mortale peccatum est secundum ius positiuum, & est Episcopis, siue inferioribus Papæ interdicta dispensatio, nullus dispensare, vel pœnitentiam præstare potest, nisi solus Papa, vel is, cui speciaIiter commiserit. Si verò non est interdicta, tunc potest, vide etiam quod not. Cardin. in extrauaganti, Bonifacii, viii. rem non nouam, super verbo, priuilegiis, circa medium, vbi dicit, quòd Papa est supra ius, & quòd ipse solus potest æquitatem non scriptam ex sui interpretatione præferre iuri scripto. C. de leg. & consti. l. i. & ipse potest multa facere, quod non potest inferior, vt hic. nam nullus alter ab eo dat ius in beneficio vacaturo. infra eod. titu. c. ij. libro vi. Et si supra ius dispenset, hoc debet facere, cùm ratio postulat, supra de præben. de multa, in fin. l. distinct. vt constitueretur, in fin. vtpote propter vrgentem necessitatem, vel euidentem vtilitatem ecclesiæ, i. quæst. vii. dispensationes. & duobus cap. sequentib. & in hoc vlt. concordat beatus Tho. in parte ii. q. lxxxviii. art. x. & xi. art. vlt. de his omnibus vide supra in c. xvi. & considera bene omnia contenta in isto §. quia magni ponderis sunt.

Et Ioan. And. dicit in c. de multa, de præbend. quòd ille, cum quo Papa dispensat sine causa, non est securus quo ad Deum. Dicit etiam Hostien. in d. c. proposuit, † quòd semper in dubio obediendũ est Papæ, vbi conscientia non repugnat, xxiii. q. i. quid culpatur. sed si certum sit, quòd illud, quod præcepit, sit peccatum mortale, tunc recognosce Imperatorem cœlestem, xi. q. iii. Iulianus. & c. qui resistit. & vide Inno. in c. tua, de decimis. 11

## CASVS, ET CENSVRAE RESERuatæ domino Papæ in processu annuali in cœna Domini. Cap. XIX.

### SVMMARIVM.

1 *Quæ personæ à summo Pontifice excommunicari possunt, & quæ de causa.*

EXcommunicantur † omnes haretici, ſchiſmatici, & fautores, adhærentes, & qui cum eis commercium habent, & qui literas iſtis hæreticis deferunt, aut arma, vel alia prohibita, aut vinum, oleum, veſtes, granum, & huiuſmodi. Piratæ, & latruncuii marini, & recipiētes eos, & dantes eis fauorem, & conſilium.

Qui in terris ſuis noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt.

Et qui imponunt collectas, vel onera eccleſiaſticis perſonis, & qui exigunt tām realia, quam perſonalia.

Falſarij literarum Apoſtolicarum, vel ſupplicationum, per ſummum Pontificem, vel per Pōtificis vicem per cancellarium, vel eorum vices gerentem.

Qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferūt Saracenis, & Turcis, & alijs infidelibus, qui Chriſtianos impugnant.

Impedientes, & inuadentes eos, qui victualia, & alia neceſſaria ad vſum Romanæ eccleſiæ deferunt.

Verberantes, vel capientes, ſeu impedientes, vel occidentes eos, qui ad ſedem Apoſtolicam vadunt, vel ab ea recedunt, & eos, qui morantur in curia, & dantes auxilium conſilium, vel fauorem, vel mandantes talia fieri.

Item capientes, detinentes, vulnerantes, mutilantes, incarcerantes, interficientes Patriarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos, eorumque mandatores.

Qui verberant, vel capiunt, ſeu bonis ſpoliant eos, qui cauſas ſuas proſequuntur in curia, vel aduocatos, ſeu procuratores eorum propter huiuſmodi proſequutiones cauſarum.

Qui prohibent, vel ſtatuunt, ne pareatur literis, & mandatis Apoſtolicis, ſeu legatorum, & nuntiorum, & iudicum delegatorum domini Papæ, & fauentes.

Qui ſe ſubtrahunt ab obedientia domini Papæ, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ; & fauentes.

Qui vſurpant ſeu iuriſdictionem, ſeu fructus eccleſiaſticos, ſeu ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes, & dantes conſilium, vel fauorem.

Qui

Quicunque superioritatem habentes prohibent quoquo modo, ne aliquis de vocatione alicuius beneficij certiorem reddat quempiam extra dominium eorum existentem, vel impediunt directè, vel indirectè, ne consequatur prouisiones beneficiorum, seu dignitatum sibi auctoritate apostolica concessarum, & dantes consilium, auxilium, vel fauorem, vel non obuiantes, cum possunt.

Verberantes, vel capientes, vel deprædãtes Romipitas, accedentes, morantes, & recedentes, & dantes consilium, auxilium, & fauorem.

Hostiliter discurrentes per terras ecclesię, inuadentes, & occupantes easdem, & dantes consilium, auxilium, vel fauorem.

Nullus absoluit à prædictis casibus, præterquã in mortis articulo. Et nota, quòd nullus eximitur à pœnis, & censuris superius positis, etiam quacunque præfulgeat dignitate ecclesiastica, vel seculari.

## CENSVRAE, QVAE RESERVANTVR *domino Papæ in iure, vel extrauagantibus, & ex Concilio Lateranensi. Cap. XX.*

### SVMMARIVM.

*Quæ, & quot sint censuræ domino Papæ reseruatæ.*

QVAE censuræ reseruantur domino Papæ præter supradictas, sunt infrascriptæ, videlicet,

Excommunicati nominatim a domino Papa.

Radentes aliquid, vel emendantes in literis Papæ.

Insecutores hostiliter Cardinalium, vel alicuius clerici, vel religiosi de familia domini Papæ, vel Cardinalium, percutientes, capientes eosdem, & dantes consilium, auxilium, & fauorem, receptatores, & defensores talium, in c. felicis, de pœnis, lib. vj.

Percutientes, capientes, vel bannientes Episcopum temerè, vel iniuriosè, & id fieri mandantes, socij, & dantes consilium, auxilium, vel fauorem.

Officiales, qui in aliquo prædictorum fuerint culpabi-
les, Clem. j. de pœnis.

Qui sine licentia sedis Apostolicæ assentiunt nomina-
tioni, electioni, vel assumptioni in senatorem, vel capita-
neum, vel patritium, aut rectorem ad regimen vrbis Ro-
mæ.

Qui electus in senatorem, &c. vt supra, si vltra annum
de tali officio se impediuerit.

Qui taliter assumpto sine licentia (vt supra) intendũt,
vel obediunt, & qui tales modo prædicto elegerunt, no-
minauerunt, vel assumpserunt. Qui talibus dat auxilium,
consilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, tam nomina-
tionibus, vel assumptionibus, quàm nominatis, vel assum-
ptis, de elect. c. fundamenta, lib. vj.

Exhumantes, & in frusta incidentes corpus mortu-
um, & in aqua coquentes, vt ossa separent à carnibus, vt
ad alium locum ad sepeliendum deferatur. Bonifacius
VIII.

Accedentes ad sepulchrum Domini sine licentia.

Clerici scienter, & sponte in diuinis tam in ecclesia,
quàm alibi, participantes cum excommunicatis iudicia-
liter à Papa, de sent. excom. c. significauit.

Clerici, vel religiosi inducentes aliquem ad vouendũ,
vel iurandum, vel promittendum de eligenda sepultura
apud eorum ecclesias, vel electa mutanda, de pœnis, c. cu-
pientes, in Clem.

Excommunicati ex generali sententia suorum dioce-
sanorum habentes literas Apostolicas falsas, nisi infra xx.
dies, postquam se cognouerint habere literas falsas, illas
destruxerint, aut resignauerint, non possunt absolui post
lapsum viginti dierum, nisi à sede Apostolica, de crimin.
fal. c. dura.

Religiosi conferentes sacramenta communionis, vel
extremæ vnctionis sine licentia parochialium.

Religiosi solennizantes matrimonia.

Religiosi absoluẽtes excommunicatos à iure, vel à con-
stitutionibus synodalibus, aut culpa, & pœna, de priuile.
c. religiosi, in Clemen.

Reli-

Religiosi absoluentes à casibus, & censuris in extrauagantibus reseruatis. Sixtus IIII.

Religiosi mendicantes transeuntes ad ordines nõ mendicantium, præterquam ad Carthusienses. Martinus V.

Religiosi non mendicantes recipientes ad ordines suos fratres mendicantes, etiam habentes literas Apostolicas. Martinus V.

Magistri excludentes fratres Prædicatores à studio Parisiensi. Alexander IIII.

Qui libellos famosos faciunt contra ordinem Prædicatorum, & Minorum. Alexander IIII.

Dicentes, vel defendentes, quòd fratres Prædicatores, & Minores non sint in statu perfectionis, & quod non liceat eis de eleemosynis viuere, aut quòd non possint prædicare, vel confessiones audire. Alexander IIII.

Facientes damnabilem violentiam in locis fratrũ Prædicatorum. Clemens IIII.

Intrantes monasteria sororum ordinis Prædicatorum, & Minorum in casibus non concessis. Bonifacius IX. quo ad Prædicatores, & Eugenius IIII. quo ad Minores.

Domini temporales, & Episcopi, qui cogunt aliquem celebrare tempore interdicti generalis, vel cum campanis vel voce præconis excommunicatos, vel interdictos vocant ad diuina, vel qui prohibent excommunicatis, & interdictis, ne de ecclesia recedant, dum Missarum solennia aguntur, cùm a celebrantibus fuerint requisiti generaliter, vt exeant.

Interdicti, vel excommunicati publici, postquam fuerint moniti nominatim à celebrantibus, vt exeant; si non exierint, sunt excommunicati: & absolutio Papæ reseruatur, de sent. excom. c. grauis, in Clem.

Simoniaci in quocunque ordine, & beneficio. Martinus V. Eugenius IIII. Paulus II. Sixtus IIII.

Facientes pactum in curia pro gratia consequenda.

Qui sciuerit aliquem committere simoniam in curia, & nõ denunciauerit Papæ, vel alij pro ipso deputato infra duos menses. Eugenius IIII.

Recipientes aliquid pro ingressu ad monasterium. Vr-

banùs V. ne in vinea.

Inquisitores, qui contra conscientiam omiserint procedere contra aliquem hæreticum, vel qui iniustè crimen hæresis imposuerunt, vel vexauerunt, de hæreti. c. multorum, in Clem.

Inijciens enormiter manus violentas in clericum, vel religiosum professum, vel nouitium, vel conuersum secularem tradentem se, & sua, honestè viuentem, & audientem horas, vel clericum coniugatum incedentem in habitu clericali. Item depositum verbaliter tantum. Item per saltum promotum. Item excommunicatum. Item incedentem sine habitu clericali ante admonitionem. Item clericus, qui ex ira seipsum enormiter percutit, est excommunicatus excommunicatione Papali, xvij. q. iiij. c. si quis suadente.

Officiales Romanæ curiæ, qui pro taxis, mercedibus, emolumentis, laboribus regularibus, aut cuiuscunque alterius operis lucro recipiunt aliquid in pecunijs, rebus, bonis, aut promissionibus, quocunque modo, etiam sponte offerentibus, vltraquàm in eorum officiorum antiqua institutione statutum est, & tenêtur satisfacere illis, à quibus receperunt. Iulius II. in extrauag. & si Romanus. & Leo X. in Concilio Lateranensi, In Apostolici.

Cardinales, quæ data in consistorio, & ibi gesta, aut dicta sunt, verbo, aut scripto, vel alio modo reuelantes, & etiamsi per Pontificem indictum sit silentium in aliqua re, eam manifestantes sunt excommunicati, & à solo Papa absoluuntur cum expressione causæ. In Concilio Lateran. Leo X. superne dispositi.

Prædicatores tam clerici, quàm religiosi, qui miracula falsa, aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra scriptura nó constant, prædicare, seu Episcopis, aut superioribus detrahere in suis prædicationibus præsumunt, non obstante quocunque priuilegio, excommunicationis sententiâ incurrunt, & absolutio Papæ reseruatur. Leo X. in Concilio Lateranensi. superne maiestatis.

Pragmaticam sanctionem in regno Franciæ, & alibi seruantes, & secundum eam iudicantes, & eam facientes, aut per-

permittentes seruari, & non delentes eam de libris archiuis, & capitularibus, excommunicantur, & absolutio Papæ reseruatur. Leo X. in Concilio Lateran. Pastor bonus.

## CENSVRAE EPISCOPIS DIOcesanis reseruatæ. Cap. XXI.

### SVMMARIVM.

1 *Quæ, & quot sint censuræ dicto Episcopo reseruatæ.*

RESeruantur † Episcopis, & diocesanis infrascriptæ censuræ, videlicet, 1

Contumaciter asserentes Romanam ecclesiam non esse caput omnium ecclesiarũ, dist. xxix. c. nulli fas. Si tamen firmiter, & veraciter ita crederet, esset hereticus, & absolutio Papæ reseruatæ per processum annualem.

Vtens literis, vel supplicationibus Papalibus falsis scienter; & retinens eas, & non lacerans.

Laici recipientes literas, seu bullas Papales non de manu Papæ, vel deputatorum, vel per nuncium non recipientem de manibus eorum, quando est persona magnæ authoritatis. de crim. fal. c. dura.

Electus minus quam à duobus partibus Cardinalium in Papam, si tali electioni consentit, & omnes recipientes eum, de elect. c. licet.

Impugnantes literas Papæ ante eius coronationem, Benedictus XI. in extrauaganti.

Qui loquuntur secretè, vel mittunt literas, vel nunciũ ad aliquem Cardinalium, dum sunt in conclaui, occasione electionis Papæ, de elect. c. vbi periculum, lib. vj.

Et officiales qui non seruant contenta, in c. de elect. Papæ, supra alleg. c. vbi periculum: vel circa ipsum fraudem committunt. Ibidem.

Principes, senatores, consules, qui infra mensem à die notitiæ de delicto commisso contra Cardinales, vel familiares Papæ, & ipsorum Cardinalium non faciunt iustitiã secundum continentiam cap. felicis, de pœnis, sunt excommunicati. Ibidem.

Omnes

Omnes principes, & officiales, qui tertio admoniti ab Episcopis, vel ecclesiasticis personis, recusant facere iustitiam super eorum causis, xxiij.q.v.c.administratores.

Omnes officiales, qui euacuant iurisdictionem, & authoritatem prælatorum, quam habent in suis hominibus, & successores dictorum officialium, nisi infra mensem errorem suorum prædecessorum correxerint. de immun. eccles.c.non minus. & c.aduersus.

Spoliantes naufragos bonis suis, nisi ablata restituant, quàm citius poterint: diuersæ opiniones sunt, si sit canon latæ sententiæ, de rapto. excommun.

Vbi propter diuersitatem habitantium vnus Episcopus non potest populo supplere, debet sibi vicarium constituere, qui populo satisfaciat, & talis vicarius debet per omnia subesse Episcopo principali, qui si aliter se ingesserit, est excommunicatus, de offi.ordi.c.quoniam.

Participans cum excommunicato in crimine, propter quod est excommunicatus, dando ei consilium, auxilium, vel fauorem. de senten.excommun.c.nuper.

Omnes grauantes per se, vel per alios in beneficijs, vel alijs suis rebus clericos, vel eorum cósanguineos, quia noluerunt eligere illum, pro quo rogabantur, de electio. sciant cuncti.

Extorquentes absolutionem à sententijs excommunicationis suspensis, & interdictis, per vim, vel metum, extra de his, quæ vi, metusve causa, c.vnico, lib.vj.

Compellentes prælatos, vel ecclesiasticas personas ad submittendum ecclesias, subijciendo bona immobilia, vel iura ecclesiarum laicis, ad cognoscendum, seu profitendũ, se retinere ab eis; vel ad statuendum laicos in patronos, seu aduocatos eorum in perpetuum, seu ad non modicum tempus, sine licentia Papæ, & capituli. de reb.eccles.non alie.c.consultissimo.

Laici si vsurpant, vel exigunt aliquid de rebus ecclesiasticis immobilibus vltra importationem contractuum factorum, vel faciendorum, si moniti non destiterint, etiam aliter ablata restituendo; vbi supra.

Impodientes litigare in foro ecclesiastico coram delegato,

gato, vel quocunq; alio iudice ecclesiastico, in causis, quæ de iure, vel consuetudine possunt ibidem exerceri. de immunitate eccle. c. quoniam, lib. vj.

Impedientes sequestrationem, vel fructus sequestratos occupantes post vnam definitiuam sententiam apud sedem Apostolicam promulgatam super aliquo beneficio, etiam si nulla foret. in Clem. vnica, de sequest.

Procurantes, quòd conseruatores se intromittant de alijs, quàm de manifestis iniurijs, & exigentibus iudiciariam potestatem. de offi. deleg. c. fi. lib. vj.

Fingentes casum fraudulenter, per quem iudex vadat, vel mittat ad aliquam mulierem pro testimonio ferendo, de iudi. c. mulieres, lib. vj.

Concedentes repræsalias contra personas ecclesiasticas specialiter, vel generaliter, si sunt singulares personę, sunt excommunicati; si vniuersitas, est interdicta. de iniu. & damn. da. c. vnico, lib. vj.

Clerici habentes officium vicecomitis, vel præpositi secularis, si admoniti non desistant. ne cleri. vel mona. c. clericus.

Contrahentes matrimonium cum consanguineis, vel affinibus, vel monialibus professis, vel religiosis, vel cum clericis in sacris ordinibus constitutis, tam ipsi clerici, & religiosi, & consanguinei, vel affines contrahentes, quàm personæ, cum quibus contraxerint, omnes sunt excommunicati. in Clem. vnica, de consang. & affin.

Monachi, & canonici regulares, Archidiaconi, decani, præpositi, plebani, cantores, & alij clerici personatus habentes, vel quicunque presbyteri, qui leges, vel physicam audiunt extra claustrum, nisi infra duos menses redierint. ne cler. vel mona. c. fin.

Doctores, qui legunt leges, vel physicam, si retinent in scholis religiosum, qui habitu deposito suæ religionis audire vult leges, vel physicam. ne cleri. vel mona. c. vt periculosum. lib. vj.

Religiosi tacitè, vel expressè professi, qui temerè habitum suæ religionis dimittunt.

Religiosi, qui sine licentia suorum prælatorum, vel maioris

ſoris partis conuentus accedunt ad ſtudia. Ibidem, c. pe-
riculoſa.

Religioſi decimas eccleſiæ debitas ſibi appropriantes,
vel fraudantes eccleſias circa eas, vel eas ſolui nō permit-
tentes, niſi requiſiti deſtiterint infra menſem. in Clem. j.
de decimis.

Monachi, & canonici regulares, qui non habent admi-
niſtrationes, ſi intrant curias principum ſine licentia ſuo-
rum prælatorum, vel ſi inferant damnum prælatis, vel mo-
naſterijs, c. ne in agro, de ſtatu mona. in Clem.

Monachi tenentes arma in vagina in monaſterio ſine
licentia Abbatis, c. ne in agro, de ſtatu mona.

Statum Beguinarum aſſumentes, vel illum ſectantes.

Religioſi, qui in ſermonibus ſuis retrahunt populum à
ſolutione decimarum, vel ſibi confitentibus non faciunt
conſcientiam de decimis ſoluendis, ſi fuerint requiſiti, in
Clem. cupientes, de pœnis.

Religioſi, qui non ſeruant interdictum, quod ſeruat ma-
ter eccleſia, in Clem. j. de ſent. excom.

Religioſi mendicantes, qui de nouo domos ad habitan-
dum recipiunt, vel receptas mutant ſine licentia ſedis A-
poſtolicæ, de relig. do. c. vnico, lib. vj.

Fratres Minores, vel Heremitani recipientes fratres or-
dinis Prædicatorum ad habitum ſuum.

Alienantes bona eccleſiaſtica, ſeu infeudantes, ſeu faci-
entes pactum, quòd ipſorum dominium transferatur, ac
concedentes, hypothecantes, infeudantes, vel in emphy-
teoſim concedentes, ſeu locantes, præterquam in caſibus à
iure conceſsis.

Recipientes tales alienationes, ſeu locationes. Paulus
II. in extrauaganti.

Impedientes viſitationem monialium, ſi moniti non
deſtiterint, de ſtatu mon. c. j. in Clem.

Directores monialium in electionibus, niſi abſtinue-
rint ab his, per quæ poſsint oriri, vel nutriri diſcordiæ, de
elect. c. indemnitatibus, lib. vj.

Magiſtri, & ſcholares tractantes cum aliquo ciue Bo-
nonienſe de conductione hoſpitij irrequiſitis inqui-
mis

nisi tempus conductionis elapsum fuerit, de loca. & conduct.c.j.

Emens rem ecclesiæ, vel aliter acquirens à schismatico.

Tenens beneficium à schismatico.

Innitens ordinationi factæ per schismaticum. Isti tres casus habentur in c.j.de schismaticis.

Qui Christianum mandant interfici per assassinos, etiamsi casus non fuerit secutus, & talibus dans auxilium, consilium, vel fauorem, de homi.c.pro humani, lib.vj.

Clerici locãtes domos manifestis vsurarijs alienigenis ad sœnus exercendum, de vsur.c.j.lib.vj.

Officiales dictantes statuta super vsuris soluẽdis, quod non restituantur, vel iudicantes secundum illa, vel nõ delentes, si possunt infra tres menses de libris communitatũ, vel illa seruantes, de vsur.c.ex graui, in Clem.

Sepelientes hæreticos, credentes, & fautores, receptatores, & defensores eorum scienter in cœmiterio ecclesiastico; nec debent absolui, nisi proprijs manibus suis extumulauerint cadauera eorum, in c.quodcunq;, de hære.

Inquisitores hæreticæ prauitatis prætextu officij pecuniam extorquentes.

Inquisitores, si scienter bona ecclesiarum occupant.

Inquisitores bona ecclesiarum ob delictum clericorum fisco etiam ecclesiæ applicantes, in Clem.ij.de hære.

Domini temporales quocunque nomine censeãtur, qui de crimine hæresis cognoscunt, vel iudicant.

Domini temporales captos per Episcopum, vel Inquisitorem pro hęresi, à carceribus liberantes.

Domini temporales si executionem huiusmodi officij ab Episcopo, vel Inquisitore eis iniunctam non implent, prout ad eorum spectat officium.

Domini temporales, si vel indirectè præsumunt sententiam, vel processum Inquisitorum, seu diocesanorum impedire.

Si diocesano, vel inquisitori præsumpserint se opponere in his, quę ad præfatũ negotium incumbunt, aut quemlibet impedire.

Dantes talibus consilium, vel fauorem. Omnes istę censuræ

suræ continentur in cap. vt inquisitionis, de hæret. li. bro vj.

Exercentes regimen in triremibus infidelium. de Iudæis, in c. ita quorundam.

Príncipes, & officiales, qui tertio admoniti ab Episcopis, vel viris ecclesiasticis recusant facere iustitiam super eorum causis, xxiii. q. v. administratores.

Facientes statuta, iudicantes secundum ea contra libertatem eccles. de sent. excom. c. nouerint.

Item qui talia iudicata in publicam formam redigunt. Ibidem.

Percutiens clericum, vel religiosum leui percussione.

Laici sacrilegi, incantatores, inuocatores dæmonum, & diuinatores vtriusq; sexus excommunicantur. Leo X. in Concilio Lateranensi. superne dispositionis.

Glosantes, seu commentantes, vel interpretantes constitutiones factas in Concilio Lateranensi, quæ continentur in bulla, quæ incipit, superne dispositionis.

Prædicantes, vel disputantes verbo, vel scripto, quòd montes pietatis instituti iuxta tenorẽ terminationis Concilij Lateranensis sint malè ordinati, excommunicantur. Leo X. in Concilio Lateranensi, Inter multiplices.

Imprimentes, vel imprimi facientes libros, vel aliquam scripturam sine examine, & approbatione Vicarij domini Papæ, & magistri sacri palatij in vrbe, & extra vrbem sine licentia diocesani, & Inquisitoris hæreticæ prauitatis, excommunicantur. Leo X. in Concilio Lateranensi, Inter solicitudines.

## CASVS, QVI SVNT ALIQVANdo Papales, aliquando Episcopales. Cap. XXII.

### SVMMARIVM.

1 *Qui, & quot sunt casus aliquando Papales, & aliquando Episcopales.*

Incest

INcendiarij † ecclesiarum, vel monasteriorum, vel piorum locorum sunt excommunicati ipso iure excommunicatione Episcopali; sed post denuntiationem sunt excommunicati excommunicatione Papali, de senten. excommun. tua nos. 1

Effractores cum spoliatione ecclesiarum, vel monasteriorum, vel piorum locorum ante denuntiationem sunt excommunicati excommunicatione Episcopali; post denuntiationem verò Papali. Ibidem.

Dantes licentiam offendendi, vel grauandi eos, qui sententias excommunicationis, vel interdicti tulerunt cõtra quemcunque, nisi sententiam ipsam re integra reuocauerint, vel si ad bonorum captionem processum fuerit, nisi infra octo dierum spatium omnia restituerint, vsq; ad duos menses est Episcopalis; & exinde Papalis.

Item qui tali sententia data vti ausi fuerint.

Item qui motu proprio aliquid præmissorum commiserit, est Episcopalis, vel Papalis, vt supra, de sent. excommun. quæcunque.

Item absoluti à sententia excommunicationis ratione periculi alicuius, si post periculum non repræsentant se illi, qui potest eos absoluere, in eandem sententiam incidũt Papalem, vel Episcopalem.

Participantes in crimine cum excõmunicatis, aliquando sunt excommunicati excommunicatione Papali, aliquando Episcopali, secundum quod excommunicatio fuerit Papalis, vel Episcopalis.

## DE PRAESTANTIA SANCTISSIMORUM Episcoporum. Cap. XXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus ab Episcopo compelli potest, vt beneficij sui titulum ostendat.*

2 *A correctione Episcopi an possit appellari.*

3 *Qualiter Episcopus à clero, & populo suam ingrediens ciuitatem suscipi debeat.*

4 Prohibitum est Episcopo cum mulieribus conuersari.
5 An possit Episcopus matrem suam, vel aliam suspectam secum habere.
6 Ludere an debeat Episcopus.
7 De qualitate mensæ Episcopi, de victu etiam, atque vestitu.
8 Episcopus habens iurisdictionem temporalem causas sanguinis ei committit.
9 Episcopus an esse possit consiliarius Principis secularis, vel Papæ.
10 Potest Episcopus parochiales ecclesias facere conuentuales, vel missiuè.
11 Nomina clericorum, qui in ecclesia Christi deseruiunt.
12 An possit Episcopus corpus vsurarij defuncti sequestrare, vel spoliatur.
13 Qualis esse debeat Episcopi correctio, verbalis, an realis.
14 Non ad credendum facilis, nisi prius veritate inspecta.
15 De relicto ad pium vsum regulariter quarta pars debetur Episcopo.

1 BEneficiatum potest compellere Episcopus, ostendat titulum sui beneficij. Felin. in cap. cum Heli, de simo. & doct. in c. j. de reg. iur. vj. Et potest Episcopus clericum capere excessa, c. dilectis filijs, de appel. Et per doct. in c. de posito. vbi dicũt, quòd clericus potest carcerari, & torturæ subijci. Et ibi notatur, quòd clericus carcerari potest non solum cum agitur de crimine criminaliter, vt in c. si clericus, de sentent. excommun. lib. vj. sed etiam cùm agitur de crimine ciuiliter. Et Episcopus potest mittere suos clericos in exilium: nam pœna exilij est approbata a iure canonico, vt per Panor. & docto. in cap. ad audientiam, de crimine falsi. Et est maior Episcopus in dioecesi sua quocunq; Principe secular illius dioecesis. ita Panor. in c. omnes, de maior. & obedien. & in cap. soluite, eodem tit. Habet etiam Episcopus iurisdictionem in laicos, ad ipsos cogendum obseruare laudabilem consuetudinem ecclesiæ, vt per Panormita. in cap. ad Apostolicam, de sponsa.

Et notabis, quòd in c. nisi cum pridem, de renunciatione, Papa ponit sex causas, ex quibus episcopi possunt petere, & Papa consueuit concedere cedendi licentiam, scilicet debilis, ignarus; malè conscius, irregularis, quem mala plebs odit, dans scandala.

† Sed an possit appellari à correctione episcopi, dic, vt per Panor. post Host. & Ioannem Andream, in c. licet, de offi. ordi. & vide Abba. in c. de priore, de appell. dicentem ex mente Hostiensis, quod si prælatus corrigens subditũ, eodem peccato æquali, vel maiori notoriè detinetur, potest ab eo appellari. dixit idem etiam Panor. in c. intellexi- 2
mus, de adulterijs. † Episcopus creatus, confirmatus, con- 3
secratus, cùm ciuitatem suam ingredi debet, clerus, & populus processionaliter, & honorificè eum suscipere debent, cùm episcopi vice Christi fungantur in terris. c. omnis qui vij. q. j vbi legitur: Qui enim persequuntur dominos episcopos, non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur, similis text. est in c. in nouo testamento, xxj. dist. vide etiam de hoc Spe. in tit. de legatio. in §. sequitur videre. Et monachi debent ire processionaliter cum clero obuiam episcopo secundum Bald. in l. fin. C. de bo. liber. allegat Oldra. super hoc consultus ab Archiepiscopo de Rauenna. † Nec potest episcopus cum mulieribus conuersa- 4
ri: docto. in l. cùm qui. C. de epis. & cler. lxxxj. distinct. c. in omnibus, c. sequent. & per totum. Vnde Hieronymus, hospitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant; quia non potest toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum accessionibus copulatur. c. hospitiolum. xxxij. dist. Propterea fertur Augustinum noluisse habitare cum sorore, c. legitur, lxxxj. distinct dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Idem probatur dist. xxxiiii. c. j Quod intellige, si soror esset malæ famæ, vt in c. à nobis, de coha. cler. & mulie. c. volumus, lxxxj. dist no. in c. cum in iuuentute, de præsumpt. & c. fœminas, & cap. cum omnibus, lxxxi. distin. † Sed dubitatur de episcopo, 5
nunquid possit secum habere matrem suam, seu aliam nõ suspectam, Anto. in c. j. de coha. cle. & mul. dicit, quod nõ.

Panor. tenet ibi oppositum, sed fatetur, quòd opinio Antonij est honesta; maximè propter alios clericos cum Episcopo morantes. Sed Episcopus non permittat mulieres cum clericis habitare, nisi forte tales sint, cum quibus naturale fœdus nihil sæui criminis suspicari permittat, vtin c. à nobis. & ibi Panor. de cohabitatio. cler. & mulie. Etiam Nicæno Concilio fuit prouisum; Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspitionem excluduut. c. interdixit, xxxij. distinct. Sed sacerdotes Græci non ligantur, quia ista lex non erat de necessitate salutis; & non fuit recepta ab ipsis Græcis per longa tempora, Papa sciente, & non puniente. Panor. in c. cum olim, de clericis coniugatis. Et ibi dicit Panor. an ecclesia possit statuere, quòd clericus possit contrahere matrimonium; ibi videbis. Et quia Papa non reprobat consuetudinem ecclesiæ, quæ est talis, ideo non est hæretica: vide
6 docto. & glo. in c. de libellis. xx. distinct. † Et Episcopus etiam non debet ludere, vt in authent. interdicimus. C. de Epis. & cler. c. Episcopus. xxx. distinct. & ludus scacchorum est prohibitus etiam, iudicio meo, licet multi tenuerint contrarium; sed per illum ludum Episcopi possunt abstrahi à diuinis, ergo prohibitus. Si fuerint ludi noxij vitandi sunt, sicut taxillorum, vt c. clerici, de vita, & hone. cler. Crimina ex ludo oriuntur, Hosti. in summa, in tit. de excessibus prælatorum. & de ludo vide infra in isto Spe. lxij. §. de ludo. Et debet Episcopus prohibere ludos in cõuiuijs suis, & Cantilenas decantari, & laruis adesse, pre-
7 tex. no. in c. nullus presbyterorum, de conse. dist. v. † De qualitate verò mensę Episcopi dico, quòd in principio debet fieri benedictio, & in fine actio grãtiarum, vt in c. non liceat, xliij. distinct. Item debet lectionibus vti sacrarum scripturarum, vt euitentur confabulationes, & animæ ædificent ad bonum, vt in c. pro reuerentia, xliij. dist. Nec epulis lautius longo labore quæsitis vti, ne videantur immemores Christi, & pauperis esurientis, & nudi. c. ecclesię principes. xxxv. distinct. vbi legitur: Si in Apostolorum loco sumus, nõ solum sermonẽ eorũ imitemur, sed etiã conuersationem, & abstinentiam. Nec debet Episcopus con-

uiuijs

uiuijs inuigilare. xliij. dist.c.multis. Item debet habere Episcopus suppellectilem mensæ vilem, victumque pauperem,c.Episcopus,xlj.distin.cum glo.quæ dicit,de consuetudine non seruari.vbi dicit tex. Episcopus vilem suppellectilem,& mensam,at victum pauperem habeat,& dignitatis suæ authoritatem,fidei,& vitæ meritis quęrat.Potest Episcopus vti vestibus secundum consuetudinem religionis,ne vilescat dignitas. Item debet vti vestibus desuper clausis,non tamen de pannis rubeis,vel viridibus. Sed non potest Episcopus vti vestibus laicorũ; nec extra domũ ire habet sine proprio habitu,c.Episopi. xxj.q.iiij.& c.sine ornatu. & c.sequen. Sed Episcopus non potest interesse causæ sanguinis,c.clericis,c.sententiam,ne cler.vel mona. c.ex literis,de excess.præla.c.in Archiepiscopatu,de rapto. c.conquestus,de foro compet.tenet Spe.in titu.de iurisd. omnium iudi.§.fin.versi.& nota,quòd Episcopus.Et ideo † Episcopi habentes iurisdictionem temporalium, committunt laicis causas sanguinis, vt dicunt canonistæ. Et quia excedunt prælati multoties, vide docto. in tit. de excessibus præla.Et an Episcopus sit irregularis, si de facto comparet in causa sanguinis, quæ vertitur coram iudice suo,vide Spe.in tit.de dispensa.§.iiij. & si prælatus procedit in causa sanguinis, non valet processus. Felin. in c. si quando,de rescript.vide Ripam in c.ij.de iudi.num.45.Et an Episcopus vnus debeat alterum honorare, secundum dignitatem ecclesiæ,notatur in c.si forte, de electio.in vj. & vide tex.in c.quanquam,& c.puto,ij.quæst.vij. quia Episcopi licet pares sint meritis, gradu tamen differunt dignitatis, vt in d,c.puto. Et nota, quòd cæteris paribus debet conferri prius in ordine Episcopatus ei, qui plus alijs laborabit per ecclesiam Dei, vt de maio.& obed.c.j.xliij. dist.c.Episcoporum,lxxv.distinct.c.fin.& Iacobus maior dictus est, quia adhæsit prius Domino, licet postea natus fuerit quàm Iacobus minor, vt legitur in historia scholastica. Quod verum est,nisi sit Metropolitanus,vel alius superior,vt per glo.in c.fin.xvij.distinct. Et vtrum Episcopus possit arma susc ipere,vel mouere, dic,vt dicemus infra in c.de bello. Item dicunt doctores, † quòd Episcopus

potest esse consiliarius Principis secularis, vel Papæ; sed malè dicunt, quia residentia episcopi est de iure diuino, vt dixi pluries, & videbis supra in c. nono. & ideo episcopus non potest in Cardinalem promoueri, c. bonæ memoriæ, il j. de postul. prælat. Et an clericus possit esse legatus Principis secularis, respondeo, quòd sic. c. cum parati, & ibi docto, de appell. vide docto. in authen. habita. C. ne fil. pro patre. Et episcopus potest excommunicare Principem laicum suæ diocesis, glo. in c. omnes, d. maio & obedien. docto. in c. duo sunt, xcvj. distinct. Sed debet episcopus mitius agere cum Principe, quàm cum alijs, vt in c. de rebus, xij. quæst. ij. Et de episcopo legitur in Apocalypsi, c. j. septem stellæ angeli sunt septem ecclesiarum. i. episcopi ipsarum, vnde angelus, qui interpretatur missus, est nomen episcopalis officij, vt ibi per Lyram, & doct. Legitur etiam in Apocalypsi c. ij. & angelo Ephesi ecclesiæ scribe. i. eius episcopo. & dicunt communiter expositores, quòd iste fuit Timotheus Pauli discipulus, quem constituit episcopum ecclesiæ Ephesinæ. Sed Ioannes erat super omnibus episcopis Asiæ, cuius ecclesias fundauit, & erexit, vt habetur in libro virorum illustrium; tamen communiter manebat Ephesi. Et episcopus est iudex inter laicos ratione peccati. Ioan. And. in c. fin. de foro compet. in vj. notatur in cap. nouit, de iudi. Quod est verum inter contrahentes laicos, non inter hæredes. Bald. in authen. sacramenta puberum. Item verum est etiam in causa feudali propter iuramentum fidelitatis, Bald. in l. liberti. C. de ope. liber. vltcolum. & in c. ij. de except. in vj. vbi not. quòd episcopus est iudex inter laicos ratione peccati, & in c. mulieri, de iureiuran. & in c. cæterum, de iudi. & in c. verum, de fo. compet. Item contra raptorem, vel furem rei ecclesiæ, c. fin. de fo. compe. c. si quis. j. c. si quis, ij. xxiiij. q. iij. Et episcopus debet instituere, vel confirmare præsentatum à patrono ecclesiæ, si reperit eum esse idoneum, c. monasterium, c. decernimus, xvj. q. vij. Inno. & doct. in c. Bertoldus, de re iudi. & vide not. in c. ex frequentibus, de instit. † Et episcopus potest ecclesias parochiales facere conuentuales, secundum Abba. anti. in c. cum venissent, de constit. refert

Bal

Bal.in marga.in verbo, episcopus. Et episcopus, seu sacerdos non possunt dimittere Missam inchoatam imperfectã sine causa necessaria, c.nihil, vij.q.j.c.nullus episcopus, de conse.dist.j. dicitur enim Missa imperfecta antequam detur benedictio, c.missas, de consecr.dist.j. & episcopus excommunicatus potest cõferre sacros ordines, c.ab excommunicatis, c.ordinationes, ix.q.j. & de hoc ibi videbis. Et episcopus potest repetere clericum sibi subditum ab alio detentum, c.dilectis, de appell.& ibi doct.c.si iudex laicus. & ibi glos. de sent.excom.in vj. Est verum etiam inuitum quem defendere, & repetere potest, etiam à iudice laico, secundum Bal.in l.j.ff.de rei vendi. Bart.in l præcepit. C. de cano. largit. tit. lib.x. Et clerici exempti sunt à iurisdictione laicorum de iure diuino. docto.in c.soluite, de maior.& obedien.& ibi Panor.& vide in c.de ecclesiastica libertate. † Et clerici nuncupantur generaliter omnes, qui 15
in ecclesia Christi deseruiunt, quorum nomina sunt hæc, ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus diaconus, presbyter, Episcopus, vt in c.cleros, xxj.dist. Et clerici in quibus casibus subijciantur laicis, vide Imolam in Clement. ij.de electio. Sed mulier commiscens se clerico, subijcitur foro ecclesiastico. Abbas in c.clericos, de cohabita.cler.& mulie. Et de exemptione clericorum vide infra in titu.de ecclesiastica libertate. Et ciuitas potest ciuem suum ab alio detentum repetere, glos.in authen. de manda.prin.colla.iij.§.patrocinia, vide glo.& doct.in d.c. si iudex laicus. notant Bart.& docto.in d.l.præcepit. ff.de rei vendi. vbi dicunt, quòd villa habens massarios obligatos ad onera, potest eos vendicare, l.de iure, ad municipa. Imo.& Imo.in d.c.dilectis. Sed si clericus incarceratur ab Episcopo,& moriatur in carcere, Episcopus non efficitur irregularis, secundum Bal.in l.j.in fi.C.qui ad libertã. peruen.non posl.& plenè in l.pen.C.ad leg.Aquiliam, vbi dicit verum, nisi ponat eum in loco arcto, vbi aerem carceratus non videat. Et episcopus in quolibet loco diœcesis per se, & per alium potest pro tribunali sedere, & liberè exequi, quæ ad ipsius spectant officium, c.cum episcopus, de offi.ordinar.in vj.vbi licit glos. quòd manus inijcere

in aliquem non debet Episcopus per text.not.in c.non li-
ceat,lxxxvj.distinct.& de ipsius mandato capiētes excom-
municati non sunt,c.vt famæ,de sentent.excommun.& c.
si clericos. Et capientes clericum de mandato Episcopi
in excommunicationem non incidunt,glo.in d.c.cum E-
piscopus. Et de his vide Panor.in d. c. vt famæ. & laici si-
ne licentia Episcopi possunt capere clericum,ne fugiat,vt
præsentent iudici suo,& sic ad bonum finem. Idem in fa-
milia potestatis, quæ potest capere clericum inuentum de
nocte, cum sit præsumptio fraudis. ita (vt dixi) Panor. in
d.c.vt famæ,de senten.excommun. late in c. cùm non ab
homine,de iudi. Sed si Episcopus non habet clericum,ver
berat per se,glo.& docto. in d.c.non liceat. Et Episcopus
Romæ, vel in curia Papæ potest ordinare sibi subditum
ita Abb.anti.in c. omnibus, de appellatio. sequitur Bal. in
marga.versi. Episcopus vero. Et vtrum Episcopo credatur
de clerico suo,quem forte repetat à iudice laico, & asserat
eum esse clericum. Respon.sic; si per literas suas facit ei fi-
dem de clericatu, vel si pronunciauit eum esse clericum,
non autem literis testimonialibns, secundum Bald.in l.si
qua per calumniam. C.de Epis.& cler. vbi vide; & etiam
dicit credi probationibus de clericatu factis coram Epi
scopo,qui debet de quæstione incidenti clericatus cogno-
scere. Et ibi dicit,quòd familia potestatis potest capere cle
ricum inuentum in rixa: & interim iudex laicus detinere
non debet innouare contra detentum, vt ibi per Bald. &
nota.in c.si iudex.de sentent.excommun.in vj. Debet au-
tem iudex statim remittere, si captus incedens in habitu,
& tonsura allegat se clericum; alias non, nisi causa cogni-
ta de clericatu,d.c.si iudex. & Bald. vbi supra. Cùm verò
remittitur ad Episcopum, debet remitti sub fida custodia.
Angel.in l.eos.§.super his.C.de appell. & scias, quòd cle-
ricus ioculator, vel buffonus, qui per annum artem illam
exercuit,& tertio monitus non destitit, vel si est clericus
vxoratus non incedēs in habitu,& tonsura, vel bigamus,
vel degradatus,qui omnes non gaudent priuilegijs; non
est ad Episcopum remittendus,de vita,& honesta.cler.c.j.
in vj.de cler.coniug.c.j.de biga.c.j.de pœniten. c.fi.in vj.

Et

Et ita tenet glo. ord. in d.c. si iudex. & Episcopus potest agere per iniuriam illatam suo vicario, vel subdito. Ita Inno. in c. dilectis, de appella & ibi docto. in c. contingit, de sentent. excommun. Ioan. Andr. in c. ad Apostolicæ, de re iudi. Quod est verum, si iniuria fuit facta in contumeliam Episcopi, alias non, secundum Bart. in l. j. §. fin. ff. de iniur. Idem in ciuitate, vel domo, vt agere possit pro iniuria illata ciui, vel subdito suo, vel officiali, Barto. vbi supra, & Inno. in d. cap dilectis. † An Episcopus possit sequestrare corpus vsurarij defuncti, ne sepeliatur quousque hæredes caueant de vsuris restituendis? Respon. quòd sic, vt tenet Angel. in authen. vt defun. seu fun. eo. colum. v. Accessorie hoc infero, quòd cadauer debitoris non potest à sepultura suspendi, vel sequestrari ad instantiam creditorum, in authent. vt cum de appell. cogno. §. meminimus. nec potest appellari, vt quis non sepeliatur. ita Spe. de appel. versi. viij. §. ij. Cadauera enim sepultura interdici regulariter non possunt, nisi in casibus expressis in iure. quibus adde, quod occidens seipsum carere debet ecclesiastica sepultura, xxv. quæst. v. placuit; & ibi gl. dicit, quòd debet ei concedi canina sepultura. Et tenet glo. in c. ex parte, de sepul. secus si casualiter se perimat, d. c. ex parte. † Et qualis correctio debeat per Episcopum fieri de rixis, vide tex. in c. j. ij. iiij. xlv. distinct. vbi dicitur, quòd correctio potius verbalis sit, quàm realis. ibi videbis, vbi dicitur; non seueritate, sed benevolentia subditos prælati corripiant. & ibi dicit glo. semper iudex potius sequi debet misericordiam, quàm iudicium; vel æquitatem, quàm rigorem, c. non satis, lxxxvj. distinct. Et corrigere est superioris, Cardi. post glo. in Clemen. ij. §. notarij, de hæret. Et vid. gl. in c. irrefragabili, de offi. ordina. Et correctio excessiua an patiatur appellationem, vide Spe. in tit. de inquisitione. §. viso igitur, vers. quid si prelatus, dicit, nec valeat appellatio interposita, ne inquiratur contra eum, vel ne visitetur; vel ne corrigatur. Et soli Episcopi exequuntur canones circa correctionem clericorum, vt in Clemen. j. de vita, & hone. clericorum; Et ibi Cardi. enumerat xiiij. priuilegia clericorum. Sed priuilegium clericorum consistit in duobus;

12

13

primo, quia non possunt vexari in persona, nec in rebus. C. de Episco. & cler. l. ij. & de immunitate ecclesiarum, per totum. Secundo gaudent priuilegio canonis, c. si quis suadente, xvij. q. iiij. & vide Cardi. in Clem. perpendimus, de sent. excommun. Et priuilegium clericorum in veteri lege incepit à Rege Aegypti, Genes. xlvij. vbi dicitur, quòd ab eo tempore vsque ad præsentem diem in vniuersa terra Aegypti Regibus quarta pars soluitur absque terra sacerdotali, quæ libera erat: & habetur in c. non minus, de immunitate ecclesiarum. In noua lege ab Imperatoribus. C. de sacrosan. eccles. l. ad instructiones. & l. plærumque, de censi. c. j. Et idem est priuilegium clericorum, & ecclesiarum. Cardi. in d. c. Clem. j. † Sit tamen prudẽs Episcopus, vt statim non credat, sed veritatem prius inquirat, nec à correctione incipiat, c. si quid vero, lxxxvj. dist. Illud tenementi, quòd potest Episcopus excommunicare subditum alterius Episcopi ob præ dam factam in diœcesi excommunicantis, vel alibi factam in illius diœcesi adductam, c. vlt. iij. q. vj. c. j. de rapto. Et Episcopus punit etiam exemptum, delinquentem in sua diœcesi per dicta iura. & c. ad abolendam, de hæret. vbi dicitur, quòd nullum priuilegium iuuat delinquentem, & de priuil. & excel. priuil. c. ruarum, quia ratione delicti pditur priuilegiũ, c. priuilegiũ, xj. q. iij. vbi dicitur: Priuilegiũ omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Et Episcopus debet tueri implorantes auxilium suum, & ecclesię, scilicet viduas, & pupillos, lxxxviij. distin. per totum. Et ecclesia succedit Episcopo, xij. q. vlt. c. fin. c. j. de succes. ab intest. & ibi vide doct. & de hoc vide ea, quæ supra dixi.

14

15 † Scias autem, quòd quarta pars regulariter debetur Episcopo de relictis ad pium vsum: probatur x. q. j. c. de his, & c. antiquos, xij. q. ij. c. vobis, c. vulteranæ, & c. cõcesso, c. quatuor, c. de redditibus, & c. cognouimus, xvj. q. j. c. constitutum, & c. ad hoc, de offi. ordi. c. conquerente, de testa. c. officij, c. requisisti. & ibi doct. post Inno. c. fin. de succes. ab intest. c. de quarta, de præscrip. Quæ pars Episcopo debetur ex l. dispositione, secundum Inno. in c. j. de sta. mon. Debetur etiam in compensatione onerum, quæ suffert à fin-

singulis ecclesijs, hoc verum, nisi consuetudo aliter se habeat. Sed plures sunt casus, in quibus quarta non debetur Episcopo, videlicet de relicto facto vni ex fratribus minoribus. Bal. in l. si quis ad declinandum. §. in omnibus. C. de Epis. & cler. & ibi videbis multa de hoc. & per Pau. & doct. in l. id, quod pauperibus, eo. tit. & vide Rom. in auth. similiter, ad leg. Falcid. sed attendenda est consuetudo loci, quæ multum operatur. Et de hoc vide Gratum in respons. cxlij. in ij. par. Et ex diuturnitate temporis præsumuntur omnia solennia interuenisse. Gratus vbi supra. & vide Alex. in consi. ccxix. in vj. par. & vide docto. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acqui. hære. Item contra sortilegos per viam inquisitionis procedunt. & de sortilegis vide tractatum Pauli in v. volum. tractatuum, in fol. 234. & vide infra in isto Spec. c. lxij.

## AN RES ECCLESIAE POSSINT Alienari, & aliqua de Reuerendissimis dominis Cardinalibus. Cap. XXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ an sine capituli consensu ab Episcopo alienari possint: fallit nisi aliter consuetudo se habeat. & num. 2.*

2 *Hodie de iure canonico alienatio rei ecclesiæ aliam requirit solennitatem, quàm de iure ciuili inductam, fallit in alienatione rerum ecclesiasticarum fratrum Prædicatorum sancti Dominici, necnon fratrum sancti Augustini & nume. 4. 5.*

6 *Prælatus administratione priuandus est, qui sine solennitate res ecclesiæ distrahit.*

7 *Pontifex an possit sine Cardinalium consensu ecclesiæ ciuitates in feudum dare, & quid de castris, & alienatione rerum cuiuscunq; ecclesiæ. & num. 8.*

9 *Soli Pontifici facultas data est, laico temporalem iurisdictionem concedendi.*

10 *Solus Papa an possit sine Cardinalibus ardua negotia gerere.*

11 *Episcopi quo ad ordines Papæ sunt æquales, remissiuè.*

12 *Characterum impressio in septem ordinibus fit, & quid sit character.*

racter, & alia plura, remissiuè.

13 Cardinales beatissimos Apostolos repræsentant, & Papæ tanquam principi assistunt.

14 Cardinales partem introitus cameræ habere debent.

15 Tempore Pontiani Pontificis fuerunt ducenti, & triginta Cardinales.

16 Non habent Cardinales maiorem dignitatem quàm Episcopi, sed maius officium.

17 Multa circa materiam Cardinalatus, per Ludou. Roman. consil fin.

18 De numero & qualitate Cardinalium, remissiuè.

19 Omnes Apostoli fuerunt Episcopi, & Episcopatus propriè est dignitatum culmen.

20 Ex quibus causis possit Episcopus ecclesiæ bona alienare.

21 Licentia alienandi concedenda Episcopo per Papam, vel clerico per Episcopum, debet esse specialis.

22 In alienatione rei ecclesiasticæ, quæ requirantur.

23 Vasallus possitne sine prælati consensu feudum vendere, remissiuè.

24 Episcopus an vendere possit iurisdictionem suam.

25 Clericus, de bonis per ecclesiam acquisitis, vtrum testari possit.

1 QVAERITVR an Episcopus possit alienare res ecclesiæ pretiosas sine consensu capituli. Respon. per c.j. de his, quę fiunt a prælat. xij. quæst. ij. sine exceptione. & in Spe. de his, quæ fiunt à prælat. in prin. Quod intellige, si ecclesia capitulum habeat, quo casu requiritur consensus canonicorum, videlicet subscriptione eorum accedente. d.c.j. & ibi Ioā. aliàs vero non requiritur subscriptio, secundum Archi. in d.c. fine. Sed si ecclesia non habet capitulum, vt ecclesia Tusculana, sunt adhibendi honestiores clerici suæ diocesis. xij. q. ij. placuit, de offi. ordi. c. pastoralis, de appel. c. fin. facit l. vbi absunt, de tut. & cura. dat. ab his. Item intelligę, nisi magna necessitas subsit ecclesiæ; quia tunc etiam pretiosas potest alienare Episcopus sine consensu capituli, secundum Archi. xij. quæst. ij. c. terrulas, vt refert, & sequitur Bal. in c.j. vij. colum. qui feu. dar. poss. in vsi. feud. Vbi etiam

etiam ponit Bal. quæ prælati possunt in consulto Papa alienare, & quæ non. † Idem intellige, nisi consuetudo aliter 2
se habeat, quæ facit valere contractum alienationis rei ecclesiæ cum minori solennitate, quàm à iure sit introducta, secundũ Inno. in c. statuimus, de transact. Archi. & docto. post glo. in d. c. dudum, de rebus eccles. non alien. Bal. aliter loquitur in authen. hoc ius porrectum, iiij. colum. C. de sacrosan. eccles. Vbi vide, & per Inno. in c. ea noscitur, de his, quæ fiunt à prela. & in c. iii. de consue. vide Pau. de Castr. in l. diuturni. ff. de legib. † Hodie de iure canonico
alienatio rei ecclesiæ requirit aliam solennitatem, quàm 3
inductam à iure ciuili, per authen. hoc ius porrectum, de sacrosanct. eccles. cum requiratur forma tradita in c. sine exceptione, xij. quæst. ij. & in c. j. cum glo. de reb. eccl. non alien. in vj. vt dixit Bart. in e. authen. hoc ius porrectum. † Et nota dictam solennitatem non requiri in alienationi- 4
bus rerum ecclesiasticarum fratrum Prædicatorum sancti Dominici, secundum Archi. xxvij. quæst. j. c. de viduis. & Bald. in c. causa, de sent. & re iudi. & in authen. si qua mulier. v. colum. & in authen. hoc ius porrectum, vij. colum. C. de sacrosan. eccles. † Secus tamen dicitur in alienatione 5
rei ecclesiæ fratrum sancti Augustini, vt dicit Ang. in authen. de non alienan. §. vt autem. Hodie tamen per consti. Pauli indifferenter prouisum est, vt nullatenus teneat alienatio rerum cuiuscunque ecclesiæ. & ista constitutio vbique seruatur. Sed an requiratur auctoritas, & solennitas iuris in alienatione rei sterilis, & minimæ, dic, quòd sic, si necessitas subsit, xij. quæst. ij. c. terrulas. Immo Episcopus alienans rem minimã nõ punitur, vt ibi not. per glo. in c. i. vij. quæst. iiij. quæ dicit verũ, si res ipsa, licet minima, sit inutilis ecclesiæ; nam si vtilis sit, quomodo puniendus est alienans, vt dicit d. c. j. & sic concordatur cum d. c. terrulas. quod benè nota. Minoris tamen prædium, etiam sterile non potest alienari, secundum Bart. not. iij. in l. ij. C. de agri. & censi. lib. xj. † Adde priuandum esse administratione 6
prælatum, qui sine solennitate res ecclesiæ distrahit. l. iubemus. & ibi Barto. & docto. C. de sacrosan. eccle. vide in c. ij. de rebus eccles. non alienan. in vj. Incidenter quæritur,

7 tur, † an Papa posit sine consensu Cardinalium dare in
feudum ciuitates ecclesiæ? Respon. non: sed castra sic, se-
cundum Bald. in l. pen. C. de bon. quæ liber. vbi etiam sub-
8 dit, posse Papam vēdere de rebus ecclesiæ. † Et addo, q̄ Pa-
pa potest concedere in feudum res cuiuscunque ecclesiæ,
secundum Bal. in c. pen. qui feu. da. poss. quinetiam potest
Papa sine consensu Cardinalium alienare de bonis eccle-
siæ, vt notatur in cap. ad audientiam. & ibi docto. de præ-
script. licet contrarium not. xij. q. ij. c. non liceat Papæ. Et
ibi vide per Archi. & per Ioan. And. in c. super eo, de hæret.
9 in vj. † Potest etiā solus Papa concedere laico iurisdictio-
nem temporalem, & alia iura pertinentia ad Romanam ec-
clesiam, vt in d. c. ad audientia, & ibi doct. dixit tamē Paul.
de Cast. in l. j. ff. de legib. quòd Papa nihil graue facere po-
test sine Cardinalibus. Sed hodie prouisum est aliter per
constitutiones sacri consistorij, loquantur Reuerendissimi
10 Cardinales. † An autem solus Papa possit sine Cardinali-
bus facere negotia ardua, Ioan. And. in d. c. super eo, de ha-
re. in vj. dicit, quòd non. Quod est verum de potestate or-
dinaria, secus vero de potestate absoluta: quia omnia po-
test, vt tenet Alberi. de Rosa. in d. rub. ff. de legib. & docto.
in d. c. super eo. & Paul. de Castr. vbi supra. Quæ omnia
nota perpetuo. licet de his nihil ad nos, & dixi in libro
meo de concilio generali indicendo. Et Cardinalatus est
officium. ita Bald. in c. bonæ, de postula prælat. Quod of-
ficium consistit in consulendo Romano Pontifici. Itaque
Cardinales consiliarij sunt, vt in c. fundamenta. §. decet,
11 de elect. in vj. † Sed Episcopi sunt æquales Papæ, quo ad
ordinem: & de hoc vide Augustinum in tractatu de pote-
12 state ecclesiastica, in q. j. vbi etiam dicit: † Characteris im-
pressio fit in septem ordinibus. & vide in libro meo de ge-
nerali concilio. c. xviij. Et character quid sit, vide Anto. in
rubr. de sacramen. non iterandis. Et vide de charactere In-
no. & Hostiē. in rub. de baptis. & in. c. fin. Et de charactere
ordinis dic, quòd est figura intellectualiter indelebilis, per
quam ordinatus à non ordinato in die iudicij discernetur.
& ibi Anto. vbi supra. Successerunt enim loco Apostolo-
rum, c. in nouo testamento, xxj. distinct. Et Apostoli fue-
runt

sunt æquales Petro, quoad ordines, vt in d.c.in nouo. Et licet Papa sit maior eis, sunt tamen vocati ad partem solicitudinis, c.ad honorem, de author. & vsu pal. & Papa appellat Episcopos fratres, c.quàm graui, de crim.fal. Et singulariter dixit Spe. in tit. de legat. §. j. quòd quilibet Episcopus est quò ad quædam Vicarius Iesu Christi. allegat c.mulier, xxxiij.quæst.v.& est tex.melior de corpore iuris in Clemen.si quis suadente, de pœnis. Et Episcopi sunt sanctissimi Christi legati ecclesiæ, vt in d.c.fundamenta, de electio.in vj. & Barba.in tracta. de præstantia Cardinalium in j.q.iiij.colum. dicit: Cardinalatus est minor Episcopatu. Dicit etiam, quòd Cardinalatus est de iure positiuo Romanorum Pontificum introductus. Dicit etiam, quòd tex.in c.per venerabilem, qui filij sint legit. loquitur de Episcopis, non de Cardinalibus. & dicit Panor. quòd Episcopus est maior presbytero Cardinali, vt not. glos. in d.c.quanquam, ij.q.vij. dicit etiam, quod non est differentia inter antiqua tempora, & moderna. & de hoc vide Barba.in d.suo tractatu in q.j. colum. vij. Et in colum.ix. dicit, † quòd Cardinales repræsentant beatissimos Apostolos, & assistunt Papæ, tanquam principi, qui est Vicarius Christi, & Petri successor, & summũ Pontificem eligunt, & constituunt: de iure enim diuino exordium sumpserunt, vt in c.per venerabilem.§.rationibus, qui fil. sint legit. licet alij docto. contradicant, quod Romani Pontifices soli in ecclesia Dei Cardinales introduxerunt, teste Archid.in c.vbi periculum, de electio. in vj. vbi refert, Pontianum Papam introduxisse Cardinales ad sepeliendum mortuos, & baptizandum infantes. & Syluester fecit Cardinales in Concilio generali, vt in cap.præsul. ij.q.iiij. ita Oldra.in consi.lxij.& legitur in Chronicis. Et in iudicando, & consulendo statur Chronicis, vt per Barba.in d.colum.ix. Sed tu vide circa materiam dominorum Cardinalium Ludo.Roma.in consi.fin.vbi omnia inuenies. † Sed Cardinales debent habere partem introitus cameræ, vt in cap.vbi periculum.§. prouisiones, de electionib. in vj. Et non est à iure taxatus certus numerus Cardinalium, sed est in arbitrio Papæ: debent tamen esse plures,

vt

vt per tex.& docto.in c.vbi periculum,de electio.in vj.& in Clemen.ne Romani, de electio.& ibi dicit Cardina.in
15 ver.porro, † quòd aliquando fuerunt ducenti, & triginta Cardinales, tempore Pontiani: & Marcellus Papa constituit xv.propter baptisma,& sepulturas hominum.Et vide Calderi.in consi.j. tit.de translat.prælat. Sed Cardinalis maior est officio,non dignitate. & Cardinales in suis parochijs tenent locum Episcoporum,Cardi.in Clemen.ij. §.irritum,de electio.& vide Alexandrum in rubr.de iurisdict.omn.iud.dicentem: † Non habent Cardinales maio-
16 rem dignitatem,quàm Episcopi,sed habent maius officiū, allegat Bar.in l.j.§.si quis.ff.de appella.facit tex. in c. Abbate,de elect.lib.vj.& notatur per domi. Abba.in c.ecclesia vestra,vlt.de electio.& in c.ij.de clericis non resid.& ibi glos.reputata sing.in d.c.quanquam,ij. quæst.vij. in glos. fin.quæ dicit: Episcopum esse maiorem presbytero Cardinali,scilicet dignitate,respectu ordinis Episcopalis:non enim reperitur ordo maior Episcopatu. Vnde Papa denominando se ab ordine appellat se Episcopum,vt legitur,& notatur in procemio Sexti.& ibi per glo.in verbo,Episcopus. Vbi tamē Cardinales æquiparantur procōsulibus,& Episcopi præsidibus. vt in c.ij. de offi. deleg.in vj.Et proconsul dicitur tantum spectabilis, & præses dicitur clarissimus,vt notatur in rubr. de offi. proconsul. & in rubr. de offi. præsidis. Sed tu dic,quòd tex.in d.c.ij.loquitur in Cardinalibus legatis,qui semoti erant à latere Pontificis, ita Alexan.in d.rub.de iurisdict.omn.iud. Itaque Cardinales sunt digniores in curia,quàm extra curiam. tenet etiam expresse Bald.in rub.ff.de offi.proconsul. & Ludo. Ro-
17 manus in d.consi.fina. dicit multa circa materiam Cardinalatus.i.de Romanæ ecclesiæ consiliarijs, & Papæ coadiutoribus, qui in executione Pontificalis officij illi semper fuerunt,licet non sub Cardinalium nomine,sed subalio: ita Romanus addens Cardinales Apostolos repræsentare,eo quòd assistant Papę,qui est Christi vicarius.Et demonstrat,non rectè dixisse Archid in c. vbi maius periculum,de elect.in vj. referentem ex Chronica Martini, Cardinales initium habuisse tempore Pontiani Papæ,& Marcellini

cellini, qui fuerunt anno ccciij. in vrbe Romana constituti propter baptisma, & sepulturas mortuorum.

† De numero, & qualitate Cardinaliũ vide in historia Concilij Basilien sis in sessione xxiij. & ibi fuit statutus numerus xxiiij. de omnibus Christianitatis regionibus. & ibi dicitur: Sint viri in scientia, moribusque, ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, Magistri, Doctores, seu Licentiati cum rigore examinis in iure diuino, vel humano. Sit saltem tertia, vel quarta pars de Magistris, aut Licentiatis in sacra scriptura. Inter hos autem viginti quatuor poterunt esse admodum pauci filij, fratres, aut nepotes Regum, seu magnorum principum in quibus cum circunspectione, & maturitate morum competens literatura sufficiat. licet in scriptura sacra semper inuenio Episcopos, & nõ Cardinales. Ita beatus Petrus in cano. c. iij. Conuersi estis nunc ad pastorem vestrum, & Episcoporum animarum vestrarum. Et scriptum est: Et Episcopatum eius accipiat alter. Scriptum etiam est: Oportet enim Episcopum sine crimine esse: &, qui Episcopatũ desiderat, bonum opus desiderat. dicitur etiam: Episcopatus vnus est, in cap. loquitur, xxiiij. q. j. Et Paulus dixit maioribus natu ecclesię Ephesinæ: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, Actuum xx. Itaque Episcopatus de iure diuino est. & vide supra in c. j. de electione sum. Pontif. ad fin. cap. † Et notabis, quod omnes Apostoli fuerunt Episcopi, c. loquitur, xxiiij. quæst. j. & in d. cap. in nouo testamento. Et Episcopatus propriè est dignitatum culmen, vt in c. venerabilis. de præben. & Panor. in c. solitæ, de maio. & obedien. Et ideo præsunt Principibus temporalibus: & Reges, & Principes debent assurgere in aduentum Episcoporum, & sunt ponendi ad partem dexteram. ibi videbis per Abba. & clare patet, quod ordo prælationis processit à Deo in veteri testamento, in nouo à Christo. Et quòd huiusmodi statutum sit nullatenus contemnendum, probat Augustin. in c. ecclesiasticarum, xj. dist. & dixi latissimè in libro meo de generali Concilio celebrando, c. xv.

† Ex quibus causis possit Episcopus alienare bona ec-

cleſiæ, dicitur, quòd ex cauſa neceſsitatis, quia debitum vrget. Item ex cauſa pietatis, vt pro redemptione captiuorum, vel pro alimonia pauperum. Item ex cauſa vtilitatis, vel incommoditatis. glo. ſing. in c. j. xij. q. ij. An requiratur tractatus in alienatione rerum eccleſiaſticarum, dic, quòd ſic, ſaltem vnicus, c. j. de reb. eccleſ. non alien. in vj. glo. in extrauag. c. ſi religioſus. §. verũ, de electio. Ioan. And. in addit. ad Spe. tit. de loca. §. ſequitur, verſ. ſcias. Vbi dicit eſſe verum, niſi in monachis nigris ſancti Benedicti, vigore conſtitutionis dicti ordinis requirentis tractatus duorum dierum interpolatorum. Et quæ ſit forma tractatus, vide in Spe. vbi ſup. d. t. de loca §. ſequitur. Sed debet inſtrumentum fieri per ſe de ipſo tractatu. In alienationibus ad vitam non requiritur tractatus, per c. poſſeſsiones, xvj. q. j. & c. illud, ij. q. vj. niſi Epiſcopus faciat in fraudem eccleſiæ, c.

21 Epiſcopus, xij. q. ij. † Et licentia alienandi concedenda Epiſcopo per Papam, vel clerico per Epiſcopum debet eſſe ſpecialis, c. ij. de reb. eccle. non alie. in vj. facit c. ij. de præb. eod. lib. & c. qui ad agendum, eod. lib. vj. de procurato. glo. in Clemen. de offi. ord. not. in l. magis puto. §. ne tamen. ff. de re. eo. qui ſub tut. l. ob æs. C. de prædi. min. Et alienatio rei eccleſiæ ſolenniter facta per Epiſcopum, vel clericum in caſu prohibito non valet ſecundum veram, & communem opin. ita Anto. in c. j. de in integ. reſtit. & ibi Inno. niſi eſſet vtilis eccleſiæ. Et vide de hoc text. & docto. in fin. de reb. eccle. non alien. in vj. & vide docto. in c. ad aures, de reb.

22 eccle. non alie. † Et in alienatione rei eccleſiaſticæ requiruntur duo, vt adhibeantur ſolennitates, & vt fiat in caſu licito; alias eſt ipſo iure nulla: & ſolennitates adſcribuntur in c. tua, de his, quæ fiunt à prælatis. & in c. ſine exceptione, xij. q. ij. Sed aduerte, quòd cum agitur de alienatione rei eccleſiaſticę, requiritur conſenſus expreſſus capituli, non autem tacitus. tex. eſt iuncta glo. in c. j. de reb. eccle. alien. vel non. lib. vj. & c. ſine exceptione, xij. q. ij. Et debent canonici conſentire, & ſe ſubſcribere. Panor. in c. inrita, de his, quæ fiunt à præla. ſine conſ. capit. Sed in rebus minimis conſenſus tacitus requiritur. Panor. in c. vt ſuper de reb. eccleſ. non alien. Et intellige, quòd eſt neceſſarius con-

consensus capituli in alijs, quæ sunt communia inter Episcopum, & Capitulum, Panor. in c. cum vos, de his, quæ fiunt à prælat. sine consen. capi. Nam si bona prælati sunt distincta à bonis capituli, sufficit sola concessio prælati, quia solum agitur de præiudicio suo. Panor. in c. continebatur, de his, quæ fiunt à præl. & Freder. de Senis in consi. liij. docto. in c. conueniens, de transact. Host. in summa. §. fin. Et ecclesia potest agere contra prælatum alienantem, vt puniatur de delicto suo, & est pœna depositionis, vt in c. monemus, xij. q. ij. Vide glo. & docto. in c. quod sicut, de electio. † An vasallus possit vendere feudum sine consen- 23
su prælati; vide Aluarot. in vsibus feudor. in c. quæ sit prima cau. ben. admi. Et vt istam materia prolixam relinquamus, notabimus vltimo pro complemento, quòd quatuor sunt casus principales (vt dixi) in quibus res ecclesiæ licitè alienantur, necessitatis, vtilitatis, pietatis, & quartus incommoditatis causa, vt quia res alienanda est magis damnosa ecclesiæ, quàm vtilis, ita Pan. in c. nulli, de reb. eccle. non alie. Quando præscriptio, vel ius commune est contra ecclesiam, consilium prælati præiudicat, & notat. Panor. in c. si diligenti, de præscrip. & vide Panor. in c. fin. de præscrip. quia si voluntariè confitetur, non præiudicat ecclesiæ, si per confessionem deuenitur ad distractionem de re immobili: quia quod nō potest dicere, nó dicitur posse facere indirectè. Abb. in c. fin. de præscrip. Et Episcopus potest propter indigentiam nouā ecclesiam ædificare, vt per tex. & doct. in c. fin. de eccle. ædifi. vel repar. & de reditibus, qui supersunt, tenetur conferre ad constructionem, seu reparationem ecclesiæ, vt in c. de his, eod. tit; & vid. in c. j. † Sed Episcopus non potest vendere suam iurisdictio- 24
nem Episcopalem, vt in c. j. ne prælati vices suas. Sed alij fructus ecclesiæ benè possunt vendi vnicuiq; vt per Abb. in d. cap. j. & c. querelā. An Episcopus successor teneatur stare colono, vide Anto. de But. & vide Abbatem in c. querelam, eo. tit. ne prælati vices suas. Vide per Alexan. & docto. in l. si filiofami. §. si vir in quinquennium. ff. sol. matri. Et fructus ecclesiæ vacantis debent reseruari futuro successori, vel ecclesiæ, & non valet contraria consuetudo

in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis, vt per Philippū Fran. in c. præsenti, de offi. ordinan. in vj. Et vide text. in c. quia sæpe, de electio. eo. lib. vj. & vide doct. in c. relatum, de testamen. sed dicit ibi Panor. quòd bona acquisita per prædecessorem nō cedunt lucro successoris, sed debet hic dispensare, sicut dispensat alia bona ecclesiæ. Et ibi dicitur, † quòd clericus non potest testari de bonis per ecclesiam acquisitis, sed de acquisitis aliquo iusto artificio potest testari. ibi videbis. Et solus prælatus potest repudiare legatum, vel hæreditatem delatam ecclesiæ. Iason latè in l. legatum, de lega. j. & ibi vide, quid de tutore. sed Alexan. dicit ibi, quòd communis opinio est in cōtrarium. & hæc est veritas. Sed olim in primitiua ecclesia non erat proprietas apud ecclesias, sed volentes conferre bona sua vendebant, & pretium offerebant egenis. Sed postea fuit constitutum, eo quòd sic melius subueniretur constitutus in necessitatibus, vt proprietas non venderetur, sed reseruaretur ecclesijs, & ex redditibus alerentur indigentes, vt in c. videntes, xij. q. j. licet à principio nascentis ecclesiæ, ecclesiæ nulla tenebant bona, nec prædia possidebant, vel alia immobilia bona, nec longo tempore tenuere. Immo clerici, & religiosi, ac cæteri ecclesiæ ministri more Apostolico, vt in Actibus Apostolorum subijcitur, & xij. q. j. per totum, viuebant, & vixerant vsque ad tempora beati Vrbani Papæ martyris huius nominis primi, qui post Calixtum primum etiam martyrem in cathedra Petri circa annum Christi ccxx. immediatè sedit. Et de istis videbis repetitionem Benedicti in c. Rainutius, de testamen. in j. decisione.

Sed omnino vide xij. quæst. j. vbi clericis nullo modo licebat habere proprium. & ibi vide c. futuram. & c. videntes. & in c. ex his, dicitur: Episcopus ex rebus ecclesiæ sibi, & suis necessaria sumat. & in c. nulli Episcoporum, dicitur: Non liceat Episcopo res ecclesiæ in suos vsus conuertere.

## DE AVCTORITATE EPISCOpali. Cap. XXV.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Iudicare *secundum conscientiam suam an debeat Episcopus.*

2 *Collegium Cardinalium, sede Papali vacante, periculo imminente in causis arduis iurisdictionem habet.*

3 *Tenetur Episcopus ecclesiam suam defendere, ac etiam mortem subire pro defensione dictæ ecclesiæ ac Christianæ fidei, potest etiam iura ecclesiæ, vel pauperum ad tempus dimittere, quando non potest sine contentioso iudicio recuperare. & num. 4.*

5 *Episcopus in Episcopatu succedens, an teneatur stare colono prædecessoris, & de prælato possitne ad vitam locare.*

6 *Episcopus ecclesiæ bona nomine suo naturaliter possidet: nomine verò ecclesiæ naturaliter, & ciuiliter possidet: potest etiam ad vitam alicui pro benemeritis de bonis ecclesiæ concedere.*

7 *Episcopus cum capitulo statuta condere potest, eaq; interpretari.*

8 *Episcopus an cogatur punire clericum condemnatum à iudice seculari pro crimine antequam efficeretur clericus.*

9 *Damnato clerico per ecclesiam, feudum reuertitur ad dominũ temporalem, damnato verò laico per iudicem temporalem, feudum reuertitur ad ecclesiam.*

10 *Episcopus de crimine inquisitus, vel accusatus, innocentiam suam per suos domesticos familiares probare potest.*

11 *Familiares qui dicantur.*

ANT secundum conscientiam suam iudicare 1
debeat Episcopus, vide Ioan. Bertach. in tracta. de Episcopo, in iiij. volum. fol. 60. & ibi dicit, quid in causa confinium? & ibi multa videbis circa hoc. Et ibi tractat, an Episcopus possit delegare causam alicui, existens extra prouinciam: & non valet quod geritur sede vacante contra Episcopum, sed est reuocandum: quia ecclesia fungitur vice minoris, de in integ. rest. c. j. xij. quæst. ij. si qua de rebus, de iure patron. c. sicut, secundum Spe. tit. ne sede vacan. versi. & nota, vbi etiam subdit, posse tunc procuratorem, vel visitato-

sitatorem constitui, qui tractet causas, & negotia Episcopatus, lxj. dist. c. obitum, & c. seq. vij. q. j. constitutum. In hoc tamen capitulum procedet de consuetudine creando procuratorem, per c. is, qui, de maio. & obed. secundum Spe. vbi supra, & Ioan. And. in c. j. ne se. vacan. in vj. Philip. in c. bonæ, de appel. & Rayn. de Flor. in l. à tutoribus. §. fi. ff. de adminis. tuto. potest etiam ipsum capitulum habere curam, & custodiam; quia tunc iurisdictio est apud capitulum. Barto. in l. vbi absunt. ff. de tuto. & cura. dat. ab his; non tamen quò ad collationem beneficiorum, secundum
2 docto. & Ioan. And. in c. ij. ne sede vacan. † Collegium verò Cardinalium sede Papali vacâte habet iurisdictionem, si periculum imminet in causis arduis, secundum glos. & doct. in c. j. de schismaticis, in vj. vide glo. in Clem. ne Romani, de elect. & per docto. in c. cum ex eo, de præbend. Et
3 Episcopus tenetur defendere suam ecclesiam, c. penul. de iur. calum. tenet Spe. in tit. de restit. in integ. versi. sed num-
4 quid prælatus. † Immo debet mortem subire pro defensione suæ ecclesiæ, & fidei Christianæ, glo. est not. in c. conuenior, xxiij. q. viij. Et de hoc vide Inno. in c. nihil, de præscrip. & ibi vide Abb. vbi notatur, quòd Episcopus potest dimittere iura ecclesiæ, vel pauperum ad tempus, quando non potest sine contentioso iudicio recuperare: alias negligentia in prælato est peccatum mortale. Panor. ibi. Adde quòd Episcopus & clericus tenetur patrocinari in causis ecclesiæ suæ, glo. notab. in c. nulli, iij. q. j. & tenetur Episcopus defendere ecclesiam vacantem, ita Spe. in tit. de acto. versi. item Episcopus. not. in c. cum dilectus. de succe. ab intest. Et Episcopus sine mandato speciali petit restitutionem in integrum pro ecclesia. ita Spe. in tit. de restitu. in integ. versi. prælatus autem nomine. Idem dic in actore vniuersitatis, patre, tutore, curatore, & quolibet alio legitimo administratore. ita Barto. in l. j. C. etiam per procuratorem cau. res, in integr. agi poss. Spe. vbi supra. & dicit idem in syndico. tenet glos. in l. res publica. C. ex quibus cau. maio. † Et an Episcopus succedens in Episcopa-
5 tu tenetur stare colono prædecessoris, & an prælatus possit locare ad vitam, vide de hoc Ioan. Bertachin. in tracta-

tu de

tu de Episcopo, folio 57. & ibi videbis, si Episcopus non soluit, eum priuari feudo, in vita sua tantum. Et an Episcopus præiudicet ecclesiæ recipiendo canonem ab emphyteota iam priuato, ibi vide. Et an Episcopus teneatur sententiare secundum allegata, & probata, videbis ibi in folio 60. & quando iudicat de ætate, & in materia confinium, quia oculata fides multum operarur, vt supra tetigi. † Et Episcopus possidet bona ecclesiæ nomine suo naturaliter; sed nomine ecclesiæ naturaliter, & ciuiliter possidet, secundum Inno in cap. in literis, de restitu. spoli. & Flori. in l. seruitutes. ff. de seruitu. Et Episcopus potest concedere ad vitam alicui pro benemeritis de bonis ecclesiæ, cap, possessionis xvj. quæst. j. Sed quæro, quando Episcopus condemnat criminosum, an possit in sententia sibi pœnas applicare? Bald. tenet, quod non, in authen. bona damnatorum. C. de bonis damnat. & Angel. in authen. vt nulli iudi. §. vt autem, in princi. Quin etiam dicit Bald. in l. ij. C. de Episco. audi. quòd non debet Episcopus pœnam suæ cameræ applicare, nisi ex causa necessitatis. & vide in cap. irrefragabili, de offi. ordinarij. 6

Et delinquunt prælati in subditos exigendo exactiones indebitas. vide Hostien. in summa, in tit. de excess. prælatorum: Sed veniam à subditis non petunt, si in corripiendo modum excesserint, c. quando, lxxxvj. distinct. † Et Episcopus cum capitulo potest condere statuta, vide docto. & Anton. in c. cum omnes, de constit. Et Episcopus potest interpretari statuta, & alia dubia coram se occurrentia. ita notat. in c. nec licuit, xvij. dist. & in c. inter alia, de senten. excom. & de hoc vide Bart. in l. omnes populi, ij. q. princip. ff. de iust. & iu. † Et an Episcopus cogatur punire clericum condemnatum à iudice seculari pro crimine, antequam efficeretur clericus, Barto. tenet, quòd sic, in. l. cum quædam, de iurisd. om. iud. Cyn. in l. properandum, de iudi. §. sin autem. Inno. in c. j. de offi. ordin. sed non cogitur à laico. Sed quàdo fit clericus laicus, dum est in carcere, vel quando est accusatus, vel de crimine diffamatus, vide Bar. in l. j. ff. de pœn. Ioan. An. in c. j. de oblig. ad ratioci. & vid. 7 8

Bal.in l.officiales. C.de Epiſ.& cler. & in auth. cauſa quæ, eod.tit. Et Epiſcopus poteſt eligere ſibi tribunal in quocunque loco ſuæ dioceſis,c.cum Epiſcopus,de offi.ord.in vj.no.in c.qua frõte,de appel. Sed iudex laicus ordiuarius debet ius reddere in loco conſueto,gl.in l.ij.ff.de arb.Bar. in l.penul.ff.de iuſti.& iure. Bart.in l.cum ſententiam,C. de ſenten.& in l.j.C.de ſenten.experi.reci. vide Alexand. in addi.in l.j.ff.de legi. Et ſi de crimine actum,& pronunciatum ſit,executio in temporalibus debet fieri per iudicem,& dominum temporalem,authen. ſi quis. C. de Epiſcopa.audi. Nec eſt nouum,quòd vnus exequatur ſententiam alterius, c.poſtulaſti, de foro compet. † Et damnato
9 clerico per eccleſiam, feudum reuertitur ad dominũ temporalem: & damnato laico per iudicem temporalem,feudum reuertititur ad eccleſiam, c.in quibuſdam, c.felicis, de pœnis,in vj.tex.in c.ſi quis teſtibus,iiij,quæſt.iij. & vide Bart.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infecto. & ibi vide docto, & vide ea, quæ dixi in libro meo de adminiſtratio.iuſtitiæ.j.par.in regula de locato. colum.xxx.
10 † Et eſt aduertendum, quòd ſi Epiſcopus eſt de crimine inquiſitus,vel accuſatus, poteſt probare innocentiam ſuã per ſuos familiares domeſticos, ita Bal.in addi.ad Spe.tit. de inquiſitione,verſ.Epiſcopus, & vide docto. in l. etiam. C.de teſti.vbi vide Bart.& Bald. Regulariter verò teſtes domeſtici non admittuntur,d.l.etiam.l penult. ff.de teſti. c.in literis, eod. tit. Spe.in tit.de teſtib.§.j.verſ.item excipitur,quòd eſt domeſticus. Sed fallit, vt dixi, in domeſticis Epiſcoporum,& nobilium. Quod intellige,niſi extent cum Epiſcopo pro ſolis ſumptibus vitæ. ita Cardina.in c. inſinuante,de offi.deleg.Fallit etiam in caſibus,in quibus veritas aliter non poteſt haberi, quàm per domeſticos.l. conſenſu. C.de repu. Spe.vbi ſupra, c.veniens, ij. de teſti.
11 & vide Bertachi. in tract.de Epiſcopo,fol.64. † Et qui dicantur familiares,vide Spe.in d.§.j. verſi. excipitur, cum quatuor verſiculis ſequentibus. & vide docto. in c. ſicut, de verborum ſignif. lib.vj. In materia teſtium vide iiij.q. iij. c.ſi teſtes. Et nota,quòd ex conſuetudine prodeſt iudici,vt mors Epiſcopi,vel alterius magni prælati annuncietur

tur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi prælatum: interest enim Regis, vel Principis, ne eligatur sibi suspectus, qui reuelet secreta regni. l.omne delictum. §.exploratores.ff.de re milit.secundum Panor.in c.quòd sicut,de elect. Quod dictum intellige,& declara secundum singulare verbum Inno.in c.super his,de accusatio.Caueant tamen Principes, ne per indirectum vsurpét iurisdictionem ecclesiasticam, c.massana,de elect. c.sciant,eod.tit,lib.vj. Nam si princeps secularis videt prælatum institutum á summo Pontifice suspectum statui suo, debet describere summo Pontifici. iuxta not.in c.super his,de accusa.

## DE POTESTATE SANCTISSIMORUM *Episcoporum circa vltimas voluntates alienas. Cap. XXVI.*

### SVMMARIVM.

1 *Si intra annum executor testamentarius non impleuit officium suum, Episcopus potest se intromittere post annum in vltimis voluntatibus decedentium in sua dioces.*

2 *Legatum, vel hæreditas relicta pauperibus, ab Episcopo distribui debet.*

3 *Testator prohibens, ne bona stabilia vendantur, nunquid ab Episcopo pro distributione pauperum vendi possint.*

4 *Pro paruo debito non debet executor ponere manum ad res magnas.*

5 *Episcopus distributor bonorum inter pauperes, actiones habet hæreditarias.*

6 *Loca ad pios vsus deputata quæ sint.*

7 *De iure communi habere debet Episcopus regulariter quartam de mortuarijs relictis, fallit in aliquibus casibus.*

NVnc aggrediamur de potestate Episcoporum circa vltimas voluntates alienas:† quia 1 de iure Episcopus potest se intromittere post annum in vltimis voluntatibus decedentiũ in sua dioces, si intra annum executor testamentarius non impleuerit officium suum. c. nos quidem,

de testam.l.nulli,& ibi doct. C.de Episc.& cler.nisi qualitas officij duret post annum. ita Bal.in d.l.nulli, & in l.id, quod pauperibus,eod.tit.vbi dicit,quòd si fieri debet monasterium,quod intra annum non potest construi,durabit executoris officium etiam post annum. Item verum in his tantum,quæ pertinent ad causas pias,nō in alijs, l.ij. §.sed & si quis.C.com.de leg.& ibi Bal. nisi post annum sit à testatore prouisum: quia testator potest disponere,quòd executore non exequente intra annum,alius puta Petrus exequatur; & sic episcopus excludatur.ita Bal.in auth.licet, C.de Epis.& cle.& in l.vnica.C.de cad.tol.& in l.si fundū, §.Stichum,de leg.j. Sed merus executor testamētarius nō potest exequi per substitutū, vt notatur in c.Ioan. de testa. tenet Archi.in c.fi.eo.tit.lib.vj.Bal.in d.l.nulli, Et de hoc vide Ioan.An.de elect.c.vt circa,in vj.& Oldra.in consil. xcv.vide etiam Bertach.in d.fol,vj.eiusdem tract.vbi multa dixit in col.iiij. Sed Episcopus potest alium subrogare loco executoris priuati propter malè gestum officium, ad piam causam tantum,secundum Bal.in auth.hoc amplius. C.de fideicom.quin etiam potest Episcopus cogere executorem emendare,quod malè gessit,c.tua,de testam.Spe.in tit.de instrumentorum editio.§.nunc vero aliqua. Et potest Episcopus,ac hæres testatoris, vel legatarius, vel quilibet, cuius interest, impedire malam administrationem testamentarij executoris, secundum Spe. vbi supra,& de hoc vid.Bald.in l.ij. §. sed & si quis, in lectura antiqua. C. com. de legatis. Et executor potest distribuere bona inter pauperes alterius loci,quàm in quo sunt factæ rapinæ. Bal. in d.l.id,quod pauperibus. & vide Frede.de Senis in consil.xxxj.& vide Bart. in authen.omnes peregrini. C.com. de succes. Hostien.contrā in c.cum tu,de vsur.quod nota bene. † Episcopus etiam debet hæreditatem, vel legatum relictum pauperibus distribuere, doct.in l.si quis ad declinandā, C.de Epis.& cle.Inno.in c.cum tibi,de testa.Quin etiam si simpliciter est relicta hæreditas, quam executor distribuat, intelligitur scilicet ad pias causas pro anima testatoris inter pauperes: vt tenet Bal.in l.executorem,ij. col.C.de executione rei iudi. vbi dicit de hoc esse casum

nota-

notabilem in d.c.cum tibi. Et relictum pro anima intelligitur ad pias causas. glo.& ibi Barto. in l.si quis Titio, de lega.ij. Bald.in l j. C.de sacrosan.eccle. Et intellige prædicta de pauperibus loci, in quo testamentum factum est, & vsuræ extortæ,vel alias malè ablata, secuudum Bal. in l. j. C.de bonis auct.iud.pos. Vide tamen Spe.vbi supra,vers. lxv.& ibi Ioan.And.in addi. Ideo dicit Bal.in c.iniuria.de pa.iuram.fir.quòd restitutio malè ablatorum incertorum, & rapinarum debet fieri per Episcopos locorũ, in quibus rapinæ factæ sunt. Et de hoc vid.Host.in c.cum tu,de vsu.

Excommunicatus in casu clementi.eos qui, de sepulturis,debêt satisfacere arbitrio diœcesani.& de huc vid.Cardin.in d.Clemen.eos.

† Nunquid Episcopus possit vendere bona stabilia, vt 3
distribuantur inter pauperes, si testator prohibuit ea vendi? dic,quòd sic; vt tenet Bald.in d.l.si quis ad declinandam, ij.col. & ibi etiam vide Bart. C,de Epis.& cle. Quod intellige verum,si desunt nomina debitorum,& bona mobilia,in quibus primo debet executor ponere manum,videlicet prius à nominibus debitorum est inchoandum, quàm ad mobilia veniendum pro satisfactione testamentorum, secundum Nicol.de Neapol. in l.magis puto. §.in primis. ff.de reb.eorum. Secundo ad mobilia, priusquam ad immobilia,secundum Bald.in l.fin. §.sin autem. C. de bonis,quæ lib.& Bar.in l.alio hærede. ff.de alimen. & cib. leg.Nec potest Episcopus,vel executor testamenti plus de bonis vendere,quàm sit opus pro satisfactione testamenti, d.§.si autem legata. & ibi Bald. Vbi etiam not.† quòd pro 4
paruo debito non debet executor ponere manum ad res magnas. quod etiam tenet Ange.in authen. de alie.& emphy.§.hoc etiam,v.colum.collat.ix. & in l. iij. C. quando decreto opus non est. & ibi glo. quæ sic debet intelligi, alias reprobatur per l.magis. §.in primis. ff.de reb.eorum, secundum Bart.ibi,& Nico.de Neapol.in l.j.in prin.ff.eo. Vbi dicit,quòd non potest vendere de bonis hæreditarijs pro satisfactione testamenti.ita Bar.in l.alio, de alimen. & cib.a.lega.nisi quando executor esset hęres vniuersalis, vel quando aliter non posset satisfieri voluntati testatoris, se-

secundum Spe. in tit. de instru. editio. §. nunc verò aliqua. & ibi vide Bal. in addi. Fallit etiam, quando testator dedit potestatem vendendi, secundum Bart. in l. j. §. j. ff. de rebus eorum. quo casu venditio facta per testatorem poterit ratificari per hæredem. ita Bal. in authen. si captiui. C. de Epis. & cler.

5 † Et Episcopus distributor bonorum inter pauperes habet actiones hæreditarias, sicut hæres & executor testamentarius, secundum doct. in l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cler. propterea dicit Episcopum esse mittendum in possessionem hereditatis relictæ pauperibus ad distribuendum ex beneficio. l. fin. C. de edicto diui Adria. toll. & vide de hoc Inno. in c. cum tibi, de testamen. Et Episcopus cogit ex officio implorato per supplicationem ei porrectam solui legatum factum fratribus, ita Bald. in l. j. C. de fideicommis. & l. eam, quam eodem tit. Vbi dicit, quòd pia legata petuntur officio iudicis secularis, vel officio E-
6 piscopi. tenet Bart. in l. solent. ff. de alim. lega. † Et multa sunt loca ad pios vsus deputata; quorum aliqua vocantur hospitalia; aliqua domus de misericordia; aliqua à rectoribus nominantur domus de fraternitate; & aliqua sunt altaria, in quibus celebrantur diuina; Aliqua sunt simpliciter domus, in quibus seruat hospitalitas, & alia opera pietatis. Item istorum aliqua reguntur per clericos, aliqua per laicos sine authoritate Episcopi. Et huiusmodi locis multa per fideles in testamentis, & vltimis voluntatibus relinquuntur pro remedio animarum. An autem Episcopus ab eis de prædictis relictis quartã petere possit, †
7 quia certum est, Episcopum de iure communi debere habere quartam regulariter de mortuarijs relictis. Sed fallit in casibus priuilegiatis ab homine, vel à iure. Casus autem priuilegiati à iure habentur, de testamen. c. fin. & in c. ex parte, de verborum signifi. & ibi doct. & in tracta. de canonica portione, & de quarta, in volumine tractatuum xj. fol. 230. Et de canonica Episcopali, & parochiali videbis tractatum Petri de Vbaldis in eodem vol. xj. fol. 236. & de cano. portione, vide tract. Ioannis Hugonis in vol. octauo tractatuum de officio quatuor prælatorum, fol. 91. & de

cano-

canonizatione sanctorum. vid. tractatum Maluetij in vo-
lum.ix.tractatuum, fol.126.

Item reductio ad arbitrium boni viri à laudo dato per dictos arbitros, quorum vnus sit clericus, alter laicus, debet peti coram Episcopo. ita Bald. in l. præcipimus. C. de appel.& Lanfrancus in tract,de arbitro.7.par.q.xliij.Idem & quando laudum est iuratum, notatur in c. cum laicus, de for.compet.in vj. Item si laudum sit latum super matrimonio, vel alia re spirituali. ita docto. in c. quinta vallis, de iurreiuran. Sed clericus executor testamenti debet inuentarium facere coram iudice laico, ita Ang.in l.j.§. hæc stipulatio.ff.si cui plusquàm per l,falci.xiiij.col.

## DE VICARIO SANCTISSIMORVM *Episcoporum, & Episcopali præstantia.* *Cap. XXVII.*

### SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi dicitur ordinarius, & an cognoscat de causa Episcopo delegata, & econtra.*
2 *Beneficia ecclesiastica à Vicario generali Episcopi conferri non possunt, nisi habeat specialem commissionem.*
3 *Potestas Episcoporum magna est, quia sunt fundamenta sanctorum montium.*
4 *Prælati sunt successores Apostolorum. Item in vita contemplatiua, & actiua perfecti esse debent, præ cæteris etiam debent esse excellentes, quoad quatuor.*

EPiscopi † Vicarius dicitur ordinarius, not.in 1 c.ij.de consuet. lib. vj. & in c. perlectis, xxv. distinct. Sed non potest creare alterum vicarium. tenet Hostien.in c.clericus, de offi.vica. An autem vicarius Episcopi cognoscat de causa delegata Episcopo,& econtra,respondeo non. Vnde Episcopus nõ cognoscit de causa delegata suo vicario sub nomine proprio,& dignitatis, vel proprio tantum ; secus si sub nomine dignitatis tantum ; quia cognoscit Episcopus vicario mortuo, vel remoto, vt per Inno. in c.cum te, de

de rescript.& in Spe.de delega. §.fin.versi.quid si causa.&
3 Felin.in c.dilecti,de appell. † Sed vicarius generalis Episcopi non potest conferre ecclesiastica beneficia, nisi habeat specialem commissionem, c.cum in generali, de offic. vica.in vj. Potest tamen vicarius instituere præsentatum a patrono ecclesiæ, c.ex frequentibus, & docto. post glos. ibi.de institutio. Sed non potest vicarius Episcopi esse laicus,sed potest esse assessor, vel consultor. ita Inno. & Imo. in c.decernimus,de iudi. Et vicarius Episcopi non succedit in legato facto suo prædecessori sub nomine dignitatis. ita Bart.in l.quod Principi.ff.de lega.ij. Et vicarius Episcopi,& Archiepiscopi cognoscit de appellationibus interpositis ad Archiepiscopum, c. dilecti, & dilectis. & ibi docto.de appella. Et Episcopi,& vicarij Episcopi idem tribunal est, in c.ij. de consuet. lib.vj. Sed Episcopus potest causam vertentem coram suo vicario ad se aduocare. ita Philip.Fran.in c.vt nostrum, de appella. Et Christus dedit exemplum prælatis ecclesiæ committendi ea,quæ possunt fieri commodè per inferiores,vt ipsi liberius possint in altioribus exerceri,vt Ioannes in c.iiij.sui Euangelij. & Petrus, quia pluribus intentus esse non poterat, cum orationi, & prædicationi vacaret,duos Episcopos ordinauit,Linum, & Cletum, qui sacerdotale ministerium Romano populo, & aduenis benè sentientibus exhiberent. ita Platina in historia Pontificum scribendo de vita Petri. Et fi-
4 naliter dico, quòd † magna est potestas Episcoporum, quia sunt fundamenta sanctorum montium, & petræ, supra quas sunt fundatæ ecclesiæ. Nam in signum huius non potest ecclesia fieri, nisi primo Episcopus crucem ibi signet,& primarium lapidem ponat,vt in c.nemo,de consec. distinct. j. Itaque multæ sunt prærogatiuæ Episcoporum,vt in isto tractatu continentur. Sed aduertant Reuerendissimi Episcopi, quia de Apostolis, & Episcopis scriptum est: Vos estis sal terræ, quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra,nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. † Et est considerandum, quòd prælati sunt successores Apostolorum, & ideo debent esse perfecti in vita cõtemplatiua,& actiua. Et est ad-

uer-

uertendum, quòd prælati præ cęteris debent esse excellentes, quantum ad quatuor. Primum est discretio in agendis: quia sunt ductores & gubernatores aliorum. Et hoc designatur, cùm dicitur; vos estis sal terræ: sicut enim sale condiuntur omnia cibaria, ita discretione prælatorũ debent dirigi, & ordinari omnia opera subditorum. Secundum, in quo debent præcellere prælati, est clara notitia in scripturis intelligendis. Et hoc est, quod de illis dicitur: Vos estis lux mundi: Sicut enim lux est manifestatio omnium occultorum, sic prælati per intelligẽtiam sacræ scripturæ debent ex officio notificare alijs omnia opera virtutum. Tertium, in quo debent præcellere, est constantia in oppressoribus pauperum reprimendis. Vnde dicit Saluator, Ioan. x. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis; mercenarius autem, & qui non est pastor, videt lupũ venientem, & dimittit oues, & fugit. Quartum, in quo debet prælatus excellere, est sanctitatis euidentia in exemplis dandis, quia tantum debet excellere actionem populi actio pastoris, quantum distat à grege vita pastoris. Et gloria Episcopi est pauperum opibus prouidere, & ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitijs, c. gloria, xij. q. ij. & Episcopus debet esse talis, vt merito cum sanctissimo Iob dicere possit: Oculus fui cæco, & pedes claudo, pater etiam eram pauperum.

## DE INDVLGENTIIS SACRORVM *summorum Romanorum Pontificum.* *Cap. XXVIII.*

### SVMMARIVM.

1 *Indulgentia quid sit, vnde dicta, & per quem concedatur.*
2 *Papa in persona Petri Apostoli, & vicarij Christi peccati pœnã sine vlla exceptione licentiam habuit relaxandi.*
3 *Papa absque dubio particulares, & generales indulgentias concedere potest.*
4 *Episcopus electus confirmatus, & consecratus sine dubio potestatem habet indulgentias concedendi.*

5 Epi-

5 *Episcopus tantæ est præeminentiæ, atque authoritatis, quòd ex causa pœnitentiam à domino Papa immunctam minuere potest.*

6 *Reuerendissimi domini Cardinales absque dubio in omnibus ecclesiis titulo suo subiectis indulgentias concedere possunt.*

7 *Sententia lata ab Episcopo extra suam diœcesim nulla est.*

8 *Indulgentiæ existentibus in purgatorio per modum suffragij prosunt.*

9 *In dante, & recipiente indulgentiam duplex requiritur condi tio.*

10 *Hæreticus est, qui pertinaciter tenet, quòd indulgentiæ ad pœnæ remissionem non valeant, vel quòd Papa indulgentiam plenariam concedere non potest.*

11 *Culpa non remittitur, nisi per contritionem, & confessionem verbalem.*

12 *Episcopus in spiritualibus maximam habet authoritatem.*

1 INdulgentia † est remissio pœnæ temporalis quæ pro peccatis debetur, concessa à Papa vel ab alio potestatem habente. Et hæc definitio est de mente omnium doctorum. Dicitur remissio pœnæ, &c. quia licet omnis pœna quæ debetur pro peccato, relaxetur merito passionis Domini nostri Iesu Christi in baptismo, vt in c. paruulo, de conse. distinct. iiij. & Magister Sententiarum in iiij. dist. iuxta illud Apostoli: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nobis abundè: & ad Titum cap. iiij. tamen cùm homines postea peccantes reddant se indignos tanto, & tali beneficio, remanent obligati ad temporaliter satisfaciendũ, pœnamque temporalem soluendam, nisi fortè adesset fortissima, & tanta contritio, per quam remitteretur tota pœna, alias autem solum minoratur. ita voluit Magister Sententiarum distinct. xix. Et ideo per indulgentias, quæ conceduntur, fit remissio illius pœnæ temporalis, qua homines post baptismum illaqueantur ex peccatis superuenientibus. Et † Papa in persona Petri Apostoli, & vicarij Chri-

Christi habuit licentiam relaxandi pœnam peccati sine vlla exceptione, c. Deus, de pœn dist.j. Et sic de præsenti habet ecclesia, & pastor eius hanc potestatem clauium ligandi, atque soluendi sibi concessam à Christo, c.noua, de pœnit.& remiss.legitur Matth.xvj.transsumptuè in c.manet,& c.omnibus,& in c.quodcunque,xxiiij.q.j.& voluit Richar.in distin.xviij.quarti, vbi dixit, quòd claues regni cœlorum datæ sunt ecclesiæ. Et ideo Papa tanquam verus Christi vicarius habet plenitudinem potestatis ab ipso Christo, c.cum ex eo, de pœn.& remiss.& omnes canonistæ, Inno. Host. Ioan. And.& Imola in Clem.ij.eo.tit. & in Clem.j.de priuil. Roma.in consil. cccl xiiij. † Itaque Papa 3
absq; dubio potest concedere indulgentias particulares, & generales, & plenarias indulgentias per totum orbem, per tex.in d.c.Deus, de pœnit.dist.j. Nam ipse primus est cui commissa est dispensatio thesauri ecclesiæ, cui data est plenitudo potestatis ab ipso Christo, vt in d.c.cum ex eo. de pœni.& remiss.& dixi latè in lib.meo de concilio generali in c.xviij. Potest etiam Archiepiscopus in Episcopatibus suorum suffraganeorum, & etiam Episcopus in suo Episcopatu, Legatus in sua prouincia tantum, d.c.cum ex eo, cum glo.sua. & ibi Panor. & c.accedentibus, eod. tit.
† Sed Episcopus electus, confirmatus, & consecratus sine 4
dubio habet potestatem concedendi indulgentias, dummodo non excedat annum, pro dedicatione basilicæ, nec quadraginta dies pro anniuersario dedicationis, vt in d.c. cum ex eo, de pœni.& remiss.secundum omnes scribentes: quia Episcopus dicitur sanctissimus Christi legatus, text. est in Clem.si quis suadente, de pœni. Spe.in tit.de lega.§. j.facit text.in c.mulierem, xxx. q.v. Et Papa appellat eos fratres, c.quam graui, de crim.falsi.facit tex.in c.ante omnia, xliij.distin.cum glo.quæ dicit, quòd primus locus est Papatus, secundus verò est Episcopatus. Ideo Episcopi summi dicuntur, quia vltra eos nullus est ordo, c. de his, c.manus, de conse.dist.v.& ibi dicitur, quòd non ab alijs, quàm ab Episcopis manus impositionis sacramentũ perfici potest, nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut fuit peractum, facit text.in c.plerisque;

que, de electio. vbi Episcopus appellatur serenissimus, ex quo text. infert ibi domi. Cardi. quòd nihil est clarius, & beatius Episcopo: Et Episcopatus est dignitas dignitatum, c. venerabilis, de præben. voluit glos. in c. ij. eod. tit. lib. vj. & vide glo. in c. tempora plenitudinis, xxvj. quæst. vij. & gl. in c. latorem, xxiij q. ij. quæ voluit, quòd † Episcopus sit tantæ præeminentiæ, & authoritatis, quòd ex causa potest minuere pœnitentiam iniunctam à domino Papa. Et plus dicit Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. quòd episcopus ex causa potest facere constitutiones contra canones Papæ. Et si episcopus non sit consecratus, sed confirmatus, potest concedere indulgentias, etiamsi non sit sacerdos: quia concessio indulgentiæ processit ex iurisdictione episcopali, & non ex ordine. Et episcopus electus, & confirmatus, licet non sit consecratus in Episcopum, vel sacerdotem, habet tamen iurisdictionem text. in c. ex transmissa, de electio. Ideo potest concedere indulgentias. ita Panor. in c. accedentibus, de excess. prælato. dicens hanc opinionem fore veriorem allegat, & refert sanctum Thomam iiij. sentent. dist. xxiij. art. ij. tenentem quòd etiamsi episcopus non sit sacerdos, potest indulgentias concedere. De Archiepiscopo, & Legato diximus, vide tex. & docto. in d. c. nostro, & ibi glos. & in d. c. cum ex eo, de pœnit. & remis. † De reuerendissimis dominis Cardinalibus, absque dubio possunt ipsi in omnibus ecclesijs titulo suo subiectis concedere indulgentias: quia in eis habent omnimodam iurisdictionem episcopalem, & potestatem excommunicandi. casus est notab. in c. is qui de maio. & obedi. & ibi Panor. & Ioan. Mona. in c. vnico eod. titu. lib. vj. Et consuetudo generalis obseruat, quod Cardinalis, & Episcopus confirmatus, licet non sit consecratus in episcopum, vel sacerdotem, possunt concedere indulgentias: quæ consuetudo est optima legum, & canonum interpres. l. de quibus. ff. de legi. & per totum. C. quæ sit longa consuetudo, & in c. consuetudo, & in c. nos autem, distin. j. Et hanc consuetudinem in terminis nostris amplectitur Gulielmus in Clemen. si dominum, de reli. & vener. sanct. Et Cardinales concedût centum dies de in-

dul-

dulgentia,& habent hoc ex priuilegio. Inferiores ab illis non possunt indulgentias concedere,nisi hoc habeant ex speciali priuilegio,secundum gl.iuncto tex.in c.accedentibus,de excess.prælat. Necalij sacerdotes possunt indulgentias concedere: quia licet ipsi habeant etiam claues, clauis non est tota ratio virtutis faciendi indulgentias,sed est potestas clauis cum iurisdictione,& authoritate dispensandi thesaurum ecclesiæ: quæ facultas solum competit prælatis, nisi concedatur à Papa. Bonauentura in quarto sententiarum,art.xvij. & ibi Richardus. Et episcopus potest in diœcesi aliena concedere indulgentias,quòad hoc, vt prosint tantummodo subditis episcopi concedentis, alijs autem non subditis non prosunt,nisi interueniat licentia proprij episcopi. Ita Hostien.in summa,in tit.de pœn. & remis.Et ea,quæ sunt voluntariæ iurisdictionis,possunt exerceri omni tempore, & in omni loco, l.ij. & l.fin. ff.de offi.procons.l.emancipati.ff.de adoptio. glo. & docto. in c.nouit,de offi.deleg.& scribentes in l.fin.ff.de iurisdict. om.iud. † Sed si episcopus tulit sententiam extra suâ diœcesim,nulla est ratione loci. Spe.in tit.de sententia. §.iuxta,& docto.in d.l.fin.ff.de iurisd.omn.iud. Sed capitulum sede vacante non potest concedere indulgentias. Ioannes And.in c.vnico,de maior.& obed. in vj. Sed vacante episcopatu iurisdictio remanet apud Capitulum; & vacante Papatu iurisdictio remanetapud Collegium Cardinaliũ. Bart.in l.vbi absunt.ff.de tuto.& curato.dat.ab his.& vide Bart.in l.infamem.ff.de pub.iud.& vide docto.in c.illa,ne sede va.& vide glo.& docto.in c.cum olim,de maior.& obedi. Sed malè loquitur Barto. quia iurisdictio non remanet penes Cardinales mortuo Papa, tex.in Clemen.ne Romani. §.irritum,de electio.& ibi glos.& docto.& vid.glo. & docto.in c.vbi maius,de electio.in vj.§.ideoque,& vid. glo.in c.j.de schismat.in vj. vbi dicitur,quòd mortuo Papa ecclesia non remanet sine sponso, qui est Christus. & quòd Cardinales non habeant iurisdictionem,voluit Bal. in tractatu de schismat.& vide Barba.in consil. vbi late de potestate Papæ & Cardinalium in xxxiij.colum. vide additio.Imolæ in d.Clemen.ne Romani, & vide addit.Bart.

8 in d. l. vbi absunt. † Et indulgentiæ prosunt existentibus in purgatorio per modum suffragij. Anton. in c. quia nonnulli, de cler. non resid. sed vbi concederet Papa indulgentiam mortuis de plenitudine potestatis, valeret, nec possemus nos apponere os in cælum. Et Ioan. de Imo. in Clem. ij. de pœniten. & remiss. multa dicit, & vide Hostien. in summa in d. tit. & vide Abbat. in c. quod autem, de pœniten. & remiss. Indulgentia quid sit, iam diximus; sed Cal. deri. in repeti. c. nostro, de pœniten. & remiss. dicit, quod indulgentia est remissio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus pœnitentia non remissis in absolutione sacramentali facta à prælato ecclesiæ, ex causa rationabili pro recompensatione de pœna indebita. Itaque rationabilis causa est necessaria ad indulgentiam, i. ad efficaciam indulgentiæ: & sic ad tantam indulgentiam est etiam necessaria rationabilis causa illius quantitatis. Sed fides nostra est quòd indulgentiæ ritè datæ sunt validæ. ita doctissimus Caietanus in ij. Tomo, in c. de thesauro indulgentiarum. Sed si indulgentia est indiscreta, quia caret rationabili causa, aut omnino, aut quò ad tantam quantitatem, est inuenienda, secundum Caietanum vbi supra, & dicit Alexan. de

9 les. in iij. sententiarum, distinct. xx. † quòd in dante, & recipiente indulgentiam requiritur duplex conditio, dante potestas, & causa rationabilis, & honesta, vt pro terra sancta, & pro ædificatione ecclesiæ, pro visitatione sanctorum corporum Romæ, pro inchoando studio, & similibus. & vide de hoc Abbatem in d. c. quòd autem, de pœniten. & remiss. Ex parte autem recipientis requiritur deuotio, & contritio: & ibi dicit, quòd indulgentia tantum valet, quantum sonat. & ista est communis opinio. Nam scire debes, quòd ex effusione sanguinis Christi, & multorum meritis martyrum, & aliorum sanctorum constituitur thesaurus ecclesiæ, cuius potestatem habet vicarius Christi, & claudit, & aperit, cui vult, & quando vult. Nam minima gutta sanguinis Christi fuisset sufficiens ad redimendum totum mundum. Item martyres fuerunt hic puniti vltra quàm eorum delicta meruerunt. Vnde merita eorum remanserunt in ecclesia vniuersali, quia sicut nullum mal

impu-

impunitum, ita nullum bonum irremuneratum, vt Gene. c.iiij. Illeergo, qui concedit indulgentiam, intendit communicare illa bona irremunerata compensatione quadã. ita Abbas in d.c.quod autem. Sed nota, quod plena indulgentia dicitur ex eo, quod nihil ei deest, c.ieiunium, lxvj. dist.c.re vera, de conse.dist.ij.c.veniens, de verb.signif.c. cum locum, de spons.c.cum inter, de re iudi. Et ecclesia in hoc errare non potest, per illud Lucæ xxij. Ego orani pro te, vt non deficiat fides tua. facit c.à recta, xxiiij.q.j. Cum ergo tota ecclesia affirmet indulgentias valere, tenendum est, quod valeant, ita Richard in iiij.senten. dist.xx. † Itaque esset hæreticus, qui pertinaciter teneret, quod indulgentiæ non valent ad remissionem pœnæ, habitis debitis circunstantijs; vel quòd Papa non posset concedere plenariam indulgentiam: quia in symbolo fidei vnus ex articulis dicit: Sanctam ecclesiam, sanctorum communionem, peccatorum remissionem: in quo comprehendũtur effectus gratiæ, remissionis peccatorum per sacraméta ecclesiæ: & effectus gratiæ, quæ est communicatio meritorum, & bonorum operum, quæ est per charitatem cum relaxatione pœnæ, quæ fit per indulgentias, innititur meritis ecclesiæ, & præcipuè passionis Christi. Vnde tenere aliter est contra articulos fidei, & determinationem ecclesiæ. ita Felin. in suo sermone de indulgentia plenaria allegans ad hoc multa optima. † Et aduerte (vt dixi) quia culpa non remittitur, nisi per contritionem, & confessionem verbalem, vt in c.voluissent iniqui, de pœnit.dist.j. Et indulgentia potest fieri (vt dixi) ad remissionem pœnæ: & culpa est macula, seu obfuscatio, quæ generatur in anima peccatoris. ita Card. in Clem.j.de priuil. Et indulgentiæ operantur, quòd absque alia pœnitentia quandoq; pœna tollitur in parte, quandoq; in totum, vt per Felin. vbi sup. & dicit ibi allegando Theologos, quòd data indulgentia visitanti certam ecclesiam, vel offerenti certum quid, tantum participat offerens duos solidos, quantum offerens duos aureos, & tantum veniens à longe, quantũ stans prope locum. dicit tamẽ Richar. (vt ipse allegat) quòd quantum ad remissionem pœnæ benè sunt pares. Sed de illis

duobus, quorum vnus dat plus consequitur, nisi in casu, quo minus datum esset maius per comparationem ad dantem, sicut de paupercula dicitur Matth. xij. Et licet indulgentiæ istis ambobus æqualiter valeant, quantum ad remissionem pœnæ: tamen magis laboranti plus valent ad meritum æternæ vitæ, & ad gratiæ augmentum: quia etiam sine indulgentia talis magna eleemosyna, & magnus labor fuissent meritoria. Et dicunt etiam, quòd si dicitur: Quicunque visitauerit talem ecclesiam, habeat xl. dies indulgentiæ, intelligitur remitti tantum de pœna debita in purgatorio, quantum remitteretur, si in hoc mundo pœnitentiam egisset. Et quoniam xl. dies pœnitentiæ plus valent perficienti eam cum feruore, maioriq́ue labore, quàm perficienti eam cum minori, ita xl. dies indulgentiæ plus valent, qui se magis disponit, vel magis laborat, vel magis se affligit, ratione melioris dispositionis. Sed quo ad pœnam æqualiter remittitur laboranti, & non laboranti, feruenti, & plus, & minus, data sufficienti contritione. Et istud intelligo procedere in indulgentia particulari certi temporis, sed in indulgentia plenaria totius pœnæ, si quis statim post eam acceptam moreretur, non esset differentia inter primum, & secundum, quò ad gloriam, nisi forte respectu maioris prærogatiuæ in cœlis habendæ. Et indulgentia anni Iubilæi, quæ habetur Romæ, in nullo differt ab indulgentia plenaria, quæ alibi conceditur. & de hoc vide Felin. vbi supra. Et indulgentia concessa vere pœnitentibus, & confessis, prodest illis, qui sunt confessi semel in anno, & habent propositum confitendi. Abb. in. c. omnis vtriusq; sexus. & Feli. vbi supra, in suo sermo. Et de anno Iubilæi vid. extrauag. Bonifacij incip. Antiquorum; & ibi in commento videbis multa de indulgentijs. & ibi dicitur, quòd thesaurus ecclesiæ per dispensationem non
12 minuitur. † Episcopus in spiritualibus habet maximam authoritatem, nam potest absoluere & ligare animas à peccatis, c. quodcunque, & c. manet, xxiij. q. j. & Matth. xvj. Quod verum, nisi de peccato in spiritum sanctum, quod est irremissibile etiã in alio seculo, c. potest, de pœni. dist. v. & ibi glo. quod intellige de finali impœnitẽtia, & obsti-

nation

natione, c. diaconi sunt, xciij. distinct. de pœn. distinct. vij. & vide docto. in c. à nobis, il ij. de sentent. excom. & in articulo mortis vide c. cognouimus, c. de his, & c. his, qui, & c. si presbyter, & ibi glos. & quid in raptore, vide c. super eo, de rapto. & ibi glos. Et episcopus ponit pœnam ex arbitrio pœnitentibus in extremo vitæ, c. tempora, & sequen. & c. pœnitentibus.

## DE DEPOSITIONE, ET DEGRADATIONE. *Cap. XXIX.*

### SVMMARIVM.

1 *Degradatio est priuilegiorum, & ordinum sacrorum amotio, vel priuatio, depositio verò est à dignitatibus, & honoribus amotio. & num. 2.*

3 *Quibus ex causis, à quibus, & qualiter fiat degradatio: & de eius effectu, remissiuè.*

4 *Non valet Episcoporum sententia in degradatione, & depositione Episcopi, nisi omnes sint concordes.*

5 *An sine causa Episcopus per Papam priuari possit.*

6 *Prouinciale concilium an deponere possit Episcopum, aut pronunciare deponendum.*

IET in primis præmitto, quòd degradatio est priuilegiorum, & ordinum sacrorũ amotio, vel priuatio ob crimen atrox factum contra clericum constitutum in sacris. Probatur in c. ij. de pœn. in vj. & in c. nouimus, de verbo. signif. & in c. cum non ab homine, de iudi. & in c. qualiter, & quando. de accusa. † Sed depositio est à dignitatibus, & honoribus amotio. ita Spe. in tit. de accusat. §. ij. & probatur in iuribus superius allegatis. Et sic aduerte, quòd degradatio propriè est ab ordinibus; depositio verò ab honoribus, & dignitatibus, secundum Spe. vbi supra. † Et à quibus fiat degradatio, & ex quibus causis episcopus, vel clericus sit degradandus, & qualiter fiat degradatio, & de effectu degradationis, videbis latè per Ioan. Bertachin. in tractatu suo de episcopo, in folio vij. & vide doctor. in

c.degradatio,de pœn.in vj. De degradatione Episcopi vi-
de in c.ij.de pœnis, in vj. & vide Spe. in tit. de accusa. §.j.
Et Episcopus deponitur per Papam,vel eius commissarii,
c.per principalem, ix.quæst.iij.& vide Panormi. in c. du-
dum,de re iudi. Et an sit deponendus, vel non, debet agi-
tari in publico synodo, c. nullus Episcopus, v. quæst. iij.
Et Episcopi depositio tractatur per xij. Episcopos, dum mo-
do sententia reseruetur Papæ,si sit consecratus, glo. & do-
cto.in c.non potest,de re iud.& vide Spe. in tit. de accus.
4 §.iiij.versi.illud. † Sed cùm deponitur, vel degradatur E-
piscopus, non valet sententia episcoporum, nisi omnes
sint concordes. Ita Spe. in d. §.iiij.versi.sed nunquid,in fi-
tu,de accusa.

Primo Episcopus deponitur propter crimina enormia,
c.nouimus,de verb.signif.c.tua,de pœnis.

2. Propter hæresim, c. ad abolendam, de hæreti. & ibi
docto.

3. Propter falsitatem in literis Papæ commissam, c.ad
falsariorum,de crim.falsi.

4. Propter coniurationem contra Episcopum,c.si quis
sacerdotem, xj.q.j.

5. Propter sortilegium, c.admoneant, xvj.q.vj.

6. Si sit incantator, d.c.admoneant.

7. Si sit incorrigibilis,c.cum non ab homine,de iud.& vide glo.& doct.in c.ad reprimendam,de offi.ordi.

8. Propter homicidium,c.si quis viduam,& c.si episco-
pus,1.dist.c.j.de homi.

9. Qui communicat excommunicatis, c. Theugual-
dum,xj.quæst.iij.

10. Propter sui simplicitatem, cap.si quis Abbas,xviij.
quæst. ij.

11. Si confessionem reuelat,de pœniten. distinct.vj.c.
sacerdos.

12. Qui assumit curas,& negotia secularia,cap.episco-
pus, lxxxviij.distinct.

13. Qui clericos ordinat per simoniam, c.si episcopus,
j.quæst.j.

14. Si non seruat constitutiones concilij, vel ecclesiæ
Ro-

Romanæ, vt in c.fin.§.fin.iiij.distinct. vbi litera dicit: Illi qui sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere susceptо: & hoc si credat fieri potuisse: secus si non credat; quia punitur vt hæreticus, c. nulli fas, xix.distinct.glo.in c.generali,de elect.in vj.Itaque Episcopus non debet canones violare, quorum obseruantia ei incumbit.ita Cardin.in Clemen.j.de æta.& quali.Et purgatio Episcopi requirit xij.testes, c.omnibus,ij.q.v.† Et an 5 sine causa Episcopus possit priuari per Papam,vide Feli.in c.quæ in ecclesiarum, de constitutio. † Et an Concilium 6 prouinciale possit deponere Episcopum, aut pronunciare deponendum,vide Feli.in c.j.de iudi. Et congregatur de mandato Papæ,vel Patriarchæ,vel Metropolitani. Cardi. in Clemen.j.§.quod & interdictis,de sent.excommu. Sed non proceditur ad inquisitionem contra prælatum, nisi quando inualescit clamor, qui sine scandalo tolerari non potest, vt in c.qualiter,il ij.de accusatio.versi.verum. Et de negligentia prælati vid.Host.& doct.in c.j.de offi.cust. qui tex. loquitur de eo, qui monitus non se corrigit. quia si monitus non se corrigit, & negligentia est valdè pernitiosa,est remouendus: vt in d.c.j.de offi.custod. Et de degradatione à dignitate doctorum, & militum, & clericorum, vide Barto.in l.ij.§.exercitum.ff.de infamibus.& vide doct.in l.iudices,de dignita. libro xij. vide Abba.& Felin.in c.cum sit,de simonia.

## DE POTESTATE ET OFFICIO *Episcopi. Cap. XXX.*

### SVMMARIVM.

1 *Non potest Episcopus in diœcesi præsente legato de latere crucem præ se ferre.*
2 *Quibus ex causis Episcopus irregularis fiat,remissiuè.*
3 *An possit Episcopus cum clerico alium clericum percutiente dispensare.*
4 *In puniendis delictis enormibus Episcopus sollicitus esse debet.*
5 *Sine capituli consilio non potest Episcopus clericos suos corrigere.*

6 *Capituli consensus in quibus casibus requiratur, remissiue.*
7 *Quæ, vel qualia requirantur, & quibus modus prælatus clericum suum capere potest, remissiue.*
8 *Sententiæ exequutio pertinet ad Episcopum, in cuius diœcesi beneficium habet.*
9 *Exilij pœna per ius canonicum approbata est.*
10 *Delegare potest Episcopus, quod habet, quod sit meri imperij.*
11 *Ab Archiepiscopo puniri potest Episcopus, non autem deponi.*
12 *Episcopus non potest esse minor annorum triginta.*
13 *Nihil laboriosius, atq; difficilius Episcopi, presbyteri, aut diaconi officio.*

1 SEd præsente Legato de latere in diœcesi non potest Episcopus crucem præ se ferre, quam ferre alias potest ex dignitate episcopatus, c. antiqua, de priuileg. Et ludere non potest, authen. interdicimus, de epis. & cler. xxxv. distinct. c. episcopus, & c. clerici, de vi. & honest. cler. † Et
2 ex quibus causis episcopus fiat irregularis, vide Spe. in titu. de dispensa. §. iiij. Et episcoporum debet alter alterum honorare scilicet maiorem, & digniorem, l. nemo. C. de ofi. magistra. Hostien. in summa, post principium, c. si forte. de electio. in vj. Et episcopus Cardinali præferri debet, sed non seruatur, c. quanquam, ij. quæst. vij. Et non potest negotiari, vel mercari, c. fin. de vit. & honest. cler. Et potest sibi eligere sepulturam, etiam extra suam ecclesiam cathedralem, Abb. in c. ad Apostolicæ, de donatio. Et episcoporum cessio, translatio, & depositio sunt de reseruatis sedi Apostolicæ, c. inter corporalia, de translat. epis. Et episcopus cum capitulo dicitur explicare negotia ecclesiæ, nec vnus sine alio, c. cum non liceat, de præscript. Sed potest compellere canonicos ad subdiaconatum, vt in c. extirpandæ. §. qui vero, per Panor. Et episcopi in Concilio sunt tanquam vniuersitas, & non vt singuli. ita Panor. in c. fin. de re iudi.

† Et an episcopus possit dispensare cum clerico percu-
3 tiente alium clericum, vide Panor. in c. j. qui cler. vel vo. Et an possit libere vicarium remouere, docto. in c. edoceri,

ceri de reſcrip. Et poteſt Epiſcopus electus,& cõfirmatus, (vt dixi) exercere ea,quæ ſunt iuriſdictionis, non autem ea,quę ſunt ordinis Epiſcopalis ante conſecrationem,docto.in c.tranſmiſſam,de elect & ibi dicunt, an poſsit Epiſcopus exercere ſuam plenariam iuriſdictionem, ſi non acceperit poſſeſsionem Epiſcopatus. Et iurat Epiſcopus non alienare res eccleſiæ Romano Pontifice inconſulto, docto in c.tua nos,de eccle.ædifi. Et poteſt compellere Epiſcopus aliquos ex ſuis canonicis ad ſibi aſſociandum, doct.in c.ad audientiam,de cle.non reſid. † Sed Epiſcopus § debet eſſe ſolicitus in puniendis delictis enormibus, vt in Clemen.j.& ibi.Cardin.de offi.ordina. Et dicit ibi text. Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, quòd metu ipſi pœnæ arceantur,& alij pertimeſcãt: quia eorum officium eſt corrigere. Ideo etiam debet Epiſcopus punire clericos forenſes delinquentes in diœceſi, vt per Cardi.in d.Clem.j. Et negligens in puniẽdis criminibus videtur promittere impunitatem, vt in Clemen j.de celebra.Miſ. & Cardina.ibi de mente Hoſtien.dicit, quòd in miniſtris eccleſiaſticis reprobatur negligentia,& quòd quęlibet negligentia eſt ſufficiens ad remouendum prælatum ab adminiſtratione: & hoc poteſt tolerari in his, quæ ſpecificè committuntur ſibi: quia talis negligentia in eo eſt mortale peccatum, & ſic loquitur tex.in c.j.de offi.cuſto. Sed tu intellige, ſi monitus non ſe corrigit. vnde propter negligentiam nunquã remouetur prælatus, niſi ſit valdè pernitioſa eccleſiæ,& monitus non ſe corrigat. Nam etiam ad inquiſitionem non proceditur contra prælatũ, niſi quando inualeſcit clamor, qui ſine ſcandalo tolerari non poteſt, vt in cap.qualiter,& quando, il.ij.de accuſa.verſi.verum. † Sed notabis, quòd Epiſcopus non poteſt corrigere § clericos ſuos ſine conſilio capituli, c.nouit,de his, quæ fiunt à præla.c.j.de exceſs.præla.niſi conſuetudo ſit in contrarium, vt in c.non eſt, de conſuetud.in vj.& in c. irrefragabili, de offi.ordina. Præſupponitur pro intellectu, d. c. non eſt, quòd licet Epiſcopus ſolus habeat iuriſdictionem in ſuos ſubditos,& canonici non habeant iuriſdictionem, illam tamen iuriſdictionẽ habet exercere Epiſcopus cum con-

consilio canonicorum, non dico cum consensu: quia Episcopus non tenetur sequi eorum consilium, nisi velit. Idem de collatione beneficiorum, vt in c. nouit, & c. quanto, de his, quæ fiunt à præla. sine consen. cap. sed tex. in d. c. non est, dicit: Valet consuetudo præscripta, quod Episcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo subditorum excessus sui capituli cõsilium requirere non tenetur, etiam in arduis, vt per Ioannem And. & Domin. in d. cap. non est. & tenet Ioan. And. in glo. in c. degradatio, de pœnis, in vj. in quantum dicit, quòd de consuetudine potest Episcopus sine capituli sui præsentia procedere ad clerici degradationem; quæ quidem degradatio dicitur de arduis negotijs. tenet etiam istam opinionem additionator Ioannis Monachi contra Ioannem Monachum in d. c. nõ est. Itaque tene menti. d. cap. non est, & ad hoc allegatur, quòd astrictus in aliquo actu ad acquirendum consilium alterius, poterit cõsuetudine, vel præscriptione sibi quærere, vt illud requirere minimè teneatur: & de hoc vide Panor. & docto. in c. irrefragabili, de offi. ordi. & vide tex. in c. nouit, eod. titu. vbi dicitur: Prælatus non debet sine consilio capituli neque instituere, neque alia negotia ecclesiæ tractare; sed poterit Episcopus consuetudine, vel præscriptione sibi quærere, vt dixi. Sed in notorijs non est necesse requirere consilium capituli, vt notatur per Panor. in d. c. irrefragabili, & in c. quanto. de offi. or. dicitur: Episcopus non potest corrigere subditum sine consensu capituli, sed valet consuetudo in contrarium. Et canonici dicuntur fratres Episcopi, sicut Cardinales Papæ, vt in c. j. de offi. lega. in vj. Ipsi tamen debent eum honorare, & appellare patrem. de hoc est bonus text. in c. graue, de excess. prælat. vbi reprehenditur Archidiaconus, qui negauit Episcopum esse dominum suum. & dic de hoc, vt ibi notatur. Et quando prælatus possit exercere negotia contra voluntatem capituli, vide Panor. in c. nouit, vbi multa vtilia inuenies. Sed canonici non existentes in sacris nõ habent vocem in capitulo, & Episcopus potest compellere canonicos ad subdiaconatum. Panor. in c. extirpandæ. §. qui vero, de præben. & dign. & ibi dicit in principio, quòd

cle-

clerici de iure diuino debent esse literati, & quòd ad tenuitatem beneficiorum sequitur quasi necessario promotio, & assumptio imperitorum, & ita non datur facultas clericis vacandi studio: nam per studium prouidetur toti ecclesiæ vniuersali. † Et consensus capituli in quibus casibus requiratur siue tacitè, siue expresse, vide Panor. in c. j. eod. tit. de his, quæ fiunt à prælat. sine consen. capi. Et Episcopus non fit irregularis, si clericus moriatur in carcere. Bald. in l. 1. C. qui ad libertat. peruen. non potest. & in l. penul. ad leg. Aqui, nisi posuerit eum in loco arcto, in quo de facili potuit mori. Et quæ requirantur ad hoc, vt possit Episcopus capere, & carcerare clericum, vide Corne. in consi. cccxxv. in iiij. par. & vide tex. in c. si clericos, de sent. excommun. in vj. † vbi notantur, quæ, vel qualia requirantur. Et quibus modis prælatus clericum suum capere potest, vide tex. in c. vt famæ, de sent. excommu. & ibi docto. & in d. c. si clericos, notatur, quòd clerici pro suis excessibus possunt capi, & detineri per iudicem laicum mandato Episcopi. Et potest capi clericus non solum pro delicto enormi, sed etiam pro leuiori, licet in modo relaxandi sit differentia: nam pro leuiori delicto dat cautionē fideiussoriam de parendo iuri; nisi excessus enormitas, vel alia rationabilis causa suaserit detinendum: & ibi tractatur, an clericus pro debito ciuili possit incarcerari. Et quantum ad text. in d. c. si clericos, appellatione clericorū veniūt tàm constituti in sacris, quàm alij minorū ordinū. & vide de ista materia tex. sing. in c. cum Episcopus, de offi. ordin. in vj. vbi litera dicit: In quolibet loco diœcesis potest Episcopus per se, & per alium pro tribunali sedere, & libere exequi, capere, ac carcerare, necnon cætera, quæ ad ipsius spectant officium, libere exercere. Et potest punire clericos alterius diœcesis delinquentes in sua diœcesi, vt est tex. in c. postulasti, de foro compet. & in c. vlt. eod. tit. & c. placuit, ij. quæst. iij. quia caput est suæ ecclesiæ cathedralis, & cæteri tanquam membra faciunt vnum corpus, c. nouit, de his, quæ fiunt à prælat. sine consen. capitu. † Sed exequutio sententiæ pertinet ad Episcopum, in cuius diœcesi beneficium habeat, docto. in d. c. postulasti.

6

7

Et

Et quòd episcopus sit caput, vide c. cū non liceat, de præscrip. Et matrimonium dicitur contraxisse cum sua parochiali ecclesia. Sed non potest episcopus proprijs manibus clericum cedere, cap. cum non liceat episcopo, lxxxvj. dist. sed potest per clericum, ibi videbis. & vide glos. in c. cum episcopus, de offi. ordin. in vj. Et si episcopus non habet clerum, vide glo. in d.c. non liceat. Episcopus etiā potest citare subditum suum repertum in curia Papæ. Abb. in cap. meminimus, de appellat. quod verum est etiam realiter faciendo eum capi, secundum Philippum, & Bald. ibi. quia sub iudice suo conueniri potest, licet ad curiam accesserit. quod tene menti, secundum Bald. ibi. Et potest ordinare clericum suum etiam in curia Papæ. Abbas antiquus in c. in omnibus, de appel. Bal. in marg. in ver. Episcopus. Et potest cognoscere de quęstione clericatus incidenti coram iudice seculari. Bald. in l. si qua per calumniam, de epis. & cler. & notatur in c. si iudex laicus, de sent. excomm. in vj. Sed debet charitatiuè tractare subditos, ita Cardi. in Clemen. j. de excess. præla. & ibi examinat, si reus erat incarceratus ante appellationem, an remitti debeat ad iudicem; ad quem? Et exemptum in sua diœcesi delinquentem Episcopus potest punire, cap. Romana. §. contrahentes, de foro compet. in vj. c. j. iij. q. vj. c. ad abolendam, de hæreti, c. tuarum, de priuileg. c. priuilegium, xj. quæst. iij. Et non potest creari Episcopus homicida, c. si quis viduam, l. distinct. Et debet omnes subditos subleuare, & fouere, c. clemens, viij. q j. Et potest episcopus mittere suos
9 clericos in exilium, ne veniant in eius diœcesim. † Nam pœna exilij est approbata à iure canonico, vt in c. ad audientiam, de crimi. falsi. Et Episcopus loci ex suo mero officio potest excommunicare adulterum, & adulteram. docto. in c. intelleximus, de adulter. Et quare Episcopus dispensat in criminibus, & non super defectu, vide docto. in c. nimis, de fil. presbyt. & ibi Anton. Et Episcopus potest committere alteri ea, quæ sunt consecrationis, seu ordinis, docto. in cap. quod sedes, de offi. ordi. Et an Episcopus possit dispensare cum incœstuoso, vt contrahat, vide docto. in c. veniens, de eo, qui cogno. consang. Et potest ex

offi

officio procedere contra hæreticos, docto. in c. literas, de præsumpt. Solus Episcopus debet ferre annulum, inferiores prælati non; nisi ex priuilegio, docto. in c. fin. de translat. Episcopo. Et non potest Episcopus vendere suam iurisdictionem Episcopalem, in c. j. ne prælati vices suas. Sed si Episcopus dat beneficium ecclesiasticum alicui hoc pacto, vel intentione, vt exinde suis consanguineis prouideat, est manifesta simonia. sanctus Thom. in q. c. art. v. Et si Episcopus dat beneficium consanguineo, est illicita, & carnalis collatio, non tamen simoniaca. sanctus Tho. ibi. & beneficium potest concedi pro obsequio honesto. i. si obsequium est ad spiritualia ordinatum, puta ad ecclesiæ vtilitatem. Sed si est obsequium ad carnalia ordinatum, puta quia seruiunt prælato ad vtilitatem consanguineorum, vel patrimonij sui, collatio est simoniaca. ibi sanctus Tho. & videbis infra in titu. de simonia. Et Episcopus tenetur sibi vicarium constituere, docto. in c. quoniam, de offi. ordina. Sed circa hoc vide omnino Panor. quia bene loquitur. Et Episcopus in iurisdictionem concurrit cum omnibus prælatis inferioribus suę diœcesis. Et est locus præuentioni. & vide de hoc doct. in c. cum ab ecclesiarum, de offi. ordi. Sed Episcopus potest ad se reuocare causas vertentes coram eius vicario. ita docto. in c. vt nostram, de appellat. Sed Episcopus nondum consecratus (vt dixi) potest concedere indulgentias, docto. in c. suffraganeis, de electio. Episcopus non potest deserere episcopatum, & transire ad vitam solitariam, Anto. in c. nisi, de nunti. nec potest transire ad religionem sine licentia Papæ, Cardin. in cap. licet, de reguları. Et an episcopi possint dispensare cum homicida voluntario in minoribus ordinibus, docto. in c. Henricus, de cler. pugn. in duello. Et episcopus acceptans aliam dignitatem non priuatur ipso facto. cap. cum nostris, de conces. præben. Et episcopus originis, vel beneficij potest promouere aliquem ad sacros ordines sine licentia proprij episcopi, c. nullus episcopus, de parochi. Et episcopus non potest in totū tollere votum, sed possit ipsum cōmutare, doct. in c. proposuit, de concess. præb. An episcopus possit, & debeat examinare clericū per lite-

ras commendatitias præsentatum, vide docto. in c. in La-
10 teranensi, de præben. & vide in c. an secundum, eo. ti. † Et Episcopus potest delegare, quod habet, quod sit meri imperij. doct. in c. aqua, de conse. eccle. vel alta. Et Episcopus solus potest dare ordinem, sed non potest deponere, c. inter corporalia, de transla. Episc. Et Episcopus an possit dispensare in vno simplici, & in alio curato, vide Panor. in c. de multa, de præben. & vide in c. extirpandæ. §. qui vero, de præben. Sed Episcopatuum diuisio est de iure positiue, vide docto. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. Et potest dispensare super crimine adulterij à clerico commisso, docto. in c. at si clerici. §. de adulterijs. Et in quibus alijs possit dispensare, ibi vide. Et dicunt, quod Episcopus electus, & confirmatus non potest procedere ad degradationes Episcopi, si commisit homicidium, vide in c. ex literis, de excess. prælat. Et Episcopus potest ad libitum vicarium remouere, docto. in c. dilecti filij. de appella. Et Episcopus non appellatur Episcopus ante consecrationem, nec Archiepiscopus ante pallij receptionem, c. nisi specialis, de autho. & vsu pallij. Et dispensat Episcopus circa omne votum regulariter, in c. ex multa, de voto, & in c. cum officijs, de testamen. Quicquid acquirunt Episcopi ex eo-
11 rum industria, acquirunt sibi, non ecclesijs. † Sed Episcopus potest puniri ab Archiepiscopo, non autem deponi, docto. in c. inter corporalia, de transla. prælat. Et Episcopus potest dispensare, quod clericus absens causa studij lucretur fructus, etiam de beneficio curato, etiam quòd non sit promotus. Panor. in c. tuæ, de cleri. non resid. Quomodo Episcopus debeat cognoscere de crimine, quod non constat nisi ipsi episcopo. Panor. in c. conquerente, de restitut. spoliat. Et potest testari de rebus patrimonialibus, non de rebus quæsitis intuitu ecclesiæ, c. j. de testamen. ibi docto. Et episcopi non seruantes sacros canones, an incidant in periurium, docto. in c. ego, de iureiuran. Et ibi dicitur, quòd episcopi tenetur vsitare limina Apostolorum
12 singulis annis. † Episcopus non potest esse minor xxx. annorum, c. super inordinata, de præbend. & vide in c. cum in cunctis, de electio. Episcopatus in quo casu possit diui-

di pet

di per Papam, vel parochia per Episcopum, vide Panor. in c. ad audientiam, de eccle. ædif. Et nemo debet petere episcopatum ratione ambitionis vitandæ, Abb. in c. per nostras, de iure patron. Epistola non debet cantari, nisi per subdiaconum, de vit. & honesta. cleri. c. quisque. Et consecrandi potestatem sacerdotibus suæ ecclesiæ Christus donauit, quibus in Apostolis ait: Hoc facite in meam commemorationem, Luc. xxij. presbyteris nanque solum datum est tam admirabile sacramentum conficere, vt in cap. perlectis, xxv. distinct. & sacerdos dictus est, quia consecrat, & sanctificat, c. cleros, xxj. distinct. & potestas spiritualis clauium tam bonis sacerdotibus, quàm malis communis est, ita Cardin. de Turre cremata, in j. lib. c. xcix, & vide sanctum Thom. in iiij. distinct. xix. & vide in iiij. contra gentiles. & ostenditur ex eo, quòd Dominus ait, Matthæi xxiij. Super cathedram Moysis sederunt scribæ, & Pharisæi; quæ autem dicunt vobis, seruate, & facite; secundum autem opera eorum nolite facere. Ecce quòd malis prælatis Christus iubet obediendum, quod non faceret, nisi in eis etiam malis existentibus potestas spiritualis, maneret. Non ergo propter peccata ministrorum potestas spiritualis eis collata adimitur, aut minuitur in eis Archiepiscopus quam iurisdictionem habeat in subditos suffraganeorum suorum, vide Panor. in c. pastoralis, de offi. ordi. & ibi de negligentia episcopi, de clerico negotiatore, & de clerico artifice, an debeant soluere collectas, vide Panor. in c. fin. de vi. & honest. cler. & ibi dicit, quòd ad hoc, vt clericus perdat priuilegium etiam in negotiationem oportet, quòd sit tertio monitus. Si prælatus conferat beneficium indigno, peccat mortaliter, quia infidelis est domino suo, i. Deo: quia hoc vergit in detrimentum ecclesiæ, quia melius est habere paucos bonos. Cardin. in Clemen. j. de æta. & qualit. Sed notabis, † quòd Augusti. in epistola ad Valerium dicit: Cogitet religiosa prudentia, nihil esse in hac vita, maximè hoc tempore, difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militet, quo Imperator noster iubet. Et Princeps potest obij-

13

cere contra electum, quod est sibi suspectus in regimine non enim tenetur admittere prælatum, de quo non posit confidere; ne forte reuelet aduersario secreta regni, Pa nor. in c. & si vnanimiter, de postula. prælat. Inno. in c. si per his, de accusatio. Panor. in c. quod sicut, de elect. In no. in c. pastoralis, de priuilegijs. & vide suprà in c. xxv ad finem. Et olim Episcopi erant pauperes, vt in c. de his q. j. & ibi videbis de hoc glo. magistralem.

## AN PAPA POSSIT CONSTITVE re Episcopos in terris infidelium, vbi per idololatriam blasphematur Deus, vt in præsentiarum fit ad præsentationem Catholici Regis nostri. Cap. XXXI.

### SVMMARIVM.

1 Papa an possit Episcopatum in terris infidelium constituere.
2 Hispaniæ Rex Monarcha est in regno suo, & ex concessione gratiæ summi sacri Romani Pontificis infideles non cogere potest, ne contra legem naturæ viuant, sed seruet Hispanicam legem.
3 Infideles aliam legem licitam non habent, præter legem natu
4 Vbique & in toto mundo Christi nomen laudatum fuit.
5 Infideles noui orbis Hispaniarum Regi obedire tenentur.
6 In temporalibus Imperator est Christi vicarius.
7 Ante Christi aduentum iura Imperialia, & Pontificalia erant indistincta.
8 Christi regnum erat spirituale.
9 Qui Christi tanus non est, temporalem iurisdictionem exercere non potest.
10 Cyrus ex Dei ordinatione in regnum elenatus est, ad destructionem Chaldæorum, & Iudæorum liberationem.
11 Filij paruuli Saracenorum an ipsis à Rege auferri possint, vt sanctum recipiant baptisma.
12 Principes Deum imitare debent.
13 Post Christi aduentum apud infideles non est honor, neque dominium, neque potestas.

14 Om

14 *Omnis potestas à Deo ordinata est.*

15 *In Anglia, Gallia, Hispania, & alijs prouincijs Reges constituuntur per successionem.*

16 *Talmuth Iudæorum liber iussu Gregorij IX. Innoc. IIII. necnon tulij III. summorum Romanorum Pontificum combustum fuit.*

17 *Papa ex causa maxima Imperium, & regna de gente in gentem transferre potest.*

AN † Papa possit constituere Episcopatum in terris infidelium, dico quòd sic, vt per Bald. & Ange. notatur in l. id, quod. ff. de lega. j. Ideo sumpta occasione ex doctrina Bal. & Angeli dicemus aliqua pro complemento tractatus de potestate Papæ, & Imperatoris in Saracenos, & alios infideles noui orbis. In primis dico, quòd contra terram, in qua per idololatriam blasphematur Deus, iustum bellum inuenitur motum in sacra scriptura, vt per Nicolaum de Lyra Numeri c. xxxj. Nam cùm populus Israel fornicatus esset cum mulieribus Madianitis cõsilio Balaam, dominus dixit ad Moysem; Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos, vt habetur Nume. xxv. Vnde non obstante, quòd prohibitum erat prælium contra Madianitas, vt in c. ij Deut. & mares, & fœminas interfecerũt; quia iratus Moyses principibus exercitus ait; Cur fœminas reseruatis? Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel, & præuaricari vos fecerunt in domino? vt Numeri cap. xxxj. Item scriptum est, cap. xij. Deuteron. Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes deos suos, dissipate aras eorum, & confringite statuas, & disperdite idola, & nomina eorum de locis illis. Et in c. ix dicitur, Audi Israel, ne dicas, propter iustitiam meam introduxit me Deus, vt terram hanc possiderem: quia non propter iustitias tuas, sed quia illæ egerunt impie, deletæ sunt. Itaque contra illos infideles idololatras noui orbis, vbi peridololatriam blasphematur Deus, agentes contra legẽ Christi, & contra legem naturæ iustum bellum potest indici à Rege nostro: † quia Monarcha est in regno suo præcipue,

puè, quòd Rex Hiſpaniæ iure proprio, & ex conceſsione, & ex gratia ſummi ſacri Romani Pontificis poteſt cogere illos infideles noùi orbis, vt non viuant contra legem naturæ, ſed viuant ſecundum Hiſpanicam legem. Legitur etiam in cap. xviij. Deut. Quando ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, caue, ne imitare vel-lis abominationes illarum gentium, ne inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducès per ignem. Itaq; iſtæ gentes propter idololatriam fuerunt deletæ. Quòd ante aduentum circa Deum colendum, & idola ſpernèd hæc præcepta ſeruanda ſunt, quanto magis ante aduen Chriſti, ſeruanda ſunt, vt in c. ſi audieris, xxv. quæſt. v. iſtæ infideles, vt omnibus notum eſt, immolabāt victim humanas, & contra legē naturæ delinquebāt. vnde in pe cato contra naturam Papa, & Rex noſter poſſunt eſſe iud ces. Sed inter eos habet locum præuentio, vt in c. paſtor lis, c. duo, de offic. ordin, quia idololatria, & peccata co tra naturam concernunt Dei reuerentiam, qui eſt cond tor vniuerſalis creaturæ. & de hoc vide Barto. in l. ſenatu ff. de accuſa. & vide in c. gaudemus, de diuor. & vide I nocent. in c. quod ſuper, de voto. & vide ea, quæ notā tur per Abbatem in c. in Archiepiſcopatu, de rapto. dice tem, quòd Papa punit infideles contra legem naturæ d linquentes. Et aduerte, quia Innocen. in d. c. quòd ſup dicit, quòd ſi infideles ſunt infeſti Chriſtianis, vel de quant contra legem naturæ, quòd poterit eis indicere b lum, & eos priuare, & debellare dominia ſua. tenet etia ibi dominus Abbas poſt Innocent. & ibi dicit Hoſtien quòd ſi infideles non cognoſcunt dominium eccleſiæ, citè poſſunt bonis ſpoliari per id, quod habetur in Ecc
3 ſiaſte x. Transfertur à gente in gentem regnum, &c. + infideles non habent aliam legem licitam præter legem turæ; ſi delinquunt in illam, puniuntur, vt dixi. ita Inno cen. in d. c. quod ſuper, de voto. ſed Panor. dicit ibi, adue te, quia Innocen. omnem iuriſdictionem infidelium vid tur attribuere Papæ: quod non procedit indiſtinctè; na omnes infideles ſunt ſub Imperatore, vt C. de Iudæis, & C de paganis, per totum, & c. poſtulaſti, de Iudæis. & Impe

rato

rator saltem quòad exercitium habet iurisdictionem in vniuerso orbe, & est dominus mundi. hæc ille. Sed tu vide ea, quæ scripsi in c. de Imperatore, & in c. de voto, infra in isto Speculo. Sed hos infideles non possessionibus, & facultatibus spoliandos esse credo, nec in seruitutem redigendos, sed Regi catholico nostro subijciendos, vt ex infrascriptis dicendis apparebit, ne fidem, aut eius propagationem impediant prædicationibus obsistendo, & Deum per idololatriam blasphemando: quia isti barbari implicati sunt grauissimis peccatis, vt dixi. Et hodie etiam est vnicus Monarcha Rex noster, quia Imperator est, & dominus totius orbis, ratione protectionis, & iurisdictionis, vt vniuerso orbi notum est, & vt dixi supra. De hoc vide infra in tit. de Imperatore, & suprà c. xvj. Hostes fidei, & Principis sunt dicti infideles, & ipso iure sunt diffidati à lege, vt per Alexan. in l. hostes; & per Bald. & Paul. in authen. nauigia. C. de fur. † cum non sit locus in mundo, in quo nomen Christi non fuerit laudatum, & cultum; & de Apostolis dicitur, quòd in omnem terram exiuit sonus eorum, vt in c. fundamenta, de elect. in vj. c. ita dominus, xix. distinct. & ipse Saluator dixit discipulis suis: Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. & pro hoc xxj. distinct. c. in nouo: vbi litera dicit: Discipuli iubente Domino in toto orbe terrarum dispersi Euangelium prædicauerunt. De Christo enim verificatur, quòd omnes Reges terræ adorabunt eum, & omnes gentes seruient ei, c. displicet, xxiij. q. viij. Vnde de ecclesia catholica intelligitur illud, quod Abraham dicit Sarræ vxori suæ conquerenti de illa infideli ancilla: Ecce, inquit, ancilla tua in manu tua, vtere ea: per Sarram enim ista sancta catholica ecclesia significatur; per ancillam, illa maledicta secta infidelium. Vtatur ergo ista sancta ecclesia, quæ per Sarram significatur, ista maledicta ancilla, vt fuit vsa illa beata Sarra, illam affligendo. Vtatur etiam ea, vt præcepit Dominus, eam eijciendo, & expellendo, & filios eius ab hæreditate, & possessione, ne partem habeant cum filijs liberæ. Nam cùm illi sint filij ancillæ, & sic serui, non sunt capaces iurisdictionis domini, vel

honoris, vt per D. Augustinum contra Petilianum, vbi dicit: Ad omnes iniquos, & impios illa vox Domini valet: Auferetur à vobis regnum Dei spirituale, & temporale, & dabitur genti facienti iustitiam, i. populo Christiano. An frustra scriptū est: Labores iniustorum pij edēt? quæ verba sunt canonizata in cap. si de rebus, xxiij. q. vij vbi dicit Cardinalis doctissimus ille de Turre cremata, exponendo textum, Auferetur regnum non solum spirituale, & æternum, sed temporale, & dabitur genti facienti iustitiam in populo Christiano, vt dixi: quia infideles vtuntur dominio, & iurisdictione ad perscissionem, & offensam Dei & voluit Christus, vt omnis homo esset Christianus, vt constat per totā Euangelicam doctrinam: & voluit etiam vt omnis homo esset subditus Regi Christiano, vt infrà cetur. Sed si infideles noui orbis non persequuntur Christianos, & Regi nostro vbique, vt vasalli, seruire, & obedire parati sunt, non possumus expugnare eos, vt dixi supra. Quod est notandum per text. notabilem, in c. dispar. xxiij. q. viij. vbi dicitur: Saracenos debemus persequi, non Iudæos: quia Iudæi vbique seruire parati sunt, vt dicemus infrà. Itaque peristum text. † infideles noui orbis tenentur obedire Regi Hispaniarum; alias licitè debellantur. Sed si volunt soluere tributum pacificè, dic vt infrà dicemus. † Et Imperator est vicarius Christi in temporalibus vt per Bald. in l. j. C. de iure aureo. annul. & authoritatem habet à Romano Pontifice, vt dixi. & sicut Deus iudicauit gentes agentes contra legem naturæ, Genes. xviij. & ad Regem nostrum spectat punire, & debellare paganos & alios Barbaros agentes contra legem naturæ, & contra legem Christi. Itaque hodie non est dominium, nec iurisdictio, nec potestas penes infideles. Nam per aduentum Christi translata sunt in Christianos, vt per D. August. in d. c. si de rebus. & ibi Cardinalis de Turre cremata, vt dixi: & ità tenet Cardinalis Hostiensis doctissimus canonistarum in c. cùm super, de voto & Oldra. sequitur eum in consil. lxxj. Est postquam Christus venit in mundū, præcepit, vt Pontifex cœlestia dispensaret, & Rex tantū terrenis præsideret. Itaq; potestates sunt diuisæ per aduentum Chri-

Christi, vt in c. cùm aduentum, xcvj. dist. & ibi dicit Cardi. sancti Sixti, † Ante aduentum Christi iura Imperialia, 7
& Pontificalia erant indistincta, idem erat Imperator, & Pontifex, vt in c. cleros, xxj. distin. sed à Christo distincta sunt iura, & officia Imperatoris, & Pontificis; & alia attributa sint Imperatori, scilicet temporalia; sed spiritualia sunt concessa Pontifici. Tempore etiam legis naturæ simul ambo concurrebant regnum scilicet, & sacerdotiũ, vt omnes primogeniti Regum sacerdotes essent, & Reges, & iurisdictionem in temporalibus, & spiritualibus exercebant. Nec debebant distingui illo tempore: quia nondũ erant sacerdotes vocati ad spiritualis vitæ exercitium, sicut tempore gratię. Et Leuitæ in templo Dei mystici sacramenti mysteria explebant in veteri testamento, c. cleros, xxj. dist. & de hoc videbis suprà in isto Spec. c. xvj. Et de hoc manifestè figurabat ab æterno Deus hæc officia diuidendo in duo magna luminaria; vnum, quod præesset diei. i. spiritualibus, alterum verò nocti. i. temporalibus. Et Reges Christiani sunt dati à Deo, ad vindictam malefactorum, & ad laudem bonorum, vt per D. Ambros. in c. magnũ, xj. q. j. vbi legitur, Magnum quidem est, & speciale documentũ, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docetur esse subiecti. Sequitur tex. Item Aposto. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Item Petrus Apostol. scribit ad Tit. Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse. Itaque hodie non est honor, nec potestas, nec dominiũ penes infideles (vt dixi) & si Iesus Christus Rex Regum, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra, misit ad capiendã possessionem mundi Apostolos, & nõ milites armatæ militiæ, dico, quòd misit ad capiendam possessionẽ regni spiritualis, non temporalis. Et licet secundum veritatem diuinitatis omnia sint subiecta Christo, tamen quantũ ad humanitatem in primo aduẽtu suo non venit ad dominandũ temporaliter. Ideo declarauit Pilato regni sui conditionem dicendo, Ego in hoc natus sum temporaliter, & ad hoc veni in mundũ per carnis assumptionem, vt testimonium perhibeam veritati docendo, radicando veritatem de diuinis in cordibus fidelium,

& per consequens in talibus spiritualiter ego regno. † Et quia regnum Christi erat spirituale, in nullo impediebat Imperatoris Romani dominium, de quo quærebat Pilatus. Et Christus soluit tributum; & dixit etiam, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & approbato Imperio transtulit in Christianos. Et quia Imperator debet esse de ouili ecclesiæ, & de ouibus Christi, data est Papæ facultas examinandi, & cognoscendi, si talis esset, vt in cap. venerabi-
lem. de electio. & in Clemen. vno, de iureiuran. † quia qui non est Christianus, non potest exercere iurisdictionem temporalem, vt per Barto. in rubr. ff. de iust. & iure. & ad de ad ea, quæ superius diximus. Ecce quòd Imperator noster, vt Imperator, & vt Monarcha, & Rex Hispaniarum, & authoritate Apostolica sibi concessa, potest per præ-
dicta occupare dominium nouæ orbis, vbi habitatores idololatrant, & viuunt contra legem Christi, & contra legem naturæ: quia (vt dixi) apud idololatras non est dominium, nec potestas, nec honor, quia per aduentum Christi translata sunt in Christianos. Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti iustitiam; transfertur enim regnum de gente in gentem propter iniustitias, & labores impiorum pij edent. Et etiam legitur, Inimicos meos illos, qui voluerunt me regnare super se, præcipuè quos miraculosè ducente diuino spiritu Reges Hispaniarû obtinuerunt dominium illorum infidelium. Et piè credendum est, quòd regna illa transtulit Deus in Reges nostros postquam completæ fuerunt iniquitates eorum; vt pro Dominû fuit dictum Abrahæ: Necdum. n. completę sunt iniquitates Amorrhæorum, Genes. xv. Deus enim expectat in talibus mensuram sui iudicij: vel occulto Dei iudicio voluit Dominus, vt cum effectu prædicaretur Euangelium illis gentibus regnante Rege Hispaniarû: quia Reges (vt dixi) procedunt ex Dei ordinatione, qui secundum voluntatem suam transfert regna, & constituit, vt in c. ij. Dani. & hoc contingit frequenter propter peccata hominum. Et aliquando malos homines in regnum eleuat ad punitionem aliorum peccatorum; † sicut patet de Cyro, qui ex ordinatione Dei eleuatus est in regnum, ad de-

structio-

ſtructionem Chaldæorum, & liberationem Iudæorum, ſecundum quòd dicitur Iſa. xlv. Hæc dicit Dominus chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubijciam ante faciem eius gentes. Sed animaduertendum eſt, quòd illud, quod dixit Apoſtolus ad Romanos: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: & illud, quod dixit Petrus: Eſtote ſubditi dominis veſtris; fidelibus ſcribunt, non paganis: vt per D. Ambroſ. in d. c. magnum, xj. q. j. Sed Rex noſter tenetur mittere ad hos idololatras prædicatores bonos, qui opere, & ſermone conuertant eos ad Deum, obſeruando mandatum Domini dicentis Matth. vlt. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. † Et an Rex poſsit auferre Saracenis filios paruulos, eos facere baptizare, vide Cardin. in Clemen. vna, de Iudæ. & Saracen. ad finem. Et quia Rex in regno ſuo dicitur lex animata, & Reges dicuntur, quaſi in virtutibus alios regentes, debent Reges Hiſpaniarum nominare optimos vicarios, iudices, præſides, & miniſtros: vt in vtroque tempore bellorum, & pacis vnicuique ius ſuum tribuant in illo nouo orbe diuina virtute, & Apoſtolica ſibi conceſſo. † Et recordentur Principes, quia debent imitari Deum, vt in authen. vt omnes obed. iudic. prouin. §. arripiant, colla. v. & vtinam Reges poſſent dicere cum Dauid: Oculi mei ad fideles terras, vt ſedeant mecum. Et eſt impoſsibile, quòd illi recipiãt prædicatores, niſi ab adminiſtrante iuriſdictionem temporalem mittantur, & conſeruentur. Itaque Rex noſter iuſtè debellauit, & poteſt continue iuſtè debellare illos idololatras noui orbis, & omnes illi debent eſſe vaſalli angarij, ſed non perangarij: ſed ex delicto poſſunt fieri perangarij, ſcilicet ſi fuerint rebelles. Et eſt aduertendum, quòd generatio iſta non fuit vllo tempore moleſta religioni Chriſtianæ, & non aſperis, ſed blandis verbis ſunt ad fidem prouocandi, c. qui ſincera, xlv. diſt. & c. debet homo, xxiij. q. iiij. Sed licet generatio iſta non fuerit moleſta religioni Chriſtianæ, ſubditi tamẽ, & vaſalli debent eſſe Regi noſtro, vt dixi: † quia poſt aduentum Chriſti apud infideles non eſt honor, neq; dominium,

11

12

13

minium, neque potestas, vt dixi. Ideo infidelium terram, quam tenent isti infideles, licitum est inuadere: quia domini est terra, &c. ipse enim Deus creator est omnium vniuersorum, & hæc omnia subiecit dominio rationalis creaturæ, propter quam hæc omnia fecit, Gen. c. j. Hæc igitur a principio fuerunt communia, quousq; introductum fuit, quòd terræ diuiderentur, & limitarentur, vt vnusquisque, quod suum erat, sciret: quod de iure gentium introductum est, vt in c. ius gentium, j. dist. nec fuit hoc malum, immò bonum: quia communio parit discordiam. ff. de lega ij. l. cùm pater. §. dulcissimis. Habuerunt etiam primi parentes dominia particularia per diuisiones inter eos factas, sicut apparet in Abraham, & Loth, quorũ vnus accepit ad dexteram, alius ad sinistram, Genes. xiij. Super homines verò tanquam super seruos nullus habuit dominium ante ius gentium: natura enim omnes homines liberi sunt, Instit. de Libertinis, §. j. Sed gladius datus ad vindictam quomodo cœpit? nescio, nisi quia forte Deus dedit alique, vel aliquos, qui facerent iustitiam super delinquentes. & vide infra in tit. de Rege, & regia dignitate, vbi multa de origine Regum. Sed & iure naturæ pater familias super familiam suam omnem iurisdictionẽ habuit à principio. Hosti. in c. quod super, de voto. quamuis hodie non habeat, nisi in leuibus, & paucis. ff. de furtis. l. serui, & filij, j. respon. & de fur. l. respiciendum, §. furta domestica, & l. congruentius. C. de patria potestate. Hoc autem certum est, quod ipse Deus à principio per se iurisdictionem exercuit, & iustitiam fecit in cœlo expellendo angelos, de paradiso expellendo etiam hominem, & in mundo mittendo diluuium, vt Ezech. c. xxviij. & Esa. c. xiiij. Gene. iij. & vij. & multa alia sunt exempla, quæ in diuersis locis
14 sacræ scripturæ colligi possunt. † Sed omnis potestas à Deo est ordinata, vt in c. xiij. ad Roma. vnde & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, c. qui resistit, xj. q. iij. Sed per electionẽ constituuntur principes super homines, vt pater in Saule, & multis alijs, c. licet, viij. q. j. & c. ergo, & c. audaster, & in multis alijs capitulis, & in c. legimꝰ, xciij.
15 dist. † Sed in Anglia, & Gallia, & Hispania, & alijs prouin-

cijs

cijs Reges constituuntur per successionem, & non per electionem. Et naturale est vnum solum Deum colere, & non creaturas: inde est quòd Papa iudicat, & punit Iudæos, si contra legem faciant in moribus. Et eodem modo punit eos, si contra legem suam hæreses inueniát, & obseruent: † & hac ratione moti Papa Grego. IX. & Innocen. 16
IIII. & Papa sanctissimus Iulius III. mandauerunt comburi librum, quem Iudæi vocant Talmuth, in quo multæ hæreses continentur. Et licet infideles ad fidem præcisè non cogantur, quia omnes sunt libero arbitrio relinquendi, & sola gratia Dei in hac vocatione valet, c. de Iudæis, xlv. distinct. c. ad fidem, xxiij. quæst. v. & dixi suprà: potest tamen Papa mandare infidelibus, quòd in terris iurisdictionis suæ Euangelij prædicatores admittát: nam cum omnis rationalis creatura facta sit ad Deum laudandum, iuxta illud Psal. Laudate Dominum omnes gentes: & iterum, Omnis spiritus laudet Dominum; certum est, quòd si prædicatores prohibeant pagani prædicare, peccant; & ideo à Papa puniendi sunt. Et si diceret aliquis, nihil ad nos de his, qui foris sunt. vt ait Apost. & c. multi, ij. q. j. solut. Verum est, quod excommunicando, vel præcise ad fidem compellendo cum sola gratia Dei vocandi sint, vt in d. c. de Iudæis, xlv. dist. alias si nos, vel prædicatores perturbent, seu inquietent, seu bona nostra occupent, vel si nolent obedire Regi nostro, vt superius dixi, per text. singu. in c. dispar, xxiij. q. viij. multum ad nos, vt per docto. in c. gaudemus, de diuortijs, vbi dicit Panorm. Infideles delinquentes contra ius diuinum puniri possunt: Itaq; lex diuina omnes infideles comprehendit. Ideo mihi videtur, quod in aduentum Christi omnis honor, & omnis principatus, & omne dominium, & iurisdictio de iure, & ex causa iusta per illum, qui habet supremam manum, nec errare potest, omni infideli subtracta fuerit, & ad fideles translata. vt dixi superius, & probatur in d. c. si de rebus. xxiij. quæst. vij. & probatur Ecclesiast. x. Regnum de gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Quod hoc facti ú sit, comprobatur in c. translato, de constitu. & in persona Christi

filij

filij Dei viui: quia non solum sacerdos fuit, sed & Rex, Lucæ c.j. Ecce concipies in vtero,&c. Regni eius non e- rit finis. Vnde & ipse dixit, Matth.xxj. Auferetur à vobis regnum,& dabitur genti faciēti iustitiam. i. populo Chri- stiano,vt superius dixi. Vnde constanter asserimus, quod de iure infideles debent subijci fidelibus,non è contra: vt patet in eo, quod legitur,& notatur in c.j.de Iudæis,in fi- ne.& c.& si Iudæos.§. inhibemus. Concedimus tamen, quòd infideles, qui dominium ecclesiæ recognoscūt,sint ab ecclesia tolerandi: quia nec ad fidem pręcisè cogendi sunt, vt dixi suprà. Tales etiam possunt habere possessio- nes ex tolerantia ecclesiæ. alios autem infideles, qui ne- potestatem ecclesię Romanæ,nec dominiū recognoscunt nec ei obediūt, indignos regno, principatu,iurisdictione & omni dominio iudicamus. vt diximus de mente Hos. in d.c.quod super his,de voto. Itaque Papa habet iurisdi- ctionem temporalem proprio iure, scilicet quantum ne- cessarium est ad conseruationem rerum spiritualium in- rectionem hominū in salutem æternam, ad correctionem peccatorum, & potest cogere istos idololatras ad legem naturæ seruandam, quæ præcepta in Decalogo continen- tur,Matth.vltimo: Docete omnes gentes,&c. Et pote cogere eos,vt dixi,vt prædicatores admittant,& audiant nam colentes idola, violatores sunt legis naturæ,& agun- 17 contra legem Christi. † Ideo Papa potest ex causa ma- ma transferre Imperium,& Regna de gente in gentem, in c.venerabilem,,de election. & sic Papa transtulit imp- rium Græcorum in Germanos, & Alexander V I. Pon- fex Max. transtulit illam regionē noui orbis in catholic Regem Ferdinandū Regem nostrum: & de hoc vide in c. xvj. istius Speculi. Et licet omnis potestas dicatur Deo,quandoq; tamē potestas nō à Deo est,sed ex peruer hominis appetitu, qui per ambitiones, vel quocunq.al illicito modo potestatem adipiscitur, Amos vj. Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua. Quan- doque autem non est à Deo potestas,puta cùm sint aliqui secundum illud Psal. Astiterunt Reges terræ,& Princip conuenerunt in vnum aduersus Dominum, &c, & Ose

c.vij

c.viij. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Benè hoc possemus dicere de omnibus infidelibus, & in specie de infidelibus noui orbis: quia sunt hostes fidei, & ideo sunt ipso iure diffidati à lege, vt per Alexan. in d.l. hostes. ff. de capti. & postlim. re. & Pau. & Bal. in authen. nauigia. C. de furt. vt dixi, licet non sint molesti religioni Christianæ: quia idolorum cultores sunt, & inimici Christi sunt. Sed concludendo materiam præsentis capituli dico, quòd si isti infideles noui orbis nolunt acceptare prædicatores, qui ordinatione Dei, & Romani Pontificis mittuntur, nec obedire Regi nostro, vt vasalli tenentur obedire Regi suo, possumus dicere, quòd generatio ista praua est, & Religioni Christianæ molesta, & iustè pugnabitur contra illos, vt in c. dispar. xxiij. quæst. viij. quia fugiunt prædicationem, & doctrinam Christi, & conuersationem Christianorum, & nolunt obedire Regi nostro, fugiendo colloquia vasallorum suorum, & Papa in illis terris potest constituere Episcopos, & prædicatores ad præsentationem Regis catholici nostri, vt in præsentia fit, per ea quæ latissimè scripta sunt. Sed si isti acceptant prædicatores Christianos, & obediunt Regi Hispaniarum, vt dixi, non possumus expugnare dictos infideles: & ista est veritas: & ita intellige doctissimum Caietanum: nec hos infideles possessionibus, & facultatibus suis spoliandos esse credo, nec in seruitutem redigẽdos, sed Regi Catholico nostro, & ditioni eius subijciendos, ne fidem, aut eius propagationem impediant prædicatoribus obsistendo, vt suprà dixi. Et in d. c. si de rebus, dicit D. August. contra Petilianum: Quid ergo indignũ, si ea, quæ tenebant hæretici secundũ parem voluntatem domini, catholici tenent? & contra omnes iniquos, & impios illa vox Domini valet: Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti iustitiam. i. populo Christiano: an frustra scriptum est, Labores impiorum pij edẽt? Quapropter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amisistis; quia illius imperio, cuius facta sunt omnia, facta sunt nostra, & iustè nostra sunt, vos eis vtebamini ad præscisionem, nos ad vnitatẽ.

Et

Et vide omnia, quæ dixi in isto Speculo, in tracta. de bel
lo. Sed aduertite, quia aliqui sunt naturaliter serui, & ex
pedit aliquibus alijs esse subiectos. Aegidius Roma. in i
par. libri ij. de regimine princi. c. xiij. & xiiij. dicit: Osten
demus primo seruiturem aliquam naturalem esse, & quo
naturaliter expedit aliquibus alijs esse subiectos: quo
probat Philosophus primo Poli. Dicit etiam Aegidius
Romanus in d. cap. xiij. Sicut naturale est, bestias seruire
hominibus, sic naturale est ignorantes subijci prudenti
bus; expedit enim eis sic esse subiectos, vt per eorum in
dustriam dirigantur, & saluentur. Quare seruitus est
quo modo quid naturale, & naturaliter expedit societa
humanæ, aliquos seruire, & aliquos principari. Sed pre
ius naturale propter commune bonum oportuit dare
ges aliquas positiuas, secundum quas regerentur regn
& ciuitates: sic visum fuit cõditoribus legum, quòd p
ter seruituteni naturalem, secundum quam ignoran
debent seruire sapientibus, esset dare seruitutem legal
& quasi positiuam, secundum quam debiles, & victi se
uirent victoribus, & potentibus. Est enim iustum lega
vt recitat Philosophus primo Poli. superatos in bello se
uire superantibus. Videturautem huiusmodi iustũ, qu
secundum Philosophum est secundum quid positiu
triplicem congruitatem habere, quarum prima sumi
ex conditoribus legum; secunda ex defensione pat
tertia ex salute debellatorum.

Et sanctus Thom. in libro de regimine principum,
bro iiij. c. xj. dicit: Interdum enim dum populus non c
gnoscit beneficium boni regiminis, expedit exercere
rannides, quæ aliquando sunt instrumentum diuinæ
stitiæ; quoniam aliter multi populi regi non possent,
in virga ferrea: nam apud quasdam barbaras nationes
gale dominium est omnino odiosum, quia aliter regi
possunt: verba gemmea sunt, ideo notate ea, & addite
superius dicta.

D

# DE AVTHORITATE EPISCOpali. Cap. XXXII.

## SVMMARIVM.

1 *Episcopus, vel alius prælatus, cui interdicitur ingressus ecclesiæ, an perdat iurisdictionalia.*
2 *Episcopi subiecti Archiepiscopo suffraganei dicuntur.*
3 *Episcopi in concilio sunt tanquam vniuersitas, non vt singuli.*
4 *Diuisio Episcopatuum est de iure positiuo.*
5 *Pendente appellatione quòad Episcopi depositionem, an iura Episcopalia exercere possit.*

TEXT † notabis, quòd Episcopus, vel alius prę- 1
latus, cui interdicitur ingressus ecclesiæ, nõ per hoc perdit iurisdictionalia. Ita docto. in c. sacro, de sent. excom. Sed non potest recipere clericos alienos quoad ordines, sed postquam eis dederit beneficia, poterit eos ordinare: quia incipiunt esse sui subditi, ita Panor. in c. cùm iam dudum, de præben. Sed si beneficium confert Episcopus indigno, priuatur potestate cõferendi pro prima vice, si sciẽter fecerit ita Panor. in c. cùm in cunctis, §. clerici sanè, de elect. Et an possit eximere aliquam ecclesiã à iurisdictione sua, vide Panor. in c. constitutus, de relig. domi. Et an Archiepiscopus possit compellere Episcopum suffraganeum, ad acceptandũ commissionem circa ea, quæ sunt consecrationis, seu ordinis, vide per doct. in c. quoad sedem, de offic. ord. Et ibi etiam dicit Panorm. nota, quòd Episcopus, seu Archiepiscopus potest committere ea, quæ sunt consecrationis, seu ordinis Episcopo, sicut cõmittit ea, quę sunt meri imperij; cùm in ea exerceatur iurisdictio ex officio nobili, & ad publicã vtilitatẽ. facit tex. in c. aqua, de consec. eccl. vel alta. & c. suffraganeis, de elect. & ibi dicitur, & in d. c. quoad sedem, † quòd Episcopi subiecti Archiepiscopo di- 2
cuntur suffraganei: suffragãtur enim sibi in cõsecratione, & in alijs, nam requiritur consiliũ Episcoporum in ordinatione prouinciæ, c. j. & ij. xj. q. iij. & cùm consecrat Episcopũ, debet habere secũ alios Episcopos (vt dixim') xlv. dist.

quas

quasi per totum. Et Episcopus originis, vel domicilij po-
test promouere quem ad sacros ordines sine licentia pro-
prij Episcopi. Sed vide Abb. in c. nullus Episcopus, de
paroch. Sed non potest Episcopus esse canonicus in illa
ecclesia, in qua ipse est Episcopus, vt in c. postulasti, de
concessio. præben. Et Episcopus licet non possit tollere
votum in totum, potest ipsum commutare, vt per docto-
res in c. proposuit, de concessio. præben. Debet etiam E-
piscopus examinare clericum sibi præsentatum per lit-
ras commendatitias, docto. in c. in concilio, de præbend.
sed non potest delegare ea, quæ sunt ordinis illi, qui non
est Episcopus, c. aquam, de consecra. eccles. vel altaris. E
Episcopus potest compellere canonicos ad subdiacona-
tum, vt per Panorm. in c. extirpandæ. §. qui verò, de præ-
ben. & ibi dicit etiam, quòd Episcopus potest ex benefici
pingui constituere duo ex causa. Et Episcopus, qui petij
& obtinuit licentiam de cedendo, an possit re integra a
ea recedere, vide Anto. de Butrio in c. quidam, de renun-
3 cia. † Et notabis, quòd Episcopi in concilio sunt tanquam
vniuersitas, non vt singuli. ita Panorm. in c. fin. de rei iud.
An & quando Episcopus possit extra suam diœcesim ce-
lebrare, vide Anton. in c. fide, de vsu pallij. dicit etiam i
c. fin. de æta. & qual. Si Episcopus priuatur, remanebit ha-
bitus officij, & remanebit character. Si Episcopus delin-
quit extra suam diœcesim, qualiter puniatur, vide Panor.
in c. inferior, de maior. & obed. vbi videbis. Et Episcopus
debet tractare sacerdotes non vt vasallos, sed vt fratres,
ita Panor. in c. j. de excess. prælat. & compelluntur venire
ad concilia prouincialia, vt per docto. in c. fin. de his, quæ
fiunt à præ. sine con. cap. Et Episcopus in diœcesi sua e
maior quocunque principe seculari, vt per docto. in c. fo-
4 litæ, de maio. & obed. † Et notabis ad multa, quòd Epi-
scopatuum diuisio est de iure positiuo. ita Panor. in c. pe
venerabilem, qui filij sint legitimi. Sed si Episcopus præ-
stat causam directè, vel indirectè homicidio, priuatur ab
officio sacerdotali, vt per Panor. in c. ex literis, de excess.
prælat. Sed prælati habentes iurisdictionem temporalem,
non debent præstare præsentiam suam, quando fit iustitia
corpo-

corporalis: quia videtur præstare opem, & incurrit irregularitatem, vt per Panor. in c. ex literis, de pigno. Et Episcopi non seruantes, vel seruari facientes sacros canones, an incidant in periurium, vide Panor. in c. ego enim Episcopus, de iureiur. † Sed si Episcopus fuerit depositus, 5
& appellauit, pendente appellatione exercet iura Episcopalia. & idem in alijs. vt per doct. in c. ij. vt lite pendente. Et licet aliqui Episcopatus habeant maiores redditus, sunt tamen pari dignitatis. ita Panor. in c. fi. de transla. præla. & c. legimus, xxiij. distinct. Et ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, non possunt adquiri; illa verò, quæ sunt dignitatis, autiurisdictionis, possunt adquiri, vt per docto. in c. accedentibus, de excess. prælat. Et Episcopus non potest seipsum absoluere à iuramento; & authorizare non potest quis sibi ipsi. ita Panor. in c. at si clerici, §. adulterijs, de iudi. Et aduertant Episcopi, quòd licet sit statutus certus numerus canonicorum antiquitùs, si tamen crescant facultates ecclesiæ, præbendæ debent augeri, docto. in c. clerici, de vita & honest. cler. Et vide glos. & docto. in c. in nouo testamento, xxj. dist. & ita alia beneficia augenda sunt, vbi facultates ecclesiæ crescunt. Et Episcopus de iure communi eliget sacerdotes: & de iure communi ad Episcopum spectat electio canonicorum. videbis optimam glos. & videbis docto. in c. j. xxj. dist. Et Moyses in veteri testamento elegit sacerdotes ordinatione Dei, & Dominus in nouo, vt docto. in c. in nouo testamento, xxj. distinct. & videbis infrà in cap. lxviij.

## DE HORIS CANONICIS.

### Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Certus modus in dicendis diuinis officijs ab Episcopo statui potest, qui in sua cathedrali ecclesia obseruetur, & num. 15.*
2 *Papa in toto dispensare non potest, sed in tanto.*
3 *Diuinum officium horis debitis dici debet.*
4 *Miraculum de quodam Eremita.*
5 *Horæ canonicæ septem sunt, tres nocturnæ, & quatuor diurnæ.*

6 *Clericus licet beneficiatus non sit, obligatus tamen est ad diuinum officium dicendum.*

7 *Horæ vnde dictæ.*

8 *In orando qui modus seruari debet.*

9 *Horæ canonicæ cum puritate dici debent, & quid sint, qui & quare institutæ sint, & num.* 10.

11 *Bissena horæ quæ sit.*

12 *Excommunicatus, suspensus, vel depositus secretè debet horas dicere, ita quòd à nemine audiatur.*

13 *Cælestinus Missæ introitum dedit, item & multa alia ad Missam pertinentia quis dederit.*

14 *Missæ, quæ in Natalis Christi nocte celebrantur, à quo constitutæ fuerunt, & qua hora noctu celebrari debeant.*

16 *Infirmitate impeditus, à dicendo, vel audiendo horas excusatur.*

17 *Oratio Dominica debet alias præcedere, cùm ab authore sic fuerit instituta.*

18 *Apostolorum limina (sic à Romana curia vltra duas dietas distant) singulis annis ab Episcopo visitari debent.*

19 *Primi motus in potestate nostra non sunt.*

1 ET † Episcopus potest habere certum mo[dum] in dicendis diuinis officijs, qui in sua cat[hedra]li ecclesia obseruetur, argu. c. illa, xij. [dist]inct. quoniam ipse est caput, c. cum non [de]ceat, de præscript. Et licet Romanus Pon[tifex] constitueritcertum modum in horis dicendis per [cir]culum anni, quem seruant, c. in die, de consec. dist. v. & [ut] notatur: non tamen alijs præcipit obseruare. Igitur p[er]mittitur, vt quælibet eccelesia cathedralis sibi modũ co[n]petentem inueniat, quem obseruare tenentur omnes cle-
2 rici. † Et Papa non potest dispensare in toto, sed in tanto in horis non dicendis: quia quòd dicantur horæ, est de iure diuino, sed quod debet dici pro horis, non est ex præcepto, vt per Cardi. in Clem. j. de celeb. Miss. & in Clem. dignum. Videtur ergo secundũ eum in d. Clem. dignum, quòd Papa possit dispensare in tanto; sed quòd non tenetur quis orare, hoc non potest concedere Papa: quia est

set contra ius diuinum. † Et horis debitis debet dici diui- 3
num officium. Et Papa, & Cardinales, & alij Pontifices
pro parte maiori hoc obseruant, dicendo de mane officiū
vsque ad sextam, & nonam incluſiue propter occupatio-
nes superuenientes postea. Nam cùm prima hora diei sit
aptior, & deuotior: ideo melius est preuenire horā, quàm
præueniri. ad hoc est tex. cum glo. in l. ij. ff. de verb. signif.
Et quòd hoc possit fieri, habes notabilem text. cum glo. in
c. j. de celebr. Missa. qui ex causa permittit, vt possit cleri-
cus de mane etiam vesperas dicere. Itaque ex causa licita,
& necessaria potest clericus licitè seruare, quod dictū est,
secundum Hostien. & Panor. in c. j. de celebra. Missa. Sed
in ecclesia, in qua solent diuina officia publicè dici, de-
bent horæ canonicæ celebrari competentibus horis. Et re-
fert Panorm. post Ioannem Andream † hoc miraculum de 4
quodam sancto Eremita, quem Angelus pascebat, & tem-
pore vuarum portabat ei quandoque vuas bonas, quan-
doque marcidas, quandoque agrestes. Interrogatus ange-
lus ab Eremita, quæ sit tanta diuersitatis causa, respondit,
quòd bonas portabat tempore, quo dicebat officium tem-
pore competenti, & horis competentibus; agrestes verò,
quando anticipabat horam; marcidas, quando differebat
vltra debitam horam. Et hoc ideo, quia Eremita non oc-
cupabatur alijs exterioribus. Et competens tempus est,
quando hora officij respondet horæ diei; vt sic dicatur
matutinum in nocte, Prima in diluculo, & sic de alijs horis.
Et dicit Ioan. And. in d. c. j. & ibi Panor. † quòd horæ ca- 5
nonicæ sunt septem, tres nocturnæ, & quatuor sunt diur-
næ. Nam Matutinum, Prima, & Completorium sunt ho-
ræ nocturnæ. Dicit Hostien. quòd generalis consuetudo
habet, quòd in diebus communibus possit Missa dici vsq;
ad sextam, in vigilijs vsque ad nonam, in quatuor tempo-
ribus vsque ad vesperas, facit quod not. in c. solet, de con-
secr. distin. j. & in c. non liceat, xliij. dist. Quotidie in ec-
clesia Missa cantatur multiplici ratione: primo, quia opor
tet semper esse paratam medicinam contra peccata quoti-
diana; item vt Christus nobis vniatur sacramentaliter, &
vero Agno quotidiè vtamur; item vt sit apud nos magnæ

memoriæ. ita sanctus Thom. in iiij. senten. dist. xij. q. j. ar-
ti. ij. Et de ista materia videbis Panor. in c. j. de celeb. Miss.
vbi ipse dicit: Not. quòd de iure diuino clericus tenetur
ad septem horas canonicas, sed nō sunt de iure diuino ist-
horæ determinatæ: vnde officium, seu determinatio, &
distinctio officij est de iure positiuo, sed septies in die lau-
dare, est de iure diuino. Ex quo infertur (vt superius e
dictum) quòd Papa licitè potest dispensare circa mutatio-
nem officij; sed non credo, quòd Papa possit dispensa
(vt dixi) quòd clericus non teneatur dicere aliquod of
cium, pro hoc, quod legitur, & notatur in c. proposuit, d
6 conces. præb. hoc adde ad ea, quæ superius diximus. † E
clericus beneficiatus, vel in sacris constitutus, licet nō
beneficiatus, est obligatus ad dicendum officium: cleri
etiam tenentur ex præcepto dicere officium beatæ Virg
nis. sed & clerici in minoribus non beneficiati, tenent
dicere officium, licet consuetudo contrarium obseru
quæ non dicentes excusat, vt per Panorm. in d. c. j. de ce
bra. Missar. vbi etiam dicit, quòd clericus non dicens of
cium sine causa rationabili tenetur ad restitutionem fr
ctuum beneficij in foro animæ. Horæ canonicæ sunt
crificium, seu hostiæ laudis, quas quis Deo de fructu
biorum suorum offert pure, & deuotè: Itaque sunt dice
7 dæ verbali expressione. † Et dicuntur horæ ab oro; q
orando, & contemplando debent dici. Et dicuntur ca
nicæ, quia à canone sunt inductæ, vt in c. j. & c. dolen
de celebr. Missar. An clericus indeuotè orans, peccet mo
taliter, vel venialiter? dic, quod qui ex proposito, volu
tariè, aut malitiosè, aut negligenter indeuotè horas dic
vel aliquid ex eis omittit, vel ad hoc operam dat, puta p
nendo se inter fabulas, is mortaliter peccat, secundū Pa
& Guil. in Clemen. j. de celebr. Miss. & facit regula, qui e
timore. vbi patet, quòd qui præceptum aliter facit, qua
debet, iam non facit. Sin autem ex negligentia leui, vel l
uissima, quæ non prouenit ex proposito, sed præter vo
luntatem ad cogitandum de alijs, rapitur forte de co
templatione, vel nimio somno, talis peccat venialiter, xx
dist. c, vnum orarium. §. alias, secundum Hostiens. Inno
& Io

& Ioan. Andr. Et est ratio secundum eum, quòd cùm cor hominis sit nobilius omni nobili, non est à Deo factus homo, quòd tales cogitationes possit euitare: quia non requiritur secundum Theologos, quòd attētus semper permaneat in oratione propter actus essentiam. Vnde Psalm. xxij. Cor meum dereliquit me: Satis est, quòd maneat per virtutem; quod est, quando quis accedit ad legendum horas cum bona intentione, & sic in prosecutione perdurare intelligitur. argum. de baptis. c. maiores, §. item quæritur. Et hoc est verum, nisi esset tanta diuagatio, quòd omnis attentio deperiret. & tunc habet locū, quod dicit Cyprianus in libro de oratione Dominica: Quando postulas te audiri, cùm te ipsum non audias? & authoritas: Populus hic labijs me orat, corde autem, &c. Matth. xv. † Videat 8 quilibet tam clericus, quàm laicus, vt in oratione stet, vel sedeat quietus, aut flectat deuotus, manus leuando, pectus tundendo, suspirando, & rursum inspiciendo. Isti enim sunt modi orandi in scripturis sanctis approbati. Nam dicitur in Psalmo: Stantes erant pedes nostri. & Marci xj. Cùm stabitis ad orandum, dimittite. Sic Martha stetit, & ait ad Christum: Domine non est tibi curæ, &c. Luc. x. Sic leprosus genu flexit, & impetrauit curationem, Mar. j. Hydropicus stans ante Christum, obtinuit sanitatem, Lucæ xiiij. De sedendo, Matth. xxvj. dicitur, vbi Christus dixit Apostolis: Sedete hic, & orate, ne intretis in tentationem. Item Mar. xiiij. De quiete dicitur Matth. vj. Cùm oraueritis, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora. Cubiculum autem est locus quietis. De flexura dicitur de leproso, qui procidens adorauit, Luc. v. & Paulus dicit: Flecto genua mea ad Deum pro vobis, ad Ephes. c. iij. Et item de eleuatione manuum habetur Exo. xvij. vbi Moyses eleuatis manibus orauit. Et Dauid: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum, Psalm. cxl. De tunsione pectoris habetur Lucæ xviij. vbi Publicanus percutiens pectus orabat. De suspiratione, Ioan. xj. vbi Christus infremuit spiritu, & turbauit seipsum, volens Lazarū suscitare. De sursum inspiciendo dicitur Ioan. xj. vbi Christus suspiciens in cœlum, dixit: Pater gratias tibi ago, quoniam exaudisti

9 me. † Itaq; horæ canonicæ debent dici cum puritate: & ex hoc arguitur secundum Cardin. in Clem. j. de celebra. Missa. quòd qui est in mortali peccato, si dicit eas, nihil agit: sicut sunt concubinarij, fures, & similes: vnde in Psalmo: Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? &c. Ex hoc etiam arguitur contra clericos, qui potius pro denario, quàm pro Deo, accedunt ad officium, qui committunt simoniam non veram, sed mentalem, vt in c. fin. de simo. & c. sacerdos, j. q. j. vbi dicitur: Sacerdos in quacunq; fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino. Dixi, quòd horæ canonicę debent dici cum puritate; sed qui est in mortali peccato, benè facit, si dicat, ad hoc vt Deus citius illuminet mentem suam, ita Inno. in c. dolentes, de celebr. Missa. argu. c. quòd quidam, de pœ-
10 nit. & remiss. vt per Cardin. in d. Clem. j. † vbi dicit etiã quid sint horæ canonicæ, & quot, & quare sint institutæ & dicit, quòd sunt septem, vt in glo. Et Ioan. de Imo. in d. Clemen. j. dicit, horæ canonicæ sunt septem. & Guid. di. versus, ex quibus colligitur, quare sunt septem, videlicet,

*In matutino damnatur tempore Christus,*
*Quando surrexit, Primam canit ordo fidelis.*
*Tertia cùm canitur, tunc est cruciamina passus.*
*Sexta sunt tenebræ per mundi climata factæ.*
*Emissus Nona diuinus spiritus hora,*
*Vesperè clauduntur Christi sacra membra sepulchro.*
*Christo bissena custodia traditur hora.*

11 † Et dicitur bissena hora, quasi vltima hora. Et de hoc per Ioan. And. in d. c. j. Et nota secundum Inno. c. j. de celebr. Missa. quòd Missa quoad ordinem, quo nunc vtimur, fuit instituta à beato Iacobo Apostolo, & à Basilio, c. Iacobus, de consec. dist. j. vbi legitur: Iacobus frater Domini secundum carnem, cui primum credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius Cæsariensis Episcopus, cuius claritas per totum orbem refulsit in scripturis, addiderunt nobis Missæ celebrationem. De ratione singularium partium Missæ vide S. Tho par. iij. q. lxxxiij, art. iiij. dicentem, quod quia mysterium nostræ salutis totũ comprehenditur in sacramento Eucharistiæ, ideo tale sacramẽtum præ cæteris agi-

tur

tur cum maiori ſolennitate. Et de ratione ſingulariũ partium Miſſæ vide Cardi. in d.c.j. de celeb. Miſſa. Sed vt materiam reſtringamus, notabimus, quòd presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas: permittitur tamen ſibi ex cauſa dicere eas vſque ad veſperas incluſiuè, tex. ad hoc in c.j. de celebr. Miſſa. ex Concilio Agatenſi. Et horæ canonicæ ſunt quædam ſatisfactio obligationis contractæ propter beneficium, ordinem, vel officium ſuſceptum, ex quibus, vel altero eorum quis deuotè obligatur ad ipſas horas dicendas. Ita Albertus de Ferrarijs in lectura ſua dicti cap. primi. Et dicuntur canonicæ, quia à canone ſunt inſtitutæ. de quibus in c.ij. xcj. diſt. & in c. fin. xij. diſt. & in Clem. j. de celeb. Miſſa. & in d. c.j. pro eorum fundamento aſſumentes dictum Pſalmi: Septies in die laudem dixi tibi, &c. Ideo iſtæ horæ ſunt ſeptem. Item ſeptem ſunt, ſicut ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti, xxx. q.j. c. peruenit. Septem ſunt dies ſęculi, iuxta illud: Orbis volutus ſepties ſignat beata tempora. Septem ſunt ætates, quibus finietur mundus: Septem diaconi, per quos deſignantur ſeptem candelabra aurea, quæ erant in templo Dei, xciij. diſt. c. diaconi, qui. Item ſcribitur Leuiti. xvj. c. quòd Aaron de ſanguine vituli ſeptem vicibus aſpergit digito contra propitiatorium ad orientem. Aaron ipſe eſt, qui ad honorem ſacerdotij vocatus extitit; de quo per Apoſto. ad Hebræ. v. & Leui. viij. & xxj. q.j. §.j. & in c. qualiter, de elect. Aaron ergo idem eſt quod ſacerdos, qui accipit has ſeptem horas ad pſallendum in memoriam vituli, i. Ieſu Chriſti crucifixi, qui in ligno crucis pro nobis ſanguinem ſuum ſparſit. Item ſunt iſtæ horæ ſeptem, per quas ſingulis diebus eius paſsionem recolere debemus. & vide glo. in d.c.j. & ibi docto. Et hora competens ad perſoluendum has horas dicitur, quæ per ſonum campanæ ſignatur, vt per gl. in d.c.j. Et propter officiũ datur beneficium, vt in c. fin. de reſcrip. in vj. & in c. cùm ſecundũ Apoſtolum, de præben. Etiam clericus in minoribus, ſi beneficiũ tenue habeat, tenetur horas canonicas legere. ita Hoſt. in ſumma, in tit. de conſec. eccl. vel alta. † Et excõmunicatus, ſuſpenſus, vel depoſitus 12 debet horas dicere ſecretè, ita quòd à nemine audiatur. ita

Albertus de Ferrarijs in d. c. j. Quid de ſcholaribus, qui occupantur ſtudio literarū, an poſsint inſimul horas ſuas perſoluere? reſponde, quòd non: licet per homines literatos dicatur: Fidem catholicam muro inexpugnabili circuncingi. Ita Alber. in d. c. j. & ibi dicit, quòd presbyter non poteſt celebrare Miſſam matutino non expleto: ſed ſi quis infirmaretur ad mortem, & non eſſet hoſtia conſecrata, & eſſet periculum in mora, ſacerdos poſſet Miſſam celebrare matutinali officio non expleto. Et Miſſa non eſt de horis canonicis, ſed benè eſt de officijs, vt per gloſſam in Clem. 1. de celebr. Miſſar. Petrus enim vbi conſecrauerat oratione, Pater noſter, vſus eſt. Auxit hæc myſteria Iacobus Epiſcopus Hierosolymitanus, auxit & Baſilius: auxere & alij. † Nam Cæleſtinus Miſſæ introitum dedit. Gregorius Kyrieeleyſon. Gloria in excelſis Deo, Teleſphorus. Collationes Gelaſius. Epiſtolam, & Euangelium Hieronymus. Alleluia verò ſumptum eſt ex eccleſia Hieroſolymitana. Symbolum in Concilio Nicæno. Mortuorum autem commemorationem in Miſſa Pelagius inſtituit. Thus Leo tertius. Oſculum pacis Innocentius primus. Vt caneretur Agnus Dei, Sergius Pontifex inſtituit. Ita Platina in hiſtoria Sixti, qui fuit Papa VIII. Teleſphoro Sixto ſucceſsit, & conſtituit, vt ſeptem hebdomadibus ante Paſcha ieiunium obſeruaretur: atque † vt in natali ſu Chriſti noctu tres Miſſæ celebrarentur: Prima in dimidio noctis, quo Chriſtus in Bethleem naſcitur: ſecunda illucescente aurora, quando à paſtoribus cognitus eſt: tertia eadem hora diei, qua nobis dies redemptionis, & veritatis illuxit. Conſtituit item, vt ante ſacrificium hymnus ille cantetur, Gloria in excelſis Deo. Vide text. in c. nos ſancta, de conſecra. diſt. j. & vide tex. & ibi docto. in c. cum ſuluiſti, de celebrat. Miſſar. de Miſsis celebrandis in nocte natiuitatis. Et beneficiati debent eccleſiam officiare, ſcilicet cantando, & legendo, & ad hoc poſſunt compelli, argum. c. ſignificatum, de præben. Nam beneficium conferetur eo animo, vt fiat in eo reſidentia, & diuina officia, propter quæ beneficium fundatum, & dotatum eſt, celebrentur, c. relatum, & c. quia nonnulli, de clericis non reſidentibus.

13

14

Itaque

Itaque lucrum beneficij amplectentes onere recusato non debent tolerari, l. vnica, §. pro secundo, C. de cadu. toll. Beneficia plura tenens an pro quolibet debeat horas canonicas dicere? videtur, quòd sic, vt per Alber. de Ferrarijs in d.c.j.si beneficia non essent tenuissima, quia non debet quis plura beneficia appetere, postquam à iure reprobatur. Quod si in duabus ecclesijs, in quibus quis est beneficiatus, fiant diuersa officia, cuius ecclesiæ officium debeat dicere? dic, quòd officium illius ecclesiæ, in qua habet maiorem gradum, vel dignitatem. Sed de hoc vide Alber. in d.c.j. Quid de illo, qui dimittit horas canonicas dicere pro eo, qui non habet Breuiarium? An si dixerit alias horas, possit recompensare, vide ibi Albertum. Et omittens officium beatæ Virginis, vel vigilias mortuorum, peccat mortaliter, docto. in Clem. j. de celeb. Miss. Quando presbyter Missam celebrat, quilibet deuotè audire debet orationes, Epistolam, & Euangelium; quia cùm legitur Euangelium, qui loquitur, Christus est, non homo. quod probatur ex tenore Euangeliorum. Quòd si quæris, secundum quem ritum, & quot Psalmos pro qualibet hora clericus debeat dicere, dic secundum docto. in d. Clemen. i quòd quilibet debet ecclesiæ suæ consuetudinẽ seruare, c. nouit, xij. distinct. & c. sequenti. & si secus faceret, tanquam transgressor consuetudinis, aut institutionis ecclesiæ, poterit priuari, & perinde ac si esset transgressor legis, c. in his, xj. distinct. In ecclesijs verò monachorum, & aliorum religiosorum seruari debet illud, quod dicit eorum regula, & institutio, aut cósuetudo, vt in c. de his, xij. distinct. & licet mos ecclesiæ Romanæ in sacramentis debeat seruari, non tamen sic est in istis horis canonicis, & officijs diuinis, vt notatur in c. in die, de conse. distinct. v. & notatur in c. ij. de tempo. ordi. vbi dicit etiam notanter Panorm. quòd si ordinatur quis non congruo tempore, licet recipiat characterem, non recipit ordinis executionẽ, & deponendus est. Vel dic, quòd illa, quæ ecclesia Romana mandat, & docet seruari, ad illa tenetur quisque; secus vbi non mandat, vel docet seruari, quæ ipsa facit, argum. nota. in c. in causis, de sententia, & re iudicata. Et de hoc

15 vide Albertum de Ferrarijs in d.c.j. † Et nota (vt superius dixi) quòd Episcopus potest inducere consuetudinem nouam in ecclesia sua, quoad officia celebranda, c.nouit, xij. distinct. & de consecrat. dist.iij.c.j. & expresse in glo.inc. Eleutherius, xcj. distinct. super verbo, vigilijs. quod sic intelligitur secundum Archidiaco. ibi, quòd Episcopi in his, quæ circa solennitatem ecclesiæ tantum consistunt, quæ consuetudine, non præcepto maiorum sunt introducta, mutare possunt, & statuere. Itaque contra illud, quod statutum est ab Apostolis, vel sanctis Patribus, non debent Episcopi, nec possunt immutare: Sed in his quæ circa solennitatem tantum ecclesiæ consistunt, quæ cõsuetudine, non præcepto maiorum sunt introducta, mutare possunt, & statuere. ita Archidiaconus in d.c. Eleutherius. & legi eum cum c.j. & vid. Ioan. de Lignano in principio tractatus de horis canonicis. Et vide etiam Archidia. in c.j. xxj. q.j. vbi tractando etiam de pluralitate beneficiorum dicit secundum Ioannem de Ancona: Indubitanter peccat clericus recipiendo diuersa beneficia: quia cùm vix vnum officium implere sufficiat, stipendia sibi vendicat aliorũ, & facit contra Concilij interdictum, c.quia, de clerici non residen. Secundo, propter ambitionem, c. quia, de præben. Tertio propter cupiditatem, cap. si quis Episcopus suæ, & c.si quis de ordine, vij.quæst.j. Quarto, quia diminuitur cultus diuinus. Et adduco illud Matthæi, cap. vj. Nemo potest duobus dominis seruire. Ideo illud est meritò fugiendum ab homine, per quod impeditur obsequium Deo debitum, ad quod obligatur homo ex beneficio creationis, & ex alijs beneficijs. Et ibi dicit Nicolaus de Lyra, quòd auaritia, quæ est seruitus idolorum, nõ potest stare cum obsequio diuino. Et ideo Christus in d.c.vj. concludit, Nõ potestis Deo seruire, & Mammonæ. Mammona enim lingua Syriaca nomẽ est diuitiarum, vel nomẽ dæmonis, qui tentat de cupiditate diuitiarum. Auarus autem, qui thesaurizat, inordinatè seruit vtrisq;. Et ideo non potest similiter Deo seruire. Et de pluralitate beneficiorum dicemus in cap. sequenti. Et de consuetudine introducta contra residentiam beneficiorum dicit Archidiaco.

in

in d.c.Eleutherius, quòd si tali consuetudine contenderetur in iure, aboleretur. de præben. c. cùm iamdudũ. † Sed si aliquis est infirmus tali infirmitate, quæ impedit à dicendo, vel audiendo horas, excusatur infirmus. ita Panor. in c. j. de celebrat. Missar. nec tenetur postea aliquid dicere, quia necessitas non habet legem, c. consilium, de obserua. ieiuniorum. Secus est secundum Host. si infirmitas solum impediret dicere, sed non audire: tunc enim sacerdos debet aliquem alium coram ipso legentem audire. & si est infirmitas leuis, vt vetus quartana, omnes horas legere tenetur. Et sacerdos tenetur ad horas beatæ Virginis non de iure, tamen de optima consuetudine, c. in his rebus, xj. distinct. quia multa sunt in ecclesia Dei, quæ non sunt de institutione ecclesiæ: sed ex solo consuetudinis vsu antiquo, quæ non debent vllo modo prætermitti sine periculo salutis; vt signatio crucis, qua fideles signantur, benedictio fontis, trina vnctio olei in baptismo: quæ omnia, vt dicit Augustin. in c. ecclesiasticarum, xj. distinct. obseruata sunt reuerenter à Patribus, text. in c. in his, eadem dist. Et Panor. in c. j. de celebr. Missa, dicit, Multa ex radice antiquorum Patrum sunt in præcepto, quæ non reperiuntur scripta. d.c. ecclesiasticarum, xj. distinct, c. cum Marthæ, de celebra. Missa. Et dicit Cardina. post Hostien. quòd generalis consuetudo habet, quòd omni die celebrari possit vsque ad sextam, c. non liceat, xliij. distinct. in vigilijs vsque ad nonam, sabbatis quatuor temporum vsq; ad vesperas. Et sacerdotes curati tenentur ad vigilias mortuorum ordinarias, iuxta consuetudinem ecclesiæ cathedralis; ita Nicolaus Plocius in tractatu suo de horis dicendis, q. vij. Pater noster post horas debet dici, cap. id semper, de consecra, distinct. v vbi litera dicit: Id semper placuit obseruare, vt omnibus diebus, & post matutinas, & vesperas oratio Dominica à sacerdote proferatur. Ante horas dicere, Pater noster, iustum est; nam inuocandus est omnium rerum pater. † Et rationabile est, vt prius illa oratio præcedat, quam author salutis dictauit, & instituit, quàm illę, quas sancti Patres postea dictauerunt. Et astrictus ad horas canonicas, si fuerit in gratia, meretur augmentum gloriæ, 16 17

riæ, & diminutionem pœnæ, ſicut faciens alia bona ope-
ra, de pœniten. diſt. iij. c. ſi quis autem, c. legatur, xxiij. q.
ij. Si autem non eſt in gratia legens horas, tunc non mere-
tur augmentum gratiæ, ſed alia plura; ſicut alia bona ope-
ra, quæ extra fiunt, extra charitatem faciens: primo, ad le-
nus ſupplicium; ſecundo ad bonum temporale; tertio, v
citius cor eius ad veram pœnitentiam illuſtretur. Et ho
notatur, de pœnit. & remiſs. c. quod quidem. Hoſtien. ad
dit duo; quòd diabolus non habet in tali homine tantam
poteſtatem, quantam habebat, ſi talia non faceret. De ho
Gregorius ponit exemplum in dialogo de Iudæo, qui ſi
gnauit ſe ſignaculo ſanctæ crucis. Item valet ad aſſue-
ctionem bonorum, & habituationem. Et hoc verum i
illis bonis operibus, quæ fiunt extra charitatem ad glori
& honorem Dei; ſecus eſſet, ſi propter gloriam humanam
vt ſi quis daret eleemoſynam propter vanam gloriã, qu
tunc non mercedem, ſed pœnam mereretur, c. ſi quis,
quod ibi notatur, de pœnit. diſtinct. iiij. Ideo dixit Chri
ſtus: Videte, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram homi-
bus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habe-
tis apud patrem, qui in cœlis eſt, Matth. vj. Obligatur qu
ad dicendum horas canonicas, vt ſatisfaciat pro illis, q
beneficia fundauerunt. Cardina. ſancti Sixti in c. cant
18 tes, xcij. diſtinct. † Et ſingulis annis Apoſtolorum limi
viſitent Epiſcopi, c. iuxta, xciij. diſtinct. intellige, ſi nõ
ſtant vltra duas dietas à Romana curia. Et per ſe, vel per
lios debent comparere, vide docto. in d. c. iuxta. Et ſa
ctus Thom. in Quodlibeto de omiſsione horarum ca
nicarum dicit, quòd non dicenti horas pœna arbitra
eſt imponenda in foro pœnitentiæ. Quæ pœnitentiæ ſun
arbitrariæ, c. Deus, qui, de pœnit. & remiſ. & c. quæſitum
de pœniten. diſtinct. j. & c. menſuram. Sed horæ canonic
non poſſunt dici ſine oris expreſsione. ita ſanctus Thom
in ſecunda ſecundæ, q. lxxxiij. Sed oratio, quæ ſingulari-
ter offertur à ſingulari perſona, poteſt fieri in mente ſine
verbali expreſsione, itaque non eſt neceſſe, vt ſit vocalis.
Adiungitur tamen vox tali orationi triplici ratione, pri-
mo ad imitandum interiorem deuotionem, qua mens o
rantis

rantis eleuetur in Deum. Cætera videbis in d. q. lxxxiij. arti. xij. vbi in quæstione prædicta de oratione tractatur. Sed attendite omnes participantes de matrimonio Christi, & attendite etiam omnes sacerdotes. Nam horæ canonicæ debent dici cum puritate conscientiæ, & animi deuotione, & modestia, non intermiscendo vana colloquia; sed sufficit, quòd quis bona intentione inceperit, licet in progressis mens rapiatur ad alia: † quia primi motus non 19
sunt in potestate nostra, & habetur in Psalmo xxxix. Cor meum dereliquit me: quod intellige, nisi tanta sit euagatio, quòd omnino attentio pereat: quia tunc succedit, Quomodo exaudiri à Deo postulas, cùm teipsum nō exaudias? sed Ioannes cap. xviij. dicit: Maledictus homo, qui facit opus Domini desidiosè. Posset dici, quòd si aliquis immisceat syncopas, vel omittat versum, vel Psalmū, vel aliquam partem magnam, vel modicam, quòd si hoc facit in choro cum alijs, non reiteret totus chorus propter scandalum; sed ipse solus per se sub silentio, vel ad partem. Si verò solus officium dicebat, & tunc, si tempore omissionis erat sic infirmus, quòd non poterat commodè dicere, non tenetur iterare, secundum Hostien. Innoc. tamen contra. Si autem non erat sic infirmus, & tunc aut omittit ex malitiosa negligentia, & tenetur iterare; vel ad pœnas condignas, & semper punitur de peccato omissionis. Si autem hoc facit præter propositum, & tunc non peccat, secundum Inno. & Hostien. in d. c. dolentes. quod intelligit Guil. mortaliter; venialiter autem benè peccat, xxv. distinct. c. vnum orarium, §. alias. quod intelligit, si nō sit facta magna interpolatio, quia alias peccat mortaliter. Aliqui autem Theologi secundum eum dicunt aliter; quia aut ipse dat operam suæ omissioni, puta ponendo se circa fabulas, & tunc tenetur; aut ab alio rumpitur, & tunc nō, secundum Inno. Et dicit, quòd si ex negligentia omittitur aliquis versus, vel instantia, quòd non peccat, nec tenetur à capite reincipere, etiamsi dimitteret Psalmum, & nō debet ad illum redire, cùm posset aliquod scandalum generare; sed negligentiam suam confiteri tenetur. Nec obstat, quòd maledictus dicitur, qui negligenter diuinū officium

cium egit: quia illud intelligitur de malitiosa negligentia, non autem de illa, quæ prouenit ex meditatione diuina, & sic ex leui, vel leuissima culpa. Horæ sunt census, sed debitum retentum à Deo in personas ecclesiasticas de suo patrimonio specialiter viuentes: quia sicut seruus ad tributum, sic viuentes de patrimonio Christi ad diuinũ officium obligantur, Cardina. & docto. in Clemen. j. de celeb. Missa. & ibi per Docto. videbis multa: & infra in isto Speculo, in titu. de pensionibus ecclesiasticis. & vide infrà in titulo de sermone Episcopali, in §. de oratione. Et à quibus vitijs debeant esse immunes, qui in Episcopum sunt ordinandi, vide notabilem textum diui Gregorij, in c. ecce, & c. hinc, xlix. distinct.

## DE PLVRALITATE BENEFICIORVM. Cap. XXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum, quædam suprema, quædam duplicia, & quædam simplicia.*

2 *Quæ dicantur beneficia sine titulo.*

3 *De iure nemo duas supremas dignitates habere potest, est etiam contra ius canonicum, & contra vocem Domini est duo possidere beneficia, & num. 4. 5.*

6 *Existente causa Papa dispensare potest, & quæ sit iusta causa.*

7 *Possidens beneficium vnum, ex quo se honestè sustinere potest, recipiendo aliud mortaliter peccat.*

8 *Miraculum de quodam cancellario mortuo, qui multa retinebat beneficia, dum viueret.*

9 *Beneficiatus de redditibus ecclesiæ voluptuosè expendens, ad restitutionem tenetur.*

10 *Residentia est de iure diuino, & num. 13.*

11 *In foro contentioso quæ pœna imponitur plura beneficia possidenti.*

12 *Olim in curis & dignitatibus dispensabant Episcopi.*

14 *Prælatus ecclesiæ an licitè beneficia, aut officia ecclesia consanguineis, & amicis conferre possit.*

15 Dispen-

15 *Dispensatio Papæ cadit super ius positiuum, non autem super ius diuinum aut mortale.*

AD † euidentiam sciendum est, quòd quædã sunt beneficia suprema, quædam duplicia, 1
quædam simplicia. Suprema sunt Episcopatus, & superiora, in quibus non est dubium, quòd assumendo secundum cum authoritate Papæ, ipso facto vacabit primum; si sine authoritate Papæ, vtroque caret, de translat. c. quanto. Duplicia sunt dignitates inferiores personatus, & beneficia curam animarum habentia; in quibus assumendo pacificè possessionẽ secundi cum titulo, ipso facto vacat primum, de præben. c. de multa. Et in hoc casu, & in præcedenti solus Papa dispensat, nec valet consuetudo in contrariũ, vt in c. de multa. Omnia verò alia beneficia sunt simplicia; & in istis an sint compatibilia, vel ne. i. an duo quis possit in simul retinere, distingue: quia aut quis tenet ea, non vt intitulata, sed vt simplicia beneficia; aliàs velut commẽdata: in quo casu talis non censetur clericus illius ecclesiæ, in qua intitulatus non est, licet beneficiatus ibi sit, vt nota. xxj. q. j. c. j. † Et voco beneficium sine titulo istos assassios, pensio- 2
narios, portionarios, prestimoniarios, habentes altaria, vel capellas pro Missis defunctorum, c. pen. de cleri. non residentibus, c. significatum, de præben. & idem de habentibus possessiones ad vitam, c. possessiones, xvj. q. j. & c. quicunque, xij. q. ij. cum simili. & in hoc casu crederem aliquem de iure communi posse habere plures, maximè vbi aliàs per se non sufficerent: nisi fortè ex iure speciali esset prohibitus; puta priuilegio, statuto, seu cõsuetudine. Sunt alia simplicia, & intitulata, sicut sunt ecclesiæ rurales sine cura, vel præbendæ alicuius ecclesiæ collegiatæ, vel cathedralis, c. sanctorum, lxx. distinct. c. clericos, lxxj. distinct. c. clericus, xxj. q. j. † Itaque de iure nemo potest habere du- 3
as dignitates supremas, tex. in c. sicut, de excess. prælat. & per totum titulum de transla. præla. & notatur in c. mutationes, vij. q. j. nec possunt habere duo beneficia duplicia, vt cum cura duo beneficia retineri, vt notatur in cap. de

multa,

multa, de præben. & in extrauaganti, execrabilis. Et nemo potest habere duas dignitates in diuersis ecclesijs, quæ dignitates requirunt residentiam, & est contra rectum sermonem: gens enim scandalizatur, & murmurat de possidentibus multa beneficia. Nam cùm sit contra ius naturale, & diuinum disponens vnam fore sponsam carnalem,
4 ita vna debet esse sponsa spiritualis. † Et etiam est contra ius canonicum: quod clarum est, vt hæc omnia notant docto. in d.c. de mulcta. Et Panorm. in repeti. c. extirpandæ §. qui verò, de præben. Et in septima synodo dispositum est, vt in c.j.xxj. quæst.j. vbi dicitur: Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesijs: negocationis enim hoc est, & turpis lucri proprium commodum. Hoc enim statuit sancta vniuersalis ecclesia a spiritu sancto congregata in Concilio Chalcedonensi celeberrimo, vt in c.x. illius Concilij; vbi definitum est, non licere clericis duabus ciuitatibus ordinari. Itaque nemo potest habere, nec retinere duos Episcopatus, vel duas dignitates supremas, vel inferiores, nec duo beneficia curata, nec duo beneficia simplicia, si requirunt residentiam: nam sunt incompatibilia; quia vnumquodque beneficium institutum est pro officio. ita notanter Panorm. in c. cùm iamdudum de præb. & in d. repetitione, §. qui verò, quia non est beneficium simplex, quod non requirat residentiam. Namdicit Apostolus: Qui altari seruit, de altari viuere debet: sic est iustum, vt qui ex altari viuit, altari seruiat; per locum conuersis. Et verba Apostoli sunt canonizata in c. cùm secundum, de præben. licet sint aliqua beneficia, quæ à principio fuerunt instituta pro scholaribus, quæ de iure non
5 requirunt residentiam, vt sunt præstimonia, vt dixi. † Et possidere duo beneficia est contra vocem Domini dicentis, Lucæ xvj. Nemo potest duobus dominis seruire. Et Apostolus ad Romanos: Vnusquisque maneat in vocatione, qua vocatus est. Et in c.ij.xxj. quæst.j. (vt dixi) Concilium prohibet, vt nemo vocetur ad duas ecclesias: Nam si vnum beneficium sufficiat pro sustentatione, non debet aliud accipi ad propriam vtilitatem, & recipiens peccat mortaliter. Quia ibi est vitium ambitionis, & auari-

tiæ,

tiæ, occupando ſtipendium pauperum, & proborum virorum. Et quærendo victum aliorum inducunt diminutionem cultus diuini; quod deterius eſt. ita notanter Panor. in c. cùm iamdudum, de præben. & in d. repetitione, §. qui verò. Et de iure nullus Regularis poteſt tenere duos prioratus, tex. in c. cum ſingula. de præben. in vj. & Clem. j. de ſupplen. negligentia prælatorum. Et etiam dico, quòd nemo poteſt poſsidere duo beneficia ſimplicia in vna eccleſia, text. & ibi docto. in c. literas, de conceſsio. præben. & in Clem. ſi iuxta, de præben. † Sed dicunt, quòd ex iuſta 6
cauſa Papa poterit diſpenſare: & cauſa quæ ſit iuſta, & rationabilis, eſt publica vtilitas, vel neceſsitas eccleſiæ, aut nobilitas, ſiue prerogatiua literarũ. Ille enim generalis diſpenſator, ſcilicet Papa, poteſt relaxare rigorem iuris communis, & vni plura conferre beneficia, contemplato bono publico, & ratione ſuadente (vt dixi) & hoc ad inſtar patrisfamilias diſtribuentis, conſiderando conditiones perſonarum, vt in c. de multa, de præben. in fine. Totum tamen debet referri (vt dixi) ad publicum bonum: quia de fideli diſpenſatore loquitur tex. Lucæ xij. Et ne decipiantur nobiles, vel literati credentes, quòd diſpenſetur cum eis principaliter, quia ſunt nobiles, aut literati: nam non diſpenſatur, niſi quia intereſt vniuerſali eccleſiæ, quòd nobiles, aut literati conſtituantur in dignitatibus, præſumitur enim, quòd ab eis multi venient fructus ad populum Chriſtianum. Itaque ſi nobiles, aut literati tot ſuſciperent beneficia, quòd ratione pluralitatis parum, aut nihil proficerent fidelibus, talis diſpenſatio vocaretur diſsipatio. Idé eſſet, quando duo tantum ſuſciperent beneficia, & in nullo reſiderent poſtquam ex tali nobilitate, aut literis non redundat vtilitas eccleſiæ, & ſtatui religionis, immò damnum; ſi viuunt ex altari, & non ſeruiunt altari. Nam quid debet eccleſia Dei nobilium vanitati, vt patrimonio Ieſu Chriſti, quod flagellis, & ſanguinis effuſione quæſiuit, eorum alat accipitres, educet canes, ſaginet equos? Quid nempe debere poteſt pluribus alijs ruſticorum filijs, qui illicitis medijs plura occupant beneficia? quid deniq; eccleſia mater quantumuis peritiſsimis, ac literatiſsimis viris

ris debere iudicabimus, vt beneficiorum congeriem suæ ambitionis insatiabilem sitim extinguere debeat? Dic mihi (quicunque tu es, quantumcunque tu polleas eruditione) an eo solo, quòd vigilias sustinueris, studioque vacaueris, tibi astricta est ecclesia Dei, vt te in statu grandi, ac pompa magna sustineat? Quid igitur tibi suades, eo quòd cogites tibi plura ecclesiæ beneficia retinere, cùm nequeas vnius onera subeas? Aduerte quęso, quòd literatis viris non plura beneficia, sed maiora concedi sanxerunt canonica iura. Si quãdo verò, vt plura habeãt beneficia, cum permutã dispensare conceditur, fit ob ecclesiarum vtilitatem. Quid enim prodest ecclesiæ sanctę studium tuũ, si id solũ operatur, vt plura occupes loca, in quibus possent plures eidem seruire, qui sufficienti peritia, & maiori charitate, seu virtute iniuncta onera subirent? Quid prodest populo Christiano doctrina tua, si oues Christi tibi commissas improrito mercenario cum tenui salario pascendas committis? quantum hæc consuetudo obstet canonicis sanctis institutis in isto capitulo apertè monstratur. † Est etiam aliquorum Theologorum sententia, quòd si quis possideat vnum beneficium, ex quo se posset honestè sustentare, peccat mortaliter recipiendo aliud beneficium. ita Panorm. in cap. conquerente, de cler. non residen. & allegat glos. c. dudum, ij. de electione, & vid. Ioannem de Lignano in tractatu de pluralitate beneficiorum, & vid. Bernar. in epist. cclxxj. ad comitem Theobaldum. & vide sanctum Thomam in Quodlibeto, ix. ar. xv. & ita Specula. in tractatu de modo Concilij celebrandi, in titulo, ne quis in duabus præbendis intituletur: Vbi recitat, quòd ista quæstio fuit determinata Parisijs, † & quidam magister in sacris literis, qui tunc erat Cancellarius, non obtemperauit dictæ conclusioni, qui multa retinebat beneficia, licet eum sæpè rogauerit Episcopus Parisiensis. Et deinde mortuo dicto Cancellario, & Episcopo dicente officium pro eo circa eius sepulchrum, cùm diceret, De profundis; apparuit ei quædam vmbra, quæ voce clarissima dixit, Ne ores pro me, qui sum condemnatus; quoniã nolui credere, quòd esset peccatũ mortale possidere plura beneficia. Ita

quo

que in tali casu non erit tutus quoad Deum, is, cum quo dispensatur, vt per Panorm. in c. extirpandæ, §. qui verò. & in d.c.de multa, & in c.per venerabilem, qui filij sint legit. & notatur in c.consequens, xj.q.iij. tenet Anto.in d.c. de multa; & ibi Anchar. Cardi. Ioan. And. Henri. Et quia aliqui dubitant, si quis potest de iure communi possidere duo beneficia simplicia in diuersis locis de stricto iuris rigore? dico, quòd non, per prædicta: nec est in iure fundamentum validum, quod possit tenere duos titulos vniformes: quia sicut qui altari seruit, de altari viuere debet, ita per locum a conuersis, qui de altari viuit, altari debet seruire (vt diximus.) Et decimæ sunt purè spirituales ratione finis, & obiecti, quia connexæ sunt officio ecclesiastico: quoniam Dominus ordinauit, eos, qui Euangelium enuntiant, de Euangelio viuere. Et beneficium ecclesiasticum est ius recipiendi sustentationem ratione officij, & seruitij, non aliter. quia sicut dignus est operarius mercede sua, vel cibo suo, Matth.x. & Luc.x. sic, vt dixi, qui non laborat, non manducabit. Ideo beneficium ecclesiasticum est de iure diuino, quia dignus est operarius mercede sua, dixit Dominus, vt dixi, Matt.x. Luc.x. Et vnusquisq; titulus beneficij requirit residentiam, & seruitium, vt probatur in c.j. de celebra. Missar. & in c.fina. de rescript. li.vj. quia, vt ibi dicunt docto. beneficium datur propter officium. & notant docto. in c. relatum, & in c.pen. de cler. non residen. etiam per totum titulum. Dato hoc pro constanti, impossibile est residere, & residendo seruire in duobus locis: quia est contra principium naturale, vt patet ad sensum. probatur in c.sanctorum. lxx. distinct. vbi pluralitas beneficiorum prohibita est per hæc verba: Omnino autem in duabus ecclesijs aliquem intitulare non liceat. Hoc etiam improbat Toletanum Concilium, vt in c.vnio. x.q.iij. vbi dicitur: Sed & hoc necessarium instituere duximus, vt plures ecclesiæ vni nunquá committantur presbytero: quia solus per singulas ecclesias nec officium valet persoluere, nec rebus earum curá impendere. Confirmatur hoc, notándo verba Iustiniani in l. nemo, C. de assessori. dum dicit: Nec enim facilè credendũ, duabus necessarijs

rebus vnum sufficere. & etiam probatur in c. quia in tu
tum, & in c. cùm non ignores, de præben. Et quòd dictu
est, etiam ratione fundatur, quia ius reprobat inhabil
text. in c. ij. de institut. cum simili, & in c. super inordi
ta, de præben. nec est inhabilis, si ius non inhabilitat. Et
impossibile est de iure communi tenere duo beneficia,
quem intitulari in pluribus titulis ecclesiasticis. ita Pano
allegando Innocen. in c. clericus, de cler. non residenti. I
ministri iuxta facultatem ecclesiæ instituuntur, c. j. & ij
institu. c. cum. M. de consti. Debet ergo titulus ad victu
honestum, & necessarium ministri sufficere: etsi illudsi
ficiat, non quærat multiplicationem titulorum: quia nu
quærit victum aliorum ministrorum, & quærit diminu
onem cultus diuini: & hæc omnia abhorrent iura. & i
adde ad ea, quæ diximus in c. vj. suprà in isto Speculo
bi diximus, quòd tam Episcopi, quàm clerici, sunt tanm
vsuarij. Ideo optimum esset, quòd iudices spirituales p
penderent contenta in isto capitulo, cùm confiteatur pe
sonæ ecclesiasticæ fruétes redditibus, & patrimonio Ch
sti: quia sacerdoti viuere de altari permissum est, non l
xuriari. Ita Panor. in c. fina. de peculio cleri. & ibi re
9 Archidia. dicentem: † Si beneficiatus expendit de red
tibus ecclesiæ voluptuosè, tenetur ad restitutionem. qu
nota benè. Et ecclesia habet ius vendicandi omnia q
ta de bonis ecclesiæ post mortem clerici. Habent ergo E
scopi, & clerici liberam administrationem ad dispensa
nem fructuum beneficij in benè dispensando, vt per
nor. in c. cùm esses, de testamen. Itaque ego crederem, o
nionem Archidiaconi verissimam, quam ponit in c. sta
tum, §. assessorem, de rescript. in vj. quæ habet, quòd c
ricus nō est vsufructuarius. & videtur hoc sentire Inno
æta. & qual. c. indecorum. Et vide Ioan. de Lignano in
elegantissimo tractatu de pluralitate beneh. vbi multa
10 ptima dixit. † Residentia est de iure diuino, vt dixi in
lxvj. infrà in isto Speculo. & in c. singula, lxxxix. distinc
dicitur: Vni ipsi duo non committantur officia: sicut e
nim varietas membrorum per diuersa officia & robur cor
poris seruat & pulchritudinem repræsentat; ita varietas

per

personarum per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinem, & venustatem sanctæ ecclesiæ Dei manifestat. Et sicut indecorum est in corpore humano, vt alterũ membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxiũ, simulque turpissimum est, si singula eorum mysteria personis totidem non fuerint distributa, vt Gregor. scribit omnibus Episcopis in d. c. singula. & vide in c. ad hoc etiã, xcix. distinct. vbi dicitur, quòd graduum, & ordinum distributio ecclesiæ vnitatem conseruat, ideo non vni personæ plura committenda sunt. Et legitur in Leu. c. xviij. Solis filijs Leui pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, dedi omnes decimas filiorum Israelis in possessionem, & solis filijs Leui in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi.

De pluralitate beneficiorum scribere volui, licet nostris temporibus infelicibus non modo non iudicatur criminosum, verùm is sapientior habetur, maiorique dignus honore, qui plura beneficia aggregare, & acquirere sciuerit; licet hoc pernitiosissimum Christianæ Reipublicæ, ecclesiæque vniuersalis statui, animarumque saluti fore censeo, idque rationi naturali obuiare, ac saluti ecclesiæ, constitutionibusque, plurimumque sanctorum Doctorum opinionibus contradicere. Quid enim rationi naturali aduersum magis, quàm quòd vnus, & idem homo varia ecclesiæ stipendia in varijs, & distantibus sæpè locis, & quibus varia incumbunt onera, in se ipsum suscipiat? Quæ est enim humana respublica, quæ suos iudices, rectores, tabelliones, & alios officiales stipendijs in absentia frui, & vagari permittat? Sola domus Dei, ecclesia sancta, tali inordinatione suo priuatur ministerio, ac debitis fraudatur obsequijs. Et aduertat quæso religio audientium, quia vltra opiniones grauium, & singularium virorum, & vltra statuta, & decreta sanctorum Patrum, in ista materia miracula quædam referuntur, vt dixi in c. sexto, quæ quidem à Christiano viro non contemnenda sunt. Nec enim salus æterna propter delicatiorem victum, & ornatiorem vestitum, seu ampliorem familiam postponenda est. Relicta igitur animæ pœna supremo iudici mor-

11 tuorum, atque viuorum, † pœna, quę se offert in foro c
tentioso, est, quòd habens plura beneficia, quamuis sim
cia, quorum vnum sufficit per se ad vitam beneficiati,
test legitimè altero priuari, c. conquerente, de cler. non
siden. secundum Abbat. ibi, & nunquam est obliuioni
dendum. Et pro hoc vide bonam gloss. in c. dudum,
verbo, intitulatam, de electio. quæ dicit, sine peccato m
tali non potest quis tenere plura beneficia, quando
rum per se sufficit. Tu limita, vt notatur per Inno.
cùm iamdudũ, de preben. nisi fuerint ipsi collata non
one sui, sed propter vtilitatem ecclesiæ; vt quia est ha
industrioſus, bonæ famæ, & conscientiæ. An autem e
setur propter aliquam causam? credo, quòd non, q
Deum, si fructus beneficiorum conuertit in causam
piam. ita Abbas in d. c. conquerente. & vide eundem
bat. in c. de multa, de præben. & vide suprà in titulo d
ris canonicis, vbi optima videbis. Dixi superius, quòd
neficium ecclesiasticum est de iure diuino, & verum
Et Papa diuisit bona ecclesiastica, & ordinauit titulos;
ordinauit, quia Dominus ordinauit, eos, qui Euange
enunciant, de Euangelio viuere, vt dixi. Ideo est sim
vendere titulum beneficij. Item in c. de multa, de præ
statutum fuit per ista verba, Quicunq; receperit ali
beneficium curam habens animarum annexam, si pr
liud beneficium habeat, eo sit ipso iure priuatus: & si
illud retinere contenderit, etiam alio spolietur. Et
rius decernit text. idem esse in personatibus. Fuit e
extenta pœna ista per iura Sexti, & Clementinarum,
mo ad regulares dignitates, vt in c. cùm singula, de p
ben. in vj. secundò, ad prioratus, vt in Clemen. j. de
plen. neg. prælat. Itẽ ad vicarias perpetuas ecclesiarum
rochialium, vt in Clemen. vna, de officio vicarij. Et
cui conferantur duo curata simul, & semel, tunc datur
bi optio, secundum Abb. ibi, licet alij tenuerint, quòd
valeat collatio. Pœna verò ista vacationis beneficij
vendicat sibi locum, nisi post habitam possessionem p
ficam secundi beneficij. Sed hæc pœna dicti cap. de
ta, nouissimè aucta est per Ioannem xxij. in extrauaga

E

Execrabilis, sub tit. de præben. in §. qui verò. Et quod durius est, reputatur inhabilis ad sacros ordines suscipiẽdos, & ad habendum quodcunque beneficium ecclesiasticum; quas duas pœnas inhabilitatis ad ordines sacros, & ad beneficiũ incurrit ipso facto. Ideo ne despiciant Abbates nostri temporis, quia multum errant habentes istas ecclesias in commendam, seu gubernationem, qui debent tenere ecclesias illàs in priori statu, nec diminuere cultum diuinum solitum. & ex fructibus superextantibus, deductis expensis pro statu solito, debent sustentari. ad hoc vide Inno. in c. pastoralis, de priuileg. vbi dicit, quòd si religiosis conceditur aliqua ecclesia, vt conuertant fructus illius in proprios vsus, intelligitur concessio facta modo prædicto, vt scilicet ecclesiam teneant in priori statu: quia non est verisimile, quòd Papa fecerit concessionem in præiudicium diuini cultus. Fortius ergo prædicta interpretatio debet habere locum, quando ecclesia conceditur Cardinali, vel alteri in commendam, vel gubernationẽ, vt prædixi. ita Panorm. in c. querelam, de electione, & ex supradictis in isto capitulo benè fundatur. Et de pluralitate beneficiorum vide fratrem Dominicum de Soto in illo suo doctissimo libro de iusti. & iure, folio 262. colum. iij. Et de plural. benefi. vide Cardi. in Clemen. gratiæ, de rescrip. vbi multa dixit. & vide Marianum in sua repetitione, in c. de multa, de præben. & vide Felin. in c. dilectus, j. de simo. Et de ista materia dixi multa in libro de generali cõcilio indicendo iam in lucem edito anno Domini 1544. Et de pluralitate benefi. vide Cardina. sancti Sixti in c. sanctorum, lxx. distinct. & ibi etiam dixit multa circa residentiam personalem. Et de pluralitate benefi. vide eundem Cardina. in c. singula, lxxxix. dist. vbi dicit, quòd habere simul plura beneficia, quorum vnum sufficit, est illicitum prohibitione iuris communis, & diximus etiam suprà in isto c. Ex quibus omnibus patet, quòd tam iure naturali, quàm humano sit prohibitum, plura simul habere beneficia, aut officia, vt iam latè diximus. Sed nihilominus propter aliquas particulares circunstantias interueniẽtes, aut ex parte beneficiorum, aut ex parte ecclesiarũ, aut ex parte per-

te personarum potest contingere, quod bonum sit, vt habere plura beneficia, & sit licitum, & honestum, & ximè cùm per eum, qui præest, & habet huiusmodi cum stantias ponderare, cuiusmodi est Papa, dispensa nam habere plura beneficia simul, licet absolute sit lum, non tamen est simpliciter malum, & secundum lum, vt in nullo casu possit benè fieri: quia non tollit nis. potest enim beneficiatus doctus, vel nobilis per eminens ministrare per se, vt superius diximus autho te Papæ, dummodo iusta ex causa fiat: & non est acce personarum, si non seruentur æqualia in personis æq bus. Vnde quando conditio alicuius personæ requir rationabiliter aliquid in eo obseruetur, non est per rum acceptio, si sibi specialis aliqua gratia fiat. Sed dis

12 satio non fiat passim, & indiscretè, † quoniam olim ris, & dignitatibus dispensabant Episcopi: sed hoc m tum fuit propter indiscretas, & stultas dispensatione piscoporum. Vnde nec Papa debet dispensare, nisi iusta ratio postulet. Vnde Bernardus ij. lib. de consid Augenium, ipsum alloquens inter cætera ait: Non tam rudis, vt ignorem positos vos dispensatores, sed dificationem, non in destructionem. Vbi necessitas v excusabilis dispensatio est: vbi vtilitas prouocat, dis satio laudabilis est: vtilitas, dico, communis, nó pro Nanque nihil horum est non planè fidelis dispensatio crudelis dissipatio est. Hæc Bernardus. Itaque dispen facta in pluralitate beneficiorum sine causa iusta no cusat eum, cum quo fit dispensatio quoad Deum, v Cardi. sancti Sixti in d. c. singula, vbi multa dixit. iure etiam diuino, vt dixi in isto capitulo, est residen

13 cerdotij: † & de nouo dico, quòd residentia est de diuino; quia Dominus ordinauit, eos, qui Euangeliu nuntiant, de Euangelio viuere: quia dignus est opera mercede sua, vel cibo suo, Matth. x. & Luc. x. & Apost xit: Qui non laborat, non manducet. Itaque residen bentur fructus de iure diuino, & non residenti sine m ma, & necessaria causa nihil debetur: & habens plural tem beneficiorum non potest residere, vt dixi suprà, &

ctus non debentur, nisi residenti, & seruienti. Ideo ex superius dictis in isto c. constat, prohibitam esse de iure diuino pluralitatem beneficiorum. Considerate benè, & quòd beneficium ecclesiasticum est ius recipiendi sustentationem ratione officij, & seruitij; quia dignus est, vt dixi, operarius mercede sua. Itaque beneficia ecclesiastica sunt de iure diuino, vt multoties dixi, & Papa constituit dignitates, & diuisionem, vt hodie sunt, sed Dominus, vt iam dixi, ordinauit, eos, qui Euangelium enuntiant, de Euangelio viuere: & dedit Leuitis decimas, qui in sacrario ministrabant: vt qui altari seruit, de altari viuat, vt pluries diximus, & videbis c. lxvj. infrà in isto Speculo.

† Prælatus ecclesiæ an possit licitè conferre beneficia, 14
aut officia ecclesiæ consanguineis, & amicis, quamuis idoneis, magis idoneis postpositis? dic secundum Thom. quodlibe. iiij. Aut consanguineus prælati, & amicus est æquè idoneus, sicut alius extraneus; aut minus idoneus. Si æquè idoneus, sit ista conclusio: quòd prælatus potest suũ consanguineum, aut amicum præferre. probatur secundũ ordinem rectum charitatis. Homo plus debet diligere sibi magis coniunctos, sed his, quos magis ex charitate diligimus, magis debemus prouidere, vnde eorum meritum crescat. Cùm igitur ex bona ecclesiæ dispensatione, siue administratione crescat meritum benè administrantis, videtur, quòd prælatus magis debeat suis, quam extraneis, cæteris paribus, prouidere. Dicit sanctus Thom. hoc esse verum, nisi forte ex hoc scandalum oriatur, vel aliqui exinde malum exemplum accipiant, vt probabiliter præsumi possit, quòd alij prælati hoc exemplo inducantur ad dandum suis consanguineis, etiam minus dignis. Patet etiam veritas præfatæ conclusionis ideo, quia ex quo nihil deperit vtilitati ecclesiæ prouidendo sic consanguineo, cum æquè idoneo prouideatur; licitum est circa hominis prouisionem etiam amori naturali satisfacere, qui non est contrarius charitati, sed magis charitate conformatur. Et hoc significatur Genes. xlvij. vbi Pharao dicit ad Ioseph: De fratribus tuis, si nosti eos viros industrios, constitue eos magistros pecorum meorum. Si verò consanguineus

præ-

prælati sit minus idoneus, tunc est conclusio, quòd prælatus non debet eum præficere ad curam ecclesiæ, postposito meliori. Et hanc conclusionem probat S. Tho. duplici ratione. Primo quidem, quia videtur esse contra fidelitatem, quam in bono dispẽsatore Deus requirit. Non enim fideliter faceret negotium alicuius domini, qui posset rem eius meliorare, si hoc prætermitteret, vt suis cõsanguineis satisfaceret. Secundo, quia hoc videtur ad personarũ acceptionem pertinere, quæ consistit in hoc, quòd aliquis accipit personam, quæ non facit ad negotium: sicut si aliquis daret sententiã pro aliquo, quia diues est, & non quia iustitiam habet; quæ est conditio faciens ad negotium. Esse autem consanguineum non aliqua conditio est pertinens ad curam ecclesiæ, quę non obtinetur iure sanguinis sed diuino munere. Esset autem conditio faciens ad negotium circa dispensationem patrimonialium bonorũ. Vnde si Episcopus de patrimonialibus bonis magis prouideret suo consanguineo minus idoneo, non est acceptio personarum. Sed si ratione consanguinitatis magis prouideret ei de patrimonio Christi, non caret vitio acceptionis personarum, quam August. dicit in ecclesiarum gradibus dispensandis interuenire, exponens illud Iac. ij. Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi. D. Hieronymus etiam dicit, vt habetur viij. q. j. c. Moyses; Extraneus ex alia tribu à Moyse eligitur, vt significaret principatũ in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ; at nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt non quarant in ecclesia columnas erigendas quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit. hæc ille. Sed nota, vt alias dixi, quòd Ambrosius in lib. de officijs, transsumptiuè etc. est probanda, lxxxvj. dist. dicit: Proximos seminis tui ne despicias, si egere cognoscas; melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, non tamen, vt illi ditiores fieri velint, ex eo, quod tu potes conferre inopibus, de hoc vide in sermone Episcopali. §. de eleemosyna, infrà in hoc Speculo. Mortale autẽ peccatum

catum in huiusmodi pluralitate interuenit, quando non propter rationabilem causam obtinet quis multa beneficia, quia vnus occupat loca multorum, alij autem esuriunt: itaq; est notabile damnum clericorum benè meritorum in illis partibus, vbi sunt hæc beneficia, quia deberēt ex his beneficijs & honorari, & pasci. Nec excusatur peccatum mortale propter dispensationem Papæ, vt dixi, sine rationabili causa: quoniam dispensatio Papæ cadit super ius positiuum, & non super ius diuinum, aut mortale: pluralitas autem beneficiorum sine rationabili causa est contra ius diuinum, & mortale, quo communia ecclesiæ bona distribui iustè debent partibus ecclesiæ. Nec obstat, quòd beneficiola plura dicuntur licitè dari vni: quia beneficiū adeò tenue, quod non sufficit ad sustentandū ministrum, non est beneficium nisi imperfectè: & ideò de his minimis fit, vt melius fieri possit. Propterea qui hæc paruipendit, quia fic cōmuniter à multis fit, & quia forte Papa dissipando dispositit, non est absoluendus. ita doctissimus Caietanus in sua Summa, folio 45. in libro meo. vbi dicit etiam: Peccatum quoq; est beneficij ecclesiastici prouentus malè expendere, vt si inde ditat propinquos, aut in pompis, & luxibus expendit; quia non dominus, sed dispensator est; & debet primo sui, deinde ecclesiæ, & propinquorum indigentium curam gerere, non vt diuites fiant, sed ne indigeant, & ibi in folio 42. dicit: In beneficio de iure requirente residentiam peccatum est sine rationabili causa non residere, pro quanto damnum infert animarum; infert enim contrarium naturali iustitiæ, qua tenetur ipsemet ex susceptō officio gerere ouium Christi curā, quæ sine residentia non potest haberi, vt debet. est etiam contra debitā charitatem Christi. Nam amor eius non est apud eum, qui paruipendit, quæ maxima sunt Christi, salutem animarū sibi commissarum. Excusare tamen potest absentiam sine rationabili causa à mortali imperfectio actus, vel propter paruitatem damni, vel propter paruitatem temporis, & si quid est huiusmodi. Hæc ille. Et in interrogationibus præambulis confessor diligenter interrogabit ecclesiasticos, si prudens est in sacramento pœnitentiæ,

ecclē-

ecclesiasticos dico, qui detestabilem abusum habent possidendi plura beneficia absque rationabili causa, confidentes in bullis scriptis. Et prædicendum est eis, Prouide primum, vt sit tuta conscientia tua, & hoc, vt dixi, in interrogationibus præambulis ad confessionem, ante confessionem. Et hoc, vt non possit pœnitens conqueri dicendo; tu voluisti audire, & scire facta mea. Ita Caietanus in Summa, folio 382.

## DE IMMVNITATE, ET LIBERTATE ECCLESIASTICA. Cap. XXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Clerici à iurisdictione laicorum de iure diuino exempti sunt.*
2 *Nulla dignitas sæcularis similis est sacerdotio.*
3 *Clericus mendicare non debet.*
4 *Clericorum alij coniugati sunt, alij non.*
5 *De omnibus ecclesiarum, & clericorum priuilegijs, remissiuè.*
6 *Enormia delicta quæ, & quot sint.*
7 *Immunitas ecclesiastica quæ sit.*
8 *De proprio patrimonio non tenetur aliquas gabellas, vel pedagia soluere.*
9 *An teneatur ecclesia pro possessionibus sibi collatis soluere collectas, seu alia onera, quæ ante collationem soluebantur.*
10 *Clericus habens communia cum fratre laico an soluere tenetur collectas, & similia.*
11 *Quædam priuilegia à Deo concessa sunt, quædam ab homine.*
12 *Priuilegia multa sunt à Papa concessa: item & ab Imperatore.*
13 *Casus, in quibus iniicientes manus in clericum, non incurrunt excommunicationis pœnam.*
14 *Episcopus clericum suum repetere potest, vbi ab alio detinetur.*
15 *Detinens clericum incidit in sacrilegij crimen.*

16 Cle-

16 *Clericalis habitus in duobus consistit.*
17 *Ordo, siue clericatus quomodo probetur.*
18 *Clericus seditionem, & guerram in populo faciens, dicitur se immiscere enormitatibus.*
19 *Percutiens clericum se defendendo an incidat in excommunicationis pœnam.*
20 *Clericus exercens artem per annum, omne clericale priuilegiũ perdit.*
21 *Munerum quædam personalia, quædam patrimonialia, et quædam mista sunt.*
22 *Angariæ nomen vnde.*
23 *Quæ dicuntur munera ordinaria, & quæ extraordinaria.*
24 *Muneris patrimonialis appellatione quid contineatur, & de triplici munere merè patrimoniali, & num. 25.*
26 *Ecclesiæ immunes sunt ab inscriptionibus erratorum.*
27 *Quælibet possessio ab antiquo est onerata ad solutionem tributi Imperatori.*
28 *Imperator tanquam subditus, super rebus Deo dicatis statuere non potest.*
29 *Munus mistum quod dicatur.*
30 *Vbicunque tractatur de generali vtilitate clericorum simul, & mistim, clerici tenentur contribuere vna cum laicis, & nume. 33.*
31 *Nulla maior pietas est, quàm patriam, debiles, atque pauperes ab hostibus defendere.*
32 *Decretorum glosator Ioan. Andreas, iuris ciuilis autem Bartol. nuncupantur.*
34 *Qui prætextu immunitatis delinquunt, immunitate ecclesiastica non gaudent.*
35 *Laicus in ecclesia delinquens à quo iudice puniendus est.*
36 *Ex proposito delinquens maiori pœna affici debet.*
37 *In quantum, ad quid, & ad quos immunitas ecclesiæ, & cœmiterij extendatur, remissiuè.*

SAnctissimi Episcopi in suis diœcesibus aduertant circa immunitatem clericorum. † Quia clerici sunt exempti à iurisdictione laicorum de iure diuino, cùm sint res spiri- 1
tuales,

tuales: eo enim ipso, quod quis ordinatur in clericum, efficitur res sacra, & transfertur in sortem Domini, c. cui portio, xij. quæst. j. c. quanquam, de censibus, in vj. Genes. cap. xlvij. item. j. Esdræ cap. xvij. & c. Imperator, xcvj. distinct. vt ibi notatur. Et sic eo ipso eximitur à potestate iudicis sæcularis. † Quinimmò nulla dignitas sæcularis similis est sacerdotio, vt dicit text. in c. duo, xcvj. distinct. Ideo iterum aduertant summi Romani Pontifices, & reuerendissimi Episcopi, quòd hodie vilescit dignitas clericatus propter numerositatẽ, vt dicit tex. in c. legimus, xciij. distinct. Olim autem, quia non omnes indistinctè promouebantur, erant in maximo honore; † quoniam clericus non debet mendicare, vt in c. diaconi, xciij. distinct. vbi litera dicit: Mendicat infelix in plateis clericus, & seruili opere mãcipatus publicam à quolibet poscit eleemosynã. solus Episcopus incumbit bonis, solus vtitur monasterio, solus Episcopus vniuersa vendicat, solus occidit vniuersos. † Et clericorum alij sunt coniugati, alij non coniugati. Et sciendum est, quòd clericus coniugatus cum vna tantum, & virgine, & tonsuram, & habitum deferat clericalem, duplici tantum gaudet priuilegio; immunitatis personæ, vt in ipsum manus temerarias, vel violentas iniiciẽs ipso facto sententiâ excõmunicationis incurrat, vt in c. si quis suadente, xvij. q. iiij. Itaque clerici cõiugati nullo gaudent priuilegio clericali vltra duo, quia gaudent priuilegio canonis, si quis suadente, vt dixi; & gaudent priuilegio fori taliter, quòd si deferant tonsuram, & vestes, non conueniuntur coram iudice sæculari, vt in c. vno, de clericis coniugatis, libro vj. Sed si non deferunt, tunc in nullo gaudent; etiamsi non præcesserit aliqua admonitio, cùm in eis non sit necessaria, ex quo non tenentur clericaliter viuere. Aliud est in clericis non coniugatis, vt in c. ad audientiam, & c. contingit, de sent. excom. & vide de ista admonitione, quod dicitur per dominum Antoni. in c. Ioan. de cler. coniug. Et generaliter clerici coniugati nõ gaudent de omnibus priuilegijs ecclesiarum, & clericorum. & vide Ioan. Andr. in c. nouerit, de sent. excom. † Et de omnibus priuilegijs ecclesiarum, & clericorum vide eundem Ioan.

Ioan. Andr. in d. c. nouerit, de sent. excomm. vt dixi. Et appellatione clericorum veniunt omnes clerici, etiam constituti in sacris, c. de persona, in fin. xj. q. j. quia omnes sunt clerici. Et priuilegium clericale quando nominatur, intelligitur de duplici, scilicet immunitatis personæ, & fori. quod dic, vt in glo. in Clem. de offi. ordin. quatenus iuncto tex. notat hoc singularissimè. & vid. c. fin. de vita & honest. cler. c. ex parte, de priuil. c. contingit, & c. si iudex laicus, de sent. excom. lib. vj. Et priuilegium clericale in multis consistit, l. ij. C. de Episc. & cler. & ibj Bald. & docto. & in d. c. j. de cler. coniuga. & in c. quanquam, de censib. lib. vj. Itaque clerici non vexentur in personis, & rebus, vt in Clem. j. de vita & honest. cler. & d. l. ij. & de immunitate ecclesiarum per totum. Et si ciuitas, vel laicus aufert ab ecclesia pedagia, & guidagia, vel collectas, puniuntur pœna, de qua in c. non minus, & c. aduersus, extra. de immun. eccles. & vide notanter in Clem. vna, de immunit. eccles, vbi videbis notabilem text. Sed dicunt docto. quòd prætextu priuilegij nō debet clericis crescere authoritas delinquendi; reatus enim omnem honorem excludit, l. j. C. vbi senato. vel clariss. authen. qua in prouincia. vbi de crim. agi. opor. quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, c. priuilegium, xj. q. iij. ad hoc. c. suggestum, de decr. Ideo prælati maximè soliciti esse debent ad castigandum delicta, vt in c. quod in dubijs, de pœnis; præcipue enormia. † Et enormia delicta sola inducunt irregularitatem, vt per Cardi. in Clemen. j. de offi. ordin. & enormia delicta sunt ista, homicidium, sacrilegium, adulterium, falsum testimonium, & similia, c. si Episcopus, l. distinct. c. Apostolus, lxxxj. distinct. vbi dicitur, quod crimē est graue, cùm est accusatione, & damnatione dignissimū. Et quid sit peccatum, & quid sit delictum, vide c. peccatum, de pœnit. distinct. j. & c. peccatum, de regulis iuris, in vj. Et quid sit leuis culpa, nota. in c. j. lxviij. distin. Et si clericus non propulsando, sed inferendo iniuriam enormem, seu sæua frequenter consueuit committere, perdit priuilegium canonis, xvij. quæst. iiij. si quis suadente: perdit etiam, de senten. excommu. c. perpendimus, & vide Cardi. in d.

6

in d. Clemen. j. Sed quia sæpè quærimus, & dubitamus de clericis relinquentibus habitum, & tonsurã, & delinquentibus, vel facientibus contrarium ordini clericali, ad dubitationem tollendam omnium decretalium, sic distingue secundum Ioan. Andr. in sua quæst. Aut clericus clericaliter ducit vitam suam, aut non: & si quidem viuit clericaliter, & delinquit in habitu, quocunque modo, & qualitercunque, non amittit priuilegium, nec potest capi, detineri, vel puniri per iudicem sæcularem, & percutiens eum, vel capiens incidit in canonem latæ sententiæ, xxi. q. iiij. c. si quis suadente. & in hoc casu loquitur c. ficut ab homine, de iudi. quod apparet ex verbis ipsius capitulo dicunt, ipsum esse clericum, & in ordinibus constitutum assertiuè: & hoc nisi fuerit incorrigibilis, & fuerit deportus per iudicem ecclesiasticum, & traditus postea curiæ sæculari, vt ibi dicitur. Si verò clericus non viuit clericaliter, distingue; aut portat tonsuram, & habitum, tamen vadit negotiando, vel tenet tabernam, vel stat ad aliquam stationem, & ad faciendum aliquam mercaturam; & tunc non perdit priuilegium clericale, nisi post trinam admonitionem. Et in hoc casu loquitur c. fina. extra, de vita, & honest. cler. & apparet id qualiter in d. c. quidam clericus &c. & ita ponit assertiuè, & postea dicit in negotiationum suarum quæstionibus. per quod apparet, quòd loquitur quando clericus mercatur, & negotiatur causa lucri quæstus. Si verò accipit secundam vxorem, vel viduam, vel facit se militem, tunc ex toto amittit priuilegium clericale; quia in talibus non cadit character ordinis clericalis, vt lxxxiiij. distinct. c. quisquis, & extr. de bigamis. ij. & iij. Si verò accepit vxorem vnicam, & virginem, non portando habitum, & coronam, & clericaliter viuendo non perdit priuilegium clericale, vt extra, de vita, & h. cler. c. clericus. Si accepit vxorem, & reliquit habitum clericalem, perdit priuilegium, vt extra, de cleri. coniugat. pen. & c. Ioannes. & ibi not. Si verò non coniugatus nõ portat vestes, nec habitum, nec tonsuram clericalem, & facit aliquid contrariũ ordini clericali, vel delinquit, tunc distingue; Aut leuiter delinquit, vel aliquid

contra regulam ordinis clericalis, vt quia portat arma, vel ludit ad tabulas in vijs, vel mutuat ad ludum, & vadit venando: & tunc si aliquis ignorans eum clericum committat in eum, non incidit in pœnam canonis, si quis suadente, ipsum percutiendo, vel feriendo. secus si scienter, vt extra, de sentent. excomm. c. sacro, il ij. & hoc, nisi post trinam monitionem; quia tunc perdit omne priuilegium, extra, de sentent excommun. c. in audientia. vbi dicitur, quòd portabat arma relicto habitu, & tonsura clericali. & in c. si contingat, dicitur, quòd delinquit sæculari luxu. & ita quodammodo non delinquit leuitatis causa, seu modicè. Per quæ apparet, quòd in ipsis capitulis loquitur, quando leuiter delinquit, vel modicè. Si verò relinquit habitum, & tonsuram, & immiscear se enormitatibus, vel sæua exerceat, & in istis perseueret, ita quòd hæc faciendo fuerit deprehensus per iudicem sæcularem, vel offensus fuerit per alium; tunc nullo gaudet priuilegio, vel beneficio, & in his casibus loquitur extra de apostatis, c. j. & c. priuilegijs, & de excess. præla. c. ex parte, circa fin. & c. perpendimus. Et est ratio manifesta: quia cùm elegerit vitam sæcularem, ipsius vita debet subijci disciplinæ, iuxta illud; Dignum est, vt qui cum alijs similem vitam suscipiunt, similem in legibus sentiant disciplinam, vt extra de sta. mo. c. recolentes. & per hoc reducentur ad concordiam, glos. Inno. Bar. & aliorum doctorum dicta. † Et notabimus, 7 quòd immunitas ecclesiastica est libertas, seu exemptio ecclesiæ in personis, & rebus, ac iuribus ecclesiasticis quibuscunque. Sciendum est etiam, quòd priuilegia concessa super libertate ecclesiæ possunt tripliciter distingui; primò, respectu formalitatis, qui est attendēdus, vt in c. porrò, de priuil. secundò, respectu eius, cui conceduntur. tertiò, respectu concedentis. Iuxta primum modum quædam sunt priuilegia personalia, quædam realia. i. quædam concernunt personas clericorum, quędam res, seu iura clericorū, & ecclesiarum. hanc distinctionem facit glo. in c. vnico, de biga. lib. vj. in versi. priuilegio. Et de priuilegio personarum vide c. si quis suadente, xvij. q. iiij. De priuilegio rerū exemplificat d. glos. per l. j. & ij. & l. generaliter, C. de

Episco.& cler.& de vita & honest.cler.c fin.in quibus p
uilegiantur clerici maximè respectu munerum, seu on
rum. Quibus autem muneribus obligentur, & in quib
non, plenè distinguit Inno.in c.non minus,de immun.e
clesiarum. & Guidus de monte Laudo in Clem.j. de vi
& honest. cler. Sed clericus, qui tertio monitus à neg
tiationibus sæcularibus non abstinet,interim perdit,qu
ad bona,priuilegium clericale,tex.in d.c.fin.de vita,& h
nest. cler. Et ibi notatur, quòd quemadmodum cleric
non tenetur aliquid soluere pro facultatibus ecclesiæ,
8 nec pro facultatibus proprijs. Ex quo infertur, † quòd
proprio patrimonio clericus non tenetur soluere aliqu
gabellas,vel aliqua pedagia, Clemen præsenti,de cens
c.quanquam,eod.tit.lib.vj. Idem dic, si aliquid donat
vel relinquitur ecclesiæ. Et idem puto, si donatio fiat
rico,dicit Panor,in d.c.fin.Itaque ex his habes casum
de generalem, in quo bona clericorum gaudent eod
priuilegio cum bonis ecclesiæ, sed clericus nõ gaudet
munitate in his,quæ deferuntur causa negotiandi, text
ibi Phil. Franc.in c.quanquà,de censi. lib.vj. text.in C
men.iij. de censi.& ibi docto. Spec.in tit.de immun.ecc
siast.§.fin. Et si esset quæstio inter clericum, & public
de rebus,quæ portantur, an deferantur causa negotian
vel non,vide Barto.in l.licitatio,§.mercatores,ff.de pub
Ancha.Phil.Fran.in d.c.quanquam, de immun. eccles.
vj. Et quod dixi de tertia monitione, dic, quod non sur
citvnum peremptorium,quia agitur ad pœnam. Panor.
d.c.fin Sed clerici coniugati non gaudent priuilegio
9 facultatib. vt iam dixi. Ecclesia † an teneatur soluere co
lectas,seu alia onera pro possessionibus ei collatis,pro qu
bus antequàm ad ecclesiam peruenissent, soluebatur tal
onera;dic post multas opiniones,&ista est verior,quòd is
illa bona habebant onus perpetuum annexum,& inuaria
bile,& tunc transeunt ad clericos cum oneribus suis. fact
Clemen. præsenti, de censib. & quod ibi notatur; aut o
nus tale est, vt sunt istæ descriptiones, & æstimationes,
quæ fiunt hodie (quia æstimantur bona cuiuscunque, v
soluant plus, vel minus secundum impositionem colle-

ctæ)

ctæ) & ad ista onera non tenetur ecclesia, nec clerici: quia non potest dici, quòd hoc sit onus annexum possessionibus, cùm non sit perpetuum, sed variabile, & quandoque imponitur personæ pro rebus. Si ergo perueniunt ad ecclesiam, debent censeri iure ecclesiastico, pro hoc est bonus text. in c. vnico, de iure patronatus, in vj. & ibi Panor. in c. fin. de vita & honestate cleri. † Et quid si clericus habeat communia cum fratre laico, nunquid teneatur soluere? De hac, & similibus quæstionibus vide Specular. in titulo de clericis coniugatis, & vide Barto. in l. rescripto, ff. de muner. & honor. vbi ponit aliquas practicas efficiendi bona sæcularia; vt sic effecta transeant ad clericos; cuius dicta non placent Panormitano, maximè propter fraudem, ita Panorm. in d. c. fin. Sed vide priuilegia concessa clericis ab Imperatore in l. j. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et quædam sunt priuilegia, quæ concessa sunt toti ecclesiæ, vt priuilegium fori clericorum, & canonis, si quis suadente; & aliqua alia, de quibus infrà dicemus. Quædam sunt priuilegia specialia, vt alicuius ordinis, vt de rescript. c. cum ordinem; vel vni ecclesiæ concessa, vt in c. auditis, de præscriptio. & c. veniens. & de decim. c. dudum, & c. ij. de decimis. in vj. † Item quædam priuilegia sunt concessa à Deo, quædam ab homine: priuilegia concessa à Deo sunt quàmplura, sed principaliter tria. Primum est illud, ex quo tota potestas ecclesiastica dependet, & causata est, sicut illud: Quodcunque ligaueris, &c. c. quodcunque, xxiiij. quæst. j. & de transla. c. j. & dixi suprà in isto Speculo in c. j. & ij. & iij. & per Papam habet potestatem decidendi, & interpretandi omnia dubia iuris etiam ciuilis, c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, versi. rationibus. Secundum est priuilegium de decimis, & oblationibus dandis clericis, c. reuertimini. xvj. quæst. j. c. tua, de decimis, ij. & notatur plenè in c. à nobis, eodem titu. Tertium est priuilegiũ, quod habet ecclesia, vt administret sola. i. sine laicis res suas, c. si Imperator, xcvj. distinct. de rebus ecclesiæ non alienan. c. fin. Et hinc ecclesia sola de spiritualibus, & non Imperator ius concedere, & aliter disponere potest, c. denique, xcvj. dist. & c. cùm ad verum. Multa sunt & alia

priuilegia concessa ecclesijs à Deo, quæ patent in nouo, veteri testaméto, vt dicit Innocen. in c. nouerit, de senten excommun. De priuilegijs autem ecclesiæ concessis homine, dic, quòd quædam à principe, quædam ab inferioribus. De primis quædam conceduntur à Papa, quæ ab Imperatore. De concessis à Papa est priuilegium canonis, si quis suadente, xvij. quæst. iiij. de his etiam est priuilegium super legatis ad pias causas probandis per duos testes, vt in c. relatum, de testamen. & quod ibi notatur & notabis, quod text. in d. c. relatũ, dicit indistincte, quod causa super talibus relictis pertinet ad forum eccles.

12 † Multa alia sunt priuilegia à Papa concessa, vt illud; Nores ecclesiasticæ alienentur sine certa solennitate, c. exceptione, xij. q. ij. c. si quis, de rebus ecclesiæ non alie. Priuilegia concessa ab Imperatore sunt multa, C. de sacrosanctis eccles. l. j. & in l. nemo, C. de Episc. & cler. & totum tit. de his, qui ad ecclesias confugiunt. & prosequitur Inno, (vt dixi) in d. c. nouerit, de sentent. excom. Et de priuilegijs concessis ecclesiæ ab inferioribus iam perius diximus. Diximus, quòd qui in clericum violentas manus temerarias iniecerint per se, vel per alium, ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt, vt in c. si quis suadente, xvij. q. iiij. dixi violentas propter c. contingit, de senten. excommun. vbi dicitur; Excommunicatus est, qui in clericum etiam violentam manum iniecerit. Et ibi dicit Panorm. an possit ecclesia agere pro iniuria facta clerico. dicit etiam ibi, quòd Episcopus potest mittere iniuriam competentem ecclesiæ. Sed intrudens clericum inuitum in custodia publica, vel priuata, vel oculis, huiusmodi sententiam incurrit, vt de senten. excommun. c. nuper. hoc tamen verum est, præterquàm in decretali, c. vbi periculum maius, §. præterea, de electio. vj. & in casu decretalis, ex rescripto, de iureiurando; cum determinatione tamen, quam ibi posuit dominus Ioan. Andræas. & ibi dicit Panorm. quando monachus clericus possit dari in obsidem. Ideo detinentes eum inuitum, non sunt excommunicati, dummodo de voluntate Abbatis

13 † Sunt tamen casus, in quibus inijcientes manus in cle-

eum in pœnam non incurrunt. Primus est, si prælatus ecclesiasticus ipsius clerici ipsum capit, vel per alium capi fecit propter excessum ab eo commissum, etiam si faciat eum carceri mancipari. Nam eo casu neque faciens, neq; mandans excommunicationem incurrunt; dum tamen ex proposito non excedatur vltra, quàm ipsius rebellio requirit, vt de sentent. excommun. c. vt famæ. & eodem titu. c. si clericos, libro vj. Secundus casus, si officium in ecclesia habens manus inijciat, moderatè tamen inter turbantes diuinum officium, c. veniens, de sentent. excommun. Tertius, si magister in scholarem clericum disciplinæ causa manus inijciat, moderatè tamen. Quartus, si dominus in familiarem. Quintus, si propinquus in propinquum clericum, inferioris tamen gradus, correctionis causa manus apponat, moderatè tamen. præmissi casus patent in c. cum voluntate, de sentent. excommun. Sextus, si clericũ turpiter inuentum cum matrẽ, filia, sorore, vel vxore quis percutiat, vel lædat, c. si verò, §. nec ille, de sentent. excommun. Septimus, si percutiens probabiliter ignorat eum esse clericum, vt in d. c. si verò. Octauus, si ioco eum percuteret, vt c. j. de sentent. excommun. j. respon. & in dicto c. vero, dicitur: Officialis deliberatè inijciens manus in clericum per Papam absoluitur: secus, si turbam arcendo, non ex deliberatione, sed fortuito casu. Et si est impubes, percutiens clericum animo iniuriandi, absoluitur ab Episcopo: si maior, requiritur absolutio Papæ. Panorm. in d. c. j. Quid autem de spuente in clericum? dic, vt in d. c. si quis suadente. & de deturpante vestem, & vid. per Panor. in d. c. j. ea, quæ requiruntur ad incurrendum illam excommunicationem, c. j. si quis suadente. Nonus, si repellendo vim in ipsum manus inijciat, dummodo id faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt in prælleg. c. si vero. & eod. tit. c. ex tenore. & ibi notatur de homi. c. significasti, il ij. Et hi casus notantur in prædicto c. cum voluntate, in gloss. ij. Decimus, si amens, vel infans, vel dormiens talem clericum percusserit, vt in Clem. furiosus, de homi. in Clem. Verùm quia iudices sæculares sæpè propter maleficia capiunt, & captiuos detinent clericos, qui petũt

se ad forum ecclesiasticum remitti, vel ab ecclesiastico iudice repetuntur, vt in c. si iudex laicus, de senten. excommu. in vj. ideo ad lecturam, & intellectum d. c. veniamus, & primò ad ea, quæ continentur in text. vbi habetur, & dicitur secundum communem intellectum docto. Si malefactor captus à iudice laico dicit se clericum, huius rei cognitio ad iudicem ecclesiasticum spectat: Et si notoriè, vel publica fama, vel communi æstimatione habetur pro clerico, statim fit remissio. Idem, si priùs se gerebat pro clerico, & modo deprehensus fuit in habitu clericali. Si autem prius se gerebat pro laico, licet modò in clericali habitu deprehensus fuerit, non fiet remissió, donec fuerit de clericatu probatum; sed interim contra eum iudex in nullo proce-
34 det. † Et ita habemus hic, quòd Episcopus potest repere clericum suum, vbi ab alio detinetur. huius ratio est, quia in spiritualibus nec incidenter, nec principaliter potest iudex laicus procedere, c. tuam, de ordin. cogni. c. Iator, qui filij sint legit. Sed vocatur iudex sæcularis, & alii quorũ interest ad istã cognitionem: quia in cognoscendo & sententiando sunt vocandi, quorum interest, & denunciatio est illis facienda, aliàs non teneret, quod aliter fieret, ff. de re iudica. l. de vnoquoque. & de maiorita. & obedi. c. inter quatuor, & l. emptor, C de euictio. Et procedetur sic, primò videbitur de possessorio clericatus, vt quod est notoriũ, aut quia fama publica hoc diuulgat, aut quia iste pro clerico communiter habeatur. Et vno istorum existente pro capto, restitui debet antequàm de clericatu cognoscatur: restitui debet scilicet curiæ ecclesiasticæ: sic ista possessio facit, cognitionem esse fori ecclesiæ. Si iudex sæcularis dicet coram iudice ecclesiastico: Vir iste perpetrauit delictum tale in mea iurisdictione, vnde coram me sortitur forum; & ideo peto, quòd mihi reddatur per me iustificandus. Si dicatur, est in possessione clericatus; dicet, possessio non facit clericum, l. Herennius ff. de decurioni. vnde probet, si potest. Dico tamen, quod vbi esset antiquata possessio, reputarem calumniam, & illum esse clericum præsumerem, argumen. de ritu nuptarum, l. in liberæ mulieris. secus, si factus esset recens, vt

c.

a illud, de præsumptio. Et articulo probationis pendente super clericatu, non procedetur contra captum, vt in fine capituli nostri. & cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum, vt in tex. Et prælatus ex officio petit remissionem, quia in iniuriam ecclesiæ non potest clericus consentire, vt in c. contingit, de senten. excomu. c. in primis, ij quæst. j. faciun ea, quæ notantur in c. si diligenti, de foro compe. quinmmo Episcopus, si est ordinarius capientis, potest procedere per modum inquisitionis contra detinentem. † Nam crimen sacrilegij est clericum detinere, vt is in ca quisquis, xvij. quæst. iiij. vbi de multiplici genere sacrilgij. facit etiam text. in c. si quis deinceps, xvij. q. iiij. & hoc verum, si fama est, eum esse clericum: si vero notorium est, tunc sine fama requirit eum, & excommunicat delentem. Sed iudex laicus licitè capit clericum pro malefacio, si gerit se pro laico, vt in d. c. si iudex laicus, de sente. excommun. facit c. si clericos, eod. tit. Immo voluit Bal. in l. si qua per calumniam, C. de Epis. & cler. quòd etiam clericum inuentum in crimine in habitu & tonsura potest iudex laicus, seu eius familia capere, & ad Episcopum ducere. idem vult Inno. in c. vt famæ, de sentent. excommun. quod intellige, quando esset in fuga, vel suspicio de eo; alias non liceret laicis capere clericos etiam intentos in delicto, vt est text. notabilis in c. si verò, il ij. de senten. excomm. quod tamen intelligit ibi Inno. esse verũ, quando clericus à delicto desisteret, secus si continuaret, quia tunc posset capi à quocunque, etiam laico sine pœna excommunicationis, si non esset ibi officialis ipsius clerici qui hoc faceret, secundum Inno. ibi. & de hoc vide Io. Andr. in c. cùm non ab homine, de iudic. ijs. Et ita est tenendum, quicquid dixerit Bal. in l. si qua per calumniã, de episco & cleri. Vnde ex his infertur secundum docto. quod si miles inuenit clericum de nocte, si se gerit pro laico vel verisimiliter potest timere delictum committendum; poterit eum capere sine pœna excommunicationis argum. etiam, c. consuluit, de offi. delega. quia videtur hinc impedire delictum committendum. aliàs autem non potest capere. † Et notabis, quòd habitus clericalis

calis consistit in duobus, scilicet in tonsura, & vestibus: & de vestibus vide per glo. notabilem in Clemen.j de elect. in verbo, sæcularis. & de tonsura vide gl. in Clem.ij. de vita & hon. cler. in verbo, & tonsuram. Notabis etian, quòd in dubio quis præsumitur talis, & ita iudicari debet, qualis in habitu apparet, vt in d.c. si iudex laicus, facit l. moueor. C. de seruis export. vnde dicenti contrarium incumbit onus probandi, per text. in d.c. si iudex laicus. E nota, quòd poterit fieri probatio per instrumentũ clericatus coram iudice sæculari. Bald. in d.l. si qua, ad instructionem ipsius iudicis, & ad inducendam sententiam, vt sic pœna sit excommunicatus, si eum detineat. Nec in tali ostemne est necesse aduersarium citari, cum non fiat in modo probationis, sed instructionis, argum. l. si quis inficiatu ff. depos. Aduerte tamen, quòd eo casu, quo captus non reperitur in habitu clericali, vel reperitur in habitu à proximo assumpto, requiritur vera probatio tituli clericatus, vt in d.c. si iudex laicus. Et talis vera probatio non potest fieri coram laico, etiam per instrumentum, cùm sit quid spirituale, vt in præsenti, d.c. si iudex laicus, & facit,
87 quod notatur in c. non licet, de regu. iuris, in vj. † Et tenementi glo. in d.c. si iudex, dicentem, quòd ordo, seu clericatus potest probari non solùm per instrumenta, sed etiam per testes. & in isto casu ad probandum clericatum nó sufficerent literæ Papæ productæ, in quibus nominat eum clericum. ita Ioannes Andræas in c. non licet, de regu. iur. in vj. & Petrus de Anchar. & Philip. Franc. in d. cap. si iudex laicus. Vnde talibus literis iudex laicus credere non debet, sed benè tenetur credere probationibus legitimè factis coram iudice ecclesiastico, & sententiæ iudicis ecclesiastici, qui pronuntiat illum clericum, vt in c. fin. de exceptio. libro vj. Bald. in d.l. si qua. & Frederi. de Senis in consil. cxxix. incip. Factum sic se habet. & ibi Fred. dicit quatuor quæstiones, quarum prima est; Si conuersus se confiteatur laicum coram iudice laico, an sibi noceat? & vid. Philippum Franc. in d.c. si iudex, super dictas quæstiones vbi latè examinat, & allegat dictum Frederi. sed in d. consilio cxxix. d. F. non tangit dictas quæstiones. Sed mortu-

Petr

Petro Fiscus vult occupare bona, quia decessit sine consanguineis, & Episcopus dicit illum esse clericum, tunc titulus debet probari; & nō sufficit probare possessionem clericatus, vt in l. j. C. quorum lega. & facit tex. in d.c. si iudex laicus. † Et nota, quòd clericus dicitur se immiscere enormitatibus, quando facit seditionem in populo, & guerram, tex. & docto. in c. perpendimus, & c. cùm ab homine, de senten. excomm. Et talia exercens perdit priuilegium canonis, si quis suadente. ita Panorm. in d.c. perpendimus. & adde ad ea, quæ superius dixi. Sed officialis injciens manus in clericum incidit in excommunicationem, intellige, si deliberatè, vt per text. & docto. in c. si vero, de senten. excommun. & per Papam absoluitur. secus, si repellendo vim vi. Sed solum factum non sufficit ad incurrendum excommunicationem, sed requiritur animus iniuriandi. † ideo percutiens clericum se defendendo excommunicatus non est, de quo vide Panorm. in d. c. si verò. Et clericus de mādato prælati sui licitè potest capi per laicum, & per eum ad iudicem suum duci, vt in c. vt famæ, de sentent. excommun. libro vj. Sed verberari per laicum non debet, etiam de mandato prælati, vt in c. vniuersitatis, de sentent. excommun. aliàs incidit in excommunicationem, vt ibi notatur. Sed aduerte, quòd est licitum occidere clericum sine metu excommunicationis pro defensione personæ, vel rei propriæ, vel proximorum, vide de hoc Panorm. in d.c. si verò. vbi etiam dicit: Quid si clericus venit ad bellum armatus, & fecit insultum, & ibi fuit captus, & percussus, nunquid percutiens sit excommunicatus? ibi videbis per eum. Sed licitum est clerico pro sua necessaria defensione assumere arma, vt in c. perpēdimus, de sentent. excommun. † Sed clerici Buffones in lingua Italica, & Truhanes in lingua Hispana, si illam artem exercent per annum, perdunt omne priuilegium clericale, vt per Panor. in c. perpendimus, de sent. excommun.

Et clericus incorrigibilis potêst licitè per prælatum incarcerari. Et carcer etiam est inuentus ad pœnam, de iure canonico. ita Panor. in d.c. perpendimus. Et prælati, qui habent iurisdictionem in clericos, sunt Episcopi, qui habent

bent iurisdictionem ordinariam. vt c. de persona, xj. q. j. c. at si clerici, de iudic. vbi videbis Panor. & in c. cùm non ab homine. Si iniuria facta clerico fuerit leuis, Episcopus absoluit. Et quæ sit leuis iniuria, mediocris, vel enormis, arbitrio Episcopi committitur, Panor. & docto. in c. prouenit, de senten. excommun. Et an prælatus sit iudex in causa vbi agitur de iniuria sibi facta, vide Panor. in c. cùm veniſſent, de iudicijs. & ibi dicit, quòd Papa, & Imperator, & non recognoscẽtes superiorem sunt iudices in causa propria. & in d. c. cùm non ab homine, videbis Panor. dicentem de clerico deprehenso, & de clerico deposito, & incorrigibili. & ibi dicit, quomodo excõmunicatio, & anthema differant. Et clericus homicida detruditur in carcerem toto tempore vitæ suæ, quia non punitur sanguine; sed irregularitatem incurrunt prælati, quando mori faciunt suos clericos in carceribus, forte quia non faciũt prouidere de victu. vid. Panorm. & docto. in d. c. cùm non ab homine. Et clerici non efficiuntur irregulares, si necessitate vrgente pugnant vnà cum alijs, dum tamen actualiter ipsi non occidant, licet vulnerẽt. ita Panor. in c. peruenit, de immun. eccleſiaſt. & ibi dicit etiam, an, & quando clerici possint compelli ad custodiam ciuitatis tempore guerræ; & quòd clerici tenentur ad tallias, & collectas, & angarias tempore alicuius guerræ: quod debet intelligi propter necessitatem instantem; Inno. in c. non minus, de immunitate ecclesiarum, multa dicit. sed dicit Panor. quòd
21 confusè loquitur more suo. ideo dic: † Munerum quædam sunt personalia, quædam patrimonialia, quædam mista. Et primo scias, quòd munus dicitur tribus modis, l. munus tribus, ff. de verbor. signifi. & dicit Panor. in rubri. de immunitq. ecclesiarum. Et nota, quòd clerici ecclesiæ regulariter sunt immunes ab omnibus collectis, & impositionibus laicorum, nisi interuenientibus ijs, de quibus in isto cap. dicemus. Et sic in proposito nostro Munus propriè est, quod necessario subimus lege, vel moribus, imperio eius, qui habet potestatem, vt l. minus propriè. ff. de verbo. signifi. & hoc tenentur personæ ecclesiasticæ subire respectu iurium ecclesiasticorum, vt in c. conquerens.

querente, de offi. ordi. cũ ſim. Sed materia noſtra conſiſtit reſpectu laicorum, an, & quando eccleſię, & clerici teneantur ad munera laicorum. Veniamus igitur ad primũ membrum: dixi enim, quòd quædam ſunt merè perſonalia, & dicuntur merè perſonalia, quia labore corporali explicantur ſine detrimento rerum, vt in d. l. munerum, in prin. Et iſtorum quædam habent honorem annexum, & appellantur honores. hinc dixit tex. not. in l. munerum, ff. de mune. & hon. quòd ſi alicui fuit muneris publici conceſſa vacatio, non remittitur ei, ne magiſtratus fiat, quia id ad honorem magis, quàm ad munera pertinet. quod not. Et ad hoc munus honorabile tenentur laici, l. incola, ff. ad municipa. etiam fœminæ, ſi non habent iuriſdictionem admiſtam, d. l. vnica, C. de mul. & dic, vt plenè de hoc, quoad laicos, not. ibi per Bar. Clerici verò nec tenentur, nec poſſunt hos honores inter laicos ſumere; quoniam nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus. & apertius probatur in l. placet, C. de Epiſ. & cler. vbi text. dicit, quòd nihil commune debent clerici habere cum publicis actionibus, vel ad curam pertinentibus corpori non ſunt annexi, &c. Per illum text. dicitur, quòd etiam de vniuerſitate laicorum non ſunt. vnde non habent vocem in cõſilio populi: quòd tenet Inno. in c. dilecta, prope fin. de exceſ. prælat. Quædam vero munera perſonalia habent non honorem, ſed quandam vtilitatem annexam; & appellantur ſcilicet munera ſordida: & hæc conſiſtunt in vilibus officijs, vt in arena fodienda, & in calce coquenda, & alijs, in quibus verſatur quædam vtilitas. & vide multa exempla, in l. maximarum, C. de excu. mu. lib. xj. Et poteſt in iſtis cognoſcendis dari hæc regula ſecundũ Bar. in d. l. vnica, quòd ſicut illud eſt honor, quod in loco reputatur honor, vt no. Inno. in c. de multa, de præben. facit c. olim, de conſue. ita illud eſt vile, quod reputatur vile. † Et hæc officia vilia 22
poſſunt dici angariæ ab ango, quod idem eſt, quod conſtringo, quia conſtringunt ad illud. Ita ſumitur illud verbum in Paſſione Domini, quod ad ferendum crucem angariauerunt quendam Simonem, &c. Hæc officia vilia de iure ciuili deferuntur tantum humilioribus perſonis, non autem

autem maioribus, vt l. humiliores, C.de susceptor. & circa lib.x. Ab his verò clerici, & mancipia, seu coloni clericorum, & ecclesiarum sunt immunes etiam de iure ciuili, l. placet, C.de sacrosan.eccles. & l.ij. C.de Epis. & cleri. Sed contrà hoc facit l. neminem, C.de sacrosanct. eccles. vbi innuitur, quòd ecclesia tenetur ad angarias, & perangarias. soluit Innocen. dupliciter. Primò, quòdibi non dicitur, quòd ecclesia subeat angarias; sed dicitur, neminem excusari, etiamsi possessio pertineat ad ecclesiam. quod est intelligendum secundum eum de rusticis, & colonis ecclesiæ, qui non excusantur in casu ibi expresso, scilicet in aduentu principis; quamuis aliàs serui, & coloni ecclesiarum non debeant angarijs, & perangarijs fatigari, xij.q. ij. ecclesiarum seruos. Clerici autem hoc casu sunt immunes secundum quosdam. Secundò potest dici secundum eum, quòd est speciale in aduentu principis, vt angarias, & perangarias præstent etiam ecclesiæ, dummodo ad sordida munera non cogantur. Ego puto, quod clerici, vel serui, qui sunt de dominio ecclesiarum, nullo modo teneantur, etiam in aduentu principis: quia tunc dictæ personæ sunt exemptæ à dominio, & iurisdictione laicorum, vt leg. & not. xcvj. dist. c. si Imperator. not. Inno. in c. ij. de ma. & obe. & glo. iuncto tex. in c. quanquam, de censi. libro vj. Ergo in nullo tenentur eorum personę ad obsequium Imperatoris. facit l. rescripta, §. fin. & quod ibi not. per Bart. ff. de mune. & hon. & quod infrà dicam. Vnde non potuit Imperator in hoc per aliquâ legem distringere clericos, c. quæ in ecclesiarum, de consti. & c. fi. de reb. eccl. non alien. & not. hic Ioan. And. super gl. & infrà latius dicam. Sed respectu colonorum liberorum, qui seruiunt ecclesiæ pro mercede, potest procedere d.l. neminem, & dictum Inno. cùm enim illi sint subiecti Imperatori iuxta not. in c. indicatum est nobis, lxxxix. distin. & per ipsum Imperatorem sint multi exempti. d.l.j. & ij. C. de episc. & cler. potuit Imperator in certis casibus illam immunitatem limitare, & restringere. vt in simili not. glo. & in c. cùm secundum leges, de hæret. libro vj. Quædam, & tertiò sunt onera personalia, quæ non habent in se dignitatem, seu honorem,

vel

vel vtilitatem, vt est legatio, seu tutela, vel cura; & ad hoc omnes laici tenetur, nisi habeant excusationem legitimã, ff. de excu. tut. per totum, ff. de legi. per totum, sed clerici non tenentur, vt l. generaliter, C. de Epis. & cler. canonizata, xvj. quæst. j. c. generaliter. vide tamen tex. iuncta glo. notabili in c. peruenit, lxxxvj. dist. vbi legitur, & no. quòd licet clerici, & monachi non teneantur subire tutelam, & curam minorum, possunt tamen, si volunt, agnoscere legitimam, quia est officium pium. quod nota, & dic, vt ibi latius not. In hoc casu rectè posset intelligi, c. ij. suprà de immun. eccles. nam quia pium est custodire ciuitatem, & patriam tempore necessitatis, ideo disponitur ibi, vt clerici teneatur. & dic latius, vt ibi per docto. Et hæc sufficiunt, quòd ad primum membrum: & intelligo prædicta procedere, quoad clericos, tam in muneribus ordinarijs, quàm extraordinarijs. † Et dic, quòd ordinaria 23
munera dicuntur illa, quæ habent certam & determinatam, seu ordinatam præstationem: extraordinaria sunt, quæ quandoque per accidens imponuntur ad hoc, quod in simili habetur in l. scio, §. medico, ff. de annulo lega. & hoc tenuit Guil. in l. neminem, C. de sacrosanct. eccles. vbi tractauit istam materiam. posuit Barto. in d. l. vna. & secundum eum potest dici, quòd illa sunt extraordinaria munera, quæ non imponuntur à lege, vel à Senatusconsulto, vel constitutionibus principum, & hoc videtur innuere text. in l. j. C. de vaca. mun. lib. x. sed in idem recidit cum præcedenti; quia quando imponitur lege, vel consuetudine, habet de necessitate certam præstationem. Et hęc ordinaria munera respectu rerum, & prestationum appellantur quinque indicta, quinque superindicta. nam princeps quinq; imponit collectas pro necessitatibus occurrentibus. Et hoc potest appellari superindictum, quia indicitur super ordinarium: indictum verò olim erat extraordinarium, sed postea effectum fuit ordinarium, quia imponebatur per singula lustra, id est, de quinquennio in quinquennium; & sic habebat certam, & determinatam præstationem. & vide de his, C. de indi. per totum. & l. vna, C. de superindict. lib. x. Ab his omnibus ecclesia

est

est exempta, vt infrà patebit, etiam de iure ciuili, d. l. placet, C. de sacrosanct. eccles. authen. item nulla communi-
24 tas, eod. tit. & c. quanquam, de censib. lib. vj. † Venio nunc ad secundum membrum principale. i. ad munus patrimoniale. Et sciendum, quòd id appellatur propriè patrimoniale, vbi vertitur sumptus, vt in l. munerum, §. patrimoniorum, ff. de mune. & hon. Et hoc munus tripliciter imponitur; nam quandoque imponitur rebus, nulla habita contemplatione personæ; quandoque imponitur personæ tantù, nulla habita contemplatione patrimonij; quandoque imponitur personæ pro rebus, habita contempla-
25 tione patrimonij. † Venio ad primum membrum, quod est munus merè patrimoniale, & istud est triplex: nam quandoque indicitur rei de eo, quod fiendum est de ipsa re, vt quod nauis, equus, vel currus vadat ad seruitiũ Reipublicæ, hoc enim fit in ipsa re; quandoque hoc munus imponitur super eo, quod percipitur ex ipsa re, vt detur certa pars fructuum, vt in l. modios, C. de suscep. & arcan. lib. x. quandoque imponitur ipsi rei de eo, quod non percipitur ex ipsa re, nec est in ipsa re, sed omnino extra rem, vt quandò debet pro ipsa re præstare certam quantitatem pecuniæ annuatim. Exemplum primi, & secundi in d. l. munerum, §. patrimoniorum, & seq. exemplum tertij in l. hactenus, ff. de vsufruct. & in omnibus legibus tractantibus de tributo & vectigalibus, quæ soluuntur in pecunia pro rebus, vt in c. j. in fi. de censi. & d. l. placet, C. de sacrosan. eccles. & c. tributum, xxiij. q. viij. Differt istud tertiũ à munere, quod imponitur personæ pro rebus: nam ibi est obligata persona, & per consequẽs omnes res patrimonij, l. offertur, §. fiscus, ff. de iu. fisci. hic verò quælibet res tenetur pro munere, quod eam respicit, & vltra, l. Imperatores, ff. de pub. Qui autè excusentur ab istis munerib. dixit Barto. in d. l. vnica, quòd nemo cuiuscunque dignitatis, existat, etiamsi sit ecclesia, alleg. C. de exact. trib. l. fi. C. de sacro. eccle. l. iubemus nullam nauem, l. placet, & l. de his. C. de epis. & cler. nisi quatenus lege, vel priuilegio specialiter sit expressum, vt in l. j. C. de Episc. & cleri. Aduerte, nam Inno. hic inuolutè loquitur: hoc tamen in hoc passu

sen-

sentire videtur: dicit enim, quòd si ad ecclesiam perueniunt possessiones, quarum ratione debet præstari personale munus, seu militare, puta exercitus, seu hospitium, vel aliud simile, istud præstabit ecclesia, argum. xviij. distinct. si Episcopus Metropolitanus, xxiij. q. viij. si vobis, & c. sæpe, ff. de publ. l. Imperatores. Tunc tamen non subit ista tanquam onera, sed vel ex pacto, vel tanquam tenens rem oneratam, quælibet enim res cum suo onere transit. suprà de decı. c. pastoralis, & c. ex literis, de pig. Hæc autem munera proprie patrimonialia appellantur secundum eum, ff. de mune. l. j. §. patrimoniale; & hæc benè subit ecclesia, nisi sint superindicta, quia ad illa non tenetur, C. de Epis. & cler. l. omnes, xj. q. j. c. si tributum. Ab his etiá superindictis immunes sunt clerici, & eorum vxores, & liberi, xvj. q. j. c. nouorũ, C. de Epis. & cler. l. ij. & l. omnes; nisi necessitas immineat, suprà c. peruenit, lxxxvj. distin. Et in hoc iudicio meo incompetenter alleg. illud c. in istis muneribus patrimonialibus, quia illud cap. loquitur de personalibus. Subijcit etiam Inno. quòd ab illis omnibus, & singulis excusantur, & quantũ ad decimas, & oblationes, & alia spiritualia, & etiam quantum ad mensam ecclesiæ, siue dotemita tamẽ, quòd si fundus ecclesiæ. i. in quo fundata est ecclesia, vel fundus dotalis erat prius tributarius, redimatur, & tributũ non soluat, xiiij. q. vj. c. comperimus. Quantum verò ad alias possessiones, subit ecclesia munera extraordinaria, dum tamen respiciant pietatem, C. de sacrosan. eccl. l. ad institutionem. Et sic potest intelligi secundum eum, c. peruenit. Ad hoc tamẽ non sunt ecclesiæ, & clerici per sæcularẽ iudicẽ compellẽdi, sed per ecclesiasticum, de cuius foro sunt personæ. Extraordinaria verò, quæ ad publicã vtilitatem tantum respiciunt, non subit ecclesia; nisi in euentũ principis, & felicis embolæ, C. de sacrosan. eccl. l. iubemus, & l. placet, & l. neminẽ. † Item ecclesiæ sunt immunes ab ærariorũ inscriptionibus, xxiij. q. viij. c. in qualibet, §. sancimus. Hęc sunt in effectu dicta Inno. quæ videntur concernere totum secundum membrum principale. Sed ego quodlibet membrũ per se dicerem sic; cùm quæritur, an ecclesia teneatur ad munus patrimoniale, dic, 26

le, dic, quòd si possessio, seu fundus perueniés ad ecclesiam habebat certum onus annexum, ad illud tenetur, siue habuerit illud onus ex priuata dispositione, argum. in c. delecti, de dona. & c. quanto, de censib. siue ex dispositione publica, puta principis, antequàm perueniret ad ecclesiam

27 † Exemplum in tributo, nam quælibet possessio est abantiquo onerata onere soluendi tributum Imperatori, vt l. Imperatores, ff. de publi. l. placet, C. de sacrosan. eccles. c. j. in fin. de censib. Ideo dico, quòd ecclesia tenebitur tributum ratione possessionis, seu possessionũ, quas pomodum acquisiuit, quod clarè innuit d. c. j. & ibi dixit Panorm. plene. Fateor, quòd Italia, quæ est princeps prouinciarum, non obligatur hodie ad hæc tributa, vt not. in l. ff. de censib. idem dico in alijs oneribus, quæ rationeturali incumbunt in ipsis rebus; vt reficere iter ante mum, ff. de via publ. refi. l. j. not. Bart. in l. ad instruction C. de sacrosan. eccles. item in purgatione putei necessatoti vicinię, in qua est ecclesia, quod not. Spe. in ti. de censib. §. nunc dicendum, versi. item pone, quod vicinia. alia autem onera, quæ imponuntur rebus secundum cessitatem accidentem, puto ecclesiam non teneri, quia non possunt res illæ onerari: ideo ex quo peruenerunt ecclesiam, eximuntur ab omni exactione. Et fortè hoc voluit dicere Inno. dum dixit, ecclesias esse immunes à perindictis: tamen non mihi placet dictum Inno. in quantum dicit, ecclesiam teneri in aduentu principis, & fol embolæ: quia non video, quomodo Imperator potuerit hoc statuere in præiudicium ecclesiæ, ex quo aliter à principio non obligauit possessiones ad hoc onus: nam possessiones, quæ dantur ecclesiæ, dantur Deo, & sic efficiuntur sancta sanctorum, xij. q. ij. c. quicunque militum, & c. non

28 nulli. † Imperator autem tanquam subditus non potest statuere super rebus Deo dicatis, de constit. c. quæ in ecclesiarum; præsertim, cùm tam ecclesiæ, quàm clerici, & bona eorum habeant à iure diuino immunitatem ab istis exactionibus, vt est tex. iuncta gloss. in d. c. quanquam. Imperator autem non potest statuere contra legem Dei, xxv. j. c. sunt quidam. Et hoc est, quod voluit Ioan. Andr. hic,

in c.peruenit. vbi dixit, quòd nulla lex potuit constringere ecclesiam ad hæc onera. Et per hoc patet responsio ad d.l.munerum, §.ad huiusmodi, iuncta glos. ff.de mune. & hon.& ad alia iura, quæ videntur indistinctè velle, ecclesiam teneri ad onera patrimonialia. Vnde puto l. iubemus nullam nauem, C.de sacrosan.eccle.non procedere in præiudicium rei ecclesiæ.de quo etiam tetigit in c.j.de dolo,& contuma. Circa mansum ecclesiæ, seu dotem, & hortum iuxta positum sto cum Inno. vt tributum non debeat solui,sed debet prius redimi ab eo,qui vult ecclesiam edificare; alias non debet Episcopus pati ecclesiam construi, de quo dicendum,vt in d.c.quanquam, de censi. & hoc quoad primum onus patrimoniale. Secundum fuit, quando imponitur personæ, nulla facta mentione de re. Et ad ista in dubio non tenetur ecclesia, nec clerici, quoniam non sunt subditi Imperatori, sed omnino exempti, vt in iuribus superius alleg.in d.c.quanquam. quinimò dico,quòd ad hoc non tenentur laici ciues,sed tantum rustici; & appellatur hæc exactio, capitatio; quia imponitur per capita,non habita ratione patrimonij, vt l.vna, C.de capitatione ciuium censibus eximenda, lib.xj. nor.Bart. ibi in d.l. vna. Tertium ius, quando imponitur onus personæ, habito respectu ad patrimoniũ;& ad hoc tenetur nó ecclesia, nec etiam laici non subditi, licet habeant patrimonium in loco,vt l.rescripto, §.si. & ibi per Barto. ff.de mun.& hon. nisi aliud habeat consuetudo,vt not.Bart. in d.l. vna. Non tamen valebit consuetudo in præiudicium ecclesiarum, tum quia est grauis ecclesijs, vt in c.j.de consue. tum quia est contra libertatem ecclesiasticam, vt in authen. cassa, & irrita, C.de sacrosanct.eccles.coniuncta authen. item nulla communitas, C.de Epis. & cleri. & in isto membro potest propriè intelligi, c.fin. de vi.& honest.cler. & c.quanquam,prælleg. Venio ad tertium membrum principale, scilicet ad onus patrimoniale mistum. † Et dicitur munus 29
mistum illud, quod habet onus cum sumptu, ff. de mun. & hon. l. munerum, §. mista. participat enim de munere personali, quatenus habet onus annexum; item cum patrimoniali, quatenus est cum sumptu. vnde perangariæ dicuntur

cuntur munera mista. Et de his dic, vt suprà in præceden-
tibus; nam vbi ecclesia non tenetur ad personalia, nec rea-
lia, fortius nec ad ista mista. vbi dixi, eam teneri ad vtra-
que, teneri ad ista, ad hoc, c. ij. suprà eod. titu. vbi proce-
dunt regulariter. Sed dubitatur in quibusdam: & primo
quid si est aliquid explicandum, quod respiciat pietatem
Inno. vt suprà dixi, voluit ecclesiam teneri per d. l. ad in-
structionem, & per c. ij. suprà eod. tit. secus dicit, si respici
publicam vtilitatem, vt hic. Aduerte, quòd in l. ad instru-
ctionem, loquitur de refectione itinerum, & pontium, &
sic vult Inno. ecclesiam teneri ad contributionem talium,
& similium. Et per hoc videtur idem sensisse in ædificatio-
one, seu reparatione ciuitatis, seu castri. Idem Vincen. &
Hostien. sed Ioan. And. sentit contrarium; loquitur tam
de instructione murorum. & cum Ioan. concordat Acc.
in d. l. ad instructionem. Phil. dicit hic, tales contributio-
nes sine Papæ licentia fieri non debere per c. aduersus. Io-
an. An. dicit, se non videre, quomodo leges non solùm Di-
gestorum, sed etiam Authenticorum possint constringere
ecclesias ad talia. & remittit ad not. per se in c. constitutus
de religiosis dom. & sic videtur velle, quòd l. ad instruc-
onem, & similes non procedant in præiudicium eccles.
do. Anto. transit similiter recitando docto. in d. l. ad instru-
ctionem. Item Ioan. And. & Phil. dicunt, quòd in omnibus
casibus, in quibus reperitur expressum de iure ciuili, eccle-
sias teneri, quod tenentur etiam inconsulto Romano Pon-
tifice. Nec obstat dictum c. aduersus, de immu. eccle. quo-
niam ibi prouidetur cõtra grauamina extraordinaria, quæ
propter aliquid accidens per principem sæcularem impo-
nuntur, alias si c. aduersus loqueretur generaliter de om-
nibus muneribus, multæ leges corrigerentur: quod non
est sentiendum, arg. de elect. c. cùm expediat, lib. vj. nam
leges habent vim canonum, si canon specialiter non con-
tradicit, de no. ope. nun. c. j. Et ex hoc putat standum hui-
gl. quod ecclesia teneatur ad iter, vel pontem faciendum,
vel muros reficiendos, si fuerit de necessitate; secus, si ad
decorem, do. Pet. de Ancha. transit quoad instructionem
& refectionem murorum cum opin. Iaco. Butr. quam po-
fu-

fuit in d. l. ad instructionem. distinxit enim; aut fiunt ad ornatum, & non tenetur; aut necessariò, puta propter guerram, vel suspitionem guerræ, & tenetur ecclesia. dixit enim Butri. ibi, quòd ecclesia tenetur soluere gabellam de plaustris, siue curribus, si gabella conuertitur in reparationem viarum, & pontium. quia sic de ipsorum etiam priuatorum vtilitate tractatur. † Et per hoc dixit ipse do. Pe. posse dari generalem doctrinam, quòd vbicunque tractatur de generali vtilitate clericorum simul & multim, clerici teneantur contribuere vna cum laicis. Hinc dicit, se audiuisse, quod ad aggeres, qui fiunt iuxta mare, vel flumina propter timorem inundationum possessionum, tenentur pro possessionibus suis contribuere clerici, sicut laici, propter communem inundationem, seu propter commune periculum. Idem forte secundum eum ad euitandum rapinas, incendia, captiuitates, & alia multa mala ex aduentu alicuius societatis hostilis contra ciuitatem, si pecunia se redimant, aliter se defendere non valentes. hic enim versatur vtilitas clericorum, sicut & laicorum propter damna in eorum possessionibus infligenda: vbi enim est damnum, debet esse & commodum, vt in Clem. j. de censib. Et hoc vltimum originaliter fuit Bar. licet ipse non alleget, in l. nullus, C. de curs. pub. lib. xij. & ad idem facit secundum do. Pe. suprà c. peruenit. vbi clerici tenentur etiam vigilare pro custodia, & ratione ciuitatis. Item licitum est ecclesias incastellari, vt boni à malis valeant se tueri, & dixi infrà in c. de bello. Item † nulla est maior pietas, quàm defendere patrem, & debiles, & pauperes ab hostibus, xxiij. q. iij. c. fortitudo, & c. non inferenda. Et hac ratione pro pace, & quiete, qua tueri & defendi debent ecclesiæ, soluitur Imperatori tributum, xxij. q. viij. c. tributum. Item hoc munus respicit pietatem, vt euitentur incendia, & occurratur periculis captiuorum, & multis malis. Ergo tenetur ecclesia per supradicta; maximè per Inno. Igitur vbi onus venit imponendum pro communi necessitate clericorum, vel laicorum, non habet locum d. c. aduersus, salua determinatione melius sentientis. dicit tamen quòd portio tangens ecclesiam debet peti coram iudice suo, non per lai-

cos debet cogi. Et quoad principalem quæstionem de refectione murorum, opin. But. tenuit Bald. in d.l. ad instructionem, cum hac vltima limitatione, vt fiat compulsio per iudicem ecclesiasticum, & non per laicum. Et Panor. in ciuitate Senarum habuit hanc quæstionem de facto tangentem principale monasteriū montis oliueti, contra quod instabat communitas, vt contribueret ad expensas murorum cuiusdam villæ, in qua monasterium habebat multas possessiones, & consuluit monasterium non teneri. Et ita mediante consilio suo monasterium fuit absolutum. Et quia per motiua aperitur intellectus multorū iurium in hac materia, inferam in effectu consilium illud, & respondebo ad motiua in contrarium facta: probo enim ecclesiam non teneri iuribus, rationibus, & summorū doctorum authoritatibus. Et primò adduco c. non minus, de immunitate ecclesiarum, vbi tractabatur de fossatis faciendis, quæ profecto concernunt custodiam ciuitatis, & vtilitatē publicam tam clericorum, quàm laicorum, & tamen deciditur, quòd ab ecclesia non debeat exigi aliqua portio, vel debita; immo prohibetur sub anathematis districtu, nisi Episcopus, & clerici tantam necessitatem, vel vtilitatem inspexerint, vt absque vlla districtione, vel coactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias æstiment conferenda. Et pondera illud verbum, communes vtilitates; non enim dicit laicorum tantum. Et hoc idem verbum reperitur in d. cap. aduersus. Ex quo patet, quòd imminente necessitate clericorum, & laicorum, non tenentur clerici aliquid conferre, nisi sponte velint, approbante Episcopo cum clero, & vbi laicorum non suppetant facultates. Et hodie per c. aduersus, non possunt clerici in his contribuere, nisi Romano Pontifice prius consulto; & fuit illud sancitum propter quorundā imprudentiam sæpè allegantium talem necessitatem, vel vtilitatem. Secundò adduco text. not. in authen. item nulla communitas, C. de Epis. & cleri. vbi generaliter prohibetur, ne quis audeat ab ecclesijs exigere collectas, exactiones, angarias, & perangarias: quæ omnia propter communem vtilitatem, &

defen-

defensionem reipublicæ exiguntur. Ad idem tertiò adduco c.j. de immun. eccles. lib. vj. c. quanquam, de censibus, eod. lib. & Clement. præsenti, & c. fin. de vi. & honest. cler. & l. placet, C. de sacrosan. eccles. l. ij. C. de Epis. & cler. xvj. quæst. j. c. generaliter, cum multis alijs tex. qui eximunt ecclesias, & ipsarum bona ab omnibus gabellis, collectis, exactionibus, & similibus. Probatur quartò hac ratione. Bona ecclesiarum sunt deputata publico vsui spirituali, xij. q. j. videntes, xvj. q. j. quoniam, & d. l. placet, & hinc dicit text. in c. nulli liceat, xij. q. ij. quòd omne illud, quod ecclesiæ consecratur, siue fuerit animal, siue ager, sanctum sanctorum Domino efficitur, & ad ius pertinet sacerdotũ. Non ergo debent mundano vsui, & publico deseruire: Quia semel Deo dedicatum ad humanos vsus transire nó debet amplius, vt in illa regula, semel Deo, de reg. iur. lib. vj. nam & ius publicum versatur in sacerdotibus, & sacris, j. distinct. ius publicum. Laici ergo cùm sint mundani, & principaliter habeant vtilitatem in Republica mundana, debent subire onera Reipublicæ mundanæ; bona verò ecclesiarum, quæ sunt Dei, debent deseruire Reipublicę spirituali. Similiter videmus in personis; nam milites sæculares militant mundo, milites cœlestes militant Deo: & sic illi in temporalibus, isti in spiritualibus, vt in c. reprehensibile, & c. quoausu, xxiij. q. vl. Rectè ergo dixit tex. in c. non minus, quòd quamdiu laicorum facultates suppetant, non debent ecclesiæ aliquid elargiri, ne subtrahantur bona vsui publico spirituali. Hinc not. text. in Clem. quia contingit, de religiosis dom. dicentem, quòd deputata certo vsui largitione fidelium non debent deputari ad alium vsum, authoritate Romani Pontificis duntaxat excepta. hinc text. dicit, onera esse laicorum, vt patet ibi, Isti verò onera sua, &c. licet in sequentibus tractet de communi vtilitate, vel necessitate, sed dicit illa laicorum, quæ eis incumbunt rationibus prædictis; licet dom. Per. intellexerit, & non benè iudicio meo, quòd loquatur de necessitate, vel vtilitate laicorum duntaxat. Nam si dictum suum fuisset verum, replicasset postmodum de laicis: quod non fecit, sed dixit de communibus. & idem dixit in c. aduersus.

sus. quod præsertim probatur ibi, dum Papa dixit, quòd interest prouidere communibus vtilitatibus clericorum. hanc etiam sententiam probat communis opin. docto. v. triusque iuris in c. fin. de vi. & honest. cle. & in c. de immu. eccl. lib. vj. & in Clem. præsenti, de censi. per Io. de Lign. & Bart. in l. rescripto, ff. de mu. & hon. in l. placet, C. de sacro. san. eccl. dicunt enim, quòd bona ecclesiastica non tenentur ad aliqua onera mundana, nisi prius fuissent censualia, aut tributaria, quàm peruenissent ad ecclesiam, ita quòd soluissent certum tributum, vel censum; aliter autem non tenentur, quanquam priores possessiones prius soluissent tempore necessitatis, vel vtilitatis, aliquas collectas, seu fa ctiones. Ad hæc multa iura superius allegata hanc sententiam præcisè, quoad casum nostrum, scilicet in refection murorum, tenet glo. in c. generaliter, §. nouarum, xvj. q. vbi expressè dicit, quòd l. ad instructionem, non tenet. vi de apertissimè, & singulariter voluit ille iuris canonici Speculum Io. And. vt suprà dixi, quòd nulla lex nec Digestorum, nec Codicis, nec Authenticorum potuit in hoc a stringere ecclesias. Hanc eandem sententiam secutus e glossator iuris ciuilis clarissimus in d. l. ad instructionem. Idem ibi Barto. iuris ciuilis illuminator dicens, quod dict lex ad instructionem, in parte corrigitur per Authen. nec nulla communitas, prælegata, & distinguit inter onera realia, & quę imponũtur personis propter bona: vt ad pri ma teneantur ecclesiæ, ad secunda verò non, quum pro re fectione pontis, & murorum onera imponuntur personis pro rebus, nullo enim iure cauetur possessiones ad hoc ob ligatas fore. Quid plura? ipsemet Hostien. videtur corre xisse opin. suam, quam asserebat in c. non minus, nouis mè in summa sua, in tit. eod. §. in quibus, vers. ad extraor naria. vbi dicit, quòd hodie ecclesiæ sint immunes abiis muneribus concernentibus publicam vtilitatem per di ctam Authen. item nulla cõmunitas, cum sim. & sic, quòd hodie non procedit ex toto dispositio illius legis, ad in structionem. Multi etiam docto. antiqui hanc opin. secu sunt, de quibus non curo specificam mentionem facere, cùm pro sententia nostra habeamus vtriusque iuris illu

minat

minatores, † vt gloſſatorem in Decreto, gloſſatorem ſanctionis Iuris ciuilis, Barto. & Ioan. Andream. Quis enim auderet ab hac opin. ſaltem in practica recedere, maximè contra religionem, cùm non parua ſit ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ, ff. de reli. & ſumpt. fun. Et profectò ſi quis rectè ponderat gloſſam iſtam in cap. aduerſus, eius opinionem prima fronte ſentire videtur; nam iſta gloſſa eſt hic poſita ſuper caſu excepto, ſcilicet quando Epiſcopus, & clerus inſpicientes neceſsitatem, vel vtilitatem laicorum, voluntabſque occaſione aliqua ſubſidia elargiri. vnde gloſſa iſta in verſi. ad releuandas, voluit potius exemplificare de hac neceſsitate, vel vtilitate communi, quàm ponere caſum exceptum à diſpoſitione iſtius cap. quod ſatis colligitur etiam in eo, quod dixit, conferre enim debet. & ſic per verbum, enim, continuat ſe ad textum. ſi enim voluiſſet ponere caſum exceptum, dixiſſet, conferre tamen licet; vel per verba ſimilia locuta fuiſſet. Et quicquid ſentiat, ſatis eſt hæc opinio noſtra fulcita iuribus, rationibus, authoritatibus, quare eccleſiæ ad hæc onera non tenentur, niſi ſeruata diſpoſitione huius cap. aduerſus, & Romano Pontifice prius conſulto, vt dicitur in dicto c. aduerſus. Putarem tamen, quòd vbi tanta neceſsitas immineret, quòd non poſſet ſine aliorum ſcandalo, & periculo haberi prius recurſus ad Papam, quòd ſufficeret tunc deliberatio Epiſcopi, & clericorum, argum. opti. in l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſt. tut. Non obſt. huic concluſioni motiuum dom. Cardin. in eo, quod dixit, ſtandum legibus, ex quo in canonibus contrarium non reperitur, vt in c. j. de no. oper. nun. dico enim, illa iura non procedere, quando lex Imperialis eſt damnoſa eccleſijs, ſeu eccleſiaſticis perſonis: non enim tenet, niſi ſpecificè approbetur [illegible] eccleſia, vt communis docet theorica in c. fin [illegible] c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. facit x. di [illegible] in adiutorium, & c. fin. de reb. eccleſ. non alie [illegible] hoc patet, quod l. ad inſtructionem, & l. iubemus [illegible] nauem, C. de ſacroſan. eccleſ. & l. nullus, C. de [illegible] ab lib. xij. cum ſimilt. non tenent, quoad eccleſias; [illegible] pecificè nō reperiantur

approbatæ per ecclesiam ; immo potius reprobatæ, saltem quoad effectum, vt in d.c.quãquam, de censib.lib.vj.cum simi. Item & secundo potest responderi, quòd illa iura n procedunt, quando lex imperialis generaliter disponit; & tunc est seruanda in foro canonico, si canon non contradicit ; secus, quando lex specificè disponit super rebus, & personis ecclesiasticis, quia talis lex est nulla ex defectu p testatis, quantumcunque canon specificè illam non impr bet, vt voluit Cal. & benè, in d.c.j. de no.ope.nun. Et vid Abbatem in repetitione, c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. & pondera, quia iste text. videtur directè concludere contra illam l. nullus. nam ibi dicitur, quòd tempore expeditionis nullus excusatur, etiam ecclesia ; & iste text. innuit apertè oppositum, in eo, quod facit mentionem de expeditione, & concludit, ecclesiam non teneri, nisi spont velit ecclesia, & clerus subsidia aliqua conferre, vbi laicorum non suppetunt facultates. Et exponit Ioan. And. illu verbum expeditiones. i. caualcatas, vel missiones nuntiorum. Et per hoc videtur, quod dictum Bart. in dicta l. nullus, & dictum domini Cardin. hinc non procedant, saltem indistinctè in eo, quòd volunt ecclesias, & clericos teneri ad contribuendum caualcatæ tempore, cum si illæ veniunt istæ societates ad damnificandum communitatem vnde ad illam l. nullus, per quam fuit Barto. motus, & alia iura ciuilia patet satis responsum. Restat nunc respondere ad considerationem domini Pet. in eo, quod ponderauit communem vtilitatem clericorum, & laicorum : dicerem enim sic, quòd aut necessitas, vel vtilitas imminens concernit vtilitatem ecclesiarum à remotis per quandam consequentiam, & tunc text. apertus est hic, quod ecclesiæ non tenentur, inducendo tex. prout suprà dixi. Et faciunt aliæ rationes per me suprà inductæ : nam in hoc prodest immunitas ecclesiæ concessa, quia in publica vtilitate, in qua includitur vtilitas priuata, nõ tenetur ad munera subeunda ; si enim concernerent ad expediendam solum vtilitatem laicorum, in nullo prodesset hæc immunitas ecclesiæ. Aut necessitas, vel vtilitas concernit de directo, & principaliter vtilitatem ecclesiarum, & laicorum, vtputa,

quod

quod praua societas territorium ciuitatis incendit, deuastat, consumit, in quo ecclesia habet multas possessiones, vel quando hostes fidei deuastant, & deminorant religionem, vt in præsentia: & tunc dico, quòd ecclesia deberet contribuere, sed non ad solam deliberationem laicorum. Vnde pondera, quòd ad hæc onera possessiones non sint obligatæ. Sed cùm collecta est imponenda personis contemplatione rerum, oportet quod clerus, & populus principaliter conueniant, & deliberent super hac exactione redimenda: nec totius populi deliberatio habebit obligare clerum, nec cótra; cùm enim agatur de vtilitate vtrorunque, oportet vtrorunque consensum interuenire: quia quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari, vt in Clem. j. de censib. & c. ad hæc, de offi. Archi. facit quod in simili leg. & not. in c. pastoralis, de rescript. & optime facit c. fin. de fer. c. j. de censi. vbi text. in concernentibus clerũ, & populum, etiam in actu concernente animam, requiritur consensum vtriusque. & vide quod dixit Panorm. in d. c. fin. Fateor tamen, quod si clericus non vellet sine legitima causa consentire, populus poterit officium superioris ecclesiastici implorare, vt compellat clerum ad consentiendum, & contribuendum, argum. bo. in c. nullus, de iure patron. Puto etiam, quod in hoc casu non habebit locum dispositio, c. aduersus, vt Romanus Pontifex prius consulatur: quia impensa est fienda non solum propter vtilitatẽ publicam, sed etiam propter vtilitatem priuatam bonorum ecclesiæ; & sumus extra casum illius c. aduersus, facit j. & ij. de censi. & nota diligenter hæc dicta mea, quia optima. Sed vide infrà in isto Speculo, c. lxiij. quando necessitas vrget pro religione tuenda, vbi multa vtilia inuenies. Respondeo insuper ad alia motiua, quæ videntur obuiare conclusioni suprà factæ. Et primo ad c. peruenit, suprà de immunitate ecclesiarum, dico, quòd non loquitur in fructibus, & bonis distrahendis, sed de quadam custodia ad necessariam tuitionem ciuitatis, quæ non immiscet in casu nostro. Item præsupposito, quòd esset magna necessitas, debet seruari tenor, c. non minus aduersus, propter periculum indebitæ alienationis bonorum ecclesiæ,

quod

quod imminet in casu c. peruenit. Item ibi tractatur de negotio concernente immediatè vtilitatem clericorum, nec fit deliberatio per laicos, sed Episcopus habet hoc disponere, vt ibi. Item non obstat quod dicitur de pietate, dico enim, quòd vbi agitur directè de captiuis redimendis, vel pauperibus alendis, tunc ecclesia debet nedum subuenire, sed etiam bona sua distribuere, vt in c. aurum, xij. q. ij. secus autem in casu nostro, scilicet in refectione murorum, & similium, vbi etiam diuitum nutritur vtilitas. Item ex quo laici sunt potentes, debent ipsi hoc facere, vt hic disponitur de fossatis; & non detrahere de cultu diuino, & pauperibus, & religiosis sumptibus, & necessaria, vt expensa fiat sibi in causa non necessaria. Et vbi præsumetur, quod laicorum facultates non suppetant, & necessitas vrgeat, tunc seruetur quod dicitur in c. aduersus. & hæc benè notabis. Vltimo quæritur hic, an ecclesiæ teneantur ad gabellas, qui hodie imponuntur in vino, & similibus; & dic, quod non, per illam Authen. item nulla communitas, C. de sacrosanct. eccles. tenet Bal. in d. l. placet, C. eod. tit. nisi gabella fuisset imposita pro oneribus, ad quæ tenetur ecclesia: quia tunc succedit loco onerum, vt volunt Butri. in d. l. ad instructionem. & vide de ista materia quod plenius legi. & not. in c. fi. de vita & honest. cler. ita Panor. in c. non minus, de immun. ecclesiarum, vbi multa vtiliter dixit, vt ex supradictis constat. & videbis Anchara. in d. c. non minus, dicentem, quod ex prædictis posset dari generalis doctrina, quod vbicunque tractatur de communi vtilitate clericorum, & laicorum simul, & permistim, clerici tenentur contribuere simul cum laicis; quia vbi commodum, ibi onus, vt in Clem. j. de censib. Vnde audiui fuisse consultum, quod ad aggeres, qui fiunt iuxta mare, vel flumina propter timorem inundationis possessionum, teneantur pro possessionibus suis contribuere clerici, sicut laici propter commune periculum. Idem forte si ad euitandum rapinas, incendia, captiuitates, & alia multa mala ex aduentu alicuius societatis hostiliter contra ciuitatem, se pecuniæ redimunt, aliter resistere non valentes: hic enim vtilitas laicorum, ita clericorum versatur vtilitas, propter dam-

in eorum possessionibus, sicut laicorum infligenda. Item clerici tenentur vigilare pro custodia ciuitatis & eius tuitione. Licitum est etiam ecclesias incastellare, vt boni à malis valeant se tueri, vt not. Inno. Item nulla maior pietas, quàm defendere patriam, debiles, & pauperes ab hostibus, xxiij.q.iij. c. fortitudo, & c. si quis, & c. non inferenda. Et hac ratione pro pace, & quiete, qua tueri & defensari debent ecclesiæ, Imper. tributum soluunt, xxij. q. viij. tributum. Sed omnia cessant, quando tractatur de religione tuenda. in tali casu vide infrà in c. lxiij. † Sed non gaudent immunitate ecclesiastica. qui prætextu immunitatis delinquunt in ecclesia, c. fin. de immunitate eccles. & ibi est text. contra peccantes sub spe veniæ. vnde scriptura: Maledictus homo, qui peccat in spe. Vnde voluerunt quidam, hoc esse peccatum in Spiritum sanctum. dicunt tamè docto. quòd proprie peccatum in Spiritum sanctum est peccatum obstinationis: illud enim nec in hoc sæculo remittitur, nec in futuro, de quo vide, quod legitur, & notatur in c. qualis, xxv. distinct. & in c. sciendum, de pœnit. distin. ij. Sed delinquens in ecclesia grauius peccat, quàm qui extra, vt in d. c. j. facit l. si quis in hoc genus, & l. conuenticulam, C. de Epis. & cleri. & in c. cùm pro causa, de sentent. excommun. & c. frater, xvij. q. iiij. Et non solum ecclesiæ, sed earum cœmiteria hac immunitate gaudent. † Et laicus delinquens in ecclesia venit puniendus per suum iudicem laicum, & non ecclesiasticum, vt per Panor. in d. c. fi. tenet Barto. in l. si tui. ff. de accusa. Vbi autem delictum committunt extra ecclesiam, saluantur omnes, excepto publico latrone, & agrorum depopulatore, vt in c. inter alia, de immunitate ecclesiarum. Et seruus fugiens ad ecclesiam timore domini sui, domino de eius impunitate iuranti restituendus, vt in d. c. inter alia. Circa istam materiam cùm quæritur nunquid ecclesia præstet immunitatem fugientibus ad ipsam, vid. Panor. in d. c. inter alia. vbi multa dicit. Si autem liber homo fugit propter delictum, aut propter atrox delictũ, & non habebit immunitatem; aut propter minimum, & habebit, l. ij. C. de his, qui ad ecclesias confugiunt. Et hoc voluerunt Petrus & Iacobus

34

35

bus de Rauenna, sed glo. sentit idem in quolibet delicto, vt not. in d. l. ij. & in d. §. sed neque, in authent. de mandat. prin. hoc dicit Cyn. procedere de iure ciuili, sed de canonico distinxit, quòd aut deliquit in ecclesia, aut extra. Primo casu non iuuatur per ecclesiam, per c. fin. infrà eod. si extra ecclesiam, iuuatur, vt non puniatur personaliter in vita, vel in membro. alleg. hoc c. exceptis publicis latronibus. vt hic. refert tamen Pet. quòd quædam scripta canonica distinguunt, quòd aut delictum atrox est commissum ex proposito, aut ex casu; si ex proposito, non gaudebit immunitate ecclesiæ, vt in d. Authen. secundo casu, sic:

36 (vt in isto textu) † quia delictum quod committitur ex proposito, est magis puniendum, l. absentem, in fin. ff. de pec. & hoc voluit Hostien. per decre. j. de homi. sed aliqui, vt refert Cyn. intelligunt istum text. de altari veteris testimenti. Sed contra hanc distinctionem proximam facit secundum Cyn. quod de raptore dicitur, qui gaudet immunitate, vt in c. de raptoribus, xxxvj. quæst. j. & tamen ille delinquit ex proposito. Ideo Pet. circa istud membrum distinxit sic; aut delictum commissum ex proposito committitur stimulo naturali, aut sine stimulo naturali: primo casu gaudebit, vt in præal. c. de raptoribus: secundo, non. & ita simpliciter recitando transiuit Cyn. Sed tu dic de hoc vltimo membro, scilicet quando propter delictum homo liber fugit ad ecclesiam, vt suprà dixi; nam hæc differentia Pet. videtur contra istum text. iuncto, c. fin. infrà eod. Hinc enim dicitur, quòd quantumcunque grauius maleficium commiserit, gaudet immunitate, & in c. fin. excludit grauiter delinquentem ex proposito, quando delinquit in ecclesia; secus ergo si extra ecclesiam, vnde tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, quoad hoc membrum dic, vt suprà dixi. sed volui prædicta referre, vt dicta Legistarum non videantur incognita, & vt pateret ad illa responsio. Ex prædictis patet clarissimè, qui gaudeant hac

37 immunitate ecclesiæ. ita Panorm. in d. c. inter alia. † In quantum, & ad quos, & ad quid immunitas ecclesiæ, & cœmiterij extendatur, vid. Hostien. in Summa, in tit. de immunitate eccles. in §. in quantum. & ibi dicit, quòd quandiu

diu est intra ecclesiam, non est per violentiam eijciendus, nec detinendus, nec constringendus, nec victualia deneganda. Et idem priuilegium habet palatium Episcopi, si est intra fines ecclesiæ, Hostien. in d. c. inter alia. Si dicas, quare Decretalis fecit mentionem de duobus generibus hominum (vt diximus) plus quàm de alijs. dicit Hosti. in d. c. inter alia, quia de alijs non præsumitur, quòd insidiose hoc fecerint, nisi aliud probetur. Sed si proditorie agitur, non est immunitas in ecclesia, vt in c. j. de homi. sed de populatore agrorum, & de latrone semper præsumitur, quòd insidiose hoc fecerint, nisi aliud probetur. & ita de consuetudine seruatur in regno Hispaniarum. Et si quis in ecclesia aliquem occiderit, non debet ab ecclesia defendi, qui ecclesiam violauit, c. quia frustri, de vsur. arg. xvij. q. iiij. c. de viro. Sed de delinquente ex proposito Henricus facit vnam longam distinctionem in c. ecclesiæ, de immun. ecclesiarum. sed non loquitur de illo, qui proditorie egit. & ibi dicit, quòd ecclesia interdicta gaudet priuilegio suo, sicut clericus interdictus, suspensus, vel excommunicatus gaudet priuilegio immunitatis circa manuum iniectionem, & circa forum, c. dictum, lxxxj. dist. & ibi dicit glo. quòd clericum depositum verberans incidit in canonem. sed depositus debet clerica liter viuere, & si fuerit incorrigibilis, excommunicatur. & de hoc in c. cùm non ab homine, de iudi. & infrà in isto Speculo videbis titulum de degradatione. Et confugiens ad ecclesiam euitat pœnam corporalem, & sanguinis effusionem, c. id constituimus, xvij. q. iiij. posset tamen detrudi in monasterium ad pœnitentiam peragendam, c. si Episcopus, l. dist. Anton. in d. c. inter alia. per quod Inno. videtur sentire, quòd per iudicem ecclesiasticum posset inde extrahi, & puniri, dum tamen puniatur ecclesiastica pœna. & dicit ibi Anto. quòd qui fugit propter tributum, extrahitur ab ecclesia, vt in Authen. de manda. princip. §. tributorum, alij contra. Si propter delictum atrox, non habebit immunitatem, vt C. de his, qui ad ecclesias cõfu. l. ij. intellige, vt superius dixi. Et si captus ducatur per cœmiterium, & inde violenter extrahatur, non videtur immunitas violata, vt per col-

collecta.in d.c.fin.secus si cùm portatur corpus Christi ad infirmum, quis fugeret ad ipsum. quia si ecclesia immunitatem habet propter corpus Christi, multo fortius ipsum corpus debet habere. ad quod vide de celebratione Missa. c.sane. collecta. ibi. sed frivolens de ecclesia extrahatur, ecclesia non offenditur, quia sola violentia punitur. Host. & Ioan.Andr.in d.c.fin. Sed si confugiens ad ecclesiam fuit per violentiam extractus indebitè, ecclesia potest agere, cùm sit spoliata libertate, & per excómunicationem compellere extrahentem ad restitutionem, ac etiam interdicere. ita Panor.in d. c.inter alia. & ibi de Iudæo fugiente ad ecclesiam. & ibi à quo debeat alimentari fugiens ad ecclesiam. Ex supradictis notabimus, quòd qui contra libertatem ecclesiæ venire nituntur, sunt ipso iure excommunicati, vt in c. nouerit, de senten.excommu. & c.grauem, eo. tit. vbi Papa Honorius III. excommunicat officiales locorum, in quibus sunt statuta contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea deleri fecerint. Nunc examinandum est, quando dicatur violari libertas seu immunitas ecclesiastica, Cardi.in c. perpendimus, de sentent.excommun. prosequitur per plures quæstiones vtiles, & nouas. ibi videbis per eum. Bart.autem in l.j.§.quæ onerandæ, ff.quarum rerum actio non da. dicit fieri contra libertatem ecclesiæ, quando fit aliquod statutum, vel aliqua dispositio, propter quam clerici efficiuntur timidiores. itaque si ab vna particulari ecclesia exiguntur collectæ per laicos, violatur libertas ecclesiæ, de qua in c.non minus, de immun.eccle. & c.aduersus, & c.clericis, eo.tit. lib. vj. quod c.clericis licet sublatum sit quoad suam particularem pœnam per Clementinam vnicam, de immu.eccl. tamē adhuc durat in ratione sua. Item fit contra libertatem ecclesiæ, si fiat statutū municipale, quòd nullus coquat panem clericis certi loci, vel cū eis cōtrahat, quia fit cōtra libertatē ecclesiæ indirectè, c.quanto, de priuil, & de immu.eccl.c.fi.lib.vj. Ex hoc infertur, quòd fit contra liberatem ecclesiæ, quotiescunq; tollitur, vel diminuitur libertas ecclesiæ, etiam particularis, vt in c.j. de immun.eccles.libro vj. Per hoc patet, quod qui turbat iurisdictionem vnius ordinarij ecclesiastici, turbat

bat libertatem ecclesiæ,& dicitur facere iniuriam ecclesiæ vniuersali,c.quoniam,de immun.eccles. lib.vj. Ex prędictis concludo secundum communem opinionem doctø. quod fit contra libertatem ecclesiæ, quandocunque violatur priuilegium concessum super generali libertate ecclesiæ,& hoc siue violetur quoad omnes ecclesias, seu clericos, siue quoad vnam ecclesiam,vel clericum : quia omnes ecclesiæ sunt vna ecclesia, xxiiij.q.j.c.loquitur,vbi litera dicit: Episcopatus vnus est. & de summa Trini.c j.§. vna. & in Clem.j.de senten.excommun. Secus de libertate particularis ecclesiæ.i.non competenti ecclesiæ vniuersali, vt patet ex prædictis. quod est diligenter notandum, quia per prius non ita bene explicatum. In generali ergo concessione facta populis super condendis legibus per l. omnes populi, ff.de iusti. & iure, non intelligitur derogatum priuilegio tali ecclesiarum,vt in earum præiudicium possint populi statuere. ad hoc ff.de offi.eius,cui mandata est iurisdictio,l.j.in princ.l.sanctio legum, ff.de pœn. c. cum instantia,de censi.regula, generali,de regu.iur. in vj. & habitus clericalis consistit in duobus,scilicet in tonsura, & vestibus, vt notatur in cap. j. de cleri. coniugat. in vj & vide Rotam in decisione ccij. & vide Philippum Francum in d.c. j. & in d.c. iudex laicus. & vide ea, quæ dixi in l. non debet actori licere, ff. de reg.iur. Et clericus incedens in habitu, & tonsura, si est in loco forensi, probabit se clericum ex suo iuramento,Panor.in c.ex parte,de priuilegijs. glo.in Clem.præsenti,de censib. De clericis relinquentibus habitum, dic, vt dixi in d. l. non debet,de reg.iur. vbi multa dixi in lectura mea.

## DE IVRISDICTIONE CERTO MODO *sæcularium in personas ecclesiasticas.*

### *Cap. XXXVI.*

SVMMARIVM.

1 *Papa ex causa dat Principi potestatem iudicandi clericos.*

2 *Clericus falsum deponens in sæculari iudicio à sæculari iudice punitur potest.*

3 *Principes temporales habent potestatem includendi in con-*

*clauis*

*clausi debentes eligere summum Pontificem.*

4 *Negotiationum appellatione quid contineatur: Item & de commercio.*

5 *Clerici vsurpare volentes Regiam iurisdictionem per iudicem secularem mulctari possunt.*

6 *Ab ecclesia subuenire indignum est, qui scandalum ibi commisit.*

7 *Receptans, defendens, vel occultans assassinos ipso iure sunt excommunicati.*

8 *Iudex laicus in clericos iurisdictionem habet, quando respectu certæ causæ iurisdictionem habet.*

DIximus in præcedenti capitulo de libertate & immunitate ecclesiastica, & de priuilegijs clericorum, nunc de potestate sæcularium, super ecclesijs, & personis ecclesiasticis dicamus. † quia Papa ex causa dat vni principi potestatem iudicandi de clericis certi loci, vel territorij: ad quod adduco Cardin. in c. perpendimus, de sentent. excommun. vbi tenet, quòd Papa non potest tollere priuilegium clericorum, quoad forum, quòd illud est de iure diuino, non cæremoniali, sed morali; contra quod Papa non dispensat, c. sunt quidam, xxv. q. j. Abbas in cap. ij. de maiori. & obed. hoc verum, quando id vellet facere ex toto: quoad vnum autem, vel quoad aliquos in particulari benè posset secundum Cardin. allegat c. lector, xxxiiij. distinct. quod notat Archidia. in d. c. sunt quidam, c. vnico, de cleri. coniuga. lib. vj. secundum eum. † Item iudex sæcularis potest ciuiliter punire clericum in sæculari iudicio falsum deponentem, text. in l. nullum, C. de testib. & ibi glo. Cyn. Bal. sed ego dubito. Item vbi ecclesiastica potestas deficit: quia hoc casu iudex laicus potest corrigere clericos, vt in c. principes sæculi, xxiij. q. v. & ibi glos. vt cùm schisma faciunt, & non possunt ab ecclesia compesci, vt voluit glo. in c. tua, de deci, allegat text. in c. nec licuit, xvij. distinct. & est optimus text. & facit text. in c. de liguribus, xxiij. quæst. v. & facit text. in c. vt famæ, de sentent. excommun. propter quod dicit Panorm. in c. tua, infrà de deci.

deci. Quotiescunque fieret in ecclesia Dei schisma, si non posset sedari, possunt domini temporales se intromittere, & facere dubium sopiri per ecclesiam. † Et principes temporales habent potestatem, vt debentes eligere summum Pontificem includantur in conclaui, vt in c. vbi periculum, de electio. in vj. & principes sæculares acceperunt potestatem à Deo principaliter, vt ecclesiam Dei iuuarent, & vt in suis necessitatibus ei subueniant, vt in d.c. principes, & in d.c. dicat aliquis, §. præterea, xxiij. quæst. v. & de hoc videbis (vt dixi) Panorm. in d.c. tua. Item in casu c. cùm non ab homine, de iudicijs. Item in clerico ioculatore, qui anno elapso, & tertiò monitus, non desistit, talis est ipso iure priuatus clericali priuilegio, tex. in c. vno, de vita & honest. cler. lib. vj. (vt dixi in c. præcedenti) quod procedit etiam in clerico in sacris ordinibus constituto, secundum Archi. & Domi. licet Ioan. Monachus cõtra. Sed dicit Rota in decis. cccxlix. in antiquis, quòd inter opiniones diuersas præfertur opin. Archidiaconi. Item iudex sæcularis habet iurisdictionem contra clericos coniugatos non deferentes vestes, & tonsuram, vt in c. vno, de cler. coniugatis, lib. vj. quia tales non gaudent priuilegio clericali, vt per docto. ibi. Item in clerico in minoribus constituto, qui duas vxores habuit, vel cum vidua, aut corrupta contraxit; quia talis subditus est coërcioni fori sæcularis, vt in c. vno, de bigamis, in vj. & videbis circa bigamiam, docto. in d.c. vno. Item in d.c. j. de vita & honest. cleri. puniuntur clerici coniugati, & puniuntur, qui personaliter, & publicè carnificum, & tabernariorum officium exercent, qui per diœcesanos nominati, & tertio moniti illud officium non dimittunt. Et in d. Clemen. textus excitat diœcesanos contra clericos, qui sæculares actus exercent. & videbis dictam Clementinam, quia coniugati perdunt omne priuilegium clericale; & non coniugati, si omnino vt laici incedant, quandiu præmissis institerint, eo ipso etiam perdunt priuilegium clericale. & text. loquitur in macellarijs, & tabernarijs. Et an habeat locum in alijs vilibus officijs, vt aptare pelles, vel quid simile, glo. dicit, quòd non. Cardin. contra. Imola tenet cum glo. sed ante monitionẽ

non perdit priuilegium, & non sufficit vna monitio cum
4 peremptorio, vt per doct. in d.Clemen.j. † Et appellatio
ne negociationum comprehenduntur lanificium, textu-
ra, vel similia. Commercium dicitur mercatura, vt eme
do, vendendo, nauigando. Imol. in d. Clem.j. & termin
est arbitrarius, vt per Cardi. in d. Clem.j. Item qui assum
psit clericatum, postquam fuit captus à iudice sæculari, c
ficitur de foro sæculari; est enim causa, & persona præue
ta. Et in dubio id videtur fecisse in fraudem, vt ff. de hi
qui sibi mortem consci. l. fin. ita Ioan. Andre. in c. vnico, d
obli. ad ratio. & in c. Ioannes, de cler. coniug. & in c. ex par
te, il. iij. de priuileg. & communiter Legistæ in l. pen. h
noxa. causa agatur, & Barto. in l. j. ff. de pœnis. Secus a
tem, si ante iudicium inchoatum assumpsit clericatu
quia tunc coram ecclesiastico debet conueniri, postqua
iudex laicus non præuenit, in c. proposuisti, de foro co
petenti. & l. si quis postea, ff. de iudi. Vbi vero post iud
cium inchoatum coram iudice sæculari efficitur clericu
sunt opiniones diuersæ, de quibus per Ioan. Andr. & do
in d.c. vnico. Communiter tamen in hoc casu sequen
opin. Ioan. And. concludo, quòd in ciuili, & criminali m
la debet fieri districtio per iudicem sæcularem, vt pon
in carcerem, detinere, & similia, nec etiam aliqua exec
tio in personam clerici, nam clericatus eximit person
quoad omnem manus iniectionem, & districtionem, s
non eximit causam à iurisdictione prævenientis, quo
ipsius processum, & instantiam finiendam, & realiter qu
ad bona exequenda; & sic erit iudex causæ, non perso
vt in isto habetur in c. sanè, de foro compet. Idem tene
Spec. in tit. de reo, vers. sed quid si est criminalis. & Arch
xj. q. j. c. j. vbi satis de hac materia. & vide, quod legitur
5 not. in l. hos accusare, §. j. ff. de accusa. & per Lucam de Pe
na in l. fin. C. de vetera. lib. xij. † Item vbi clerici volu
vsurpare iurisdictionem Regiam; nam tunc possunt m
ctari per iudicem sæcularem. ad quod videtur facere,
ex parte, de verb. signifi. vbi permittitur iudici defende
iurisdictionem, & territorium suum. facit tex. in c.
lecte, de senten. excommun. lib. vj. iunctis nota. per Inno

in c.olim,j.de restit.spoliat.& c.dilectus,de pœnis. vbi dicit,ordinario competere iurisdictionem in extraneos impedientes eius iurisdictionem. per d. c.j. de offi. delegat. faciunt notata in l.ij.ff.de iurisdict.om. iudi. Ideo dicebat Bal. in margarita, in verbo, iudex, quòd iudex superior potest suam iurisdictionem defendere,etiam cum ense,& in bello. Item si clericus assumit administrationem,& officia laicorum,in quibus si delinquant,per iudicem sæcularem puniuntur. pro quo facit text. in c.sacerdotibus, ne cler.vel mon.secundum opinionem illorum, qui sumunt argum.ex illo text. quod iudex laicus authoritate illius c. possit capere clericum priuilegio clericali cessante, quia frustra inuocat auxilium legis, c.quia frustra, de vsurarijs; † & indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos con- 6
stat scandalũ in ecclesia generari; vt in d. c.sacerdotibus. vbi diciteriam tex.clerici si sunt negotiatores,vel procuratores laicorum,non est eis ab ecclesia subueniendum, si ex cupiditate hoc faciant; secus,si ex charitate.Sed tu vid.Panor.in d.c.sacerdotibus. Sed in foro ecclesiastico,& in negocijs ecclesiasticis potest clericus esse procurator laici; & sic no contradicit text. in c. Episcopus.vbi dicit litera:Episcopus, aut diaconus,aut sacerdos nequaquam sæculi curas assumant; sin aliter, deijciantur, intellige, præcedente trina monit.one,vt per Panorm. in d.c.sacerdotibus. quia vbicunque agitur ad pœnam incurrendam, vna citatio peremptoria non sufficit. Item clericus, qui commisit assassium,alias assassinium, potest criminaliter puniri per iudicem sæcularem absque alia degradatione per c.j. de hom.in vj.quia ipso iure videntur degradati. & de hoc vid. Hippolytum de Marsilijs in l.vnius facinoris, §.cognitum, ff.de quæst.in xj.col. & vid.Paridem de Puteo in tractatu de syndi. in verbo,inquisitio, in versi.dicit constitutio regni. Et omnes docto in c.at si clerici,de iudi.dicunt, quod clericus assassinus potest impunè offendi. Et ibi dicit additio Abbatis: † Receptans assassinios,vel defendẽs, 7
vel occultans, siue sint clerici, siue laici, ipso iure sunt excommunicati. Et de isto enormi delicto dixi multa in libro meo de administratione iustitiæ in ij.parte,in reg.xxij.

Et in isto delicto punitur affectus, glo. in l. j. ff. quod qui
que iuris. & dixi vbi suprà. Item si clericus post assump
clericatum immiscuit se enormitatibus, & sæuis, & diu
illis perseuerauit, habitu & tonsura dimissis. Si deprehe
ditur in delicto tali, non potest se pro clerico defende
quominus per iudicem sæcularem puniatur. pro quo
tex. singularis in c. ex parte, de priuil. & pro hoc etiam
detur esse text. in c. perpendimus, de sentent. excomm
secundum docto. ibi. & Ioan. And. inducit text. in c. vn
de vita & honest. cler. lib. vj. & de hoc dixi in c. præce
ti. vbi videbis. Item notabis de clerico, qui relicto ord
clericali, & habitu suo in apostasia, tanquam laicus,
uersatur; quia si in crimine deprehensus fuerit, per ec
siam non liberatur, sed per iudicem sæcularem puni
per tex. secundum vnum intellectum in c. j. de apost
idem in clerico in minoribus constituto, qui effectus
les exercet arma: nam talis ipso facto perdit priuileg
clericale, secundum Inno. in c. j. & Panor. ibi. nam ho
ciendo exercet actum omnino contrarium clericatui.
la verò militia secundum Panorm. non sufficeret, n
erceret arma, vel sæua. Item nota de clerico arma milit
deferente, qui si tertio monitus non desistit, perdit o
priuilegium clericale, vt in c. in audientia, de sentent
commun. Adeo quòd secundum Panorm. & docto
est opus alia degradatione, quia si monitus non dep
rit arma, est exutus omni priuilegio clericali, & reli
tur iudicio sæculari. Et idem in clerico inhonestè v
te; quia si tertio monitus non se correxerit, perdit p
legium clericale, c. contingit, ij. de senten. excomm
appellatione priuilegij clericalis intelligitur tam de p
legio personali, c. si quis suadente, quàm de priuileg
ri, vt est glo. sing. in Clemen. j. de offi. ordin. & ibi Ca
8 † Item iudex laicus habet iurisdictionē in clericos, q
do habet iurisdictionem respectu certæ causæ, quæ v
in clericis, etiam in præiudicium ordinariæ iurisdictio
Episcopi, vt expresse colligitur ex textu in c. cæterum,
iudi. Nam iurisdictio respectu Feudi tributa est dom
Feudi per legem ciuilem, vt in c. imperialem, de prob
ta

ta feudi alienatione, per Fred. in libro feudorum. & nihil dominus vendicat sibi locum in clericis actiuè, & passiuè. Itaque si laicus est dominus Feudi, habet iurisdictionem, etiamsi vasalli sunt clerici, vt in d.c.cæterum, & ibi Panor. post alios. & in c.verum, de foro compet. vbi dicitur; Feudi quæstio debet terminari per dominum Feudi siue laicum, siue ecclesiasticum, & clericus recognoscit laicum in superiorem ratione Feudi. & ibi vide Panor. & docto.

## DE ECCLESIASTICO INTERdicto. Cap. XXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Interdictum ecclesiasticum quid sit, & in quo differat ab excommunicatione, & num. 2.*

3 *Sententia excommunicationis, interdicti, & suspensionis, in decem æquiparantur, differunt etiam in alijs decem, & nume. 6.*

4 *Solus Papa dispensare potest super irregularitate contracta ex diuinorum officiorum celebratione.*

5 *Suspensionum species quæ, & quot sint, remissiuè.*

7 *Generale interdictum quod dicatur, & quod speciale.*

8 *Suspensus ab ecclesiæ ingressu, in ea diuina celebrans est irregularis.*

9 *Quatuor sacramenta, à quolibet interdicto excepta censentur, & num. 10.*

11 *In quo differat cessatio à diuinis, & interdicti sententia.*

12 *Priuilegium canonicorum ecclesiæ Pictauien. quod sit.*

13 *Fieri non debet cessatio à diuinis, nisi ex legitima causa, quæ vera, atque notoria sit.*

14 *De materia interdicti aliqua.*

15 *Excommunicatio non transit in tertiam personam.*

16 *Vtrum Episcopus à Pontificalibus suspensus, vel interdictus, sacerdotis officium exercendo fiat irregularis.*

17 *Casus prohibiti, & concessi tempore generalis interdicti ecclesiastici, qui sint.*

1 INterdictum † eccleſiaſticum eſt cenſura ec-
cleſiaſtica prohibens adminiſtrationem di-
uinorum. Hoc differt ab excommunicatio-
ne, quia per interdictum nunquam tollitur
communio hominum; differt à ſuſpenſione
quia interdictum cadit in rem inanimatam, vt in locum
de ſenten. excommun. c. ſi ciuitas, lib. vj. vbi interdicta ci-
uitate, ſuburbana & continentia ædificia dicuntur intr
dicta. Et interdicta eccleſia, capella contigua, & cœmit
rium contiguum dicitur interdictum. ita Cardin. in c. fi
de cleri. excomm. minis. & in Clemen. j. de ſent. exxom
Sed notabimus, quòd hoc nomen, Interdictum, prohibe
onem ſignificat, quæ proprio alluditur vocabulo, vt in
de interdict. §. ſunt tamen, c. ſignificaſti, de offi. Archid
& c. cùm illorum, de ſentent. excommun. & in Rubrica
matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ, id
importat, ſicut ſi diceret contra prohibitionem. per
cleſiaſticum autem, vel per diuina, intelligo officia
uina, & ſacramenta, largè ſumpto vocabulo, de ſpo
2 ſalib. cap. non eſt nobis. † Et interdictum, & excomm
nicatio ponuntur, vt diuerſa, vt in c. j. de offi. deleg. c. c
ab eccleſiarum, de offi. ordin. cum concordan. Licet aut
ex prædictis iuribus multas conuenientias, & differen
inter interdictum, & excommunicationem, & ſuſpen
nem poſsit diſcurrere curioſus indagator, non omi
3 quòd † notant docto. in c. j. de ſentent. excommun. lib
vj. quòd prædicta tria ſcilicet ſententia Excommunic
onis, Interdicti, & Suſpenſionis æquiparantur in dec
Primò, quia forma huius conſtitutionis in ipſarum q
bet eſt ſeruanda, vt hic. Secundo, quia in iſtis tribus p
dens appellatio tuétur appellantem, in alijs non, vt ſu
de appella. ad hæc quoniam. & c. paſtoralis. & inf. eod
cui §. fin. Tertio, quia neuter iſtorum debet celebrare
uina, vt in c. ij. & c. poſtulaſti, §. fin. de cler. excomm. Q
to, quia quamlibet ſententiam horum trium debet mo
tio præcedere, vt in c. reprehenſibilis, de appella. Qui
quia quilibet iſtorum iurat antequam abſoluatur, & u
troque fieri poteſt abſolutio ad cautelam, vt in c. ven

bili, de senten. excommun. Sexto, quia quælibet sententia à superioribus est seruanda, de offic. ordin. c. cùm ab ecclesiarum. Septimo, quia durante sententia neuter eligere, vel eligi, vel testificari potest, vt in c. cùm dilectus, de consuet. de except. c. Apostolicæ, & de test. bus, c. veniens, in fine. Octauo, quia non debet superior de ipsis aliquid disponere, partibus non vocatis, vt in c. Romana, §. fi. de senten. excommun. lib. vj. Nono, quia speciales filij Apostolicæ sedis nulla istarum sententiarum Apostolicæ sedis possunt ligari, vt in c. veniens, de verb. sign. lib. vj. & in priuilegijs solent ista tria miscери, vt in c. j. in fine, de priuileg. in vj. Decimo, quia omnia illa comprehenduntur appellatione censuræ, vt in c. quærenti, de verbo. sign. Vndecimo quoad irregularitatem contrahendam propter celebrationem diuinorum. Et Irregularitas non solum contrahitur per celebrationem Missarum, sed etiam per celebrationem aliorum diuinorum. de quo per Inno. & docto. in c. fin. de excess. prælat. & in c. Abbates, de priuil. in vj. & notabis casum reseruatum soli Papæ, † qui solus potest dispensare super Irregularitate contracta ex celebratione diuinorum. facit text. in c. j. de re iudi. in vj. in tantum, quòd etiam Pœnitentiarij, qui sunt ordinarij in curia ad pœnitentias imponendas, non possunt cum irregulari dispensare, vt tenent docto. in c. clerici, de cler. excommun. minis. & Ioan. Andre. in c. latores, eod. titu. dicit tamen Ioan. Andr. quòd consuetudo habet, vt cum talibus, qui claues non contempserunt, possint legati de latere dispensare. & vid. Philip. Franc. in d. c. j. de senten. excommu. libro vj. §. caueant. Et notabis, quòd non quælibet executio diuini officij facta per suspensum, vel interdictum inducit irregularitatem, sed illa tantum, quæ fit solenniter officiando, vt per Philip. Fran. in d. §. caueant. Super quo tamen generaliter sic conclude, quando sit, quòd suspensus ingerendo se in diuinis incurrat Irregularitatem; quia aliquando id facit ignoranter ignorantia probabili, & excusatur, vt in c. pen. de cler. excommun. mi. Aliquando scienter, vel crassa ignorantia, & tunc si immiscet se diuinis, non vt officians, sed vt debitum soluens, & idem: ex

† 4

quo non exequitur, vt prius, quod requirit iſte tex. & qui ſuſpenſus tenetur officium, non vt officians, ſed ſecreto, vt debitum perſoluens, aliàs pœna preſtaret immunitati, quod eſſe non debet, vt l. relegatorum, in fin. ff. de interdict. & releg. de quo per docto. in d.c.clerici, & in c.illud eod.tit. & per Spe.tit.ij. §.iuſta, verſi. quid ſi excommunicatus. & per glo.lxxxj.diſtinct.c.dictum, & in c.cupientes §.cæterum, de elect.eod.lib. Aliquando immiſcet ſe in diuinis, exercendo ea, quæ ſunt certo ordini, vel officio certi ordinis deputata; & ſi talis non eſt in dicto ordine conſtitutus; vt ſi acolytus epiſtolam in apparatu ſubdiaconi, vel ſubdiaconus Euangelium in apparatu diaconi; tunc talis tenetur pœna falſi, vt d.c.illud, ſed non incurrit irregularitatem, ex quo non celebrat in ſuo officio, vt prius prout requiritur, vt in d.§.caueant. Et intellige hæc de regularitate, de qua in d.§. caueant. ſed bene incurrit alia irregularitatem, quam incurrit ille, qui nullum habet ordinem, ſi celebrat. de quo per Specu. in tit. ij.§.nunc de Epiſcoporum, verſi. xviij. & dicitur plus delinquere, quàm ordinatus, qui poſt ſuſpenſionem celebrat in ſuo officio, quia eo caſu ſolus Papa diſpenſat, vt notatur in d. verſi. xviij. & in c. ij. de cler. excommun. miniſt. Si verò talis ſit in dicto ordine, & celebrat, vt prius irregularitatem, vt d.§.caueant. non ſolum ſi talis eſt in ſacris, ſed etiam in ijs minoribus ordinibus conſtitutus, ſecundum Ioan. Andre. & docto. in d.c.ij. Itaque non ſolum ſubdiaconus epiſtolam dicens, diaconus Euangeliũ, ſed & presbyter Miſſam. vnde ſi benedicitur aqua, incurritur irregularitas, vt voluit Specu. in tit. de diſpenſatio, §. iuſta, verſi. quid de benedicente, c. aqua, de conſecr. diſtinct. iij. ſecundum Ioan. Andr. in dicto §. caueant, & in c. fin. de exceſs. prælat. & de irregularitate dicemus infrà in c. ſequenti. † Et aduerte quia plures ſunt ſpecies Suſpenſionum, de quibus per gl. in Clemen. cupientes, de pœnis, in verbo, ſuſpenſi. Vnde generaliter conclude, quando ſit, quòd ipſe ſuſpenſus incurrat irregularitatem, vt per Philip. Fran. in §. caueant. vbi etiam dicit: Suſpenſus ab officijs ordinum incurrit irregularitatem, ſi contra interdictum fecerit, dicit etiam ibi:

ibi: Suspensi quandoque non incurrunt irregularitatem, in certis casibus notatis ibi per eum. Diximus superius, quòd sententia Excommunicationis, Interdicti, & Suspensionis æquiparantur in decem; †nunc notabimus, 6
quòd differunt in alijs decem. Primo, in participatione, quia cum Suspenso, vel Interdicto participari potest, nisi participatio specialiter esset interdicta, argumen. ff. de pœnis, l. mores. sed cum Excommunicato indistinctè prohibetur, vt in c. sacris, de his, quæ vi, metusve caus. Secundo, quia propriè loquendo homo excommunicatur, vel suspenditur, sed non interdicitur, nisi impropriè, c. cum dilectus, de religiosis domi. & c. pastoralis, de appella. loca verò propriè interdicuntur, vt c. non est, de sponsa. licet in pœnam personarum delinquentium. ideo debet per id potius fieri districtio in persona, quàm in facultatibus, c. illud, in fine, xvj. q. xvj. Tertio, quia effectus Excommunicationis latæ non possunt suspendi, sed reliquorum sic, vt in c. ad hæc quoniam, de appella. Quarto differunt in casu c. quia periculosum, de sentent. excommun. libro vj. Quinto differunt, vt c. præsenti, de senten. excommu. lib. vj. vbi dicitur: Relaxatio ad cautelam non habet locum in generali Interdicto. Sexto differunt, vt in c. Romana, ad finem, de senten. excommun. lib. vj. vbi dicunt docto. nota ex text. differentiam inter excommunicationem, & interdictum; quia sententia Interdicti, per quam punitur quis pro delicto alterius, & iustè, benè potest fieri contra vniuersitatem, & iustè, vt in c. non est, de spons. vbi legitur: Per censuram ecclesiasticam pater compellitur restituere filio eius vxorem, quam iniustè detiner. Secus in senten. Excommunicationis contra vniuersitatem, & iustè, dicendo: Excommunico omnes de vniuersitate, qui fuerunt mandato meo rebelles. ita probatur ex dicto text. secundum Ioan. And. ibi. Immo si constaret, quòd tota vniuersitas, vel collegium deliquisset, excommunicari possent singuli de vniuersitate, vel collegio, & locus interdici, vt voluit Hostien. in Summa, in tit. de contuma. §. fi. dicens; quòd sic potest fieri: Excommunico Præpositum, Decanum, Archidiaconum, & omnes alios de tali collegio,

quia noluerunt parere mandatis meis. adducens ad hoc c. proposuit de cleric. excommun. minist. & Anchar. & Philip. Fran. in d. c. Romana, §. in vniuersitatem. Septimo, & octauo, in c. fin. §. j. de senten. excommun. & in §. in festiuitatibus, vbi dicitur, quòd peioris conditionis est excommunicatus, & longe plus est prohibita celebratio diuinorum excommunicatis, quàm interdictis, vt patet in d. §. in festiuitatibus. Et in d. c. fin. incipienti, alma mater ecclesia, dicitur: Tempore interdicti etiam sani ad pœnitentiam admittuntur, nisi sint excommunicati, qui non nisi in mortis articulo admittentur, vel nisi causam dederint interdicto, qui non admitterentur, nisi satisfaciat, vel caueant, prout possunt. Item illo tempore Missæ & alia diuina officia sub pœna distributionum, sicut prius, in ecclesijs celebrentur ianuis clausis, plane sine excommunicatis, & interdictis, & sonitu campanarum. Et quater in anno altè cum campanis, & ianuis apertis celebrare possunt, excluſis Excommunicatis; Interdictos tamen admittere debent; ita tamen, quòd hi, propter quorum excessum latum est, non appropinquent altari. In cæteris seruatur interdictum, & vltra id reuocata sunt priuilegia quibuscunque concessa. Et extra ecclesias, vel monasteria tempore interdicti celebrari, vel alia diuina officia dici non possunt sine violatione interdicti. ita Anchar. & Philip. Fran. in d. c. alma mater. † Sed quæro pro declaratione multorum, 7
quod dicatur Interdictum generale, & quod speciale? dic, quòd generale Interdictum dicitur, cùm concernit loci, territorium, siue solum, c. cùm in partibus, c. cùm inter, de verbor. signifi. c. petistis, de priuileg. c. vbi periculum, §. ciuitas, de electio. in vj. & c. felicis, §. fin. de pœnis. & in Clemen. si quis suadente, §. si quæ ciuitas, de pœnis. Et dicitur generale, quia in nulla particula talis loci potest celebrari absque violentia Interdicti. Vnde & si in illo loco interdicto nulla ecclesia sit, siue vna tantum, dicetur generale, quoad omnem eius effectum, vt notat Ioan. Andre. in d. c. cùm in partibus, de verbo. signi. Speciale autem Interdictum est, cum interdicitur vna ecclesia, etiam plures, etiam omnes ecclesiæ ciuitatis, vel loci interdicerentur,

puta

puta, propter decimas non solutas, vel procurationes legatorum, vel causas. Nam vt dicit Ioan. And. in c. præsenti, de senten. excommun. in vj. Interdicta ecclesiarum non debēt dici generalia quoad effectum generalis interdicti, etiamsi interdicerentur omnes ecclesiæ ciuitatis, vel prouinciæ, nec erit tunc locus, c. alma mater, §. adijcimus, de senten. excommun. libro vj. Nam non poterit in illis ecclesijs celebrari, etiam cum moderamine, de quo ibi; sed extra illas sub territorio, vel si qua esset non interdicta, benè poterit celebrari: nec tunc esset locus denegationi sepulturæ hominibus illius loci, nec aliorum sacramentorum, & diuinorum officiorum, quæ non prohibentur, nisi tempore generalis Interdicti, vt in d. c. alma mater. ita Pet. de Anchar. in d. c. præsenti, de senten. excommun. libro vj. An in Interdicto generaliter promulgato in ciuitates, loca, &c. habeat locum relaxatio ad cautelam? dixi quòd non. Quid in Interdicto speciali? sumendo speciale (vt dictum est) vid. Anchar. in d. c. præsenti. Conclude, quòd generale Interdictum non potest relaxare ad cautelam, secus in speciali interdicto, vid. Archi. in d. c. præsenti. & vid. Ioan. Mona. in d. c. præsenti. & vid. Cardi. ita affirmantem in tractatu suo de interdictis, in iiij. colum. Et si ecclesia est specialiter interdicta, non possunt in ea celebrari diuina officia, seruata forma decretalis, alma mater, §. adijcimus, quia loquitur, cùm locus fuerit interdictus; & tale appellatur generale interdictum, vt in d. c. cùm in partibus, vt superius dixi. Sed in ecclesia specialiter interdicta potest quis baptizari, & in fronte chrismari, quia à quouis interdicto prædicta sunt excepta, de si. onsa. c. non est nobis, & c. quoniam, de senten. excommun. lib. vj. vbi dicitur, quòd tempore interdicti etiam potest confici chrisma in die cœnæ Domini propter indigentiam, quia non vtimur chrismate veteri post annum. Et in d. c. quoniam, dicit Philipp. Fran. Nota ex textu, quia duo sacramenta possunt conferri tempore Interdicti, Chrisma, & Baptismus: & idem de sacramento Pœnitentiæ, vt in d. cap. alma mater, & in cap. quòd in te, de pœniten. & remiss. Et dicit Ioannes Andre. quòd illa duo sacramenta,

&c

de quibus in d.cap.quoniam, non possunt conferri alta voce, & solenniter tempore interdicti, cùm hoc non exprimatur in dicto cap. quoniam. tenet etiam Philipp. Franc.
8 in dict. cap.qnoniam. † Sed suspensus ab ingressu ecclesiæ, celebrans in ea diuina, est irregularis, c. is cui, de senten. excommun. lib. vj. Sed de excommunicato maiori excommunicatione, an possit per ecclesiam transire? dic, quòd si talis vult intrare, vt audiat verbum Dei in illa, & potest, vt in c. responso, de senten. excommun. vbi litera dicit: Excommunicatis, & Interdictis prædicari potest licitè verbum Dei. & dicitur etiam, quòd tempore generalis interdicti cõcedi potest Baptismus, & Chrisma in fronte, & Pœnitentia morientium. Hodie etiam omnibus datur Pœnitentia tempore interdicti, vt in c. alma mater (vt dixi) sed corpus Christi non conceditur nisi morientibus, vt in d.c. alma mater, & ibi notatur. Et licitè participatur cum excommunicato ad eius correctionem, vt in c. cum
9 voluntate, de senten. excommun. vbi dicit Panorm. † A quolibet Interdicto censentur excepta quatuor sacramenta, vt Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, confectio Chrismatis: nam ex quo conceditur Baptismus, per consequens cõceditur Chrismatis confectio, cùm sine Chrismate non fiat Baptismus, vt in d.c. quoniam, de senten. ex-
10 commun. lib. vj. † Dubitant docto. de matrimonio, num quid possit contrahi tempore interdicti. communiter concluditur, quòd sic. sed de solennitate matrimoniali dubitatur per Panorm. in d.c. non est. Et sic habes quinque sacramenta excepta tempore interdicti. Dubitatur de sexto, scilicet Ordinum collatione: & videtur in d.c. non est, vel le Innocen. quòd laicis non possunt conferri Ordines; sed aliàs clerici poterunt promoueri ad maiores, cùm ipsi non sint interdicti. Aduerte, quòd istud dictum est satis obscurum, & sine ratione. Nam cùm interdicitur locus, nec laici, nec clerici sunt interdicti. Vnde extra locum licitè percipiunt diuina. Quandoque autem personæ sunt interdictæ, & tunc quocunque se conferant, interdictum sequitur eos. de quo in c. si sententia, de senten. excommun. lib. vj. vbi legitur: Interdicto clero non est interdictus popu-

lus,

lus, nec econuerso; & interdicta ciuitate propter delictũ domini, ciues non sunt interdicti, & extra ipsam audiunt diuina. Interdicto populo, singulares de populo intelligũtur interdicti. & in quæst. præcedenti non videtur differentia inter clericos, & laicos. Itaque si clericis possunt cõferri ordines, etiam laicis. de hoc vid. Panorm. in d. c. non est. Aduerte tamen, quòd in casu d. c. non est, non est propriè interdictum, sed cessatio à diuinis, secundum Inno. & benè. Et pro differentia inter ista vid tex. cum glo. in Clem. i. de senten. excommun. quod notat Ioannes Andr. in c. si canonici, de offic. ordina. Et notabis ex d. c. non est, quòd ex facto principis potest patria subijci interdicto, & sic indirectè puniuntur populi de facto principis. ex quo vid. quod not. glo. in c. j. xxiiij. q. iij. & in text. dicitur; Quandoque temporaliter punitur vnus pro alio sine culpa, non sine causa: de quibus multa exempla ponuntur in textu, de peccato Sodomitarum, de peccato Amalechitarum, item de peccato Dathan, & Abiron, & ibi examinatur in glo. an familia pro delicto domini sit excommunicanda. Dixi superius de cessatione à diuinis; sed tu dic, quòd est cessatio generalis, & cessatio specialis; & specialis obseruatur solum in ecclesijs, in quibus sunt; sed generalis seruandæ sunt ab alijs, vt in d. Clement. j. de sentent. excommun. Alia differentia, quia generales habent vim interdicti, & comparantur interdicto, vt in d. Clemen. §. in cessationibus; specialis autem non, vt in c. dilectis, de appellat. & quod ibi notatur. & c. si canonici, de offi. ordin. lib. vj. † Itaque differentia est inter cessationem à diuinis, & sen- 11
tentiam interdicti. Nam cessatio à diuinis est quid facti; non enim aliud est quàm suspendere organa ministrorũ, vt ibi non celebrent. Sententia verò interdicti est quid iuris; vnde supponitur ille locus interdicto, ita quòd ibi celebrans quantumcunque forensis incurret irregularitatẽ, quia celebrat in loco interdicto, vt in d. c. is qui, de sent. excõmun. lib. vj. secus autem quãdo clerici deliberant inducere cessationem, quia tunc celebrans ibi non efficitur irregularis, tanquam non celebrans in loco interdicto. Hoc notanter voluerunt docto. in d. c. dilectis, de appella.

& in

& in c. irrefragabili, §. cæterum, de offi. ordin. Dubium tamen remanet, quid si cessatio à diuinis est generalis, puta respectu totius ciuitatis, nunquid ibi celebrans efficitur irregularis? Ioan. Andr. in c. si canonici, de offi. ordin. lib. vj. concludit, quòd sic; quia talis cessatio generalis æquiparatur interdicto, per Clemen. j. de senten. excommu. sed Anton. in d. c. dilectis, dicit sub dubio, forte quòd ex eo non procedit illa æquiparatio. & Panorm. in d. c. dilectis, dicit: Ego verius putarem, quòd celebrans in cessatione generali non efficiatur irregularis: Regula est, vt nunquis quis incurrat irregularitatem, nisi in casibus iure expressis, vt in d. c. is qui. sed iure non cauetur, nisi de celebratione in loco interdicto. Nec obstat illa Clemen. j. quæ facit æquiparationem tantum in illo casu; & pœnæ non debent extendi, vt in regul. odia, & regul. in pœnis, de regul. iur. in vj. Et ratione consuetudinis quandoque spectat ad capitulum cessare à diuinis, & in c. quamuis, de offi. ordina. lib. vj. vbi notant docto. capitulum ex iure speciali posse inducere cessationem à diuinis contra Episcopum proprium. Et si delinquens esset rector, vel dominus loci, & offendit, propter iniuriam, vel offensam illatam possunt cessare à diuinis: sed offensa debet esse sufficiens ad inducendum cessationem à diuinis. Et causam cessationis à diuinis debent mittere illi iniurianti, & illum requirere, vt satisfaciat pro iniuria commissa. Si autem non velit satisfacere, poterunt cessare à diuinis; & tunc ipsi cessantes mittant ad Apostolicâ sedem, vt in d. c. quamuis. Et quam solennitatem clerici debent seruare in cessatione à diuinis inducenda propter iniuriam sibi, vel ecclesiæ illatam, vide in c. si canonici, de offi. ordina. in vj vbi legitur, & c.

11 casus. † Canonici ecclesiæ Pictauien. habent ex priuilegio, vel consuetudine, quòd cùm aliquis eos offendit, vel occupat res ecclesiæ, possint cessare à diuinis, donec sit eis satisfactum. Accidit, quòd quidam offendit, vel aliquod delictum commisit, propter quod possunt ipsi canonici cessare à diuinis. quæritur in textu, quam formam tenentur ipsi obseruare? Respondit Gregorius IX. in generali Concilio Lugdunen. quòd in scriptis instrumentis publ-

publico, vel literis sigillatis sigillo authentico debent inserere causam suæ cessationis, & notificari delinquenti, quòd propter illam causam intendunt cessare à diuinis. Et si ipsi non seruant istam formam, punientur, quia non percipient fructus suarum prębendarum; & si percipient, tenentur restituere, & satisfacere de iniurijs illi, in cuius odium cessabant. Itaque secundum docto. notabis, quę seruari debent in cessatione fienda à diuinis: quæ locum habent tam in certa ecclesia, & sic in specie, vt in d. c. si canonici, & in c. quamuis, de offi. ordina. in vj. quàm etiam in generali cessatione à diuinis, quæ fierent in tota ciuitate, vt in d. Clemen. j. de senten. excommun. pro quo facit text. in d. c. si canonici, & d. c. quamuis. qui generaliter loquitur. Et notat Philip. Fran. de mente docto. in d. c. si canonici, quòd cessationes generales, factæ ab habentibus potestatem, habent vim interdicti. Et sic si in loco fieret generalis cessatio à diuinis, tunc celebrans irregularitatem incurrit. Et in d. c. si canonici, videbis per Phil. Fran. qualiter fieri debeat extimatio iniuriæ de iure canonico, sed ibi dicit Anchar. Extimatio damni, & interesse iniuriæ taxatur iudicis arbitrio. Et in cessatione à diuinis requiritur scriptura ad substantiam actus, vt in d. c. si canonici. Alij plures casus enumerantur in c. j. de censi. lib. vj. Et notabis ex d. c. si canonici, † quòd cessatio à diuinis debet fi- 13
eri ex causa legitima, quæ sit vera, & debet esse notoria: & sufficit si sit manifesta, cùm examinari debeat, vt in d. c. si canonici. & Ioan. And. in d. §. cæterum, dicit, quòd cessatio à diuinis debet aggrauari cum irreuerentia Creatoris, & Sanctorum. Sed notabis, quòd cessatio à diuinis est odiosa; ideo cum magna maturitate procedẽdum antequam fiat; tendit enim ad diminutionem diuini cultus, multa igitur sunt obseruanda antequam fiat, vt per gl. fi. in d. c. quamuis. Itaque ad hoc, vt fiat cessatio, necesse est hæc interuenire. Primo, quòd qui cessant, habeant de consuetudine, vel alio iure, vt cessare possint. Secundo, quòd vocentur absentes ad tractadum de cessatione. Tertio, quòd tractent. Quarto, quod de cessatione deliberent. Quinto, quod sit manifesta offensa, propter quam cessant. Sexto,

ro, quod sit rationabilis. Septimo, quòd ante cessationem instrumento publico, vel patentibus literis authentico sigillo munitis causam cessationis exprimat. Octauo, quòd illud instrumentum, vel literas tradant ei, cõtra quem cessant. Nono, quòd requirant illum, quòd emendet competenter iniuriam, vel offensam, propter quam cessare volunt. quod si non fecerit, tunc locum habet cessatio. Post cessationem debet vtraque pars arripere iter ad sedem Apostolicam infra mensem per se, vel per procuratorem sufficienter instructum. Omnia ista continentur in d. glossa fin. Nunc ad materiam Interdicti redeamus. † Interdum interdicitur locus sub appellatione regni, prouinciæ, ciuitatis, castri, vel villæ, de verbo. signifi. c. cùm in partibus, c. j. de postula. prela. c. sanè, de offi. lega. c. ex rescripto, de iureiuran. & c. quanquam, de censi. lib. vj. c. Episcopo, de priuileg. c. præsenti, de senten. excommu. quibus ipsius loci suburbia, continentia ædificia intelliguntur interdicta, de senten. excommun. si ciuitas, lib. vj. nam appellatio vrbis, vel ciuitatis includit suburbia, & continentia ædificia, vt not. in l. ij. ff. de verbo. signifi. Circa quod quæro, si suburbia, & habitantes in eis non sunt de iurisdictione loci interdicti, siue ciuitatis ipsius, an propter interdictum loci in eis valeat celebrari, vel non? Respondeo, nõ, per rationem prædictæ decre. si ciuitas, scilicet ne villa pendatur sententia Interdicti, vt in Clementina, de sent. excommun. cum eo. Sic ergo Interdictum promulgatum in locum includit suburbia, & continentia ædificia, etiam in nullo subiecta dicto loco, vel vniuersitati ipsius. Quod puto verum, si proferens Interdictum habeat iurisdictionem spiritualem, non solum in locum, quem interdixit, sed in ipsius loci suburbia, vel cõtinentibus ædificijs, cùm ius huiusmodi sententiam interpretatur, de arbit. cùm olim, de verbo. signifi. in his, ff. de appel. ab excu. l. j. Sed si proferens non habeat iurisdictionem spiritualem in suburbijs, vel continentibus ædificijs, licet habeat in loco, quem interdixit, non videtur habere locum decre. si ciuitas, per l. iij. ff. de offi. procon. & de iurisd. om. iud. l. fi. ix. q. iij. Episcopũ; de offi. lega. nouit; de consti. c. ij. ij. respon.

14

lib.

lib.vj.ad idem benè facit ff.de bon.autho.iud.possidendis, cùm vnus, §. is qui, ff. de inter. & releg. l. relegatorum, j. respon. Et licet ita videatur de iure scripto; tamen ponderata ratione decre. si ciuitas, posset dici, quòd in hoc casu suburbia, & continentia ædificia adhærentia loco interdicto intelligantur interdicta non ab homine, sed à iure, de sent.excommun.nuper,argum.de accus.super his. versic. post confirmationem: & per hoc respondetur ad iura in contrarium allegata. Sed quæ dicantur continentia ædificia, dicit ibi glo. hoc esse in iudicis arbitrio relinquendũ. Et de hoc vide Calder. in tractatu de interdictis, colum. vj. & ibi dicit vsque ad quem locum durent suburbia. Sed nunquid adhærentia, vel contigua suburbia, vel continentia ædificia intelligantur interdicta? dic, quòd non; aliàs sequeretur, quòd adhærentia adhærentibus essent interdicta, & sic vna ciuitate interdicta totus mundus esset interdictus: quod est absurdum. ad hoc, de testi. licet, iij. & facit decre. si ciuitas; quæ vult interdictum loci per certum finem determinari. ita Calder. in loco iam allegato.

† Simile de eo, quòd dicitur, quòd excommunicatio non 15
transit in tertiam personam, xj. q. iij. quoniam. Et dico, quòd quandoque interdictum profertur in ecclesiam, & tunc ipsius capella eidem ecclesiæ contigua, & cœmeteriũ ipsius ecclesiæ contiguum intelliguntur interdicta; secus si prædicta non sint contigua ecclesiæ interdictæ, vt præcedenti decre. si ciuitas, ij. respons. Sic etiam ecclesia polluta intelligitur etiam cœmiterium eidem contiguum, nõ autem è conuerso; nam cœmiterio polluto, non est pollutum alterum etiam sibi cohærens pariete intermedio. hæc habentur de consecratione eccl. vel alta. c. j lib.vj. Ex quibus sequitur, quòd interdicta ecclesia, altaria, vel cœmiterium altari etiam cohærens interdicto, vel ad cœmiterium interdum cohærens, pariete intermedio, non intelliguntur interdicta. Item interdicto loco sub appellatione ciuitatis non sunt interdicti ciues illius ciuitatis. Idem in interdicto cuiusuis loci, puta castri, villæ, vel huiusmodi. Quod est verum, cùm interdicitur locus propter delictum domini, vel alicuius singularis personæ; secus, si

propter delictum ciuium, vel populi, vel vniuersitatis ip-
sius loci. hæc habentur de senten. excommu. si sententia,
ij. respons. lib. vj. Sed primo casu, an personæ culpabiles
sint interdictæ? dic, quòd sic, vt ibi innuitur, cùm dicitur
Culpabiles nō sunt. facit d. c. alma, §. illis, & de priui. quòd
nonnullis. & eod. tit. licet, in fin. libri vj. Item scias, quòd
quandoque interdicitur clerus alicuius loci, & tunc illius
loci populus non intelligitur interdictus; quia hæc sunt
diuersa, vt in c. si sententia, de sent. excommun. & c. ex par-
te, de priuil. eod. lib. Et an interdictis clericis specialis ec-
clesiæ alicuius, etiam sub nomine collegij, intelligatur ec-
clesia interdicta? dic, quòd non, vt probatur in c. per ex-
emptionem, de priuil. in vj. Et interdictum loci aliud est,
& aliud vniuersitatis, vel collegij, vt per doct. in d. c. si sen-
tentia. & videtur expressum in c. j. de vsuris, lib. vj. Pote-
rit ergo celebrari in illo alta voce, quia hoc non est prohi-
bitum, vt in c. cùm apud, de sponsa. cum sim. Quæritur de
habitatibus in ciuitate, non de populo illius ciuitatis, num
includantur in interdicto illius vniuersitatis, vt in d. c. si
sententia, de senten. excommun. lib. vj. §. vlt. ibi, singula-
res ex eo personæ; sed ciues, habitantes continuo extra
ciuitatem, & suburbia intelligūtur interdicti, populo vel
ciuibus dictæ ciuitatis interdictis, vt per Cal. in xj. col. su-
tractatus. Idem dicit de Baronibus habitātibus in diœcesi,
vel ciuitate cuius populus est interdictus: intellige, si ibi
subeunt onera, & habēt honores. Et idem si per priuilegiū
essent exempti a muneribus, siue oneribus dictæ vniuersi-
tatis; quia per hoc non sequitur, quòd non sint de vniuer-
sitate. & sic ligantur pœnis, c. cùm capella, de priui. in vj.

16 † Et Episcopus suspensus, vel interdictus à pontificalibus,
si exercet officium sacerdotis, etiam cum pontificali-
bus non est irregularis; sed si exercet aliquid, quod per-
spectat ad officium Episcopi respectu consecrationis Epi-
scopalis, siue cum Missa, vt consecrare, vel ordinare, quod
fieri debet cum Missa, vt plenè notatur in c. quod sicut, de
electio. siue sine Missa, vt solet fieri cum confirmat in fron-
te; est irregularis. Sed salua pace domini Ioan. Mon. ta-
le Interdictum suspendit Episcopum à collatione sacra-

men-

mentorum, sicut à celebratione diuinorum. & c. vlti. de cler.exc.minist. loquitur in excommunicato minori tantum. & de hoc vid.Calder.in d. suo tractatu,colum.xij. Et is,cui est interdictus ecclesiæ ingressus, non potest transire per ecclesiam, cùm ibi celebrantur diuina, c. præsenti, v.q.ij. facit c.alma mater, §.adijcimus,c.quòd in te,de pœnit. & remiss. sed nec alio tempore licitè intrat ecclesiam orandi causa, c.cleros, in fin.xxj.distinct. c.qui sanctus,de pœniten.distinct.j. sed de hoc vid.late Calde.in d suo tractatu,colum.xiiij. Item notabis, quòd à iure interdicitur ingressus ecclesiæ in casibus, c. sacro, de senten. excommun. & c.j. de senten.excommun.lib.vj.c exigit,de censi. c.si quis deinceps, xvj. q. vij. secundum communem opinionem per interdictum ab homine interdicitur ingressus ecclesiæ, xvj.q.vij. nullus,de offic.delega. sanè, ij.eod.tit. c.ij.lib.vj.de pœn.& remis.omnis. post quod interdictum iuris, vel hominis in ecclesia ingressus se diuinis ingerens in suo officio,sicut prius,irregularis est. de senten.excommun.is cui.li.vj.dixi autem in ecclesia,quia si extra ecclesiam, puta sub dio, vel sub tentorio, vel in domo priuata ingerit se diuinis, non est irregularis, vt ibi not.in iij. glo. Et est ratio,quia dictum limitatum secundum suam limitationem debet intelligi, xliij.dist.sit rector,in fi.de transla.c.fin.de ver.sign. c.abbas, in fin. ff.vi bon.rapt.l.j.§.non autem,cum sim.hic autem limitatur pœna,cùm scilicet celebratur in ecclesia; ergo non habet locum, si celebretur extrà. Vide,quod dixi suprà vers. quandoque profertur interdictum ecclesiasticum. & de pœn.dist.j.§ penè,de elect. statum,lib.vj. Cætera in materia interdicti videbis per Ioan.Calde.in tracta. suo de interdictis, in xj.vol. tractatuũ, fol.80. & ibi fol.87. videbis tabulam remissorum Ioan. de Lign.quam fecit super tract.de ecclesiastico interdicto. Et in d.tracta.Calderini † ponuntur casus prohibiti, & con 17
cessi tempore generalis interdicti ecclesiastici.

Primo, conferri potest baptismus cum officio catechumenorum.

2. Confirmatio,& chrisma confici.

3. Pœnitentia imponi potest.

4. Infirmis potest dari corpus Christi in præsentia substantium.

5. Corpus Christi potest portari cum lumine, & campana pulsari.

6. Pulsari potest campana pro prædicatione, & prædicari.

7. Non debet pulsari aliqua campanula pro diuino officio ad congregationem clericorum.

8. Non debet pulsari aliqua campana, vel campanula pro funere.

9. Laici possunt pulsare campanam ad ostendendum tempus horarum, sicut tertiam, & nonam, &c.

10. Potest pulsari ad Aue Maria.

11. Famuli sacerdotum in ecclesia non collegiata possunt admitti ad diuina, non autem collegiata.

12. Sacerdos potest mutare famulum, & alium recipere, vel etiam si ille moreretur, dumtamen ille electus sic, non esset in alia ecclesia collegiatus, vel intitulatus.

13. Archipresbyteri rurales quando conficiunt baptismum, possunt accipere presbyteros rurales.

14. Laici admitti possunt ad crucem adorandam in parasceue.

15. Extrema Vnctio non potest dari nec laicis, nec clericis.

16. Commendatio animarum fieri potest tam laicis, quàm clericis.

17. Potest fieri officium circa sepulturam clericorum, sed non laicorum, voce submissa sine cantu, exclusis secularibus, non pulsatis campanis præsente corpore.

18. Clerici, qui sunt interdicti, non possunt celebrare, nec laici diuina audire in ecclesia extra ciuitatem, nec in ciuitate interdicta, nec etiam peregrini existentes.

19. Mulieribus prægnantibus, vbi timetur de morte, potest dari corpus Christi.

20. Ecclesiæ possunt consecrari, & reconciliari; & altaria, & viatica, & paramenta, & vasa sancta, & oratoria consecrari; sed tamen secretè.

21. In quatuor festis priuilegiatis non potest fieri officium

cium circa funus publicè, nec clericis, nec laicis; nec debent laici in cœmiterijs sepeliri.

22. In prædictis quatuor festis potest alia Missa priuata cantari, quam Missa de festo; dummodo Missa de festo non omittatur.

23. In prædictis quatuor festis clerici beneficiati non possunt in alia ecclesia officiare; si autem non habent ecclesias, possunt: dico tamen non collegiatam. dico etiam, si presbyter non caret clerico, potest etiam in collegio celebrare.

24. In prędictis quatuor festis sequens Completorium cantari non potest.

25. Clerici diuersarum ecclesiarum in ciuitate interdicta non possunt extra ecclesiam dicere simul oficium; extra ciuitatem tamen possunt, dummodo ipsi clerici non sint interdicti.

26. Clerici possunt dare substitutos, seu vicarios loco sui, si ex hoc habent priuilegium, vel ab homine, vel à iure; dummodo non sint officiati alibi: si autem alias, non possunt.

27. Moniales, seu sorores, per Episcopum approbatæ, & confirmatę, non habentes proprium sacerdotem determinatum possunt alium pretio conducere, qui eis Missam celebret, ipsis præsentibus; dummodo non sint interdictæ, nec sacerdos aliam habeat ecclesiam; & talis potest eis sacramenta conferre per totum annum.

28. Laici interdicti non possunt extra ciuitatem communicare, nec audire diuina; si autem non sunt interdicti, & ex speciali priuilegio ad diuina admittantur, non possunt in quatuor diebus priuilegiatis communicare: nec etiam clerici interdicti possunt communicare; si autem non sunt interdicti, possunt.

29. Panis, & fructus oliuæ, & huiusmodi possunt secretè benedici, & dari clericis, & laicis: in festis verò priuilegiatis possunt publicè benedici, & dari.

30. Benedictio sponsorum potest fieri die aliquo priuilegiatorum; in alijs autem non.

31. Non potest fieri aliquod officium mulieribus post

partum, nisi in diebus priuilegiatis.

32. Fieri potest benedictio mensæ præsentibus sæcularibus, cùm non sit de horis canonicis, nec competat ratione alicuius ordinis: potest enim laicus hoc facere. Et nota, quòd excommunicatio cum solennitate dicitur anathema. de hoc vide Panorm. in c. cùm non ab homine, de iudi. dicitur anathema. i. suprema maledictio, de qua etiam habetur in c. guilisarius, xxiij. q. iij.

## DE IRREGVLARITATE.

### Cap. XXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Irregularitas quid sit, vnde dicta, quæ personæ, & quibus causis irregulares dicantur.*

2 *Irregularis est tam ille, qui fecit, quàm qui consuluit.*

3 *Clericus volens hominem interficere, inuento eo mortuo, nihilominus caput ei amputauit, vtrum sit irregularis.*

4 *Percutiens aliquem cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando intelligatur.*

5 *Suspensus à iudice, siue ad certam diem, siue perpetuo, siue usque pœniteat, nisi prius sententialiter absoluatur, celebrare non potest.*

1 IRregularitas † est nota. i. infamia, vel impedimentum canonicum ex vitio, seu defectu proueniens, qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare. Ita diffinit Guil. Dura. in Spec. tit. de dispensa. §. iuxta propositionis. Dicitur autem canonicum impedimentum, quia ortum habet à iure canonico, licet inceperit à veteri testamẽto, quoad aliqua; quia dictum est Dauid: Non ædificabis mihi templum, quia vir sanguinis es, j. Para. xxviij. c. & in cano. xlix. dist. hi etenim. vbi habetur, quòd in Leui. etiam multi a sacerdotio repellebantur propter defectus naturales, sicut propter scabiem, & gibbositatem, &c. Et dicitur irregularitas in, quod est sine, & regula, quasi contra regulam ec-

siæ natus, siue propter factum, vel defectum extra eccle-siam positus. Sumitur autem tripliciter. Primo pro defectibus, qui sunt in homine sine peccato, vt quia qui est bigamus, vel maritus viduæ, vel illegitimus, & huiusmodi vt de renun. nisi cum pridem, §. personæ. Secundo dicitur irregularitas personæ, vbi generaliter prohibetur quilibet ordinari, vel celebrare in ordine iam susceptо sine dispensatione domini Papæ, ne patiatur defectum, &c. de quibus infra patebit. Tertio dicuntur irregulares omnes illi, qui non possunt remanere in susceptis ordinibus, nec ad maiores promoueri, etiam post actam pœnitentiam, sine dispensatione domini Papæ, & aliorum prælatorum. de quo dantur regulæ.

Prima regula. Omnis furiosus, ebriosus, illiteratus, impudicus, percussor, litigiosus, neophytus, & generaliter quilibet in membris naturalibus defectuosus, irregularis est ad sacros ordines susciendos. patet hoc in decre. late, incipiendo à xxvj. dist. vsque ad xlix. per totum. vbi ista singulatim probantur.

Secunda regula. Accusans, vel deferens aliquem de crimine coram iudice, pro quo pœna capitis debetur, vel truncatio membri, irregularis est, v. quæstione ij. delatori. & vj. quæstio. j. in Summa, de accu. accusati.

Tertia regula. Percutiens aliquem siue propria persona, siue per alium eius mandato, si sequatur inde homicidium, vel membri mutilatio, si hoc facit absque ineuitabili necessitate, irregularis est, de homi. presbyteri, & c. Petrus, l. dist. miror.

Quarta regula. Percutiens absque mortis periculo, vel sanguinis effusione, vel truncatione, habens ad hoc potestatem, non est irregularis, vt de rapt. in Archiepiscopatu. & xxiij. q. viij. sæpè.

Quinta regula. Iudex, actor, vel procurator, notarius siue dictator, vel promulgator, si in membris secuta est mutilatio, irregularis est, l. dist. si quis, ne cler. vel mona. sententiam, de homi. postulastis, l. dist. c. j. Et generaliter purgationem vulgarem, quæ fit in torneamentis, vel alio

modo, & quicunque vindictæ sanguinis authoritatem, benedictionem, seu patientiam sui exhibentes, irregulares sunt de excess. prælat. ex literis.

Sexta regula. Licet clericus non debeat interesse vindictæ sanguinis, si tamen ex sola curiositate, vel leuitate interfuerit, vbi latro suspenditur, vel vbi quis in duello occiditur, licet peccet grauiter, non tamen fit irregularis, si nec auxilium, nec consilium, vel authoritatem præstiterit secundum Guil. in Spec. tit. de dispen. §. iuxtà propositionis.

Septima regula. Iudex, vel officialis, seu aduocatus, qui tractauerunt causam criminis, dantes operam, vt sanguis effunderetur, licet nec mors, nec sanguinis effusio fuerit subsequuta, irregulares sunt: potest tamen in talibus per Episcopum dispensari secundum Guil. similiter cum illo, qui non ex officio suo, sed ex odio dedit operam, & fecit, quod potuit, vt occideretur, non tamen occiditur, vel mutilatur: indiget enim talis dispensatione secundum Guil.

Octaua regula. Exercens artem chirurgiæ, si propter imperitiam, & negligentiam eius sit mors subsecuta ab incisione, adustione, vel potione, quam dedit infirmo, irregularis est, vt de homi. tua, § j. Si tamen peritus existens phlebotomat sanguinem, vel secat, adhibens omnem diligentiam, non est irregularis, etiamsi mors fuerit subsecuta; quia potius præsumitur casu, & culpa patientis euenisse, xxiij. quæst. v. de occidendis. Secus si per eius negligentiam secundum Guil.

Nona regula. Licet laicus exercens artem chirurgiæ nó sit irregularis, si non propter eius incuriam multi obierunt; clericus tamen, si sub eius cura aliqui, etiam præter eius culpam obierunt, irregularis est, secundum Innocen. qui hoc notauit in c. tua, de homi. ne cler. vel mona. sententiam.

Decima regula. Extrahens sagittam, vel telum, vel gladium infixum corpori alicuius, si propter hoc vulneratus citius moritur, irregularis est. de homi. tua.

Vndecima regula. Custodiens infirmum, & dans ei bibere

bere imperitè, vel aliquid aliud contra consilium medicorum faciens, propter quod mors sit subsecuta, irregularis fit propter imperitiam, & negligentiam dissolutam. Si tamen quis facit bona fide circa ægrotum, non debet esse facilis ad faciendum conscientiam scrupulosam, quamuis in aliquo fit erratum: si ibi non sit lata culpa cum negligentia dissoluta, quæ est prope dolum; & huiusmodi scrupulum de facili deponere debet ad consilium sapientis. Si tamen tanta culpa fuerit, vel negligentia dissoluta, & certum est, quòd mors inde fuit subsecuta, irregularitas contrahitur. Si verò non sit certum, tunc distinguendum est: aut enim dubitatur probabiliter secundum iudicium medicorum, & tunc abstinendum est ab officio; si autem non dubitatur, tunc deposita erronea conscientia administrare potest, & etiam promoueri; alias non, secundum Rayn. l. dist. hi qui arborem, & c. sæpè. Et secundum quosdam solus Papa cum talibus dispensat.

Duodecima regula. Consulens aliquid, vnde sequitur homicidium, irregularis est; vt si suasit iactum balistæ, machinæ, vel lapidis, vel quòd iret ad capiendum castrũ, quod capi non potest sine hominis morte; si inde sequitur mors, ex illo consilio irregularis est, secundum Guil. Item, si facit, vel consulit furtiuè, vel proditionaliter capi castrum, si mors inde sequitur, irregularis est, quia debuit verisimiliter præsumere hoc euenire posse. In talibus enim punitur, qui remotam causam homicidio dedit, sicut qui propinquam, vt notatur de homi. presbyter.

Decimatertia regula. Mandans aliquem verberari, si verberans occidit verberatum, irregularis est, qui mandauit, nisi expressisset, ne occideretur. de homic. significasti hodie. de homi. is qui mandauit, lib. vj. in fin. vlt. glos. Secus tamen de illo, qui consuluit aliquem capi, vt puta malefactorem; quia tunc non fit consulens irregularis, etiam si capiens occidit illum, quia hoc non consuluit, argu. de homi. c. fin. Absit enim, vt ea, quæ propter bonum facimus, si præter voluntatem nostram quicquam mali acciderit, nobis debeant imputari, xxiij. q. v. de occiden. semper tamen sit irregularis dans directè cõsilium in mortem

alterius, vt ne cler. vel mona. sententiam. nec interest siue is, cui datum est consilium, statim fecerit homicidium, vel etiam diu post; nisi prius consilium reuocauerit, & contrarium suaserit, de homi. Petrus. Immò si firmiter, & probabiliter credat, quòd post reuocationem consilij non reuocetur is, cui datum est consilium, à proposito occidendi, nec esse, vt denunciet illi, de cuius morte tractandum est, quòd caueat sibi. In eo autem, qui mandauit per se fieri homicidium, videtur sufficere, si consilium mandatum tum. de reg. iur. omnis res. vel si sciente eo, is cui mandatum est, iuit ad eum occidendum, vt xxij. q. j. omne quod. vel parentelam, vel amicitiam cum eo contrahat, licet ei hoc non significauerit, quia qui est certus, certiorari non debet, de elect. inter vniuersas.

Decimaquarta regula. Consulens alicui, vt occidat aliquem, si ipse, cui consultum est occidere, occidatur ab illo occidendo, secundum opinionem mitiorem non iudicatur ille consulens irregularis. Ratio, quia fines consilij excessit, ex quo egressus est ad occidendum, nec sibi benè cauit; nisi excitaret eum ad occidendum alium. forte in tali casu, vbi periculum esse posset, tunc esset irregularis, etiamsi is, cui consuluit, occidatur, secundum Guil. vbi suprà. secundum rigorem tamen iuris hodie talis consulens irregularis est, per Ioan. Andr. in nouella. de homi. is qui mandauit, lib. vj.

Decimaquinta regula. Si quis suadet alicui, quòd pro patria, vel pro proximo suo, vel pro iure ecclesiæ suæ periculo se exponat, non ob hoc fit irregularis, etiamsi ibi moriatur, xxxiij. q. iij. pro membris, & c. seq. Si tamen sciret, vel crederet eum ibi moriturum, tunc videtur, quòd fiat irregularis, secundum Guil. Si autem consulat, quòd indubitatę morti se exponat pro honore Christi, vel fide, vel statu ecclesiæ, non fit irregularis, etiamsi mors inde sequatur, xxj. q. j sunt quidam, xj. q. iij. non solum. hac ratione excusantur Inquisitores hæreticæ prauitatis, scientes, quòd statim postquam aliquem pronunciauerint hæreticum esse, illi morte tradetur; hoc etiam aliàs multipliciter procurando. ad hoc etiam accedit, xxiij. q. viij. legi, & q v. si audie-

audieris. Illi tamen clerici, qui portauerunt ligna causa indulgentiarum ad hæreticos comburendos, irregulares sunt, nec cum eis dispensatur, nisi per Papam.

Decimasexta regula. Dans operam rei licitæ, vtputa ædificando ecclesiam, vel domum, adhibita omni diligentia, quam potuit adhibere, si occidit aliquem casualiter, non efficitur irregularis. Si tamen dat operam rei illicitæ, nec adhibuit omnem diligentiam, quam debuit, fit irregularis, vt de homi. lator. & c. ex literis, & c. sicut dignum. & c. presbyterum. & c. continebatur. & c. ad audientiam. Hinc est, quòd medico operanti secundum regulas artis suæ non imputatur ei, si quis sub eo moritur: sed si negligentiam commisit, consulitur sibi, vt non promoueatur ad ordines. de quali. ordi. ad aures. Sed quid de illo medico, qui vertit infirmum ad aliud latus, vt citius moriatur? Respõdeo, † quòd irregularis est tam ipse, qui fecit, quàm 4
ipse, qui consuluit, si ex hoc mors fuerit subsecuta; quia forte via anhelitus præcluditur, vel apostema rumpitur ex violentia motus, vel suffocatur. Si autem non citius moritur ex hac causa, non fit irregularis, sed pœnitere debet de facto.

Decimaseptima regula. Non solum est irregularis quis, si ex eius percussione est mortuus aliquis, sed etiam si ex hac percussione infirmitatem contraxerit, vnde mortuus est; vt de homi. presbyterum. & c. ad audientiam. & ij. distinct. studeat.

Decimaoctaua regula. Defendens se in casu euitabili; & occidens aliquem, irregularis est, l. dist. si quis viduam. & talis ad superiora non ascendat, & in susceptis non facilè dispensatur. Sed si necessitas fuit ineuitabilis, datur consilium ei, vt non ministret, l. dist. de his clericis. non tamẽ propter hoc deponitur, immo in suo ordine administrans toleratur de iure communi, absque dispensatione secundum Lau. l. dist. quia tua. Sic loquitur de homi. c. ij. prout prosequitur ibi Hostiens. Et quidam dicunt, Episcopum posse in tali casu dispensare, licet hoc nõ possit secundum Io. de Deo, qui dicit solum Papam hoc posse. Hodie dicitur simpliciter, irregularitatem nullam incurrere illum,

qui

qui personam suam defendendo in casu ineuitabili occidit, de homi. si furiosus, in Clemen.

Decimanona regula. Infans, vel furiosus committens homicidium non est irregularis, vt in Clem. si furiosus, de homi. Idem est de dormiente, si aliquem occidat, qui tamen non habuit propositum occidendi eum.

Vigesima regula. Potens hominem liberare à morte, & non faciens, irregularis est: quia qui potest defendere, & non defendit, occidit, de homi. sicut dignum. Quod intellige secundum glo. c. iiij. de sent. excommun. de illo, ad quem ex potestate, ex officio, vel dignitate pertinet realiter defendere, & non simpliciter de quocunque. Vnde dicit ibidem glo. quòd si ego non habeo aliquam potestatem, & video, quòd aliquis vult verberare clericum sine auxilio meo, aut consilio, non credo, quòd sim excommunicatus, si non prohibeo illum; licet alias forte peccem, quia non defendo, cùm possem.

Vigesimaprima regula. Retrahens à proposito liberandi hominem à morte, irregularis est; quia quodammodo indirectè homicidium commisit. l. dist. si quis viduam, & de pœnit. distinct. j. periculosè.

Vigesimasecunda regula. Percutiens animo occidendi latronem, si ex aliquorum vulneribus latro obijt, irregularis est, vt colligitur de homi. significasti, j. respon. Idem etiam si non percussit, sed aliquid operis impendit ad mortem eius; puta quia latronem detinuit, vel cõtra eum clamauit: alias autem si clamasset contra eum, non in mortem eius, sed quòd caperetur; vel detinuit eum, vel se leuem extendi; irregularis non est de morte eius: vel etiam fit in neglectu; alias si malitia eius perpetretur homicidium: & idem, si negligentia eius committatur, l. distinct. hi qui. Et ideo si clamat contra latronem, siue eum capiat, siue alias quocunque modo potuit intelligere, & ex clamore suo, vel alio actu homicidium sequitur, irregularis est; nisi fortè faciat propter periculum corporis sui, vt si videt, quòd aliquis eum occidere vult, tunc enim potest benè inuocare, & clamare pro auxilio, quia non intendit in aliorum mortem, sed in suam liberationẽ. Secus si hoc

faciat

faciat propter periculum rerum suarum, si fugæ præsidio euadere potest. de homi. suscepimus.

Vigesimatertia regula. Clericus ligans cum socio latronem, si postea timens, ne occidatur à latrone, ipse potius occidit, irregularis est. de homi. vbi suprà.

Vigesimaquarta regula. Si clericus non valens aliter recuperare res suas tenet furem, ne cum rebus fugiat, donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium inuocet ad res suas recuperandas, non est irregularis, licet postea fur à iudice puniatur: dum intentio eius non sit corrupta intendendo ad furis mortem, vel mutilationem, &c. Idem dicendum est, si clericus credit, vel tradit sæculari potestati latronem, petens, quòd eum puniat citra sanguinis effusionem, vel petens rem subtractam sibi restitui: si potestas in latronem animaduertat. i. puniat eum morte, non propter hoc clericus erit irregularis, vt de homi. de latoris, libro vj. nec etiam nocet illi, si ad conuincendum latronem tradidit interfigna. Et idem si simpliciter deponit querelam de iniuriantibus sibi, & ecclesiæ suæ, quamuis tales vix absque sanguinis effusione valeant coarctari. de homi. tua nos, §. vlt. & c. postulasti, xxiij. quæst. iiij. Maximianus. & q. v. c. v. & c. vnum, & c. pœna. Et hæc omnia vera sunt, quando non intendit ad mortem, nec hoc in animo gerit, sed protestatur publicè, quòd citra sanguinis effusionem castigetur. Non est ergo irregularis curialiter agens contra furem, non criminaliter ad mortem, vel sanguinem; licet eum iudex ex causa probabili suspêdat ab officio suo, vt de homi. postulasti. Ex quo vlterius patet, quòd nullus notam irregularitatis incurrit, qui per extortores, siue exactores alicuius curiæ curauit aliquem capi propter delictum tale, propter quod nec mori, nec mutilari posset; licet iudex inueniens eum alia commisisse, propterea suspendit eum: si tamen nec ille crediderit, nec cogitauit illud contingere posse.

Vigesimaquinta regula. Si iudex officialis insequitur furem fugientem, & quærit à me vtrum viderim illum, & ego sciês, quòd fur ille ad mortem quæritur, instruo eum, si per meam responsionem fur inuentus est, & occisus, sum irre-

irregularis: secus, si nec sciui, nec suspicatus sum, quòd ad mortem, vel ad pœnã sanguinis quæritur. Vnde consulitur in casu hoc, cùm aliquis scit, aliquem ad mortẽ quæsitum fugere non posse, nisi per alteram de duabus vijs, nó debet dicere, per hanc non fugit; quia sic proderet eum per alteram fugientem: sed aut taceat, aut quærentem curialiter euadat dicendo, nunquid ego custos illius sum? vel alio modo.

Vigesimasexta regula. Si clericus, qui egit ad res suas recuperandas, ex post facto ratum habet, quòd suspensus latro est, & hoc sibi placet, si talis nullum consensum habuit in mortem illius, nec quicquam cooperatus, non est irregularis, secundum Guil. & hoc si gaudet, quòd maleficium est punitum, non autem persona: cùm secundum ipsum irregularitas ex homicidio solo non contrahatur, nisi culpa, vel voluntas præcedat, vel scandalum sequatur, vt nota. l. dist. hi qui. & de homi. ex literis. & c. veruntamen. Hodie verò iure cautum est, quòd si quis absq; mandato meo manus violentas iniecit in clericum meo nomine; si hoc ratum habeo, excommunicationis canonem incurro, & hoc propter ratihabitionem, quæ retrotrahitur, & mandato comparatur: si autem hoc meo nomine non esset factum, licet ratum haberem, peccarem, sed non incurrerem excommunicationem, vt dicitur expresè in c. cùm quis, de sent. excommun. lib. vj. Vt hoc intelligas, pono tibi casum: Aliquis amicus, vel seruitor tuus sciens aliquem clericum tibi fecisse iniuriam verbalem, vel realem, percussit eum; quem tu postea receptando magis amicum habuisti, vel gauisus es, & hoc factum commendasti, vel laudasti; tu es excommunicatus propter ratihabitionem, ac si mandasses. Sed si vnus extraneus percussit clericum, & tu audiẽs gratum habes, & gratularis de hoc, licet non sis excommunicatus, tamen peccas, ad minus venialiter, secundum Ioan. Andr. in nouella supradicti cap. cùm quis, lib. vj.

Vigesimaseptima regula. Si quis mandat capi vnũ clericũ de tribus simul incedẽtibus, & alios duos nó grauari, & mandatarius excedit fines mandati etiam alios duos capiendo,

piendo, ille mandans non erit excommunicatus secundum Ioan. de Deo, lib. iij. suarum quæstionum, q. xiiij. Et ratio est, quia captio contra voluntatem eius est facta. Petrus tamen de Sampraua, alias Sansona putat, quòd de damno tenetur, quod illi passi sunt. de iniurijs, c. fin. xxiij. q. viij. propterea. Et hoc infertur per simile de irregularitate, quòd irregularitas ratione homicidij non contrahitur sola voluntate, nisi homo actu occidatur. de homi. sicut dignum. §. j. vbi de hoc in glo. ex corde, xv. q. j. si quis non iratus. Sed nec fit quis irregularis propter solum homicidium, nisi culpa, vel voluntas præcedat, vel alias sequatur scandalum, vt notatur, l. dist. hi qui prioris, de homi. ex literis, de cleri. ægrotan. tua. † Ex hoc dicto soluitur quæ- 2
stio, qua quæritur, an clericus, qui volebat interficere hominem, sed non potuit, quia inuenit eum iam mortuum, sed volens nihilominus satisfacere iræ suæ, amputauit caput mortui, sit irregularis? Et dicendum est, quòd licet voluntas occidendi fuit, tamen non est irregularis, secundum Archid. xv. q. j. si quis. Ratio, quia ad hoc, quòd homicidium committatur, requiritur, quòd homo animatus occidatur. de homi. sicut dignũ, xxxij. quæst. ij. Moyses. vbi abortus fœtus inanimati non imputatur ad homicidium, sicut etiam not. Aluarus, Inno. Bernar. de homic. si aliquis.

Vigesimaoctaua regula. Si quis in rixa mortuus est, nescitur tamen quis illum interfecit, licet secundum quosdã scilicet Ioan. omnes irregulares sint, quoad promotionem ad ordines propter incertitudinem, vt xxiij. q. vlt. c. fi. tamen probabilius est, quod in tali casu quilibet suæ conscientiæ sit relinquendus, secundum Guil. in speculo. & Hostien. in Sum. de homi. §. qua pœna.

Vigesimanona regula. Si amici mei occidunt aliquem mihi iniuriantem me inuito, & contra meam prohibitionem, mihi non nocet, vt de homi. Petrus, iij. q. iij. qui à præsulatus. Idem est, si me ignorante; de simonia, nobis. &c. de regularibus. Sed si turbata cõscientia sit, puta quia non expresse consensi, nec contradixi, imputabitur, argu. de simonia, Matthæus. Immò etiam dicunt quidam, quòd

si sci-

si sciens contractum de morte habitum non reuelaui, non sum irregularis: quia homicidium non commisi facto, mandato, consilio, vel defensione, l. distinct. si quis viduam, & de homi. Petrus. Alij dicunt cõtra; si credidi, quod obstante mea prohibitione mei intuitu interficeretur: & hoc est tenendum. Nam in tali casu tenebar reuelare illi, contra quem contractum est.

Trigesima regula. Si aliquis vadit ad interficiendum aliquem, & tu ei scienter consentias, non tamen eum incitas ad homicidium perpetrandum, nec cum eo super hoc aliqua verba habuisti, vel si habuisti, semper ex animo hoc ei dissuasisti, sed cùm nollet tibi acquiescere, timens de ipso, eum associans eo proposito, vt si fortè eum quis inquireret, defendas, & tunc homicidium perpetrat, verè irregularis es, secundum Hostien. ad quod facit, de homi. sicut dignum, §. illi qui.

Trigesimaprima regula. Clericus ministrans armapugnantibus, si aliquis interficitur, irregularis est, arg. xxiij. q. j. misi bella. §. fin. Nomine autem armorum intelliguntur fustes, lapides, ligna, &c.

Trigesimasecunda regula. Iudex ecclesiasticus potest hortari brachium sæculare contra violentos, & hæreticos, vel paganos, non vt occidat, vel mutilet, sed vt de terris fidelium expellat. Nec etiam est irregularis, si aliqui incidenter sunt occisi, xxiij. q. j. de occidendis, & xxiij. q. iij. Maximianus: immo secundum Inno. de homi. petitio. licet aliquis in bello iusto aliquos percusserit, si tamen inde nullus est mortuus, non fit ex hoc irregularis. Idem, si quis accedit ad bellum iustum causa pacificandi, vel ex alia iusta causa, licet ex eius præsentia aliquod robur accrescit suis, vel timor incutiatur aduersarijs, non est sibi imputandum; dummodo dolus, & etiam lata negligentia absit omninò, secundum Guil.

Trigesimatertia regula. Clericus, qui interest iusto, vel iniusto bello in armis, vel sine armis, si aliqui sunt hinc inde interfecti, irregularis est, licet ipse non occidat, lj. distinct. si quis, xiij. quæst. iij. porro, xxiij. q. vlt. quicunque, j. q. j. c. fin.

Triges-

Trigesimaquarta regula. Clericus defendens se, vel suos, licet tunc ex defendentibus aliquis interfectus est ex aliqua parte, non est irregularis, vt illi qui non interfecerunt, nec interfectores adiuuabant, non sunt irregulares, licet voluntatem occidendi habuissent: quia lex promotionis factum requirit, xv.q.j. si quis non iratus.

Trigesimaquinta regula. Clericus in bello iusto, quod non ad occidendum, sed ad defendendum geritur, ministrans sagittam balistario suo ad sui defensionem, si ille balistarius aliquem interfecerit, sed ille clericus non intendebat, quòd ipse aliquem interficeret, sed quòd illos detinuisset, & sua defendisset, aut recuperasset, non est irregularis, secundum Guil. Idem dicit de illo, qui in bello iusto præpositus fuit exercitui, & sumptus facit, & cuncta dispo nit, si fortè eum contingat lanceas, vel sagittas emere, & ministrare, & ad exercitum, vel ad custodia castri mittere; vel si hortatur ad currendum post hostes, vt eis præda hominum, vel animalium auferatur, & tunc fortè aliquis interficeretur, dummodo solum intenderet ad recuperationem prædæ, non ad vindictam, talis enim causa remota non nocet.

Trigesimasexta regula. Qui mulieri facit, ne concipere, vel generare, vel post conceptum parere possit, & qui prægnantem mulierē percutit, ita quòd facit abortiuum, si fœtus iam fuit viuificatus, irregularis est. Sed si nondū fuit viuificatus, solum mortaliter peccat, de homi. si aliquis, ij. quæst. v. consuluit. Vel si probabiliter dubitat, vel credit, an sit mortuus, vel viuus fœtus ex illa percussione, vel vtrum conceptus fuerit animatus, vel non, in tali dubio debet à promotione, & à ministerio abstinere, nec periculo se committere. Si verò leuem, vel temerariam habet opinionem, deponat eam, si potest, & sic poterit promoueri, & administrare; alias non. arg. de sent. excommu. inquisitio. & de simo. per tuas. ij.

Trigesimaseptima regula. Licet clericus aliquem occidens pro defensione rerum suarum, irregularis est, de homi. suscepimus, vbi dicitur: post tunicam relinquendum est pallium. & melius est rerum iacturam pati, quàm pro

seruandis vilibus rebus, ac transitorijs acriter in alios exardescere; clericus tamen personam propriam defendendo necessitate ineuitabili repellens vim vi, cum moderamine inculpatæ tutelæ percutiens aliquem, si inde mors sequitur, non imputatur ei, vt notatur de homic. significasti, ij. & iij. & c. interfeciſti. vnde dicit Archidia. xxiij. q. j. quòd clericus etiam interficere potest, vt non interficiatur, argum. de fur. cap. iij. dum tamen hoc faciat pro persona propria. hodie expressè in Clemen. si furiosus, de homici. Et dico personam propriam; nam secus est secundum Ioan. Andr. in nouella super Clemen. si furiosus, de homic. si non valens euitare mutilationem, licet mortem possit euitare, mutilauit, vel occidit aliquem inuasorem. Et idem, si aliter non valens saluare res suas, eum occiderit, qui deportare volebat. Secus etiam secundum glo. dicte Clemen. super verbo, suo, de illo, qui occidit illum, qui occidere volebat patrem, filium, coniugem, vel personam coniunctam, quam aliter iuuare non potuit, quod putat Ioan. Andr. quasi casus ille non includatur sub necessitate ineuitabili. Intelligitur autem necessitas ineuitabilis, secundum Ioan. Andr. ibidem, super versi. non valens, vt quia inangulatus erat, vel sic arctatus, quòd fugere non poterat, nec clamore iuuari. † Intelligitur autem cum moderamine inculpatæ tutelæ, si fiat ex incontinenti, non ex interuallo, & causa defensionis, non vltionis; & si æqualiter se defendat, sicut infestatur, vt si gladio percutitur, & ipse gladio percutiat, vel si ligneo baculo, & ipse è conuerso baculo ligneo, aut si ferreo baculo percutitur, & ipse è conuerso, ne amplius percutiantur ad mortem. Si autem percutiatur paruo ligneo baculo, à quo non timeatur mors, vel depilatur, vel per vestem trahitur, & ipse repercutiens ferro occidit suum inuasorem, irregularis est, quia non est moderamen inculpatæ tutelæ: debuit enim se moderate tueri, & non excessiuè vltra violentiam sibi illatam. aut si percussus est semel, & sic dimissus est, nec vlterius se credit percuti, si incontinenti repercutit, & occidit, irregularis est. Nam non debet occidere inuasorem, ex quo abeo nó credebat se occidi; vnde excessit in moderatione, quia pro

pro vna percussione non letali occidit. hæc omnia colliguntur in glo.c.significasti, ij. de homi.

Trigesimaoctaua regula. Prælatus spiritualis habens iurisdictionem temporalem in suo dominio, si fur, vel latro deprehensus in furto, vel maleficijs adducitur ad præsentiam eius, & petitur puniri iuxta condignum sui excessus; non debet ipse personaliter de hoc cognoscere, iudicare, aut sententiare; sed debet hoc committere suo procuratori dicendo ista verba; fiat iustitia; generaliter, non descendendo specialiter qua morte sit moriturus. ne cler. vel mona. c.vlt.lib.vj. Nec per hoc etiam est irregularis, si sequatur sanguinis pœna. vnde potest fieri specialis commissio super tali casu, sed non expressa pœna secundum Goffre. Idem tenet Nouellator in d. c, vlt. lib. vj. dicit tamen Nouellator in nouella ibidem, quòd si Episcopus, vel prælatus mandat notario suo, vt in tali casu scribat commissionem procuratori Episcopi, vt super his faciat iustitiam, talis notarius est irregularis. Quod probat ex eo, quia talis non habet facere quicquam ex officio suæ iurisdictionis, quod requirit illa decretalis. Sit ergo Episcopus cautus, vt non injiciat laqueum clerico; vnde committat istam iurisdictionem laico per seipsum immediate, & per alium laicũ, non autem per clericum. Et scias, quòd hoc non solum veritatem habet in prælato habente iurisdictionem temporalem ratione beneficij, sed etiam ratione patrimonij secundum Nouellatorem ibidem. Et quod plus est, dicit idem, quòd ex quo clerici tales casus sine metu irregularitatis possunt alijs delegare, satis videtur, quòd si laicus talem iurisdictionem habens, sed probabilem, causas sanguinum terminat, poterit hoc non obstante ordinari; quia non fit irregularis ea ratione. Caueat ergo prælatus cùm interrogatus fuerit à iudice, ne respondeat; malum est, si ille malefactor remanserit impunitus; nam tunc esset irregularis, vt de excess. præla. ex literis.

Trigesimanona regula. Si iudex habens latronem captum quærit de aliquo perito, quid debeat fieri de tali, & ille respondet, talem esse morte puniendum, vel simile; iudex autem secutus eius consilij latronem punit ad mortẽ,

irregularis est consulens; quia fuit in culpa in casu, in quo de facto non erat respondendum, vt de excess. prælato. ex literis. Si tamen non est casus de facto, sed iudex quæri simpliciter, qualiter tales sint puniendi, & clericus respondet, quòd ad mortem, vel ad sanguinem; si respondens respondet, quòd ad mortem, vel ad sanguinem, & respondet secundum veram iuris sententiam, vt expertus iurisconsultus, non est irregularis; & maximè si extra iudicium, vt dicit glo. in d. c. ex literis. Si autem errans in iure dixit, cùm aliter iura disponant, irregularis est, vt colligitur per Guil. in Specu. tit. ij. §. iuxta propositionis. Si autem qui non reputatur iurisconsultus, interrogatus respondet, non vt iurisconsultus, sed simpliciter dicit, quid de talibus sentiat, nec præsumit, quòd iudex eius sequatur responsionem, non est irregularis; ex quo non respondet ad casum, qui sit de facto. Nam si consuleret ad casum de facto, irregularis esset secundum Ray.

Quadragesima regula. Suspensus ab officio celebrando est irregularis, vt xj. q. iij. si quis damnatus. & c. si Episcopus in concilio. Et licet illi canones loquantur de excommunicato scienter, & in contemptum clauium celebrante, hodie tamen idem irregularis est in suspensione diuinis, vt de re iudica. cum æterni. & de senten. excom. cum medicinalis, lib. vj. & in hoc casu solus Papa dispensat, vt notauit Guil. in Specu. tit. ij. §. nunc de Episcoporum versi. est inquam. Suspensus autem à beneficio tantùm non fit celebrando irregularis, quia hoc nullo iure cauetur secundum Innocen. de elect. cùm in cunctis, §. clerici & c. statuimus, de conces. præben. quia diuersitatem. Minori quoq; excommunicatione propter participationem excommunicati in locutione, vel similibus ligatus, licet celebrando grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis; quia hoc nullo iure cauetur secundum Innocen. Immo si medio tempore postquàm communicat excommunicato, celebrauerit, benè potest pœnitentia peracta sine Papæ dispensatione celebrare, vt de cle. excomm. ministr. c. fin. xj. q. iij. si quis presbyter. Inno. tamen & Hostien. dicunt, quòd tales non propter suspensionem à iure cele-

brare

brare prohibentur, cùm non sint suspensi à iure, nec suspendendi: sed solum propter peccatum prohibétur, cùm fuerint suspensi quoad Deum à sacramentis, & à promotione: si enim à iure suspensi essent, celebrando fierent irregulares per cap. cùm æterni, de re iudic. lib. vj. & de senten. excommun. cum medicinalis. eod. lib. vj. Ex quibus omnibus hoc colligitur secundum Abba. in distinctionibus suis; & c. si celebret, & c. de cleri. excommun. minist. quòd celebrans in mortali peccato non incurrit irregularitatem post pœnitentiam, & reconciliationem obtentam super peccato mortali, vel excommunicatione minori; ex quibus celebrans poterit sine aliqua dispensatione superioris celebrare. Nec obstant noua iura, scilicet cap. cùm æterni, de re iud. & c. cùm medicinalis, de senten. excommun. libro vj. quæ loquuntur de illis, qui sunt ingressu ecclesiæ priuati, & à diuinis suspensi: quod non est in istis, cùm isti nec ingressu sint privati, nec etiam à collatione sacramentorum, sed solum à perceptione sunt suspensi.

Quadragesimaprima regula. Notorius fornicator à iure suspensus celebrans non fit irregularis secundum Guil. in Specu. tit. ij. §. iuxta propositionis. Nec obstat, quod quidam dicunt, quòd quodlibet peccatum notorium facit hominem irregularem, vt de tempor. ordin. capi. quæsitum. hoc enim verum est, sed ibi non intelligitur irregularitas, quæ requirit Papæ dispensationem. Vnde dicit Abb. vbi suprà, quòd in illa irregularitate, quam quis incurrit ex notoria fornicatione, si in tali celebrat, potest Episcopus dispensare post pœnitentiam, per c. ac si, de litis contesta. & ita hodie seruatur. Et quamuis quidam nimis rigidi, vt Host. & Innocen. dicant contrarium, tamen nō sunt audiendi, quia qui nimis emungit, elicit sanguinem, iiij. distinct. denique. Nec aduertas rationem illam, quam dicunt; Omnis suspensus ab officio per canonem, celebrando fit irregularis, vt dicitur in c. cùm clerici, de re iudic. & c. cùm medicinalis, de senten. excommun. lib. vj. sed talis est fornicator notorius, vt patet in c. quæsitum, de cohabi. cler. & mu. & xxxiij. dist. propter hoc; ergo efficitur

irregularis celebrando. Ad hoc enim respondeaudacter, secundum Franciscum de Zabarel. in c.vestra, & c.quæsitum, de cohab. cleri. quòd suspensus à canone celebrans, tunc solum incurrit irregularitatem, quando per modum sententiæ sit à canone suspensus, vt in d.c.cùm æterni, lib. vj. Sic autem non est in fornicatore notorio, & symoniaco; quia non per modum sententiæ, sed enunciatiuè dicturà canone, quòd sint suspensi, vt patet in c.quæsitum, de cohab.cler. ergo celebrando non fiunt irregulares; de senten.excommun. lib.vj. Tene ergo secundum Franciscum, quòd si in canone pœnam imponente dicitur, quod talis sit suspensus ab officio; vel dicitur, Suspendimus talem ab officio, si hoc fecerit; tunc taliter suspensus celebrans fit irregularis, vt in d.c.cùm æterni. Sed si dicitur à canone pœnam approbante, vel enunciante, seu recitante, aliquem esse suspensum, sicut dicitur de fornicatore notorio in c. quæsitum. vbi constat notorium fornicatorem esse suspentum; talis celebrando non fit irregularis. pro isto dicto est famosissimus ille doctor Guido de Baisio, Archidiaconus nuncupatus, xxxij.dist.ad hæc verò. vbi ipse notat in fine glo.quæ incipit, istud intelligitur; quòd notorius fornicator non est principaliter suspensus à canone, sed à Deo. quod patet ex eo, quia quàm cito pœnitet, licitè celebrat; de coha.cler. & vlt.licet in odium criminis per canones aliquid sit additum, quoad vitationem eorum; vt scilicet non audiantur ab eis diuina, vt in c.vestra, & in c. tua, de cohab.cler. xxxij.dist.nulla, & c.præter hæc, & hoc secundum Inno. licet Host. notauerit contrarium in Spec. titulo secundo, §. iuxta propositionis; & §. nunc de Episcoporum, vers.xxvj. & hanc viam tanquam mitiorem puto complectendam.

Quadragesimasecunda regula. Suspensi à canone non propter aliquem defectum, vtputa illegitimè nati, & corpore vitiati, non incurrunt nouam irregularitatem, si ante obtentam dispensationem celebrent secundum Guil. in Spec. tit.ij. §. iuxta propositionis, vers. porro. & idem notat per Archid. lvj. dist. Apostolo. in principio. & hoc seruat communa; quia quando dispensat cum talibus, simpliciter dispen-

sat

sat super defectu, nulla facta mentione de irregularitate, quia nullam incurrunt, lvj dist. Apostolica; & c. Cenomanensem, de filijs presbyterorum, veniens. Ideo dicit intelligendum esse Speculatorem de illis, qui propter infamiam suspensi sunt a canone, sicut sunt illi, quorum crimina sunt notoria, & qui etiam post peractam pœnitentiam celebrare propter scandalum, & infamiam prohibentur, vt in c. fin. de cohab. cler. & mu. & de hon. ex literis, c. fi. & tamen ante dispensationem celebrando nouam irregularitatem non incurrunt; quia hoc non inuenitur iure cautum, secundum Guil. in Spec. vbi supra, & Archidi. lvj. distinct. Apostolica, &c.

Quadragesimatertia regula. Suspensus à confessionibus audiendis celebrans ante reconciliationem non efficitur irregularis secundum Guil. quia hoc non inuenitur iure cautum, xj. q. iij. §. euidenter. de hac suspensione habetur xxvj. q. j. & v. q. vj. per totum.

Quadragesimaquarta regula. Recipiens beneficium in irregularitate, impetrata absolutione super irregularitate, non indiget alia dispensatione super beneficio obtento, secundum Rayn. & Guil. in Spec. Caueat tamen quilibet, ne in peccato mortali, vel suspensione beneficium recipiat. Vnde securius est, vt talis confiteatur ante receptionem, ne collatio sit vitiosa, secundum Guili. in c. si celebret, de cler. excommu. min. Licet hoc sit perdurum, est tamen verum propter rationem ibi positam; quia scilicet eligi non potest in peccato mortali ad illa, à quorum perceptione à sanctis patribus est priuatus. Veruntamen Abb. ibi moderatur hoc dicens, quòd si cui existenti in occulto collatum sit, sed ipse recipit illud post peractam pœnitentiam, poterit retinere. allegat de tempo. ordin. quæsitum, de sent. excommun. c. vlt. Sed propter peccatum enorme, vtputa propter homicidium, ipse iure perdit beneficium, vt not. per Archidia. l. distinct. studeat, in glossa, hic dispensat. vbi dicit glo. quia de iure debet eo carere: quod exponit Archidiac. per sententiam, non ipso iure. Nam homicidium non inducit ipso iure priuationem beneficij, secundum Bernard. Compost. qui ita notauit, de electione, cap.

quòd ſicut, in gl. j. §. ſi verò, verſ. alia autem. Et idem ſentit Inno. dicens, quòd in homicidijs irregularibus cadere poteſt ius cuiuslibet dignitatis; quia etiam iuſtè habent eam, ſi cùm eis fuerit diſpenſatum. Et etiam ſine diſpenſatione iuſtè tenent prædicti dignitates ſuas, quouſque renuncient, vel deponant ſecundum Innocen. qui ita notauit de exceſsibus prælatorum, c. cùm, in princ. Contra tamen iſtud dictū faciunt multa iura, vt de clerico pugnante in duello, c. Henricus, in fin. Item lv. diſtinct. ſi Euangeliſta. cùm diſpenſatio requiratur, vt homicida beneficium recipiat: videtur ſecus de iure communi. Item cum homicida miniſtrare non poteſt, etiam poſt pœnitentiam ſine diſpenſatione; de tempo. ordin. quia ſuſpenſus eſt à beneficio, quod datur propter officium. & ſic etiam accedit, lxxxj. diſtinct. eos. & notatur de conſuetu. cùm dilectus, in gloſ. ſuſpenſus enim. Tu dic breuiter, quòd hic nulla eſt contrarietas. Nam Bernar. & Innoc. intelligunt, quòd homicida iuſtè tenet, & recipit beneficium, quouſque deponitur per ſententiam. Iura autem in contrarium inducta dicunt, quòd debet carere, & priuari beneficio de iure; quia de iuris rigore eſt inhabilis ad illud. Non tamen hoc negant, quin hoc fiat per ſententiam; & ſic idem ſentiunt.

Quadrageſimaquinta regula. Presbyter excommunicatus, vel ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinibus ſuis, adminiſtrans in ordine Acolytatus, efficitur irregularis, ſecundum Guil. ſecus ſi tantum à Miſſarum celebratione fuerit ſuſpenſus.

Quadrageſimaſexta regula. Clericus in minoribus conſtitutus excommunicatus, miniſtrans ſacerdoti in altare portando aquam, lumen, & alia ſimilia, non eſt irregularis, ſecundū Guil. Idem putat de presbytero, diacono, & ſubdiacono. Ratio, quia iſta nulli ordini ſunt annexa, cùm & per laicos literatos expediantur.

Quadrageſimaſeptima regula. Epiſcopus ſuſpenſus à pontificalibus celebrando in eis non fit irregularis, quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia ſecundum Guil.

Quadrageſimaoctaua regula. Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ

cleſiæ, ſi in ea celebrat, irregularis eſt; & ſi in tali ſuſpenſione decedit, non ſepelitur in cœmiterio, vt de ſenten. excommun. is cui, libro vj. Notat enim Nouellator in nouella, quòd poteſt in eccleſia audire diuina ſine metu irregularitatis, ſed non ſine peccato; licet Hugo, & Raynaliud notauerint, quorum opinio reſutatur per modernos.

Quadrageſimanona regula. Excommunicatus, vel ſuſpenſus baptizans ſolennniter in ſuperpellicio, & ſtola publicè, irregularis efficitur ſecundum Guiliel. ſecus ſi aliter, ſcilicet ſimpliciter baptizat, & maxime in neceſſitate.

Quinquageſima regula. Quicunque non poteſt promoueri ad ordines ſine diſpenſatione, nec etiam ad honores; & quicunque eſt ineligibilis, irregularis eſt ſecundum Guiliel. Idem intellige de omnibus caſibus, qui impediunt promouendos, vel deijciunt iam promotos, vel qui pœnam depoſitionis merentur. Vnde regulare eſt, quòd quicunque poſt peractam pœnitentiam non habent ordinis executionem, irregulares ſint, ſicut homicidæ, l. diſt. §.j. extra de ſimo. tanta. Item excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus, in contemptum clauium ſe faciens ordinari; de ſent. excommun. cum illorum. Item ſi etiam præſumit celebrare, xj. q. iij. ſi quis, de vita & honeſt. cleri. vt clericorum, §. ſi quis igitur. Item violans interdictum; de excef. præl. clerici tãta. Item falſarius literarũ Papæ, de crimine falſi, ad falſariorum, §. j. Talis tamen ſecundum Inno. ſi occultus eſt, poſt abſolutionem, & pœnitentiam poteſt ordinari; quia nullo iure cauetur, quòd ſit infamis ipſo iure. Item hæreticus; de purgatione canon, inter ſolicitudines; vel exhibentes hæreticis ſacramenta; de hæret. excommun. §. ſi verò. Item ſodomita; de exceſs. præl. cler. Item presbyter denudans confeſsionẽ, de pœniten. & remiſ. omnes, c. fin. Item incorrigibilis in contumacia perſeuerans, de dolo & contu. veritas, §. fin. Item notorium crimen de iure vel facto; de tempo. ordi. c. fin. Item vtens officio aſſaſsinorum, vel defendens, receptans, occultans eos; licet mors non ſequatur inde; de ho. pro huma. li. vj.

Item apoſtata; de apoſta.c.ſi. Item ſchiſmaticus; de ſchiſmaticis,c.j. Item intruſus voluntariè per poteſtatem ſæcularem, viij.q.j. factus, de elect. ſi quis. Item omne crimen, quod ipſo facto inducit infamiam ciuilem, ij.q.vij. §.porro. Item infamia deſcendens ex delicto per ſententiam declarato; quia pœna poteſt demi culpa permanẽte, ij.q.iij.c. Euphemium, §.hic colligitur. Infamis enim eſt irregularis, ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti; vt de accuſationibus, omnipotens; de teſtibus, teſtimonium.

Quinquageſimaprima regula. Excommunicatus maiori excommunicatione ſiue ab homine, ſiue à iure, ſcienter durante excommunicatione celebrans ſemper fit irregularis, & eſt deponendus; de cleri.excommun. mini. latrones. ſecus, ſi ignoranter, vt eod.tit.c. Apoſtolicæ. Si autem dubitaret probabiliter de ſententia excommunicationis, præſertim quando conſcius eſt de culpa ſua, propter quam iuſtè potuit excommunicari, neſcius tamen exponit ſe diſcrimini, & celebrat, cùm ſit excommunicatus, irregularis eſt, & indiget diſpenſatione Papæ, ſecundum Guil. vt in d.c. Apoſtolicæ. Craſſa autem ignorantia in talibus iudicatur, vt ſi citatus peremptoriè nec iuit, nec miſit ad terminum, & ſic celebrat, licet nihil de excommunicatione ſciat.

1 † Circa præmiſſa ſciendum eſt, quòd ſuſpenſus à iudice, ſiue ad certam diem, ſiue perpetuo, ſiue quouſque pœniteat, ſemper ſi celebrat, eſt irregularis; quia talis non deberet celebrare, niſi prius ſententialiter abſoluatur, ſicut ſententia ſuſpenditur. In vltimo tamen caſu quidam contradicunt, vt ij.quæſt.v. presbyteris. vbi dicitur, quòd talis ad arbitrium ſuſpendentis facere debet; & ſi ante abſolutionem celebrat, fit irregularis, & idem, de re iudi. dilectus, de exceſs. prælat. Apoſtolicæ. Suſpenſi verò à Deo, vt ſunt omnes peccatores celebrantes in peccatis, non fiunt irregulares, licet peccent; niſi celebrent in criminalibus, vt in homicidio, in ſimonia, & ſimilibus, in quibus etiam acta pœnitẽtia executio interdicitur, vt ſuprà dictum eſt. Suſpenſi autem ab officio à canone propter crimen, ſi celebrant, irregulares ſunt. Et hoc intellige, ſi ſuſpendun-

tur

tur à canone pœnam imponente, non autem approbante, vt in c. cùm æterni, de re iudi. lib. vj. quia etiam in minori excommunicatione existentes suspensi sunt à canone nō imponente pœnam, sed approbante; & quàm cito pœnitent, possunt celebrare; de senten. excommun. nuper. vnde potius dicitur suspensio Dei, quàm canonis secundum Guil. Et nota secundum Ioan. And. in Clemen. j. de decimis, in glo. super verbo, donec; quòd cùm aliquis suspenditur, donec satisfecerit, sufficit iudicis declaratio super satisfactione sine alia absolutione. In excommunicatis verò est necessaria absolutio post satisfactionem. Concordat ad hoc glo. Ioan. And. in c. sæpè quia, de elect. lib. vj. super versi. donec plene. vbi dicitur, quòd illi, qui occupant bona ecclesiarum vacantium, & ea distrahunt, tandiu sunt à beneficijs, & officijs suspensi, donec ea plenè restituerint: ipsis autem restituentibus ipso iure sine alia sententia restituti erunt, vt notauit Ioan. Andre. lxxxj. distinct. si qui. Præterea sciendum est, quòd secundum glossam, xxvj. distinct. deinde. infamia, & irregularitas contracta ante baptismum tollitur post baptismum; & hoc si prouenit ex proprio delicto; quia dona baptismi sunt sine omni pœnitentia, & satisfactione, vt de consecratione, distinctione quarta, cap. sine. Si autem peccatum non deletur quantum ad infamiam, adhuc post baptismum obesset. quod negat Ambrosius vigesimasexta distinctione, vna. Vnde si aliquis occidit mille homines ante baptismum, omnis infamia, & irregularitas tollitur, vt quinquagesimaprima distinctione, si quis post acceptum: vt patet de Paulo, qui ante baptismum fuit homicida, & tamen postea factus est Apostolus, vt quinquagesima distinctione, cap. si post, §. e contra. Huic tamen dicto aduersantur doctores; nam Archidiaconus in dicto cap. deinde, dicit, quòd benè infamia (ex quo non descendit nisi ex peccato) deletur in baptismo, sicut & peccatum; sed non irregularitas, quæ non fundatur super peccato; vnde ita irregularis est, qui occidit cum peccato, sicut qui occidit sine peccato, vt iudex. ne cleri. vel mona. cap. sententiam. & ibi bigami, & corpore vitiati. Et ita ipse Innocen. notauit de diuortijs.

Ipse

Ipse tamen notauit, de homic. c. presbyterum, quantum ad homicidium, ante baptismum, quòd siue ex officio, siue ex voluntate fecerit homicidium, non est post baptismum irregularis; quia omnis sequela peccati deleta est. Sed Goffre. de conuersione infidelium, c. j. notauit, quòd peccatum, & sequela peccati benè delentur in baptismo, sed non defectus, siue impedimentum. Prima via communiter approbatur. Specu. tamen in titu. de dispensationibus, §. iij. vers. is autem, videtur declinare. &c.

## DE CENSVRA ECCLESIASTICA:

### Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Censura ecclesiastica quæ dicatur, & quot sint eius species.*
2 *Excommunicationis species quot sunt.*
3 *Propter mortale peccatum homo à Deo traditur Sathanæ.*
4 *Quot sint casus, quibus incidit quis ipso iure, remissiuè.*
5 *Quotuplex sit minor excommunicatio.*
6 *Percutiens clericum in habitu clericali incedentem, & immisericorditer se sæuis, an sit excommunicatus.*
7 *Quot, & qui sint casus excepti à regula, quæ habet, quòd iniciens manus violentas in ecclesiasticam personam est excommunicatus.*
8 *An vxoris nomine intelligatur sponsa de præsenti, & matris appellatione intelligantur omnes ascendentes.*

1 Ecclesiastica † censura est spiritualis pœna, quam ecclesia propter inobedientiam infligit locis, & vniuersitatibus, sacramentalia singularibus personis, communionem, & actus spirituales interdicendo. Censuræ tamen principalis est punitio inobedientiæ hominis, vel canonis. Quot sunt autem species censuræ ecclesiasticæ? Respondeo, vt in decre. quærenti, de verb. sign. Et dic, quod sunt tres, scilicet, interdicti, suspensionis, & excommunicationis. Dico, quòd excommunicatio est censura ecclesiastica propter contumaciã, vel crimen in singulares personas

sonàs lata, à communione fratrum, & sacramẽtorum tantum excluſoria. Et per hoc infertur vnde, & quare excommunicatio dicitur; quia dicitur à communione excluſio tam ſacramentorum, quàm fratrum; vt congruat ethymologia etiam maiori excommunicationi. † Quot ſunt autem ſpecies excommunicationis? Attende, quod (vt iura exprimunt) duæ ſunt ſpecies excommunicationis, ſcilicet excommunicatio maior, & excommunicatio minor: maior ſeparat à communione fratrum, & ſororum; minor à communione paſsiuè ſacramentorum; vt c. ſi celebrat, de cler. excommu. depoſito. Iura tamen variè loquuntur de excommunicatione. Vnde aliquando ſumitur pro excluſione à communione fidelium, & non ſacramentorum; aliquando temporaliter. ſic loquitur v. quæſt. iiij. in ſynodo. vbi trium dierum excommunicatione feriatur. ſic loquitur canon v. quæſt. ij. præſenti. Item ſancta eccleſiæ communione, &c. Sed, vt ibi notat glo. intelligitur à communione fratrũ in choro, & eccleſia; quia cum fratribus non communicabit. ſic loquitur tex. xviij. diſtin. placuit. & ibi in glo. ſic loquitur tex. xxxiij. diſtinct. quorundam, lviij. diſtinct. ſi quis de alterius. & iſta appellatur maior excommunicatio, nõ ſimpliciter, ſed limitatè; quia ſimpliciter maior excommunicatio ſeparat à communione fratrum, & ſacramentorum perpetuo. i. donec abſoluatur. Sic etiam de minori excommunicatione, quæ ſeparat à ſacramentis, variè loquuntur iura; nam aliquando fertur ab homine; & de hac loquuntur text. v. quæſt. j. per totum. Et aliquando fertur à canone propter ſimplex participium, vt c. nuper, de ſenten. excommu. & c. ſi celebrat, de cler. exc. min. Et has duas ſpecies, ſcilicet maiorem excommunicationem, & ſimpliciter excludentem à communione fratrum, & ſacramentorum; & minorem latam à canone propter ſimplex participium nunc proſequar. Vnum eſt, quòd minor excommunicatio largè ſumpta, vt ſeparat à communione ſacramentorum, aliquando infligitur à ſe ipſo, cùm pœnitet, & propter conſcientiam abſtinet à communione paſsiua, vt de homi. ſicut ex literarum. aliquando à ſacerdote pœnitentiam iniungente; de pœni. diſt. ij.

faci-

facilius. & hoc melius, quàm si ex authoritate propria; de pœni. distinct. iij. accusatione. & hoc cùm pœnitet. Sed in
3 pœnitentia infligitur aliquando à Deo; † nam propter peccatum mortale Deus tradit hominem sathanæ, xj. q. iij. audi. Sunt ergo duæ species, scilicet maior, & minor. maior autem aliquando vocatur anathema, vt in principio cano. Engeltrudam, iij. q. iiij. & xj. q. iij. nemo Episcoporum; & c. euidenter, ead. causa & quæst. Et aliquando excommunicatio, vel anathema sumitur largè, vt est separatio à Deo, vt xiiij. q. iij. certum. & xiij. q. iij. euidenter caueat, tamen in effectu non est differentia excommunicationis. Et si quæratur, quæ est ratio, cùm iura videantur in similibus casibus disponere contrarium, de consti. ex parte, ff. de lega. iij. l. nummis, ff. de reg. iur. l. in obscuris. & l. si præses, ff. de pœn. & hoc contrarium format glo. xj. q. iij. c. debent. & soluit standum verbis. Et pro quolibet peccato mortali quilibet est excommunicatus minori quoad Deum, etiam sine alia sententia hominis; ergo si quis excommunicetur ab homine propter mortale, quia aliter nó fertur, xj. q. iij. nemo Episcoporum; verba debent aliquid operari, ff. de lega. j. l. si quando. Sic ergo cùm prius foret excommunicatus, nunc est, maiori aliud addere non potest; & illa fuit legislatoris intentio in c. si quem, de sent. excommun. lib. vj.

4 † XXXII. sunt casus, quibus incidit quis ipso iure, quos glo. enumerat in c. eos, de sent. excommu. lib. vj. super ver. canonis: duos addit Bonifa. post compilationem sexti per extrauag. detestante, & c. statuimus, qui. lij. casus, quibus quis incidit per compilationem, in Clem. j. de sen ten. excomm. super ver. excommunicationis; & illorum xvj. sunt reseruati Papæ. Quædam lata à canone cum hominis ministerio, vt canon profert. sed proferri mandat, vt in canonibus referendę sententię, quas enumerare plus
5 esset laboriosum, quàm vtile. † Consequenter quæritur, quotuplex sit minor excómunicatio? Sol. Minor excommunicatio aliquando sumitur pro sola separatione à Deo tantum, & illam inducit mortale tantum sine alio ecclesię militantis ministerio, vt Esaiæ lix. Iniquitates vestræ diuiserunt

ferunt inter vos, & Deum veſtrum. & notatur in c. quorundam, de Iudæis. Aliquando ſumitur pro ſeparatione à ſacramentorum participatione paſsiua; & tunc, aut hoc inducitur à canone propter participationem cum excommunicato maiori, vt in c. nuper, de ſent. excommun. & c. cum excommunicato, xj. q. iij. cum ſimilibus eiuſdem can. & quæſt. aut inducitur à ſeipſo, vt cùm quis peccat, & abſtinet à ſacramentis, de homi. c. ſicut ex literis. Aut pœnitentia imponitur à ſacerdote, de pœn. diſtinct. j. facilius, & melius, quàm ſi à ſeipſo, de pœn. diſtinct. iij. actione. Aliquando impœnitentes à Deo ſubtrahuntur, vt cùm traduntur ſathanæ, xj. q. iij. denique. Aliquando impœnitentes à ſeipſo ſubtrahuntur, & credunt ſufficere, & malè, de pœn. diſt. j. ſunt qui arbitrantur. quæ omnia proſequere, vt not. glo. in c. ſi quem, de ſent. excomm. xj. q. iij. ſi inimicus. Verum eſt, quòd excommunicatio minor aliquando fertur ab homine per ſententiam, vt v. q. j. & ij. & quaſi per totum. Fertur tamen aliquando excommunicatio, quę ſeparat à communione fidelium, & non ſacramenti, & fertur ab homine. & hæc quoad minorem. Et de hoc loquitur canon v. q. ij. præſenti, & v. q. iiij. in loco, xviij. diſt. placuit, xxxiij. diſt. quorundam, lviij. diſt. ſi quis de alterius. Concludo, quòd tot reperiuntur excommunicationes, quot reperiuntur communiones, tamen eccleſia (vt frequentius) vtitur duobus generibus, de quibus ſuprà.

† Quid de percutiente clericum incedentem in habitu ſęcular, & immiſcentem ſe ſæuis, an ſit excommunicatus? & facit dubium, c. perpendimus, de ſenten. excommu. vbi videtur innuere tex. quòd non. in contrarium facit c. contingit, & c. in audien. eod. titu. vbi probat text. quòd non perdat priuilegium niſi trina monitio præueniat. Aliqui dicunt, quòd in c. perpendimus Papa reſpondet deciſè; quia dicebatur, ipſum in bello interfectum fuiſſe. & ſic clarũ. Alij dicunt, quòd interfectores fuerunt excommunicati, ſed Papa concedit priuilegium, quòd non teneantur accedere ad ſedem Apoſtolicam. & ſic foret etiam clarum. Tancre. Vincen. & Phil. dicunt c. cõtingit, & c. in audientia, intelligi de illo, qui depoſuit, & nulli iniuriabatur; & 6

& sic non perdit priuilegium, nisi monitus, sed c. perpendimus, loquitur, vbi deposuit, & iniuriabatur; qui sine monitione perdit priuilegium. hoc intelligit c. perpendimus. cùm quis clericus non ex vanitate deponit habitum, ibi requiritur monitio, vt probat c. contingit, & c. in audientia. Sed cùm ex malitia, & iniquitate deponit habitum, ibi sine monitione perdit, cùm se immiscet sæuis, & tyrannis. Ibi igitur Papa tenet, quòd clericus dimittens habitum, etiam faciens enormitates, non perdit priuilegiũ, nisi monitione præmissa, nec quoad forum, nec quoad immunitatem personæ. Sed si ibi capiatur, debet restitui iudici ecclesiastico, & sic ibi respondet narrationi decisæ. Si autem vis sequi opin. Hosti. posses dicere, quòd loquatur de inueterato in tyrannis, & incorrigibili per c. vnicum, de vit. & honest. cler. lib. vj. Et sic respondet Papa in in facto occisi; vel scitum fuit pòst, quòd clericus erat. Conclude ergo sublatis dubium facientibus, quòd percutiens clericum incedentem sine habitu, si monitus fuerit, & non assumpserit, non incidit in canonem. Si autem non monitus fuerit, & ipsum percusserit, non in actu belli, vel aggressiuè, tunc incidit, etiam si clericus habitu deposito se aliàs immiscuerit. Sed si ipsum percusserit in actu belli, & aggressiuè, tunc non incidit, secundum Innocen. Hoc tamen ponderarem, cùm quis dederit causam bello, & aggressuræ. Nam si clericus iniustè causam nõ dederit, tunc indubitatum, quòd illi, contra quos non incidunt ex capite defensæ permissæ, vt c. si verò, neque tertij fauentes aggresso etiam non incidunt. & hoc facit actualis immixtio clerici, vt c. perpendimus. Si autem alter non dedit causam aggressuræ contra clericum, tunc etiam dans, & fauens percutienti clericum sunt excommunicati, quia hic est iniuriosa iniectio, vt in canone, si quis suadente, xvij. q. iiij. Si autem tertius contra tertium, & clericus temerè se immisceat habitu deposito, tunc crederem, percutientes in liminibus aggressuræ non fore excommunicatos. & sic intelligo opin. Inno.

7 † Visa regula, quæ habet, quòd inijciens manus violentas in personam ecclesiasticam est excommunicatus, per

conse-

consequens restat videre casus exceptos à regula. Nam fallit in quatuordecim casibus.

Primus, cùm quis percutit clericum incedentem in habitu clericali, quem ignorat clericum, vt c. si verò, ij. de sen. excommun. Si autem percutiens vidit tonsuram, & tamen non credit ipsum clericum, tunc incidit, vt not. glo. in d. c. si verò. Nam probabilis ignorantia excusat in primo casu, cùm quis verisimiliter pro tali haberi debeat, in quali habitu reperitur, C. de aquæ duc. l. decernimus, lib. xj. C. de fabri. l. stigmata, & c. si iudex laicus, eod. tit. lib. vj. hic autem non excusatur in secundo casu, cùm tonsuram viderit. & hoc verum, nisi ignorantia probabilis insurgat ex more patriæ, qui debet attendi, ff. de fun. instru. leg. l. cùm de lanionis, §. asinam, ff. de pign. act. l. cùm vniuersorum. nam alicubi laici tempore caloris deferunt tonsuram. Quid si percutiens credebat percussum clericum, cùm non esset clericus, gloss. in c. si verò, dicit, quòd percutiens propter conscientiam, est excommunicatus, nisi certus postea efficiatur, allegat c. quoniam multos, xj. q. iij. secundum vnum casum. & hoc operatur affectio operæ secutæ, de biga. c. nuper, & c. fin. ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. In contrarium videtur; nam non debet iudicari secundum quod quis facere debet, & intendit, sed secundum quod fit, ff. ad leg. Corn. de sicar. l. j. §. diuus, ff. de iniur. l. si cum seruo, & l. præcedenti. Et hanc credo partem veram; & sic determinat glo. in c. in audientia, eod. tit. Et moueor, quia vt quis incidat in canonem, requiritur persuasio diabolica, & consummatio facti qualificati, vt suprà pluries deductum est. Quòd si intendens percutiens Titium laicum, errans in persona percussit Gaium clericum, Alanus dixit, quòd incidit in canonem, quia iniuriari voluit, ff. de iniur. l. eum qui. §. si iniuria, de fur. c. vlt. Tancre. tenuit contrarium. & probat per tex. c. si verò. Nam ibi dicit text. quòd si percutiat clericum, quem credebat probabiliter laicum, non incidit; ergo sic hic à simili ignorantia excusabit à pœna cano. Nam temeritas, & violentia ponderantur in pœna illius canonis, vt in c. j. & c. veniens, eod. tit. de iniur. l. illud, glo. in c. si verò, dicit opin. Ala. tutiorem,

riorem, pro opin. Ala. facere videtur text. Nam si quis intendit furari aurum, & furatur æs, tenetur furti æris. Sic si quis furetur saccum plenum pecunia, tenetur furti nomine sacci, licet non habuit intentionem furandi saccum. Credo opin. veriorem de iure. moueor, quia vt vendicet sibi locum pœna canonis, debet præcedere persuasio diabolica, vt in c. si quis, quæ hic non præcessit circa clericū, vt probat thema quæstionis. Non obst. l. allegata, quia vtrobique committitur furtum tam in ære, quàm in auro ex sola contrectatione; licet non ex qualibet, & cuiuslibet percussura quis incidat in canonem, sed ex qualificatione, de qualitate personę.

Secundus casus est, cùm quis percutit clericum in habitu laicali incedentem, monitum, non correctum, vt c. in audien. eo. tit. Istum articulum suprà examinaui explicando contrarium, c. perpendimus, c. in audien.

Tertius est casus in clerico gerente administrationem rerum sæcularium, vt in c. sacerdotibus, ne cle. vel mo. Ex illo cap. sumunt aliqui indistinctè argumentum, quòd eo ipso, quòd se sic ingerit, sit clericus priuatus priuilegio clericali, ipso iure, quod non est verum; immò requiritur monitio, vt c. in audien. Licet ergo Goffre. in Summa ponat ipsum pro casu excepto indistinctè, tenet gl. in c. sacerdotibus, quod dixi. idem tenet Vincen. Phi. & Goffr. ibidem Inno. & Host. Hoc verum, nisi Episcopus in synodo mandasset sub pœna priuationis priuilegij clericalis; quia illud haberet locum trinæ monitionis. hunc intellectum probat tex. in c. sacerdotibus, in versi. quòd si postmodum ergo requiritur monitio.

Quartus in eo, qui iocosè injicit manus in clericum, vt c. j. eo. tit. debet tamen moderari qualitas ioci: & ratio silentiæ est, quia in pœna canonis ponderatur persuasio diabolica, quam excludit iocus ipsius qualitate ponderata. arg. not. in c. j. de præsump.

Quintus casus in magistro, qui gratia disciplinę percutit scholarem, vt in c. j. eod. tit. tamen debet moderari modus percussionis: quia leuis permittitur magistro, vt in l. x. ff. ad leg. Aqui. & not. in c. cum voluntate, eod. tit.

Sextus

Sextus casus in eo, qui repellit vim vi à clerico, ipsum propulsante, vt in c. si verò, eod. tit. hic ponderandum tamen quare vim vi repellat; de quo plenè tractaui in tracta. de bello particulari ob tutelam corporis sui, & rerum. ratio fallendi, quia naturaliter inductum est, se defendere.

Septimus casus in eo, qui reperit clericum in adulterio, vel stupro cum vxore, matre, filia, vel sorore; vt c. si vero, j. de senten. excommun. Sed quid in ea, quæ putatur vxor, & non est? idem dicendum per ea, quæ habentur in l. si vxor, §. j. ff. de adul. faciunt, quę not. in c. pleriq;, de dona. inter vir. & vxo. in vlt. glo. & hoc tenet Vinc. & Goffre. in d. c. si verò. † An autem nomine vxoris intelligatur sponsa 8 de præsenti, glo. tenet, quòd sic; quia lex permittit pro illa accusare ture mariti, ff. de adul l. vxor, §. j. An autem nomine matris intelligantur omnes ascendentes, glo. tenet, quod non hoc casu; quia non debet extendi licentia, vt c. tuæ, de deci. Hostien. dicit hoc tutius: dicit tamen, quòd lex addit excipiendo neptem, & sponsam, vt in Authen. vt liceat mat. & auiæ. §. quia non ita comperiantur, collat. ix. forte non foret absurdum distinguere inter neptem ex filio, vel filia, vt l. liberos, in fin. ff. de sena. quia hæc est materia brocardica, nunc pertranseo; & in sequenti tractatu expediam.

Octauus casus in eo, qui authoritate suæ prælationis, vel de mandato prælati iniecit manus in clericum, eod. ti. ex tenore, & c. vniuersitatis, & c. vt famæ, eod. tit. & intelligas in prælato corrigente, non tamen modum excedente; aliàs foret locus appellationi, de offic. ordina. irrefragabili, & punietur sic excedens, de appel. de priore. leuis enim correctio est permissa, vt c. cum voluntate; eod. tit. cum simi. ibi not. Fallit tamen in Episcopo, qui nullum manibus proprijs etiã corrigẽdo percutere debet, lxxxvj. distinct. non liceat, C. de Episc. & cler. Auth. siue quæ. In inferiore autem Episcopo, si mandat prælatus capituli etiam per laicum, neuter est excommunicatus, vt c. vt famę, eod. tit. & c. si clericos, eo. tit lib. vj. Si autem mandat percuti, & verberari, mandet per clericum, vel monachum. Nam si per laicum, tunc vterque est excommunicatus,

vt c.vniuersitatis, eod. tit. Ita etiam not. glo. in c. si clericos, eod.tit. lib.vj. in glo.nodari. Episcopus tamen potest proprijs manibus, vbi non habet clericum, per quem percutiat; vt not.glo.in c.non liceat, lxxxvj.dist.

Nonus casus in inferioribus, alias senioribus ecclesiæ, qui pueros corrigere possunt, vt l.cum voluntate, eod.tit. hoc intellige modum non excedendo, vt suprà tactum est.

Decimus in dominis corrigentibus.

Vndecimus in propinquis.

Duodecimus in patribus corrigentibus filios. hoc intelligendum, dummodo nó sint constituti in sacris. Nam sacer ordo liberat à patria potestate, & seruili, quoad manuum iniectionem, liij.dist.ex antiquis, & c.frequens, & si seruus sciente. Si autem tales personæ excedãt modum, tenet glo.quòd non sint excommunicati, in c.cum voluntate, eod.tit. in glo.vlt. Mouetur gloss. quia canon exigit dolum, sine quo violentia permittitur; sed hæ manus sunt charitatiuæ, licet casu modus excedatur. Ego non credo glo.veram; nam limitata correctio est permissa, patribus erga filios, & dominis erga seruos, sicut prælatis erga subditos per suprà allegata: excessus ergo inducit pœnam, vt suprà tactum est.

Decimustertius in eo, qui iniecit manus in clericum depositum, & traditum curiæ sæculari, de iudi. cùm non ab homine, xvij.q.iiij.si quis deinceps. Hunc punctum expediui suprà.

Decimusquartus casus, cùm quis iniecit manus in clericum, qui transfert se ad vitam contrariam clericali, vt cùm bigamiam contrahit, lxxxiiij. dist. quisquis, & hunc articulum etiam suprà expediui. Addi potest alius casus in percutiente clericum hæreticum, vt tenet Inno. in c.si verè, eod.tit. Et in ista materia vide Goffredum in sua Summa, in tit.de senten.excommu.& vid.Hostien.in sua Summa, eodem tit. de senten. excommsnicationis. Et de censura ecclesiastica, seu de excommunicatione, vide tractatum Ioannis de Lignano in volumine tractatuum, xix. fol.288.

# DE POTESTATE CAPITVLI, *sede vacante.* Cap. XL.

## SVMMARIVM.

1 *An sede vacante capitulum succedat generaliter in iurisdictione prælati sui.*

2 *An possit capitulum sede vacante cognoscere de matrimoniali causa, resignationes admittere, & authorizare beneficiorũ permutationes. & num. 3.*

4 *Alienare aliqua de bonis prælaturæ vacantis an possit capitulum.*

5 *De vicario domini Papæ; quid sit mons pietatis; de virtute, & viribus iuramenti; & de pensionibus; remissiuè. & numero 6. 7.*

QVæritur † generaliter, an circa potestatem capituli sede vacante, capitulum succedat generaliter in iurisdictione prælati sui; & dico, quòd sic, vt in tractatu de potestate capituli sede vacante, in nono volumine tractatuum, in princ. in j. q. Et capitulum sede vacante an possit committere alicui Episcopo ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, ibi videbis in q. iij. Et an indulgentias, quas Episcopi viuentes possunt dare, possit etiam capitulum sede vacante dare, ibi vid. in q. iij. ad fin. Et an capitulum possit dispensare generaliter, sicut viuês possit prælatus, ibi videbis in q. v. Et an capitulum potest facere statuta, quæ posset facere prælatus viuens, vid. in q. vj. Et an capitulum possit visitare prouinciam suam sede vacante, vide in q. vij. Et an capitulum sede vacante possit dispensare cum clerico, ne deponatur, vide Panor. in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs. 1

An possit capitulum dare licentiam subditis transeundi ad aliam diœcesim sede vacante, & an possit dare literas commendatitias ad ordines suscipiendos in aliena diœcesi, vid. in q. viij. Et capitulum sede vacante an succedat in iurisdictione prælato defuncto, à iure, vel ab homine delegata, vid. in q. x. † Sede vacante an possit capitulũ 2

cognoscere de causa matrimoniali; & in quibus capitulum interponat decretum sede vacante, ibi videbis. Expectantes ad collationem prælati mortui an sede vacante possint acceptare beneficia vacantia, ibi videbis in d. x. q. Et capitulum sede vacante an possit conferre beneficia ad collationem prælati spectantia, etiam deuoluta, vid. tex. & docto. in c. illa, ne sede vacan. quia nunquam cautum inuenitur in iure, quòd capitulum sede vacante fungatur vice Episcopi in collationibus præbendarum. & vid. tex. & docto. in c. j. de instit. lib. vj. Et idem dicendum est de præstimonijs; quia sunt beneficia ecclesiastica, & perpetua. Oldra. cons. cxiij. quod incipit: In ecclesia Calaguritana,

3 tex. in c. fin. de conce. præben. † Capitulum sede vacante an possit admittere resignationes, & authorizare permutationes beneficiorum, vid. in ij. q. ij. par. Beneficia commendare, & adinuicem vnire, & vnita dimembrare, an possit capitulum sede vacante, vid. in q. iij. ij. par. Commenda quid sit, ibi videbis, & in c. si constiterit, de accusa. Et beneficia nō debent dari ad tempus, sed in perpetuum, vt not. in c. veniens, ad fi. de fil. presb. Capitulū sede vacante potest præsentatos à patronis instituere in beneficijs, ad quæ præsentantur, tex. in c. j. de instit. lib. vj. & in c. cùm in illis, §. cùm autem, de præben. lib. vj. Et capitulum sede vacante gerit vices prælati in non prohibitis, vt c. illa, ne sede vacan. & vid. in q. v. ij. par. Beneficiatos destituere, excommunicare, vel absoluere an possit ex causa capitulum sede vacante, vid. in q. v. ij par. Sed quicquid potest Episcopus in corrigendo crimina, & mores reformando, & puniendo, potest capitulum sede vacante, c. his quæ, de maio. & obed. & c. j. cod. tit. lib. vj. & ibi docto. & vid. in q. vj. ij. par. Et capitulum sede vacante an se possit intromittere in executionibus vltimarum voluntatum, ibi vid. in vij. q. ij. par.

4 † Alienare aliqua de bonis prelaturæ vacantis an possit capitulum, vid. in q. viij. ij. par. & ibi dicitur, quòd res quæ seruari non possunt, libere possunt alienari. Et Archiepiscopus in rebus Episcopalibus, & Episcopus in rebus capellarum suarum est visitator a iure, lxxj. dist. c. fraternitatem, x. q. ij. c. fi. Et sic si ecclesia collegiata vacat, potest tūc etiam

etiam pro prælato constituere actorem, vel syndicum, ff. quod cuiusque vni. l. sicut mancipium. Et capitulum an possit constituere vicarios generales, vel speciales sede vacante, vid. in Clem. j. de foro compe. & vid. in x. q. ij. par. Et potest constituere vicarium vnum ex canonicis de eo capitulo, vt per Cardi. in Clem. statutum, de elect. † De vicario domini Papæ, vid. in x. q. & de alienatione rerum ecclesiasticarum vide tracta. de empt. & vendi. vol. j. fol. 222. Quid sit mons pietatis, vid. tractatum Thomæ de Vio in volum. x. tractatuum, fol. 175. & ibi. in fol. 172. videbis tractatum de cambijs. † Et de virtute, & viribus iuramenti vid. optimum tractatum in volumine tractatuum, volum. j. fol. 186. Et de vnione ecclesiarum vid. tractatum in volum. xj fol. 279. Et de pensionibus vid. tractatum in volumine xj. fol. 150 & alium tractatum in d. volum. xj. fol. 192. & vide infrà in cap. de pensionibus ecclesiast. Et de monte pietatis, & de cambijs vide infrà in c. de vsuris. 5 6

## DE BELLO IVSTO, ET INIVSTO.

### *Cap. XLI.*

### SVMMARIVM.

1 *Humani generis calamitates à bello ortæ sunt, inuentæq; seruitutes.*
2 *Quæ, & quot sint belli species.*
3 *Pro iusto bello indicendo quæ requirantur.*
4 *Gothorum historia.*
5 *Vbi deest superior de iure, vel de facto, ad Papam recurrendum est.*
6 *Hodie vtrum inter Christianos bellum dici possit licitum.*
7 *Militare peccatum non est, nisi propter prædam militatur.*
8 *Interficiens aliquē in bello licito an teneatur in foro conscientiæ.*
9 *Bellum triplicitèr committitur.*
10 *Bellum, quod ad offensam fit, nullo iure licitum est.*
11 *Bellum, quod pro gloria, & imperio fit, an sit de iure naturali.*
12 *Mandare potest Papa infidelibus, quòd admittant prædicatores Euangelij in terris suæ iurisdictionis.*
13 *Hodie per Christi aduentum iurisdictiones, dominia, honores, at-*

*que potestates, quæ penes infideles erant, in Christianos translata sunt.*

14 *Ad indicendum bellum hodie inter Christianos quæ, & quot requirantur.*

15 *Propter delictum domini negligentis iustitiam facere contra tam terram, & omnes gentes subditas sibi potest indici bellum: item & deprædari.*

16 *Melius est hostem in domo sua inuadere, quàm in domo propria bellare.*

17 *In Imperatore semper præsumitur causa legitima.*

18 *Clericus Missam celebrans si ab aliquo inuaditur, & se defendendo aggressorem occidat, an poterit ad altare redire, & officium perficere.*

19 *Habentes commercia cum Saracenis, vel ei præstantes subsidium, vel consilium tempore guerræ, non solum excommunicati sunt, verum etiam iram Dei incurrunt.*

20 *Dux, vel Marchio bellando contra ecclesiam captus an testari possit.*

21 *Qui pro defensione sua, verumq; suarum bellum mouet, licitè dicitur id agere.*

22 *Plus Deum, quàm hominem timere debemus.*

23 *Sceleratis præstare auxilium prohibitum est.*

24 *Vasalli non defendentes dominum in prælio an feudo priuari possint.*

25 *Quæ, & quotuplex sint causæ, propter quas princeps iustum potest indicere bellum.*

26 *Mala quælibet tolerare debemus, quàm malo consentire.*

27 *Quid contineatur sub pugnæ nomine: item & prælij.*

8 BElla † quia fuerunt causa primarum calamitatum humani generis, inuictissime princeps, vt per Bald. in l.j. C. de ser. fug. per tex. in authen. quib. mo. natu. effici. leg. colla. vij. & quia bellum seruitutem inuenit, vt in l. hostes, ff. de capti. vbi legitur: Ab hostibus autem captus seruus est hostium. Alij dicunt, quod de iure diuino est inducta seruitus, & non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset, vt in c. sexto die, xxxv. distin. manebat autem ante, quàm

quàm vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas. Et quia bellum inter Christianos est perditio animæ, & corporis, & substantiæ, vt in C. per glo. publicæ lætitiæ, in l. j. lib. xij. & per Bald. in l. vnica, C. de cadu. tollen. & per Archid. in c. noli, xxiij. q. j. per text. in authen. de armis, in princ. scripsi tractatum de bello iusto, & iniusto tuę Maiestati dedicatum. Et audeo scribere, quia etiam minus benè dicta prosunt; incitant enim alios ad inuestigationem perfectam. Cupio igitur corrigi, & suppleri; charitas enim incitat me ad laborem, vt via aperiatur, per quam inducatur intelligentia. Hoc igitur ordine procedam, vt discutiamus, vtrum aliquod bellum possit dici licitum inter Christianos. Secundo dicemus, quòd bellum triplici- ter committitur, aut pro offensa, aut pro defensa, aut pro gloria. Tertio, quòd bellum est licitũ, si geritur per Christianos contra infideles. † Quarto dicemus, quòd ad bel- a lum iustum indicendum tria requirũtur, scilicet iusta causa bellandi, authoritas indicendi bellum, & intentio recta. Et dicemus, in quibus casibus Papa possit indicere bellũ, & vtrum clericis licitum sit bellare. Et vtrum sit licitum bellantibus vti insidijs. Et vtrum liceat in diebus festiuis bellare. Et vtrum habens iustum bellum teneatur desistere à bello, hoste iniquo offerente satisfactionem. Et dicemus aliqua de tregua ad tempus pręstita, discordia nondũ finita. Et quia diffidatio debet præcedere bellum, aliqua de diffidatione dicemus. Et vtrum domini, qui bella gerunt, possint inuicem componere de damnis, & iniurijs subditorum eis inconsultis. Et dicemus, quòd quando bellum iustum est, omnes capiuntur, & spoliantur, & spolians dominus rei fit. Et dicemus, an liceat principi Christiano in bello iusto vti auxilio infidelium. Et dicemus, an Imperator, vel aliquis Christianorũ possit inire pacem, vel longas inducias cum Saracenis, vel Turcis sine consensu summi Pontificis. Et pro complemento tractatus dicemus, an iustè liceat Catholico Imperatori, & Catholico Regi nostro indicere bellum publicum in occurrenti calamitate, ius sibi, & iustitiam ministrando; quia hic est finis libelli nostri, cùm iustè debellare sit iustè iudicare.

† In primis igitur est considerandum, quot sunt species belli. Et docto. dicunt, quòd sunt septem. Primum Romanum. Secundum iudiciale. Tertium præsumptuosum. Quartum licitum. Quintum temerarium. Sextum voluntarium. Septimum necessarium; vt per Hostiens. in Summa, in tit. de treg. & pa. & per docto. in c. j. de homic. in vj. Sed primum bellum fuit supernum; & de illo dicere non est nostrum, sed relinquo beatis Theologis. Secundum bellum fuit naturali instinctu inductum, quo cuncta animalia sunt edocta. Ex illo enim cuncta animalia, quæ in cœlo, terra, mariq; nascuntur, vicissim bellant; & præcipuè illa, quæ ad prædam, & deuorationem intendunt, vt sunt aues rapaces, leones, & similia, & infiniti pisces maris. Et de hoc bello habemus in l. j. §. cùm arietes, ff. si quad. pau. fec. di. Aliud bellum fuit supernaturale, & miraculosum inter Esau, & Iacob, qui pugnauerunt adinuicem in vtero matris suæ, significauitque pugna eorum pugnam gentilium, & Christianorum, vt Genes. xxv. sed aduerte, quòd de bello vero, & proprio tractare intendimus. Et bellum verum, & proprium solus Imperator indicit authoritate Cæsarea in eum translata per Romanum populum, vt per tex. & Bart. in l. hostes, ff. de capt. & post. reuer. iuncta glo. mag. dum dicit, accipiendum populum Romanorum in hac materia pro toto Imperio Romanorum. Et ideo si aliquis bellum indicit contra alium Regem, tale bellum ex neutra parte causat seruitutem: quia tale bellum fuit à iure gentium introductum, successiuè iure ciuili postea confirmatum. Ante quod bellum omnes homines liberi, & legitimi nascebantur: sed ipsum bellum introduxit seruitutem, vt in l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, & in Authen. quibus modis natura. efficiantur legitimi. collatio. vj. & institut. de iure person. §. seruitus, & in l. naturalem, §. fin. ff. de acquir. rer. domin. Sed hodie de consuetudine, quæ potius dicenda est corruptela, omnes Reges vnus contra alium indicunt bellum ad inuicem pro libito voluntatis, inconsulto Romano Pontifice, & inconsulto Imperatore, & inter eos habetur pro bello proprio, & vero, contra ordinationem ecclesiæ, & contra maiestatem Impera-

peratoris. Sed ille, qui præparat exercitum sine iussu Imperatoris, incidit in l. Iuli. maiesta. l. lex xij. tabularum, ff. ad leg. Iul. maiesta. Sed Rex Hispaniarum potest indicere bellum publicum, & verum, ius sibi, & iustitiã ministrando; quia de iure non recognoscit superiorem, vt est gloss. aurea, & notabilis in c. Adrianus, ij. lxiij. distinct. vbi legitur: Reges Hispaniarum cùm non subessent Imperio, regnum ab hostium faucibus eruerunt. & Oldra. in consi. lxix. dicit: Hispani terram illam per arma ab infidelibus acquisiuerunt. Et dicunt docto. in c. per venerabilem, qui filij sint leg. quòd Rex Hispaniæ, Franciæ, & Angliæ de facto non recognoscunt superiorem, vid. Alber. in l. cunctos populos, de summa Trini. & fide cath. Sed pro Rege Hispaniæ, quòd de iure non recognoscat superiorem, glo. est aurea, & sing. vt dixi, in d. c. Adrianus, & est text. in l. xviij primæ partitæ, tit. v. † Et altius historiam recensendo, veritas sic se habet: Primi quidem Gothorum Reges Athanaricus, vel secundũ alios Alaricus, à quibus Catholicus Imperator noster indubitatam trahit originem, ex grata Honorij Imperatoris concessione Hispanias viriliter aggressi sunt, & Vandalos, Sueuosq;, qui eas tunc temporis tyrannicè, & contra Imperatoris voluntatem occupatas tenebant, forti animo debellando eos ab Hispanijs expulerunt, & in Africam fugere coegerunt. Et ex tunc postquam Hispanicam Monarchiam adepti sunt, vsque ad tempora nostra Reges Gothi regnauerunt, & in sempiterna sæcula regnabunt, eo quòd iustè, & non tyrannicè initium ex prædicta Honorij Imperatoris concessione habuerunt. Quamobrem in temporalibus superiorem non recognoscunt. Tunc verò construxerunt sacra templa, & ecclesias, vbi diuina officia celebrarentur, dotemque eis constituerunt, & ornamenta plurima ministrarũt: ex quo ius patronatus in eisdem ecclesijs præsertim cathedralibus acquisierunt, & specialiter sibi reseruauerunt, vt in c. nobis, & c. præterea, de iur. patro. & c. Eleutherius, xviij. q. ij. & c. Frigentius, xvj. q. vij. & c. piæ mentis, & c. filijs, & cap. monasterium, de quo vide Archi. in c. lectis, lxiij. d. fin. & Bal. in procœ. decretaliũ, in §. Rex pacificus. & Doctorem

Pala-

Palacios ruuios virum magnæ authoritatis in tractatu suo de beneficijs in curia vacantibus, §. viij. (vt dixi in tractatu de Concilio, c. xiiij.) Sed collige vnum notabile verbum, † quòd vbi deest superior, de iure vel de facto recurrendum est ad Papam ex potestate generali, quàm à Deo recepit; quia succedit, vt faciat iustitiam. ita Panor. in c. & si necesse, de dona. inter vir. & vxo. Sed aduerte, quòd Imperium est à Deo; & tripliciter probatur. primò permissiuè, secundo adprobatiuè, tertio formaliter, & effectiuè; vt dixi in libro meo de administratione Iustitiæ in regula de Imperio, & Imperatoris potestate. Et ecclesia approbat Imperatorem, vt in Clemen. venerabilem, de elect. & ibi docto. & vnicus est in orbe, qui præsit Regibus, vt in l. deprecatio, ad leg. Rho. de iactu. & est princeps principũ, vt per Cardi. & docto. in Clemen. vna, de iureiuran. & dicitur vicarius Christi in temporalibus, vt per Bald. in l. j. C. de iur. aur. annul. His præmissis considerandum etiam est, † vtrum hodie aliquod bellum possit dici licitum inter Christianos, quia militare videtur alienum ab Euangelica disciplina, & omnis militia vel ob iniuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam est instituta; iniuria autem vel à propria persona, vel à socio repellitur: quod vtrunq; Euangelica lege prohibetur, cùm scriptum sit Matth. v. Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. & iterum: Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo duo millia. Item cùm Apostolus dicat ad Romanos xij. Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Item cùm Petro gladio magistrum defendenti Christus dixerit Matth. xxvj. Conuerte gladium tuum in vaginam: an putas, quòd non possum rogare patrem meum, &c. Denique sicut de beato Andrea legitur, quòd cùm fieret concursus populorum, vt de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & ab iniuria mortis illum defenderent, ipse rogabat eos, ne suum martyrium impedirent; quid aliud monemur, quàm sicut proprias, ita & sociorum iniurias patienter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia perferenda animum præparare? Item cùm in Deut. dicatur: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit domi-

Dominus: in his omnibus quid aliud præcipitur, quàm vt vindictæ delinquentium diuino reseruentur examini? Cùm ergo (vt supra dictum est) militia videatur instituta ob iniuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam, & vtrumque Euangelica lege prohibeatur, apparet, quòd militare peccatum est: pœna etenim non infligitur nisi pro peccato. Sed à Domino indicitur pœna bellantibus, secundum illud Matth. xxvj. Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit; ergo omne bellum est illicitũ. Sed supradicta præcepta magis sunt ad præparationem cordis, quàm ad opus, quod in aperto sit: vt teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia; & ostenditur liquidò, dum Dominus Iesus per exemplum singulare patientiæ cùm percuteretur in faciem, respondit: Si malè loquutus sum, exprobra me de malo; si autem benè, quid me cædis? Nequaquam igitur præceptum suum, si verba intuemur, impleuit, neque enim præbuit alteram partem, sed potius prohibuit, ne faceret, & ne iniuriam augeret: tamen paratus aduenerat non solum percuti in faciem, verumetiam pro his, à quibus patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nec Paulus Apostolus præceptum Domini videtur implesse, vbi percussus etiam in facie dixit Principi sacerdotum: Percutiat te Deus paries dealbate: sedes me iudicare secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Et cùm à circumstantibus diceretur: Iniuriam facis Principi sacerdotum; irridens eos admonere voluit, quòd dixerit, vt qui saperent, etiam intelligerẽt, etiam destruendum esse in aduentum Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotij Iudæorum. ait quippe: Nesciui fratres, quia princeps est; scriptum est enim: Principi populi tui non maledices. Cùm proculdubio, qui in hoc populo creuerat, atque in lege fuerat eruditus, illũ principem sacerdotum nescire non posset. Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda: ipsa quoque beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda. Sed disciplina Christiana non omnia bella prohibuit, debent enim

seruare

seruare bellatores regulam Ioannis Baptistæ militibus dã-
tam: neminem scilicet concutiatis, neque calumniam fa-
ciatis: & contenti estote stipendijs vestris, vt Lucas in c.
iij. sui Euangelij testatur. † Ideo militare (vt dixi) non
7 est peccatum, nisi propter prædam militetur, & vt milites
prædam non faciant, stipendia sunt eis cõstituta. vltra quæ
si aliquid extorserint, tanquam calumniatores, & concus-
sores damnabuntur. Vnde Augustinus in sermone de pu-
ero Centurionis ait: In bellicis armis multi Deo placere
possunt: in his erat sanctus ille Centurio, qui Domino di-
xit: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum. In his
erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit
testimonium. & etiam habetur ista litera in c. noli existi-
mare xxiij. q. j. Et iusta bella gerebantur à filijs Israel con-
tra Amorrhæos: innoxius enim transitus negabatur, qui
iure humanæ societatis æquissimo patere debebat. & Iu-
dith iustè interfecit Holofernem pro liberando populo
suo. Et arma fuerunt instituta, vt vita hominum corriga-
tur, text. est iuncta glo. in c. non frustra, xxiij. q. v. Et po-
test aliquando homo occidere hominem sine peccato, vt
miles hostem. ita Augusti. de libero arbitrio, libro primo.
& ista verba sunt canonizata in c. si homicidium, xxiij. q.
v. vbi habetur: Cùm homo iustè occiditur, lex eum occi-
dit, non tu, similis tex. in c. de occidendis, ead. q. & caus. v-
bi legitur: De occidendis hominibus, ne ab eis quispiam
occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles,
aut publica functione teneatur. Et Christus insinuans ar-
ma ad regnum huius mundi pertinere, interrogatus à Pi-
lato an Rex esset, ait: Regnum meum non est de hoc mun-
do; si enim esset de hoc mundo, ministri mei vtiq; decer-
tarent, vt ego non traderer Iudæis. Et est considerandum,
quòd à principio bella in genere humano introducta fue-
runt à iure gentium, & ius gentium naturale dicitur, cùm
ipsum sit semper bonum, & æquum, sicut ius naturale, vt
instit. de rer. diui. §. singulorum. & ff. de iusti. & iur. l. pen.
& l. ex hoc iure gentium introducta sunt bella. & aliqui
dicunt, & benè, quòd illa lex intelligitur de bello licito,
non de illicito: quia cùm ex bellis oriantur incendia, &
omnia

omnia mala, vt ff. ad leg. Iul. de vi. publi. l. quoniam multa, in authen. de armis, in princ. colla. vj. ius gentium bonum, & æquum non introduxit iniustum bellum. & licet ex bello licito oriantur multa mala, non debent considerari mala, quæ in consequentiâ veniunt, sed considerandum est, quod principaliter agitur, scilicet bellum licitũ, iuxta notata in l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. per Cyn. & Iaco. But. in l. cũ proponas, C. de dolo. Ex quo sequitur, † quòd 8
interficiens aliquẽ in bello licito, non tenetur in foro conscientiæ, nec delinquit (vt iam dixi) cùm faciat lege permittente, text. est sing. in c. miles, xxiij. q. v. & vide de hoc etiam Inno. & Io. And. in c. petitio, de homi. † Sed aduer- 9
te ea, quæ superius diximus, quòd bellum tripliciter committitur, aut pro defensa, aut pro offensa, aut pro gloria. Primo potest dici bellum iustũ tam de iure gentiũ, quàm ciuili, quàm etiã de iure diuino, diuersis respectibus. Nam aut consideramus inclinationem, & illa est de iure naturali; quoniam ex principijs naturalibus habemus inclinationem ad exclusionem cuiuscunq; oppugnationis, vt patet in animalibus brutis, ff. si quad. pau. fec. dic. l. j. §. cùm arietes. vnde iura dicunt, quòd defensio est de iure naturali, vt ff. ad leg. Aquil. l. iiij. in princ. & l. scientiam, §. qui cùm aliter, cum glo. quæ dicit, defensam esse permissam à iure ciuili. patet etiam in c. ius naturale, j. dist. in. vbi repulsio violentiæ ponitur inter ea, quę sunt de iure naturali. itẽ patet in Clem. pastoralis, de re iud. Aut nos consideramus rectitudinem instinctus, quę prouenit ex ratione; & illa est de iure gentium, cùm ratio sit communis solis hominibus, & non brutis. Aut consideramus confirmationẽ, & approbationem defensionis, per respectũ ad animam; & ista est de iure diuino, vt patet in Clem. si furiosus, de homic. vbi de iure canonico permittitur talis defensio, nec incurritur aliqua irregularitas ex homicidio cõmisso, multo ergo minꝰ cõtrahitur peccatũ, cùm facilius cõtrahatur irregularitas. Si ergo permissa est de iure canonico, similiter de iure diuino, cũ ius canonicũ subalternetur diuino, & tẽdat ad eundẽ finẽ. Itaq; de iure diuino bellũ est permissũ, vt patet in d. Clem. si furiosus, de homi. Itẽ patet, quia de iure diuino licitum

citum est defendere proximum à morte, vt in c. ipsa pietas, xxiiij. q. iiij. & dilectio proximi includit dilectionem sui, quia sicut charitas est in diligendo proximum, ita in diligendo seipsum: defensio ergo suijpsius tendit in charitatem, igitur de iure diuino permissa, cuius præcepti finis est charitas, vt in c. charitas, de pœnit. distinct. ij. & Apostol. Plenitudo legis est dilectio. Et tertius etiam potest occidere aggressorem proximi, si aliàs iniuriam nõ potest propulsare, vt in c. quis potest, & c. Maximianus, xxiij. q. iij.

10 Circa secundum † de bello, quod fit ad offensam, illud nullo iure est licitum: quia non ius, sed nefas dicitur, l. vt vim, ff. de iust. & iure. Aliquando tamen permittitur à iure ex causa, vt in l. j. C. quando liceat vni. sine iu. se vendi. vbi ponuntur casus, in quibus non expedit, quòd aliquis iudicem adeat, sed propria authoritate potest ius sibi dicere, etiam occidendo, scilicet in nocturno depopulatore agrorum, & in latrone platearum, & in desertore militiæ: & in illis non est licita defensio, vt per Bal. & Paul. ibi, & vid. text. in l. furem nocturnum, ff. de sicarijs. & vid. Iaso. in instit. de actio. in princ. Et si aliquis minatur alicui, quòd ipsum interficiet, minatus potest præuenire, & illum impunè occidere per rationem, quæ ponitur in d. l. j. melius est enim occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare. quod intellige secundum Paul. ibi, si minans erat solitus minas suas executioni mandare: quia non debet expectare se percuti. & adde, quod notatur extra de homi. c. significasti, quia illata percussio non potest temperari. Et milites transferentes se ad hostes possunt à quolibet impune capi, & resistentes possunt impunè occidi, vt publici latrones, text. est in l. ij. eod. tit. † Circa tertium bellum, quod

11 fit pro gloria, & imperio, non animo defendendi, vel offendendi principaliter, sed animo subiugandi, tale bellum de iure naturali non est: quia talis instinctus non est apud animalia ratione carentia. Sed aliquando tale bellum potest esse licitum de iure diuino, vt si gereretur per fideles contra infideles, iuxta notata per Inno. in c. licet, de voto. sed tunc tale bellum potius tendit in charitatem, quàm ad gloriam, scilicet vt eos reducat ad fidem: quia

aut ipsi impugnant Christianos, & tunc non est dubium, vt in c. dispar, xxiij. q. viij. quia licitum est vim vi repellere, l. vt vim. ff. de iust. & iur. & ff. ad leg. Aquil. l. scientiam, §. qui cùm aliter, de senten. excommun. c. si verò, l. j. C. vnde vi. & etiamsi velint viuere in pace. Aliud dico, quòd bellum debet eis inferri, quia verisimile est, quòd quandocunque oportunitatem habebunt, oppugnabunt, & persequentur Christianos, & ecclesiam; nam hoc videtur in eis naturaliter inesse. vnde dicit Magister in scholastica historia in c. de fuga Agar, quòd illud, quod scribitur Gen. xvj. de patre eorum Ismael, à quo ipsi descendunt, notatur in c. & si Iudæos, de Iud. & Sarac. scilicet manus eius contra omnes, & manus eorum contra eum, in regione fratrum tentoria figet: verificatur in Saracenis, qui de genere suo descendunt. Nam ipsi pugnant contra omnes, & omnes pugnant contra eos; & ideo nunquam sunt in pace: ideo non est eis indulgendum, vt in c. noli, xxiij. q. j. & tanquam hostes fidei ipso iure sunt diffidati, vt per Alex. in l. hostes, de cap. Et licet non debeant infideles cogi ad fidem, quia omnes libero arbitrio relinquendi sunt, & sola Dei gratia in hac vocatione valeat, c. de Iudæis, xlv. distinct. † tamen 17
mandare potest Papa infidelibus, quòd admittant prædicatores Euangelij in terris suæ iurisdictionis. Nam cùm omnis creatura rationabilis facta sit ad Deum laudandũ, si ipsi prohibent prædicatores prædicare, peccant; ideoque puniendi sunt. ita Innoc. in c. quod super, de voto. & vide Panorm. in c. sicut Iudæi, de Iud. Et dixi, quòd hostes fidei ipso iure sunt diffidati: Ratio est, quia in prouincijs suis per idololatriam blasphematur Deus; & scriptum est Deutero. c. xij. Subuertite omnia loca, in quibus coluerũt gentes Deos suos, dissipate aras eorum, & confringite statuas, & disperdite idola, & nomina eorum de locis illis. Et aduerte, † quia hodie non est iurisdictio, nec dominiũ, 18
nec honor, nec potestas penes infideles: nam per aduentum Christi translata sunt in Christianos: transfertur enim regnum de gente in gentem propter iniustitias suas, vt in c. si de rebus, xxiij. q. vij. de quo vide Oldra. in consi. lxxij. & in d. c. si de rebus, legitur: Auferetur à vobis regnum,

gnum; & dabitur genti facienti iustitiam; & labores inie
storum pij edent. & Cardin. sancti Sixti in sua Summa d
peccatis tractando breuiter de bello dicit: Bellum inu
stum ex propria ratione constat esse peccatum mortal
14 † Et hodie inter Christianos ad iustum bellum proprium
& verum indicendum tria requiruntur, scilicet, prim
iusta causa bellandi, secunda authoritas indicendi belle
tertio recta intentio, vt in c. iustum est bellum. & c. dom
nus noster, xxiij. q. ij. & in c. quod culpatur, xxiij. q. j.
legitur in c. quod, ead. causa & quæst. Apud veros Dei
tores ipsa bella pacata sunt, quæ non cupiditate, aut cru
litate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, &
ni subleuentur. Ideo bellum tripliciter contingit inue
iniustum, vel defectu iustitiæ in causa, vel ex defectu a
thoritatis in capite, vel ex defectu rectitudinis in intent
ne: quandocunque siquidem eorum defectu accide
bellum redditur iniquum. Et sanctus Thomas in secu
da secundæ, in q. xl. scribendo de bello dicit: Conuoca
multitudinem, quòd in bellis oportet fieri, non pertin
ad priuatam personam: cùm autem cura reipublicæ co
missa sit principibus, ad eos pertinet rempublicam ciui
tatis, vel regni, & prouinciæ sibi subditæ tueri, & sicut l
cite defendunt eam materiali gladio contra interiores q
dem perturbatores, dum malefactores puniuntur, secu
dum illud Apostoli ad Romanos, c. xij. non sine causa g
dium portat, minister enim Dei est, vindex in ira ei, qui m
le agit; ita etiam gladio bellico ad eos pertinet Rempub
cam tueri ab exterioribus hostibus. vnde principibus d
citur: Eripite pauperem, & egenum de manu peccato
liberate. & Augustin. contra Faustum dicit: Ordo na
ralis mortalium paci accommodatus poscit, vt suscipien
belli authoritas, atque consilium penes principes sit. &
d. c. iustum est bellum, legitur: Iustum est bellum, qu
ex edicto geritur de rebus scilicet proprijs repetendis, u
propulsandorum hominum causa: iure autem discep
re est iuste iudicare, & bellum pro iniuria propulsanda
citur, quando quis actualiter non offenditur, sed ver
militer offendi dubitat: nam non debet expectare offe
sa

sum, sed se præparare, & offendere, ne offendatur, iuxta ea, quæ notantur in l.j.C. vnde vi, per glo. & docto. Pau. in l. ex hoc iure. & in d. l. j. quando liceat vni. sine iud. se vindi. Et princeps potest pugnare extra regnum eligendo pro meliori remedio (vt infra dicetur) cùm authoritas suscipiendi bellum est in principe. Secundo, requiritur causa iusta, vt scilicet ille, qui oppugnatur, propter aliquā culpam impugnationem mereatur. vnde Augustinus in libro quæstionum ait: Iusta autem bella solent diffiniri, quæ vlciscuntur iniurias: sic gens & ciuitas plectenda est, quæ vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere, quod per iniuriam ablatum est. Sed hoc genus belli sine dubio iustum est, quod Deus imperat, qui nouit quod quisque facere debet. In quo bello ductor exercitus, vel Imperator, vel Rex nō tam author belli, quàm minister iustitiæ iudicandus est. Ista verba Augustini sunt canonizata in c. dominus noster, xxiij. quæst. ij. & ibi dicitur in c. iustum est bellum: Iustè debellare est iustè iudicare; † & ideo deficiente iustitia, potest ciuitas, vel dominus terræ, qui circa iustitiam est negligens, ab aduersario deprædari, & etiam possunt deprædari omnes subditi domini, vel ciuitatis. ita Barto. in tractatu repræsalium, q. j. num. 7. & Hostien. & Ioan. Andr. in c. j. de treg. & pa. præmisso tamen spirituali gladio, si potest haberi, vt in c. j. de iniur. lib. vj. & per Barto. in d. tractatu repræsalium. Et in tali bello iusto vasallus debet iuuare dominum, vt per Andre de Iser, & docto. in tit. in quibus causis feu. amitta. in vsi. feudo. & etiam tenetur iuuare dominum extra regnū, si habeat iustum bellum, pro defensione regni, vt colligitur ex c. dominus, xxiij. q. ij. quia si dominus gentem, vel ciuitatem, quæ emendare neglexit iniustè facta, petit per bellum, & sic eundo contra illam gentem, & ciuitatem necessariò debet egredi regnum suum; multo fortius, si inimicus Regis veniret ad offensionem iniustè, & Rex pro sua iusta defensione vellet pugnare extra regnum suum, eligendo pro meliori remedio non expectare eum in regno suo, cùm authoritas suscipiendi bellum sit in principe, vt in c. quod culpatur, xxiij. q. j. Erit ergo authoritas

principis in loco, quia si de toto, de parte, seu circunstan-
tijs belli, argum. ff. de pact. l. iurisgentium, §. qui iubet iu-
dicare. & credi oportet experto in arte bellandi, argum.
ff. de ventre inspici. l. j. in princ. & parendum est ei in his,
quæ ad bellum pertinent, ff. de re mili. l. iij. §. in bello; quia
Scipio Africanus (vt expertus) noluit pugnare in Italia,
sed traiecit bellum in Africam; sic Agathocles Rex Car-
thaginem; sic Metellus in Hispaniam recedens de obsidi-
one Trebiæ alias regiones petendo. Et inter astutias, &
16 stratagemata præliorum vna principalis est † non bellare
in domo propria, sed potius inuadere hostem in domo
sua, vt animos hostium contundat prius: quia in primis
finibus arcendus est hostis, dicit Seneca in libro primo de
ira, ij. charta. Et principum exempla sequenda sunt, vt ff.
ad Trebel. l. apud Iulianum, §. Antistia. Et potest prin-
ceps desistere à bello contradicentibus subditis, quia a-
pud eum sicut mouendi bellum, ita & desistendi à bello re-
sidet authoritas. Causa verò iusta, authoritas, aut intentio
recta si defuerit in bello, non bellum, sed inuasio de facto,
cædes, rapinaq; est per ea, quæ superius dixi. Et licet præ-
sentia Dei sit vbique, tantum in iusto bello solet adesse cer-
tantibus pro iustitia per specialem cõseruationem, & pro-
tectionem ipsorum. ita Nicolaus de Lira in c. xx. Deuter.
17 † Sed in Imperatore semper præsumitur legitima causa,
iuxta notata per Legistas in l. præscriptione, & in l. fin. C.
si contra ius, vel vtil. pub. & per canones in c. quæ in eccle-
siarum, de constit. Et quando bellum sit indictum ex edi-
cto Imperatoris, est propriè bellum; quia in Imperatorem
est translata omnis iurisdictio populi Romani, vt in l. ho-
stes, ff. de capt. & in l. hostes, de verbo. signif. Et si quis di-
ceret, Imperatorem non esse dominum, & monarcham
totius orbis, forte esset hæreticus. ita Bart. in l. hostes, de
capt. Sed ad occisionem, seu membri debilitationem cle-
ricus procedere non debet pro defensione rerum; & hoc
sentit Inno. in c. si verò, j. de senten. excommu. & text. in c.
qui potest, xxiij. q. iij. non ligat clericos; quia, vt dicitur in
præsenti cap. clericale officium reddit clericos inhabiles
ad pugnandũ. Sed benè potest clericus obuiare sine occa-
sione

sione, sed faciat omne illud, quod in se est, sine occisione, & membri mutilatione, & sine exercitatione armorum: quia in persona Petri, vt diximus, prohibitum fuit clericis.

† Et si clericus celebrans inuaditur, iustè dimittat celebra- 18
tionem; & si defendendo se occidit aggressorem, potest incontinenti redire ad altare, ac officium perficere. ita Panorm. in c. clerici, de vita & honest. cler. Et clericus iudicium exercens ab officio, & beneficio deponitur, vt in c. clericus, & c. sententiam, ne cler. vel mona. Ideo aduertant Pontifices, quia Moyses ad bella non vadit, vt dicit diuus Hieronymus in Leuitico, trãssumptiuè in c. si quis, xxxvj. dist. vbi litera dicit: Si quis vult Pontifex esse, non tam vocabulo, quàm merito imitetur Moysen, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de ijs? quòd non descendunt de tabernaculo Domini. Quid autem ei opus erat? vt aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret: hæc duo sunt Pontificis opera, vt à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando: aut populum doceat, sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerat, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ spiritus sanctus docet. Est & aliud opus, quod fecit Moyses. Ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos, sed quid facit? orat, & donec orat, vincit populus eius: si relaxauerit, & dimiserit manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesiæ indesinenter, vt vincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones. Itaque Moyses in bello pro veritate fidei, licet esset præses, nó vadit ad bellum, nec pugnauit. Sed qui bellis interfuerunt, possunt fieri clerici, si interfuerunt in bello licito, nec interfecerunt, aut mutilauerunt, aut præstiterunt causam mortis; & in tali casu dispensatione non indigent. Si verò aliquis interfit bello illicito, & ibi homines sunt occisi, etiamsi non per illum, imputabitur illi propter culpã præcedentem, & ita non poterit promoueri, vt in c. vlt. xv. q. j. & c. præsentium, de cler. pugn. & c. continebatur, de homi. Sed credo cum talibus Episcopos posse dispensare, dummodo nec mors, nec mutilatio fuerit subsequuta, scilicet per illos promouendos, argum. c. j. ij. de cler. pug. in

duel. vide de ista materia in c. xvj. Item bellica exercitia impediuntur clericis propter specialem rationem: nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub sacramento repræsentatur passio Christi, secundum illud j. ad Corinth. c. xij. Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Et ideo non competit occidere, vel effundere sanguinem, sed magis esse paratos ad propriam sanguinis effusionem pro Christo, imitentur opere, quod gerunt ministerio. Et propter hoc fuit institutum, vt effundentes sanguinem, & etiam sine peccato, sint irregulares. Vnde clericis non licet omnino bella gerere, quæ ordinantur ad sanguinis effusionem. in c. nimirum, & c. reprehensibile, xxiij. q. viij. & c. mirum cum duobus sequenti. & c. de his clericis, & quasi per totum l. distinct. Et aduerte, quia tex. in c. clericum, l. distinct. dicit, quòd clericus, qui paganum occidit, ad maiorem gradum peruenire non potest: sed si clericus non potest modo aliter vitare, potest impunè occidere suum aggressorem, vt dixi. Et aduerte, quia ista necessitas debet esse inevitabilis: nam potius aggressor videtur seipsum occidere, quàm ab aggresso occidi, vt probatur in Clemen. si furiosus, de homic. & ideo nullum peccatum incurrit. Et
89 trum Episcopi, siue sacerdotes licitè possint interesse bello, vide Cardinalem sancti Sixti in c. si quis vult, xxiij. distinct. † Et Papa etiam excommunicationi supponit excommunicati sunt principes, & alij, qui cum Saracenis tempore guerræ aliquod habent commercium, vel eis præstant subsidium, vel consilium: & non solum sunt excommunicati, verumetiam iram Dei viuentis incurrunt, vt c. quod olim, de Iudæis. Et cùm proceditur ad correctionem peccati, non est facienda distinctio inter magnum & paruum: in modo tamen coercendi, & puniendi, & in penis pœnarum bene fit differentia, vt in l. seruorum ff. de pœnis. opti. text. in c. qui contra, xxiij. quæst. j. habetur: Qui contra ecclesiæ pacem sunt, si dignitatem aut cingulum militiæ habent, nudentur eis. facit tex. in homo Christianus, xl. distinct. vbi dicitur, quòd qui

delinquentis aggrauat delictum. & scriptum est in lege diuina: Ita magnum iudicabis, vt paruum. Ideo legitur in c. nouit, de iudicijs, quòd Papa potest procedere contra Reges ratione peccati, maximè ratione periurij, vel pacis fractæ, vt in illo text. proceditur contra Regem Francorum; & debet compellere Reges ad concordiam, & ad pacem reformandam, seu ad treguas ineundas, vt in c. placuit, x. distinct. vbi legitur: Qui inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione repellantur. Et inter reges maximè circa pacem, & iuramentum specialius cognoscit ecclesia, quia pax est vinculum charitatis; & ideo vt pax habeatur, debet geri bellum, præcipuè ex negligentia Papæ: quia quando principes discordant, debent compellere eos (vt dixi) ad pacem, seu ad treguas ineundas. & de hoc habetur latissimè per docto. in d. c. nouit. † Et si Dux, vel Marchio facit bellum contra ecclesiam, captus non potest testari, quia dicitur captus ab hostibus populi Romani. ita Barto. in l. qui à latronibus, ff. de testamen. & etiam contra infideles Papa potest mouere bellum, & condere indulgentias pro recuperatione terræ sanctæ, Innoc. in c. quòd super, de voto. & in c. omni timore, xxiij. quæst. viij. dicitur: Cœleste regnum à Deo consequitur, qui pro defensione Christianorum moritur. Idem legitur in c. omnium, xxiij. quæst. v. vide etiam text. cap. fin. de pœn. distinct. v. Tertio requiritur in bello, vt sit intentio recta, vel vt bonum promoueatur, vel vt malum vitetur. vnde Augustinus in libro de verbis Domini ait: Apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceãtur, & boni subleuentur. Et ad rectitudinem intentionis dicit text. in cap. quid culpatur, xxiij. quæst. j. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus, atq; implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si quæ similia, hæc sunt, quæ in bellis culpantur. Ideo Ioannes (vt dixi) non iubet discedere ab armis, & Christus tributa Cesari monet reddi: quia propter bella necessariò militi stipendiũ præbetur. Potest autẽ contingere, vt sit legitima causa, & iusta, & authori-

thoritas indicentis bellum, nihilominus propter prauam intentionem bellum reddatur illicitum. Ideo dicit Augustinus ad Bonifac. Bellum autem debet esse necessitatis, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Non quæritur pax, vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Bellum non contrariatur paci, quia illi, qui iusta bella gerunt, pacem intendunt. Esto ergo bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas; Beati enim pacifici, dicit Dominus, quoniã filij Dei vocabuntur. Itaque hostem pugnantem necessitas premat, non voluntas; sicut bellanti, & resistenti violentia redditur. Habetur tota ista litera Augustini in c. noli existimare, xxiij. q. j. & c. militare. ideo enim bellamus, vt sine iniuria in pace viuamus. & de hoc vide tex. in c. ad Apostolicæ, de re iudi. lib. vj. & c. debitores, de pignori. Et aduerte, quòd si quis vult mouere bellum contra habentem superiorem, non potest, nisi primo requisito superiore, vt de tali subdito ministret iustitiam: qua denegata sibi licitè potest mouere bellum. ita Inno. in c. dilectus, de appel. & vide de hoc docto. in c. olim, de resti. spol. Et aduerte, quòd si ille, contra quem volunt mouere bellum, non recognoscit superiorem; si est paratus stare iuri, vel iudicio arbitrorum, vel bonorum virorum, non debent contra talem mouere bellum, quia bellum (vt dixi) debet esse necessitatis; & illa bella pacata sunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur; vt mali coerceantur, & boni subleuentur, vt dixi. † Sed aduerte, quòd pro defensione sua & rerum suarum omnibus est licitum mouere bellum, nec dicitur propriè bellum, sed defensio, ita Inno. in c. olim, de resti. spol. in ij. colum. & cùm hoc a iure sit concessum, non est authoritas principis necessaria, & quando quis est eiectus, antequam ad aliena negotia diuertat, licitum est sibi impugnare, ff. de verbor. obliga. l. continuus, C. vnde vi, l. j. l. prohibitum, de iur. fisci, libro x. cum simi. Causa verò iusta, aut intentio recta, aut authoritas si defuerint in bello, non bellum, sed inuasio de facto, cædes, rapinaque est. Itaque militantibus in bello iusto præmium concessum est, sed si certum est esse iustum,

quia

quia (vt dixi) in bellicis armis multi Deo placere possunt. Sed militare in bello iniusto, ex propria ratione constat esse peccatum, si certum est esse iniustum; si verò certum non est, subditi principis exercentis bellum excusantur, dicente Augustino in c. quid culpatur, xxiij. q. j. Vir iustus, si forte etiam sub Rege, & homine sacrilego militet, rectè potest illo iubente bellare, si quod sibi iubetur, non esse contra Dei præceptum certum est; vel vtrum sit, certum non est. Excusatur ergo subditus in bello, de quo nescit, an sit iustum, ratione obedientiæ. Et vniuersalis ratio, quare obedientia in dubijs excusat, est; quia non est subditorum discutere consilia, diffinitioneśque dominorum: sed præsumenda sunt iusta, nisi manifestã contineant iniquitatem, ita text. in d. c. quid culpatur, & in c. quid ergo, xj. q. iij. Ita quando Rex pro libito voluntatis inuadit prouincias, vel regnum alterius, & non fauore Reipublicæ, neque subditi, neque vasalli tenentur eum sequi ad bellandum (vt dixi) & est text. in c. de forma fidelitatis, xxij. quæst. v. tenet Panor. in c. sicut, iij. de iureiuran. ad finem: † quia plus Deum, quàm hominem timere debemus, vt in c. non enim. & c. si dominus, & c. qui resistit, & c. Imperatores, & c. Iulianus, xj. q. iij. vbi legitur, quòd Imperator Iulianus apostata habebat sub se Christianos milites, quibus cùm dicebat, producite arma cum defensione Reipublicæ, obediebant ei, cùm autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc recognoscebant Imperatorem cœli, & vide text. in c. j. in tit. hic finitur lex, in vsi. feudo. vbi dicitur, quòd vasallus debet iuuare dominum in bello iusto, quod infert dominus, vel alius ei infert iniustè. idem si sit certum, & dubium. Et si certum est, bellum esse iniustum, non debet iuuare dominum; nam bella iniusta sunt quædam latrocinia, vt per text. & docto. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. † & præstare auxilium sce- 23
leratis prohibitum est, vt in l. per omnes, C. de defenso. ciuita. Nec excusatur propter timorem amittendi feudum, vel incurrendi damnum aliud temporale, per ea, quæ superius dixi, & per tex. in c. ita ne. xxxiij. q. v. vbi habetur: Potius quelibet mala tolerare decernat, quàm malo cõsen-

tire. Sed vasallus, qui non habet feudum, tenetur etiam adiuuare dominum in bello iusto, quando dominus prouocatur ad bellum. de quo vide Innocen. in c. sicut, iij. de iureiur. & vide Lucam de Penna in tit. ne rusticani ad vllum obsequium deuocentur, lib. xj. & ibi etiam dicit, quòd quando Rex habet iustum bellum, potest conuocare vniuersum populum ad iuuandum eum: & ego allego text. sing. in l. nullus, iij. & ibi Bar. ff. de angar. & perágar. & cursu pub. lib. xij. † Sed vasalli feudatarij specialiter tenentur
24 iuuare, & defendere dominum in prælio campestri iusto, & pro domino pugnare, aliàs feudo priuantur. Idem erit, si dimiserint dominum morantem in ipso prælio vulneratum non ad mortem, & recesserint ab ipso prælio, text. est in c. j. qui. mo. feu. amit. quia vasallus non debet dimittere dominum in prælio, etiamsi illa dimissio non fuerit nocua. Et etiam vasalli tenentur iuuare dominum, quando guerra est extra regnum: quia vbi est Rex, ibi est territorium, secundum Andr. & Bald. & Matth. de Afflict. in d. c. j. vbi etiam dicunt, quòd Rex potest accedere extra territorium pro vindicanda iniuria commissa in suum subditum. Et bellum iustum dicitur, si princeps vult facere guerram pro defensione regni sui extra territorium. ita Matth. de Afflict. in tit. quæ sit pri. cau. benè amitt. in vs. feud. Sed necille, qui incœperit iuuare dominum in bello iusto, etiamsi non sit vasallus, non potest eum relinquere sine eius consensu. ita Matthæ. de Afflict. in d. c. j. Et est tex. in l. nihil naturale, ff. de reg. iur. & not. in l. hæredes palam, §. si quid, ff. de testamen. & superius in isto c. dixi latissimè, quòd vasallus tenetur iuuare dominum in bello iusto extra regnum, ibi videte. Et circa vasallos vide infrà in c. vj. vbi dicitur, quòd qui iustum bellum mouet, non solum ab hoste, sed etiam à subditis eum iniuste iuuantibus potest spolia capere & personas, & subditi non excusantur. Non excludo à subditis milites illos mercenarios, qui sub continuis stipendijs alicuius degunt tam pacis, quàm belli tempore: hi siquidem tanquam subditi habendi sunt. Faciamus ergo differentiam inter extraneos, qui tempore dubij belli inueniuntur prius stipendiati ad bellica

lica exercitia, & illos, qui tunc conducuntur: nam primi reputantur tanquam conducti ad iusti belli ministerium, & ordo seruiendi, quo subesse regi noscuntur, faciat, vt nó sit eorum discutere de iustitia belli: secundi autem similes sunt illis, qui sub dubio iudice conduci vellent, quos constat nó tutè exponere se periculo iniustitiæ exercendę. Qui autem siue subditi, siue non subditi audito belli nomine domino specialiter non iubente, nó curantes de belli iustitia ad pecuniæ sonitum currunt extra conscientiæ scrupulos, sunt in statu damnationis æternæ, donec resipiscant, sicut qui currunt ad clades, & prædas non soliciti de iusto, vel iniusto bello, ita Card. sancti Sixti in sua Summa de peccatis scribendo de bello. Sed intellige semper, quòd boni vasalli, & subditi etiam non vocati multoties audito belli nomine currunt ad bellum, qui non tenentur discutere, vt iam diximus, consilia dominorũ, & Regum: & de voluntate talium nos nó possumus iudicare, ideo iudicet ille, qui nihil ignorat: quia bella dominorum præsumenda sunt iusta, nisi manifestam contineát iniquitatem, & nó est subditorum discutere, vt diximus, secreta, & consilia dominorũ. † Et multæ sunt aliæ causæ, propter quas princeps potest iustum bellum indicere. 25

Prima est contra prouinciam, in qua per idololatriam blasphematur Deus, vt in c. xij. Deut. vbi legitur: Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes deos suos, dissipate aras earum, & confringite statuas, & disperdite idola, & nomina eorum de locis illis.

Secunda, si à Dei cultu recedatur, vt Deutero. c. xiij. vbi legitur: Si surrexerit in medio tui propheta, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur deos alienos; propheta ille interficietur, quia loquutus est, vt vos auerteret à Domino Deo vestro.

Tertia, si fidelitas temporalis domini deseratur, vt Regum iij. c. xiiij. vbi tres Reges fuerant congregati contra Regem Moab: quia noluit soluere Regi Israel centũ millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis, quæ solitus erat soluere Regi Israel, & prævaricatus est fœdus, quod habebat cum dicto Rege, recedendo ab eo,

eo, cuius occasione Rex Israel recensuit vniuersum Israel, misitque ad Iosaphat Regem Iuda, dicens: Rex Moab recessit à me, veni mecum contra eum in prælium, & cæt.

Quarta, si rebellio moueatur contra dominum, vt ij. Regum c. xx. vbi legitur, quòd Seba leuabat manum suam contra Regem Dauid, & Ioab oppugnabat eum in Abella, & obsessa est vrbs. Omnis autem turba, quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros; sed mulier sapiens exclamauit, & dixit: Ecce caput Sebæ, & proiecerunt ad Ioab. Et ille cecinit tuba, & recesserunt ab vrbe vnusquisque in tabernacula sua. Ioab autem reuersus est Hierusalem ad Regem. fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israel.

Quinta, si malefactor defendatur, vt in libro Iudicum, c. xx. vbi legitur de pugna totius Israel contra tribum Beniamin, quia noluerunt tradere homines de Gabaa post flagitium perpetratum cõtra vxorem viri Leuitæ, sed ex cunctis vrbibus, quæ sortis suæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium contra vniuersum populum Israel: sed post pugnam non superfuerunt de tribu Beniamin nisi sexcenti viri; quia viginti quinque millia mortui sunt, vt in d. c. legitur.

Sexta, si iniuria fit principi, vel eius legato irrogetur, vt in ij. libro Regum, cap. x. vbi legitur de nuncijs Dauid, quibus Rex Hanon fecit radi dimidiam barbam: quod cùm audisset Dauid, misit Ioab, & omnem exercitum bellatorem contra Regem Hanon, & ibi legitur de pugna, & victoria contra Ioab contra Hanon, & Syros. Sed si orator iniustam legationem exercet, benè potest offendi: itaque si aliquis Rex ex Christianis mittat oratores principi tempore guerræ in detrimentum religionis, non est eis indulgendum, neque principi suo, quia non debent obedire domino in rebus illicitis, neque excusantur propter timorem amittendi bona, vel incurrendi damnum aliud temporale, per text. in cap. ita ne,
26 xxiij. quæst. v. † vbi habetur: Potius quælibet mala tolerare decernat, quàm malo consentire, quia plus Deum, quam hominem timere debemus, c. de forma, xxij. quæst.

quæst. v. facit text. in c. Iulianus, & c. non enim, & c. si dominus, cum sim. xj. q. iij.

Septimò, potest princeps iustum bellum indicere, vt liberetur à solutione iniusti tributi, vt in c. viij. Regum ij. vbi legitur de victorijs Dauid, qui tulit frænum tributi de manu Philistijm, & humiliauit eos.

Octauo, potest princeps iustum bellum indicere, vt amicus ab hostibus eripiatur, vt Genes. xiiij. vbi legitur de pugna, & victoria Abrahæ liberantis Loth extra territorium suum. Et ideo dicit And. de Iser. in tit. hic finitur lex Federici, cap. domino guerram, quod pro recuperanda re subditi iniuriati, & pro recuperanda persona subditi, si captus est, potest dominus indicere bellum, & debet constare per notorium facti permanentis, quod habetur pro vera probatione, vt in c. euidentia, de accusa. & in c. manifesta, ij. q. j. Et quòd princeps possit indicere bellum pro recuperanda libertate subditi, text. singu. & vnicus in iure in Authen. vt liberti de cætero, §. hæc similiter, colum. vj.

Nono, princeps potest indicere bellum pro recuperandis finibus regni occupatis, vel turbatis: nam fines non possunt præscribi, & ante aduentum Christi prouinciæ erant limitatæ, vt in c. j. xcviij. dist. Sed bella non erant iusta pro recuperandis finibus, si mouens bellum per trecentos annos nihil super recuperatione tentauit. ad hoc allego tex. peregrinum, in lib. Iudic. c. xj. vbi legitur pugna filiorum Ammon contra filios Israel.

Decimo, iustum bellum inuenitur motum in sacra scriptura contra illum, per quem hostis roboratur, ij. Reg. c. viij. vbi legitur de bello Dauid contra Syriam Damasci, eo quòd ferebat auxilium Adar-ezer Regi Soba, vt per commentatorem in libro Numeri c. xxxj. † Sed aduerte, quòd bellum est ipsa pugna, & est totum tempus, quo in militia sumus, quam illiterati guerram vocant; prælium verò ipsum tantummodo armorum certamen. hæc Valla. Et bellum sine hoste bellum ciuile vocauit Lucanus.

DE

## DE BELLO MVLTA HIC TRA-dantur. Cap. XLII.

### SVMMARIVM.

1 *Princeps de damnis subditorum inconsultis ipsis pacem componere potest.*

2 *Ciuitas pro pace habenda bona ciuium suorum concedere potest.*

3 *Ius postliminij inter Christianos an locum habeat.*

4 *Redimens aliquem ab hostibus an imponere possit maiorem taliam, quam ipse soluerit.*

DIxi suprà, quòd princeps potest indicere bellum, si iniuria irrogetur eius legato, quia honorantes legatum principem honorant, & è cõuerso. tex. ia c. nobilissimus, xcvij. dist.† Et princeps potest componere pacẽ de damnis subditorum eis inconsultis, quando aliter pax haberi non potest; & ita intellige, ff de pactis. l. conuentionum, quãdo pax respicit publicum bonũ: quia ex publica causa potest res priuatorum capere, l. item si verberatum, §. j. ff. de rei vendi. & ibi vide Ange. & docto. vbi fundus tertij datur ad vsum militibus, & vide Bart. in procœmio. ffo-rum. & vide texte. in l. Lucius, ff. de euictio. glo. & docto. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. & docto. in d. l. conuentionum, & Canonist. in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. Et licet princeps non sit dominus bonorum subditorum, tamen est dominus, quo ad eorum conseruationem, vide Cardina. in Clemen. vnica, de iureiur. & vide text. & docto. in l. benè à Zenone, C. de quad. præscrip. & vide de hoc Domi. in c. authoritatem, de priuileg. in vj. Bal. in l. quicunque, de seruis fugi. & vide Feli. in c. ex parte, de accusa. & in c. quæ in ecclesiarum, de constit. vbi ipse
2 noua, & vetera recompilauit. Et † ciuitas pro pace habenda potest concedere bona ciuium suorum. Bal. Ange. in d. l. benè à Zenone, C. de quadr. præscrip. & vide Innoc. in c. in nostra, de iureiur. & vide Alexan. post gl. ibi in l. j. ff. de pactis, & vide docto. in c. j. de homi. lib. vj. & vide Alexan. in j.

in j. constitutione fforum, §. omnem. Et nota, quòd exercitus non dicitur nisi habens ad minus vnam legionem, l. ij. §. quod ait, ff. de his, qui notantur infamia, & ibi Barto. quod nota ad multa.

Inferentes iniustam guerram tenentur ad restitutionem omnium damnorum illatorum, c. de nostra, de iniurijs, & Inno. in c. fin. quod metus causa, & Bal. in l. ij. C. de sen. quæ sine cer. qua. Si Princeps mandauit capitaneo armorum, vt vadat ad bellum, & capitaneus, vel miles amiserit equos, vel arma, tenetur princeps, vel ciuitas emendare: quia mandatarius habet regressum ad damna, & expensas, vt not. in l. etiam, C. mand. secus si miles, vel capitaneus esset conductus pretio, vt hodie faciũt principes: nam tunc non tenetur princeps, Inno. in c. sicut, il iij. de iureiuran. quod est menti tenendum, & vide ibi docto. Acquisita licitè in bello quis potest retinere; secus si illicitè, Innoc. in in c. plerique, de immunitate eccles. & in c. sicut dignum, de homi. si enim ab armis subtraxeris iustitiam, arma erũt causa delictorum, & omnium malorum in authen. vt omnes obed. iudi. & propterea maiestatem principis non solum armis, sed etiam legibus oportet esse armatam, vt in procœmio instit. † Ius postlimin. inter Christianos non habet locum in bello respectu personarum, quia non efficiuntur capientium, de consuetudine, secundum Bart. in l. hostes, ff. de capt. & postlimin. reuer. & vide Ange. in in disputatione, quæ incipit, renouata guerra, vide Bal. in l. iiij. C. de inge. & ma. Prælatus non debet personaliter pugnare, etiam pro vtilitate suæ ecclesiæ, sed alios potest hortari. Ioan. Andr. in c. fin. de dila. Ciuitates captæ ab hostibus non efficiuntur seruæ hostium, sed subditæ quoad iurisdict. & ciues illius ciuitatis retinent bona, & possunt testari. Iaco. de Belui. in authen. de hær. fal. Bart. in l. diuus, ff. de iustitia, & Bald. in rub. de tregua & pace. Si mandata in bello non seruauerunt, etiam si res benè gesta fuerit, capite puniuntur, l. desertorem, §. in bello, ff. de re mil. & c. miles, xxiij. q. v. † Redimens aliquem ab hostibus non potest imponere maiorem taliam, quàm ipse soluerit. Bald. in l. j. C. de epis. audien. Finito tempore treguæ non dicitur

noua

noua guerra, sed continuari prima, Ang. in l. si vnus, §. j. de pactis. Princeps, qui concessit castrum in feudum, potest ponere custodes in dicto castro timore guerræ, domino castri inuito, l. si vt legatum, §. dominus, ff. de vsu, & habita. vide Ang. in authen. nunc si hæres, C. de litigiosis. Propter delictum populi, vel principis negligentis facere iustitiam potest indici bellum contra totam ciuitatem, & subditos dicti principis, vbi aliud haberi non potest. Bald. in tractatu repræsalium, primo folio. Agentes bellum sine diffidatione dicuntur proditorie agere, secundum Bald. in c. j. quib. mod. feu. amit. Vadens ad bellum proprio motu, non conductus, vel vocatus à principe animo obligandi illum, cuius negotia gessit, agit actione negotiorum gestorum ad equos, & arma deperditos in bello, l. sed vltro, & l. fin. ff. de neg. gest. & vide not. in c. sicut. il iij. de iureiuran. Morientes in bello iusto pro defensione ecclesiæ & fidei, consequuntur cœleste regnum, c. si in morte, xxiij. q. viij. & c. omnium, xxiij. q. v. vbi duo text. boni, & nota pro euntibus ad bellum contra infideles. Si in bello iusto comburantur, vel destruantur segetes, vel vineæ, non tenetur comburens ecclesiæ ad decimam, Ioan. Andr. in c. commissum, de decimis; quod est singulare propter conscientiam. Miles, etiam vulneratus, non debet discedere à signis sine licentia, per text. & ibi Ange. in l. j. C. quibus obs. long. temp. præscrip. Capitaneus faciens saluum conductum ad eundum, dicitur & concedere ad redeundum, secundum Bar. in l. vtimur, ff. de sepul. vio.

## VTRVM LICEAT BELLANTIBVS vti insidijs. Cap. XLIII.

### SVMMARIVM.

1 *Vtrum liceat bellantibus vti insidijs.*
2 *In bello licito an liceat in diebus festiuis bellare. & num. 3.*
4 *Necessitate vrgente etiam in diebus quadragesimalibus licet bellum inire.*

ET † vtrum liceat bellantibus vti insidijs, di- 1
co, quòd cùm bellum iustum susc ipitur, nihil ad iustitiam interest, vtrum apertè pugnet aliquis, an ex insidijs; & hoc probatur authoritate Domini, qui mandauit Iosue, vt insidias poneret habitatoribus ciuitatis Hay, vt habetur Iosue c. viij. Dupliciter autem aliquis potest falli, ex facto, vel ex dicto alterius: vno modo ex eo, quod ei dicitur falsum, vel non seruatur promissum; & istud semper est illicitum, & hoc modo nullus debet hostes fallere: quia fides etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur, c. noli, xxiij. q. j. & Barto. in l. j. ff. ad leg. Iul. maiesta. vbi loquitur etiam latè de securitate data. Etenim sunt quædam iura bellorum, & fœdera etiam inter ipsos hostes seruanda, vide Ambro. in libro de offic. Alio modo aliquis potest falli ex dicto, vel facto nostro, quia ei propositum, aut intellectum non aperimus. Hoc autem semper facere non tenemur: quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda, maximè infidelibus, ne irrideant, secundum illud Matth. vij. Nolite sanctum dare canibus. Vnde multo magis ea, quæ ad oppugnandum inimicos paramus, sunt eis occultanda. vnde inter cætera documenta rei militaris hoc præcipuè ponitur de occultandis consilijs, ne ad hostes perueniant, & talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est vti in bellis iustis, neque iustitiæ repugnant, & legitur in c. dominus noster, xxiij. q. ij. Cùm autem iustum bellum susceperit, vtrum apertè pugnet, an ex insidijs, nihil ad iustitiam interest, & vide text. in c. vtilem, xxij. q. ij. & l. nihil interest, ff. de capti. & post. reuer. † Et in bello licito licitum est in diebus festiuis bel- 2
lare, qui legitur in primo libro Machab. c. ij. Cogitauerũt laudabiliter Iudęi, dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello, in die sabbatorum pugnemus aduersus eum, quia obseruatio festorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominis salutem etiam corporalem. Vnde Dominus arguit Iudæos dicens Ioan. vij. Mihi indignamini, quia totum hominem saluum feci in sabbato. Inde est, quòd medici licitè possunt medicare homines in die

festo; multo autem magis est obseruanda salus Reipublicæ, per quam impediuntur occasiones plurimorum, & innumera mala temporalia, & spiritualia, quàm salus corporis vnius hominis. † Et ideo pro tuitione Reipublicæ fidelium licitum est iusta bella exercere in diebus festiuis; si tamen hoc necessitas exposcat: hoc enim esset tentare Deum, si quis imminente tali necessitate à bello desisteret. Sed necessitate cessante non est licitum bellare in diebus festiuis propter rationes inductas. Et Hostien. & Ioan. Andr. in c. j. de tregua, & pace dicunt: Die Iouis non est bellandum propter ascensionem Domini in cœlum; neque die Veneris propter reuerentiam passionis; neque die Sabbati, quia in eo die discipuli latuerunt propter metum Iudæorum, & corpus Christi latuit in sepulchro; neque Dominica propter honorem resurrectionis: quod limitatur per ea, quę superius dixi, nisi causa necessitatis superueniente, & est tex. in c. si nulla, xxiij. q. viij. vbi dicitur: Si nulla vrget necessitas, non solum Quadragesimali tempore, sed etiam omni tempore est à prælijs abstinendum; † sed necessitate instante etiam in Quadragesimalibus diebus bellum inire licet: quia necessitas Legi non subiacet, vt in c. si quis propter necessitatem, de furtis, & c. discipulos, cum simi. de consecr. distinct. v. et in l. pen. ff. de ferijs, dicitur, quòd militaris disciplina potest die feriata fieri. Et in actu militari debet miles præcedere Doctorem, sed in actu doctoreo indifferenti Doctor debet præcedere militem; quia regens est nobilius recto. l. iubemus, in fine, C. de Episco. & cleri. sed leges regunt ministerium militare, l. leges, C. de legi. & vide Marti. in tractatu de Dignitate, in vj. volum. fol. 69.

## DE REVOCATIONE BELLI.
### Cap. XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum habens iustum bellum teneatur à bello desistere, cùm ab hoste iniquo offeratur satisfactio.*

2 *Belli finis est pax, & vniuersi tranquillitas.*

3 He-

5 *Habens iustam bellandi causam hostium suorum iudex efficitur.*

4 *Commodans arma, vel equum ad bellum, si amittantur, an possit agere actione legis Iuliæ repetundarum; limita.*

5 *Præparans exercitum sine iussu superioris incidit in crimen læsæ maiestatis.*

6 *Ex re turpi nulla contrahitur obligatio.*

7 *Treguæ diffinitio.*

8 *Iuramentum obseruandum non est, quando seruari non potest sine interitu salutis corporalis, vel spiritualis.*

9 *Tenetur belli dux prædam inter milites suos diuidere.*

10 *Dux exercitus in territorio alieno existens cum suo exercitu potest aliquem condemnare.*

11 *Imperatorem, vel Ducem generalem exercitus oportet plura, & meliora scire, eorum enim doctrina omnibus prodesse debet.*

12 *Tribunorum officium quod sit.*

13 *Miles dimicandi scientiam habere debet.*

14 *Non debent armigeri per viam transeuntes aliquod damnum inferre; & aliter facientes impunè offendi possunt.*

15 *Capitula per prædecessorem facta an per successorem seruari debeant: remissiuè.*

IT † vtrum habens iustum bellum teneatur desistere à bello hoste iniquo offerente satisfactionem? dico, quòd in hoc distinguamus tria tempora belli secundū Card. sancti Sixti, scilicet principium, medium, & quasi finem: nam in principio belli, hoc est, postquam bellum est indictum, & congregatum, ante tamen conflictum, ex quo vindictæ negotium adhuc est integrum, tenetur princeps admittere satisfactionem, & reuocare bellum. Et ratio est, quia bellare non est voluntatis, sed necessitatis, vt in c. nos li, xxiij. quæst. j. In proposito autem cessat necessitas belli, ex eo, quod offertur satisfactio re adhuc existente integra: nam finis belli est conseruatio suipsius, & bonorum; & suscipienda bella sunt quidem ob eam causam, vt sine iniuria in pace viuatur: † cùm finis belli sit pax, & 1 2

& tranquillitas vniuerſi, vt in c. noli, xxiij. q.j. nam aliter princeps debet eſſe pacificus, quantum in ſe eſt, vt in cap. verba, xj q.iij. Sed eſto ſanus lector, & intellige de ſatisfactione plena, hoc eſt, non ſolum iniuriæ, ſeu rerum, ſed ſumptuum, & damnorũ. Nam poſtquam ſemipræliatũ eſt, & mortes hominũ hinc inde interceſſerunt, non tenetur habens iuſtũ bellum reuocare bellũ, propterea quia hoſtis nunc offert ſatisfacere: & ratio eſt, quia habens iuſtũ bellũ gerit perſonam iudicis criminaliter procedentis. Et quòd gerat perſonam iudicis, patet ex eo, quòd prælium iuſtum eſt actus vindicatiuæ iuſtitiæ, quæ proprie eſt virtus principis, ſeu iudicis. non eſt enim priuatæ perſonæ opus vindicare, text. eſt in c. non fruſtra, & c. ſi homicidium, & c. miles, xxiij. q.v. & in c. dominus noſter, & c. iuſtum eſt bellum, xxiij. quæſt. ij. vbi dicitur: Iuſtè bellare eſt iuſtè iudicare; ſcriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. quod verò criminaliter procedat, patet ex eo, quòd procedit ad cædes, ad ſeruitutem perſonarum, & damnum rerum. Per hæc omnia iuſtum bellum infert; quamuis hodie à ſeruitute inter Chriſtianos abſtineatur de conſuetudine, cui ſtandum eſt, vt dixi allegando Barto. in l. hoſtes, de capti. & poſt. reuer. Manifeſtatur quoque idem, quòd habens iuſtum bellum non eſt pars, ſed ipſa ratione, & neceſsitate ad bellum efficitur iudex hoſtium ſuorum, vt in d. c. iuſtum eſt bellum, & c. dominus noſter, xxiij. q. ij. ex eo, quòd eadem ratione poteſt princeps in perturbatores ſuæ Reipublicæ intraneos, & extraneos vti gladio propria authoritate, ſcilicet ex ratione perfecta Reipublicę: non enim eſt perfecta Reſpublica, cui deeſt poteſtas vindicatiua, iuſtitia mediante, ſiue contra perturbatores Reipublicæ intrinſecos, ſiue extrinſecos. Et niſi ſic eſſet, cùm par in parem non habeat imperium, bella omnia iniuſta eſſent, niſi defenſiua. Qui igitur habet iuſtum bellum, gerit perſonam iudicis procedentis ſecundum vindicatiuam iuſtitiam aduerſus extraneos perturbatores Reipublicæ, & in medio belli iam effectus eſt dominus cauſæ, non exiſtente amplius integro negocio vindictæ, & poteſt, niſi miſericordia vti velit, perſequi belli[illegible]

&

& vindicatiuam exercere iustitiam gladio bellico. Sibi autem hostis imputet, quòd reduxit se ad eum statum, in quo iustitia vindicatiua potest ab alienis contra se exerceri: fuit enim in potestate sua offerre satisfactionē. † Et quòd habens iustam causam bellandi, efficiatur iudex hostium suorum, tex. est in d. c. iustum est bellum, & c. dominus noster, xxiij. q. ij. Et sic patet, quòd ex arbitrio principis iustè bellantis pendet continuatio belli, cùm bellum est quasi in fine, licet offerant satisfacere. Et si princeps non habet copiam superioris, potest præparare bellum contra subditos suos inobedientes, & contra alios, l. si alius, §. bellissimè, ff. quod vi aut clam. facit tex. in l. ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in frau. credi. Sed mouentes guerram tenentur de omnibus malis, quæ exinde sequuntur, nisi guerra fuerit licita: quia qui causam mali dat, &c. quando causa est coniuncta damno; secus si causa esset multum remota, l. si mulier, ff. rerum amota. & per Bald. in c. sicut, de testi. Et si mouens iustum bellum conduxerit milites pretio, vt hodie faciunt principes; si miles amiserit equos, & arma, non tenetur princeps emendare, ita Inno. in c. sicut, iij. de iureiuran. & Anton. in c. olim, de restit. spol. vide etiam Barto. in l. j. C. de re mili. & Bald. in l. fin. C. de condi. inser. & videbis longam, & optimā distinctionem Salyceti in l. quoniam, C. ad leg. Iul. de vi. pub. in viij. colum. in libro meo. † Sed commodatarius, qui commodat equum, vel arma ad bellum, si amittantur, non cōpetit ei actio ad ea repetenda. Et hoc erit eadem ratione; quia non excessit fines contractus; nec conductor tenetur locatori, quia locator debet esse contentus mercede sua, dummodo conductor non commiserit dolum, vel culpam; commodatarius etiā non tenetur nisi de dolo, & lata culpa, vel leui, & leuissima, de quo vide Inno. in d. c. sicut. & late per Anton. de Butr. in d. c. olim, de restit. spo. Et si alicui fit guerra iniusta, amici eius etiam non vocati possunt eum iuuare. Bal. in c. ad Apostolicæ, de re iudic. vide Barto. in l. prohibitum. de iur. fisci, lib. x. & in l. vt vim, de iusti. & iure. Sed quando bellum est iniustum, inferens tenetur ad restitutionem omnium damnorum illatorum, c. in nostra, de re iudi. Innocen.

in c. fin. quod met. cau. Bald. in l. ij. C. de senten. quæ pro eo, quòd inte. Sed si aliquis accesserit ad bellum non vocatus, animo obligandi principem, aget neg. gest. l. sed an vltro. ff. de neg. gest. & quod vtiliter est gestum nomine alicuius, quis cogitur habere ratum. ita Bart. notanter in l. Pomponius, ff. de neg. gest. Quid de accedentibus propter gloriam consequendam, quia non accedit animo gerendi negotia aliena, immò propria, licet in vim consequentiæ alterius negocia gerat? nulla actio tali competit. ita Ioan. de Lign. in tractatu suo de bello, argum. glo. in l. si finita. §. suam. ff. de dam. infect. Idem, si gessisset aliquid ex necessitate, vt concludit Barto. in l. cotem, §. fina. in fin. ff. de pub. & in l. damni, §. ij. ff. de dam. infect. & est glo. in l. supra iter, §. Cassius, ff. de aqua plu. arcen. De his, qui accedunt animo prædandi, non est dubium, quin talibus non competit actio: cùm super facto turpi nulla inducatur obligatio, ff. de verbo. oblig. l. veluti, & l. generaliter, & l. § si plagi. Aduertendum tamen est, † quòd si aliquis præparauit exercitum sine iussu superioris, incidit in crimen læsæ maiestatis. Bart. in l. ij, ff. ad leg. Iul. maiest. Et duellum est de iure prohibitum, c. porrò. & ibi glo. de pug. in duel. Sed si tempore guerræ aliquis in se suscepit custodiam, & castrum, videtur in se suscipere casum fortuitũ, etiamsi per vim auferatur, & hoc ex natura eius, quod in se suscepit; quia custodiam tempore guerræ suscepit. tene menti secundum Paul. in l. ea quidem, C. commod. Et Bart. in l. si quis, ff. locat. dicit; Valet pactum, quòd quis teneatur de casu fortuito. Et dominus, qui concessit castrum in feudum, potest ponere custodes in dicto castro tempore guerræ, domino castri inuito. text. in l. sicut legatum, §. dominus, ff. de vsu, & habi. Ange. in authen. nunc autem, de litigio. quod est notandum. Et non licet facere noua castra, neque incastellare vetera. de quo vide Innoc. in c. Pisanis, de resti. spo. & Barto. in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iure. Et ecclesia non potest incastellari ad aliquem defendendum. Archid. in c sanctorum patrum, x. q. j. sed ad defensionem bonorum, & eorum, qui in casu licito ad eam confugiunt, incastellari potest. argum. de immun. eccles. c.

cùm ecclesia. Sed vocatus ad bellum iniustum non habet actionem mandati: † quia ex re turpi non contrahitur ob- 6
ligatio, insti. man. §. illud quoque, ff. mandati. l. si vero non remunerandi. §. rescripti, l. si mandauero, §. qui eadem. & Anton. in d. c. olim, de restit. spo. Vocati autem ad iustum bellum actionem mandati habent contra vocantem, nisi causa pietatis, vel humanitatis, siue parentelæ hoc fecerint. ff. de neg. gest. l. Ne sennius, c. non inferenda, xxiij. q. iij. & c. seq. & vide Inno. in c. sicut. & latè per Anton. in d. c. olim, de restit. spo. Sed milites conducti pretio non habent actionem mandati, vt superiùs dixi. Sed si vocati ad iustum bellum accesserint, animo obligandi principem, dic, vt dixi.

† Quia multoties inter principes exercituum tractatur 7
de tregua, aliqua de securitate treguæ dicemus. Est Tregua securitas personis, & rebus ad tempus prestita discordia nondum finita, vt in l. non dubito, & l. postliminium, §. induciæ, ff. de capti. Et est Tregua conuentionalis, & est Tregua canonica. Conuentionalis dicitur, de qua tractamus, quæ ex conuentione recipit formam, sicut contractus quilibet. ff. depositi, l. prima, §. si conueniat. & ff. de regu. iu. l. contractus, & hosti seruanda est, vt in c. noli, xxiij. q. j. Inno. xxij. q. iiij. quia graue est fidem fallere, ff. de consti. pecu. l. prima. Etsi duo Reges habuerunt inter se guerram, & dum faciunt pacem, apponunt pactum, quòd liceat alteri se vindicare, vel rumpere fœdera pacis, istud pactum valet in casu, quo esset permissum de iure, Bald. in authen. sacramenta puber. C. si aduer. vendi. in princi. Et an Tregna non sit seruanda non seruanti fidem, nec conuentionem, nec iuramentum. Innoc. in c. peruenit, ij. de iureiur. dicit: Si duo aliquid sibi inuicem iurauerunt, si vnus non seruauit iuramentum, nec alius tenetur seruare. Et de hoc vide etiam Innoc. in c. venerabilem, de elect. vbi dicitur, quòd contra tale iuramentum potest quis propria authoritate contrauenire; quia in eo, quòd necessario defenditur, non est necessaria superioris authoritas. vt ff. de lega. iij. l. fideicommissa, §. si quis illicitè. Itaque si duo Reges habuerunt inter se guerram, & inter

se fecerunt conuentionem treguæ iuramento interueniente, & vnus fregisset treguam, non tenetur alter seruare, quia frangenti fidem fides frangatur eidem, l.j. in fin. ff. de loco pub. & frustra sibi fidem quis postulat ab eo seruari, cui fidem à se præstitam seruare recusat, vt in reg. frustra, de reg. iur. in vj. Et est vnus casus, in quo licitum est sibi ipsi propria authoritate remittere iuramentum, vt per Innoc. in d.c. venerabilem, de electio. præcipuè si obseruatio iuramenti tenderet in detrimentum Christianorum, & pacis vniuersalis; quia iuramentum non est obseruandum, cùm possit vergere in perditionem vitæ corporalis alicuius priuati, quanto magis in perditionem multorum, vt xxij. q. iiij. c.j. cum quatuor sequen. Et pietas fuit, quòd Dauid Nabal sicut iurauerat, nó occiderit: & licet à principio iuramentum esset illicitum, & non vitiosum in natura sui; ex causis tamen extrauenientibus fidem promissam seruari prohibetur. ita Ambro. in libro de officijs, cuius verba sunt canonizata in c. fin. xxij. quæst. iiij. & Panor. 8 in c. si vero, de iureiuran. Itaque est conclusio vera, † quod iuramentum non est obseruandum, quando non potest seruari sine interitu salutis corporalis, vel spiritualis. Sed Dux belli, qui hodie appellatur generalis, non potest facere pacem cum inimicis, nec treguam, vel inducias, vt per Iaſ. in l. conuentionum, ff. de pact. nisi tales inducię fierent ob necessitatem belli, puta vt cadauera sepeliantur, & dicunt etiam docto. in c.j. de tregua & pace, & in c. cùm olim, de restit. spoli. sed limitat Iaſ. in d.l. conuentionum, nisi talis capitaneus esset etiam locum tenens principis, cùm omnia possit, sicut ipse princeps, secundum Bart. in l.j. §. à præfecto, ff. de lega. iij. in l. ij. post glo. ibi. C. de offic. eius, qui vicem alter. gerit. ponit Alexand. ad aliud propositum in rubr. ff. de offic. eius. Sed de consuetudine generali, quæ communiter viget in toto orbe, capitaneus generalis, etiam si sit locumtenens principis, non excedit fines instructionum suarum, & mandati inconsulto principe, & omnia, quæ facit, vel donat, sunt ad beneplacitum 9 principis. Et † dux belli debet prædam diuidere inter milites suos, c. dicat aliquis, xxiij. q. v. c. ius militare, j. distin.

Sed

Sed non potest donare castella, vel possessiones prædatas in bello, quia sunt superioris bellum mouentis, ita Anton. de Butr. in c. olim, de restit. spo, Alex. post Barto. in l. fin. ff. de capti. Sed ciuitates captæ ab hostibus non efficiuntur seruæ hostium, sed subditæ, quoad iurisdictionem, Barto. in l. diuus, ff. de iure fisci. Bal. in rubri. de treg. & pac. in fi. vbi dicit, quod retinent bona, & habent testamenti factionem. & Bart. & Bald. allegant Iaco. de Beluiso in authen. de hære. & falci. in ij. colum. Sed Iacobus de Beluiso dicit, quod aut capta est personarum generalitas, aut id in particulari accidit: primo casu, si desinant esse rebelles, recipiunt antiquam libertatem; secundo casu semper remanent serui. † Et Dux exercitus potest condemnare aliquem in territorio alieno, in quo residet cum exercitu, ita Bal. in l. iij. ff. de offi. præsi. facit text. in Clemen. j. de foro compet. ratio affirmatiua est, quia videtur esse cum vniuersitate; cùm vniuersitas non minus inhæreat iurisdictioni, quàm fundo. quod est notandum. Et ratio est, quia tunc non dicitur esse extra suum territorium: dicitur autem territorium à potestate terrendi, l. pupillus, §. territorium, ff. de verbo. signifi. & intellige, quando accessit extra territorium pro vindicanda iniuria commissa, & sic indicendo iustum bellum; ideo (vt dixi) non dicitur extra territorium. Et si capitaneus generalis facit saluum conductũ ad eundum, dicitur etiam concedere ad redeundum. Barto. in l. vtimur, ff. de sepul. viola. & vide Barto. in l. j. ad leg. Iul. maiesta. Et de materia salui conductus vid. Ioan. de Imo. in l. is qui reus, ff. de pub. iud. † Ideo nullus est, quem oporteat plura, vel meliora scire, quàm Imperatorem, vel ducem generalem exercitus, cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis, & debet exire, & intrare ante omnes. Et officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistit, l. officium, ff. de re militari. & ibi dicitur. † Officium tribunorũ est, vel eorum, qui exercitui præsunt, milites in castris continere, & ad exercitationem perducere, claues portarũ suscipere, vigilias interdum circuire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, fraudem mensuræ

10

11

12

ſuræ coercere, delicta caſtigare, principijs frequenter interesse. i. cùm milites aſſumũtur. Et princeps exercituum debet milites valetudinarios inſpicere, & debet educere, vel introducere exercitum: itaque non debet eſſe vltimus ad labores, ſed primus, vt legitur Numeri c. xxvij. Et ad ducem belli pertinet remouere ineptos ad bellandum; & remouendi ſunt pauidi, & formidoloſi, quia pauci pauidi faciunt alios timere, & fuga eorum diſsipat, & deordinat aciem. Item antiquitus remouebantur, qui ædificauerant domos nouas, & qui plantauerant vineas, & non comederant de fructibus earum: & etiam erant remouendi illi prælio, qui deſponſauerant vxores, nondum tamen adhuc eas cognouerant per matrimonij conſummationem, ita Nicolaus de Lira in cap. xx. Deuteron. Et Dux exercitus debet eligere viros ad pugnandum, & egreſſus pugnare contra inimicos, & non expectare vt inimici veniant, exemplo Moyſis, vt legitur Exodi cap. xvij, vbi Ioſue pugnauit contra Amalech. Et tempore expeditionis nec militi commeatum dare. i. licentiam recedendi non concedat, d. l. officium. & in l. prima, de commeatu, libro xij.

13 † Et miles ſcientiam dimicandi debet habere, inexercitatus quippe miles non bene pugnabit: & Caſsiodorus dicit; Etiam ferocium militum corda longa pace vileſcunt, & terribilis eſt hominibus conflictus, ſi non ſit aſsiduus. Et ars bellandi ſi non præluditur, cum fuerit neceſsaria, non habetur. diſcat ergo miles in ocio, quid agere debeat in bello: nam pro tironibus habendi ſunt, qui longo tempore militare deſueuerũt, dixitque lex ciuilis, quòd officium tribuni militum eſt ipſos ad exercitationem producere, ff. de re mili. l. officium, §. j. & de officio præf. præto. Aphricæ, l. ij. §. ſit & frequens. & Tullius in iiij. Rheto. dicit: Milites debent eſſe exercitati, vt vtiles ſint, in authen. neque miles, neque fœderatus, in princ. colum. viij. & facit l. qui cum vno, ff. de re milita. legitur etiam in libro Iudith: Vocetis maiores natu, & Duces bellorum. Ea itaque virtus bellica dici poteſt, cui comes ſit prouidẽtia: nam ſine conſilio fortitudinem temeritatem videri. Et de materia ſingularis certaminis vid. Paridem de Puteo

in

in tractatu suo in volumine sexto tractatuum, fol. 113. Et aduerte in materia tregue, quòd si à principe, vel duce belli armigeris datur passus per suam ciuitatem, †armigeri 14
debent transire per viam rectam, non dantes per viam damnum; aliàs impunè possunt inuadi, & offendi, ita Ange. in l. qui sella. ff. de ser. vrba. prædi. Et aduerte, quòd pax, vel tregua facta à principibus ligat etiam cohærentes, tex. est sing. in c. j. de postula. præla. & Ioan. And. in c. ad Apostolicæ, de re iudic. in vj. quod est verum secundum docto. in l. quæ religiosis, ff. de rei vendi. siue expresse fiat mentio de adhærentibus, siue non: quia etiam de ipsis actum videtur. Sed tutius est iudicio meo in hodiernis temporibus, vt omnia exprimantur; & vtinam in expressis pacta, & iuramenta seruarentur. Et de hoc videbis Alexand. in l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pigno. actio. Et finita tregua, bellum si est iustum, exerceri potest, sine alia diffidatione, vt in c. sequenti dicetur. Et si Capitaneo gentis armorum fuit concessus transitus, intelligitur, vt ciuili modo transeat non deuastando fructus, Ange. institu. de seruitutibus; sed nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur. † Et capitula pacis an debeant seruari 15
per successorem, vide Bal. in l. digna vox, C. de legi. & dic, quòd pacta, quæ fierent hodie inter Regem Franciæ, & Hispaniarum, debet seruari per successorem, vt per Bal. in d. l. digna vox, C. de legibus.

## DE DIFFIDATIONE.

### Cap. XLV.

SVMMARIVM.

1 *Diffidatio, & diffidare quid sit, & in quo differat, & nu. 4. et 5.*
2 *Ad hoc vt bellum licitum dicatur inter Christianos, prius requirenda est diffidatio. & num. 3.*
6 *Piratæ hostibus fidei, & Principis æquiparantur.*
7 *Fides promissa frangenda non est, etiam morte interueniente.*

Diffidatio quia debet præcedere bellum, aliqua de diffidatione dicamus. † Et diffidatio est quodammodo initium belli, quæ fieri debet antequam Christianus Christianum offen-

offendat, ita Ioan. And. & docto. in c. j. de homic. lib. vj. & Bal. in authen. item nulla, C. de Episc. & cleri. & Lij. xj. colum. C. de serui. & in l. iiij. C. de obseq. patron. præst. Alexan. in addi. ad Bart. in l. fin. de capt. dicit: † Vnum tamen
3 nota, quòd ad hoc, quòd dicatur bellum licitũ inter Christianos, inter alia requiritur diffidatio, allegat Ioan. And. & Archidiac. in d. c. j. de homic. in vj. Sed princeps in causa tanti ponderis ante diffidationem consulatur, vt per Andre. de Isern. in tit. hic finitur lex, in vsi. feudo. Et diffidatio facta intelligitur etiam contra complices, & subditos eius, qui diffidatur, ita Bald. in d. l. ij. & Alexan. in d. l. fina. Sed licet vasalli, vel subditi intelligantur diffidati à iure, non potest, qui iustum bellum mouet, capere spolia à vasallis inimici, si vasalli, vel subditi non præstant consilium, vel fauorem domino; nec possunt capi, ne pœna excedat suos authores, vt dicetur latè in c. xlvj. infrà in isto tractatu. Finita tregua, sine alia diffidatione bellũ exerceri potest vt per Deci. in c. nouit, de iudi. colum. v. & per Bald. in c. volentes, de offi. lega. & per Ang. in l. si vnus, §. si cum reo, ff. de pact. & Bal. in tit. de pace Constan. §. vasalli. & dixi in c. præceden. Sed si materia est præparata ad guerram, tamen nondum erat mota guerra, & principes fecerunt
4 inter se treguam duorum annorum, elapso tempore † necessaria est diffidatio ad hoc, vt ille, qui aggreditur territorium alterius, non dicatur esse latrunculator, ita Bald. in d. §. vasalli: tenet etiam hoc allegando Bal. commentator quæstionum delphinatus, q. cxcix. Et dispositio facta de pace non habet locum in tregua, vt dicit Pau. de Castro in l. conuentionum, ff. de pact. Ange. in l. j. ff. de pact. facit
5 text. in c. significauit, de iudi. † Et diffidare est licentiare quemlibet ad offendendum, ita Bal. in l. iiij. C. ad leg. Fabi. & Ange. in consi. xiiij. & Bald. dixit in l. si manumissori, C. de obse. patro. præst. & Alex. post Bart. in l. hostes, ff. de capt. & postlim. reuers. dicit, quòd Christianus non potest venire ad arma, vel bellum sine monitione legitima, vel sine diffidatione, & ex eo ipso, quòd persona est diffidata, bona eius diffidata cẽsentur. ita Philip. Franc. in c. j. de homic. lib. vj. & postquam est facta diffidatio, & admonitio,

est

est bellum indictum : † quia diffidatio, vel admonitio ni- 5
hil aliud est, quàm indicere bellum, vt per Bald. in d.l. ma-
numissori, & etiam dicit Bald. in l. penul. C. de exe. re. iud.
quòd bellica diffidatio est hostilis declaratio : quandoque
tamen lex indicit bellum, & tunc non est necessaria moni-
tio, vt C. de fur. authen. nauigia. † Et piratæ æquiparan- 6
tur hostibus fidei, & principis, & possunt impune à quoli-
bet deprædari : quia sunt ipso iure diffidati, vt per Bald. in
d. authen. nauigia, facit text. in authen. cessationes, C. de
sacrosanct. eccle. Et hypocritæ dicuntur hostes humani
generis, & merito : vnde dignum est à cunctis publicum
bellum contra eos indici, ita Alexan. in additio. ad Barto.
in d.l. hostes, ff. de capti. & postl. reuer: & sic ipso iure dif-
fidati. Et agentes bellum sine diffidatione dicuntur pro-
ditoriè agere. Bald. in d. authen. nulla, C. de Episc. & cleri.
allegat Ioan. And. in d.c.j. de homi. lib. vj. & aduerte, quòd
assassini à toto populo diffidati sunt, vt nota. in d.c.j. de
homic. lib. vj. & facit text. in authen. item nulla commu-
nitas, C. de Episc. & cler. Et pagani pacifici absque legiti-
ma causa non possunt debellari, nec deprædari à quolibet,
si humiliter conuersantur, & non inferunt molestiam re-
ligioni Christianæ : sed recipiendi sunt, & tales non sunt
ipso iure diffidati, vt eleganter consuluit Oldra. in consi.
cclxiiij. Sed intellige, si pagani non sunt Agareni, quia A-
garenis, vel Saracenis, etiamsi velint viuere in pace, debet
eis bellum inferri: quia verisimile est, quòd quandocunq;
oportunitatem habebunt, oppugnabunt Christianos, vt
dixi suprà in c.j. benè facit hoc pro habitatoribus noui or-
bis, si sunt pacifici, & humiliter conuersantur, & admittũt
prædicatores Euangelij ; aliter puniendi non sunt, vt scri-
psi in d.c.j. sed dic, vt dixi in c. xxxj. in isto Speculo. Sed
aduerte, & benè nota, † quòd nemo potest frangere fidem 8
promissam, etiamsi in ea seruanda mors immineret, vt le-
gitur de Marco Regulo consule Romano, qui captus à
Carthaginensibus fuit missus Romã ; & quia promisit re-
dire, ne violaret suam promissionem, & fidem, redire vo-
luit Carthaginem, & fuit interemptus à Carthaginensi-
bus statim, vt redijt ; qui cùm sciret, quòd in reuersione
sua

sua Carthaginenses eum interimerent, voluit potius mori, quàm fidē violare. Et hoc iure vtuntur armigeri, quando ex duobus exercitibus duo volunt pugnare data securitate à ducibus belli; & pugnant infra præsidia alterius sine suspicione iudicis, & loci, quia securitas ducis præsidentis in territorio locum securum facit.

## DE DVELLO. CAP. XLVI.

### SVMMARIVM.

1 *An licitè, vel iustè duellum indici possit.*
2 *Licitum est bellum iustum in duellum resoluere.*
3 *Quæ, & quot sint causæ finales pro pugna singulari ordinanda.*

1 Licitè, vel iustè duellum indici non potest; itaque duellum, hoc est, singulare bellum indicere, peccatum mortale est; quia eligitur percussio proximi, & mors proximi absque sufficienti talis belli causa. Itaque suscipere, seu acceptare duellum, vel pro manifestatione veritatis, peccatum mortale est; quia contra rationem rectam eligitur percussio proximi, periculum vitæ, & diuini iuris fit vsurpatio cum tentatione Dei, & diabolica adinuentio impletur. Et per eandem rationem peccant mortaliter bellantes, decem hinc, & decem inde, vt quādoque spectaculi gratia tempore belli fit. Non enim excusantur propter tempus belli, quasi sit partialis conflictus cum hostibus; quia non habet locum finis belli in huiusmodi partiali certamine. Non enim ordinatur conflictus iste ad bellandū, vel minuendum hostium virtutem, sed ad ostentationem hominum, vel ad euitationē ignominiæ suo iudicio (quasi vilis, & degeneris animi reputetur, nisi acceptet duel-
2 lum.) † Sed licitum est resoluere bellum iustum in duellum, quando pars habens iustum bellum videt se aliter succumbere; vtitur enim viribus suis, vt melius potest.
3 † Sex autem causæ finales videntur potissimè, ad quas singularis pugna ordinatur; & prima manifestatio veritatis, quia

quia aliqui confidunt, quòd victoria sua erit testis veritatis; & tale bellum, vel certamen propriè vocatur duellum, & damnatur ab ecclesia, vt in titulo de purgatione vulgari; & in cap. Monomachiam, ij. quæst. v. Monomachia, id est, singulare certamen inter duos: Monos enim dicitur vnum, & machia pugna interpretatur. istos enim lex Romana condemnat, vt C. de gladiatoribus, l. vnica, libro xj. Itaque duellum est de iure canonico etiam prohibitum, c. porro. & ibi glo. & docto. de pugnantibus in duello. Eucharistia ergo non est danda talibus, cùm peccent mortaliter. dicunt quidam quòd defendentes possunt sumere, quia est defensio. Sed tu vide docto. in d. c. Monomachiam, vbi litera dicit: Monomachiam verò in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus; quam licet quosdam inijsse legamus, sicut Dauid sanctũ, & Goliam sacra prodit historia; nusquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina sanxit authoritas; cùm hæc, & huiusmodi sectantes Deum solummodo tentare videantur. & ibi dicit glo. Dauid non peccauit, quia instinctu Spiritus sancti fecit, vt Samson, et alij, vt in c. si non, xxiij. q. v. vbi litera Augustini dicit; Qui Deo authore bella gesserunt, præcepta non occidendi nequaquam transgressi sunt. & videbis docto. in c. gaudemus, de diuortijs; & vide doctissimum Caietanum in sua Summa, fol. 128. & vide in Commentarijs in secunda secundæ sancti Thomæ, in q. xcv. ad octauum. vbi etiam videbis de sorte.

## QVANDO IVSTVM BELLVM EST, *omnes capiuntur, & spoliantur, & spolians dominus rei fit.* Cap. XLVII.

### SVMMARIVM.

1 *In bello iusto omnes capiuntur, & spoliantur.*
2 *De iure diuino, quando bellum iustum est, spolia inimicorum capientium fiunt, & homines serui fiunt. & numero 3.*
4 *Iustum bellum quod dicatur.*

5 Captus in bello iusto, à domino suo recedens mortaliter peccat: secus si bellum iniustum sit.

6 Iustè pugnans non tenetur ad prædæ restitutionem.

7 Etiamsi bellum iustum sit, non licitè capit, nec retinet, si animo vlciscendi id agit.

8 Multis modis delicto auxilium præstatur.

9 Auxilium præstantes Saracenis contra Christianos de damno per eos illato tenentur.

10 Dominus tenetur prædam inter milites diuidere secundum personarum qualitatem: limita, nisi aliter consuetudo se habeat. & num. 12.

11 Quando dicatur aliquid incontinenti fieri.

13 Duces belli an possessiones in bello captas donare possint.

14 Dux generalis ab altero Duce captus seruus efficitur.

15 Bestiæ ab hostibus ablatæ, & à stipendiarijs recuperatæ an ijs, quorum primo erant, restitui debent.

16 Magister militum competens iudex est.

17 Rusticos viatores, aut in agricultura existentes spolians rapinam committit.

18 Incendens domum, agrum, aut vectigalia etiam hostium sine authoritate, vel superioris ordinatione an teneatur ad satisfactionem.

19 Mercatorum appellatione qui intelligantur.

20 Milites Deum blasphemantes è castris educi debent, atque lapidibus obrui.

21 Nihil pernicioſius in militia inobedientia.

22 Miles in bello, Duce belli, & pacis concurrente, cui magis obedire tenetur.

23 Manlius Torquatus ob inobedientiam ab eius filio præstitam ipsum interimi fecit. remissiuè.

24 Antequam quis Imperator exercitus efficiatur, quid sibi competat.

25 Captiuus plurium effectus nobiliori obedire debet.

26 Captiuus in bello illicito, etiamsi iurasset, non tenetur reuerti.

27 Iniustum bellum quot modis dicatur.

28 Postliminium quid sit.

29 Miles etiamsi infirmus sit, ita quòd seruire non possit, nihilominus salarium habere debet.

30 Castelo

30 *Castellanus, vel ciuitatis custos dupliciter potest hostes decipere; tunc, & eo casu, quo ab ipsis inuitatur pro accipienda pecuniæ.*

31 *Castellanus, custos alicuius ciuitatis, vel castri an teneatur de violentia sibi illata.*

32 *Princeps habens querram pro securitate status, an capere possit castrum vasalli sui.*

33 *Loca fortia fieri non debent sine principis decreto.*

34 *Ad quid teneatur Castellanus tam tempore guerræ, quàm pacis, & de eius officio. & num. 35.*

ET † notandum, quod quando bellum iustũ est, omnes capiuntur, & spoliantur, & spolians dominus rei fit, vt in c. ius naturale, j. distinct. & c. dicat aliquis, xxiij. q. v. & ff. de acqui. re. dom. l. naturalem, ad fin. vbi dicitur; Quæ ab hostibus capiuntur, iure gentium statim capientium fiunt. Notat etiam Aret. in l. j. ff. de acqui. poss. & in l. transfugam, de acquir. rer. dom. vbi dicitur; Transfugam iure belli recipimus, & quæ res hostiles apud nos sunt, nõ publicæ, sed capientium fiunt. Et transfuga quis sit, habes ff. de capti. l. postliminium, §. transfuga. itaque noster est seruus, si prius erat liber, & etiam interficere licet, ff. de sicarijs, l. iij. §. fin. Et desertor est, qui tempore belli se absentat à signis, l. j. C. de desertori. lib. xij. & ibi vide docto. & in l. iij. §. emanfor. ff. de re militari, & in l. qui cum vno, §. fi. eo. tit. † Scriptum est etiam de iure diuino, quòd quando bellum iustum est, spolia inimicorum capientium fiũt, vt legitur Iosue c. vj. vbi Hiericho cum habitatoribus destructa fuit, aurum verò & argentum, & ferrum, & quæ inuenta fuerunt ibi, ex speciali præcepto fuerunt reseruata, & Domino consecrata; ita quòd de cetero non possent humanis vsibus applicari, sed ad faciendum ex illis ea, quę erant necessaria ad cultum Dei. Hiericho enim fuit prima ciuitas capta à filijs Israel, & speciali miraculo. Ideo Iosue Dux exercitus, licet spolia essent capientium, cõuenienter iussit vt omnia essent reseruata, & Domino cõsecrata: sed spolia ciuitatis Hay occupantium fuerunt iussu

Domini, vt legitur Ioſue viij. vbi dicit Dominus Ioſue: Faciesque vrbi Hay, & Regi eius, ſicut Hiericho, & Regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis.

5 † Itaque de iure diuino non ſolum ſpolia ſunt capientiũ, ſed homines capti in bello iuſto ſerui efficiuntur capientium. Itaque præda capta de animatis ab homine vſque ad pecus diuidebatur, & ſi aliqua pars pugnauit, & reliqua multitudo parata erat ad pugnandum, præda diuidebatur inter eos, qui pugnauerunt, & inter reliquam omnem multitudinem, & magiſtri belli diuidebant prædam mandato principis. Et de medietate pugnatorum ſeparabatur pars quinquageſima Domino, & dabatur ſummo ſacerdoti: quia primitiæ Domini ſunt, & ideo cadebant in vſum ſacerdotis, ſicut primitiæ fructuum, & animaliũ. Et de medietate, quæ erat reliquæ multitudinis, quinquageſimum indiuiduum debebat tradi eis, qui ſeruiebant in tabernaculo Domini: & de inanimatis quod vnuſquiſque in præda rapuerat, ſuum erat, vt colligitur Numeri cap. xxxj. Et perſonæ humanæ ſunt illa, quæ ſunt principalia in præda.

4 Et licet multoties in iſto tract. dixi, nouiter dico, † quòd iuſtum bellum dicitur illud, quod fit authoritate iuris, vel iudicis iuſta cauſa intercedente, licet contrarium quotidiè fiat. Et ad quos ſpectat cognoſcere, an bellum ſit licitum, an non? dic, quòd ratione pacis hoc ſpectat ad eccleſiam, vt in c. nouit, de iudi. & in j. & ij. de treg. & pa. & vide Anto. de Butrio in c. olim, de reſtit. ſpo. vbi dicit etiam, quòd bellum ſemper præſumitur iniuſtum in primo mouente, quia illi imputandum eſt totum ſequutum in illo conflictu, C. ad leg. Iul. de vi pub. l. quoniam multa facinora, ff. ſi qua. paup. fe. dica. l. j. §. cùm arietes, & ideo dixit Innoc. in c. ſicut, il iij. de iureiuran. quòd in mouente bellum præſumitur iniuſtum prima facie, quando non apparet licitum. Et Inno. in c. ſicut, il iij. de iureiur. dicit: In iuſto bello, quod fit ex edicto principis, res occupatæ ſunt capientium, & liberi homines capti ſunt ſerui, vt ff. de capti. l. hoſtes. & ff. de verb. ſignifi. l. hoſtes: & poteſt capiens gaudere, tanquam proprio, glo. eſt in c. iuriſgentium, & c. ius militare, j. diſt. & in tantum qui capitur fit ſeruus capientis,

entis, vt in d.c. dicat aliquis, † quòd mortaliter peccat captus in bello iusto, si recedat à domino suo, vt in c. si quis seruum, xvij.q.iiij. & est gl. singu. in d.c. iurisgentium, j. distinct. Sed si bellum non est iustum, licitum est capto fugere, dum potest, vt in l. nihil interest, ff. de capti. Sed si bellum non est iustum, non potest imponi talia, quia latrunculatores non possunt imponere taliam, ita Bald. in l. nam & seruus, ff. de nego. gest. vbi est text. vnicus ad hoc, quòd si quis remansit obses pro aliquo, potest repetere quicquid soluit pro illo. Et de obsidibus dic, vt notatur in c. ex rescripto, de iureiur. facit text. in l. ij. C. de patri. qui filij distra. & notatur in l. qui obses, C. de actio. & oblig. sed text. in d.c. dicat aliquis, videtur sibi contradicere, quia in principio dicit, quod res capta est victoris; postea videtur dicere, quòd sit Regis. & in Gen. xiiij. c. dixit Abraham: Nõ accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Sed est dicendum, quòd Abraham non suberat illi Regi, nec erat de regno suo, ideo præda erat in sua potestate: alioquin si non fuissent sua, nõ potuisset, nec dedisset decimas Melchisedech: immò nec Abraham legitur ibi aliquid recepisse, sed solam prædam factam illi Regi recuperasse, quæ & antequam Rex ei occurreret, in manibus fuerat; vnde potuit dare decimas, vt dedit sacerdoti Melchisedech. post occursum verò eidem Regi reddidit omnia, & ideo dixit, non accipiam ex omnibus, quæ tua, subaudi, fuerunt, & sunt: quia tibi omnia restituam. † Et is, qui iustè pugnat, non tenetur ad restitutionem prædæ, quia fit capientis, vt dixi. & vide notabilem text. in c. si de rebus, xxiij.q.vij. Et de restitutione prædæ vide Hostien. in Summa, in tit. de pœni. & remis. §. quid de rapina. Et si quis emit scienter, quod præda de iusto bello est, omnino excusatur, cùm à vero domino emat: sed si emit prædam sciens esse prædam, vel credens probabiliter, quòd præda sit de iniusto bello, indistincte tenetur ad restitutionem. de hoc vide etiam Hostiens. in Summa, in d. tit. §. quid de prædam ementibus. Et talis contrectando rem alienam furtum committit, & fur semper in mora est, ff. de fur. l. qui inuenta, ff. de condi. fur. l. in re furtiua, ff. commo. l. fin. §. sed interdum, l. certum,

C.de rei vendi. Et quod dictũ est de primo emptore, idem intelligas de secundo, tertio, & quarto: & si per manus plures ambulauerit, idem iuris erit, ff. de mino. l. sed vbi, ff. de petit. hære. l. sed & si §. siue autem. Si verò ement hoc nescirebat, probabiliter tamen credebat, puta quia omnes vicini fuit, vel maior pars credebant, durante hac bona fide non tenetur, sed tenetur, si postea adierit ciuitatem, & curet aliàs cautius negociari. C. de fur. l. ij. potest tamen agere contra venditorem, vt ipsum seruet indemnem, c. 7 vulteranæ, xij. quæst. ij. † Sed aduerte, quòd quantumcunque quis habeat iustam causam belli, si ex animo bellum est iniustum, non licitè capit, nec retinet, maximè si geritur ex rancore, vel animo vlciscendi iniurias, vt in c. militare, xxiij. quæst. j. vbi dicitur, propter prædam militare peccatum est. facit text. in c. omnes, & c. bonorum, xlvij. distinct. Et præda dicitur iniusta ex loco, quia in loco sacro fuit capta, vt in c. fin. xlij. distinct. & in c. decet, de immun. eccl. libro vj. Sed qui consilio, vel auxilio induxerit tyrannum ad prędam faciendam, vel guerram mouendam iniustè, tenentur ad restitutionem insolidum. ita Hostien. 8 in d. §. quid de rapina. † Et auxilium delicto tripliciter præstatur, præstando ferramenta, vel scalas, l. pignore, §. qui ferramenta, ff. de fur. vel mutuando pecuniam ad malefaciendum, vt per Bal. in l. cuius, ff. ad l. Iul. maiesta. & l. si scientiæ, de parrici. & Alexander in l. furti, ff. de fur. Item præstando domum ad commodè loquendum de delicto, vel ad se reponendum in ea, pro delicto committendo, l. & si amicis, §. j. & ibi Barto. ff. de adul. & l. qui domũ. Item præstatur auxilium delicto in associando delinquentem, l. j. C. de raptu virginum. Bal. in l. j. C. de seruis fug. l. raptores. & ibi Bart. C. de Epis. & cler. Item in associando post delictum, vel in iuuando ad euadendum. Bart. in l. furtum non committit, ff. de furt. Bald. & Ang. in l. j. C. de his qui latro. occi. & in l. non eo minus, C. de accus. Et dicitur etiam præstare auxilium delicto, qui stat armatus cum delinquente, ita Inno. in c. continentia, de cleri. percu. & Bal. in l. in rixa, ff. de sicar. & ibi Hippolytus fol. 21. Item dicitur auxiliator, qui consuluit. ita Bar. in l. in furti ff. de

ff.de furt.& ibi Alexan.& Salic. in l.j. C.de seruis fugi. Et hoc notabis † contra eos,qui præstant auxilium Saracenis contra Christianos : quia tales auxiliatores tenentur de damnis a Saracenis illatis,vt per glo.& Bart.in l.j.§.si is,ff. de vi.bon.rapto.& tenentur,vt principales aggressores, vt in c.j.de offi.deleg.& per Cardi. in Clemen. j. de immun. eccle.& in l.si quis opem, ff.de fur. & contra tales semper bellum publicum est indictum,vt per Oldra.in consi.lxxj. & de hoc dicemus latissimè in fine istius tractatus, & vide consi. lxxxviij. ij.par.incip. visa bulla, vbi dicit in iiij.colum. quod tunc auxilians punitur eadem pœna, quando dedit causam delicto. & est text. in d. c. si pignore, §. qui ferramenta, vbi dicitur: Qui ferramenta, vel scalam sciens commodauerit, furti tenetur, licet nullum eius consilium principaliter ad furtum faciendum interuenerit. 9

† Verum si quis sub aliquo militet, tota præda est domini: sed dominus ipse tenetur æqualiter diuidere inter milites, & hæc diuisio fit secundum qualitatem personarum, vt in c.ius militare, j.dist. Quod ergo dicitur, quòd de iure gentium nostra fiunt, quæ capimus in bello, vt ff. de acquir.rer.domi.l.naturalem, §. vltimo, verũ est, quòd capientis est, sed tenetur domino dare, vt diuidat secundum merita hominum, vt dixi, vt in c.ius militare, j. dist. & in c.Vulteranæ, xij.q.ij. & Bal. & Bar. in l. si quis pro redemptione, C.de dona.dicunt, quòd mobilia distribuuntur; sed res mobiles, quæ primo fuerunt nostræ, recuperatæ per nostros incontinenti stipendiarios, debent restitui antiquis dominis, vt l.sicut liberis, & l. ab hostibus, C. de capti. quod debet restitui gratis, non pretio : & ratio est secundum Bald.ibi, quia ipsi faciunt hoc ex debito, quia milites. Et fingitur propter subitam recuperationem, quòd præda nunquam fuerit capta. pro quo est casus in l. qui possidet, ff. de vi, & vi arma. vbi possessio recuperata incontinenti fingitur non perdita, quia quæ incontinenti fiunt, inesse videntur, l.iurisgentium, §. quinimmo, ff. de pact. & l.lecta, cum simi. ff.si cert.pet. † Et quando dicatur incontinẽti, relinquitur arbitrio iudicis, inspecta qualitate vim inferentis,& vim passi,& rerum ablatarum. ita 10 11

Barto. in l. idem cùm igitur, ff. de vi, & vi arma. vbi dicit, incontinenti fieri hoc, quod fit, cùm primum fieri potest.
82 & vide infrà. Et quod dixi, †quòd Dux belli tenetur ipsam prædam diuidere inter milites; limita, nisi consuetudo haberet, quòd quisque sibi retineret, quod cœpit: quia tunc non tenetur assignare, cùm illud intelligatur actum, quod est consuetum, l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de ædili. edict. Et ista consuetudo generaliter viget hodie in tota Christianitate, quod bona mobilia hostium statim capientium fiunt, & immobilia publicantur, iuxta formam text. in l. si captiuus, §. expulsis, ff. de capti. & est opti. text. secundum Are. in l. j ff. de acqui. poss. in l. in agris, ff. de acquir. rer. domi. si bona illa erant hostium primordialiter; aliàs redeunt ad antiquos dominos, vt ibi. de quo vide Panor. in c. sicut, il. iij. de iureiur. & Oldra. in consi. xvij. tex. est in l. diuus, ff. de iur. fisci, Bal. in l. si quis pro redemptione, C. de dona. Bart. in l. si quid in bello, ff. de capti. & quia de iure (vt dixi) immobilia sunt principis mouentis bel-
83 lum, †ideo Duces belli non possunt donare possessiones captas in bello, vt per Anton. de Butr. in c. olim, de restitu. spol. & per Alexan. in l. si quid in bello, ff. de capti. in additio. ad Bart. Et de consuetudine etiam tormenta belli publicantur: & de consuetudine vidi etiam in obseruantia,
84 †quòd captus Dux generalis exercitus seruus efficitur alterius Ducis, & soluendo taliam liberatur: quia licet de iure antiquo capti efficiantur serui, hodie inter Christianos non seruantur iura captiuitatis, aut postliminij, quoad seruitutem, ex consuetudine, cui standum est, vt per Barto. in l. hostes, ff. de capti. Sed licet hosti sit concedenda venia, intellige, vbi non timetur pacis perturbatio; alias non, vt per Archidia. in c. noli, xxiij. quæst. j. vbi dicit, quòd si timeretur, & desperaretur de eius correctione, nō est eius miserendum: & fertur, quòd per illam doctrinam Carolus fecit amputari caput Conradino. ita Ioan. de Li-
85 gna. in tractatu suo de bello, in fine tertij tractatus. †Sed bestiæ ab hostibus ablatæ, & à nostris stipendiarijs recuperatæ, restitui debent his, quorum primo erant, l. sicut liberis, & l. ab hostibus, il. ij. C. de postli. reuer. quod verum est

in

in rebus habentibus postliminium: quod locum habere puto, vbicunque illud, quod capitur, erat paratum ad vsum belli, vt equus, naues onerariæ, currus, & boues, & quadrigę, cum quibus in campum victualia deferuntur, & alia ad vsum belli parata; de quibus in d.l. ab hostibus. Et aduerte, quia preda est capientis, postquam est deducta inter præsidia, hoc est, intra confinia hostium. i. in loco tuto. de quo per Ang. in q. renouata guerra: ante enim captus manet ciuis, vt ff. de capt. & post. reuer. l. postliminij. & ibi Bart. & insti. qui. mo. ius patr. potest solui, §. si ab hostibus. Ante enim quàm sit intra præsidia, non puto prædà transisse in dominium capientium. quod intelligo verum, nisi tantum temporis sit translatum, quòd qui perdiderit prædam, verisimiliter deposuisse videatur animum recuperandi. Et hoc totum relinquendum est iudicis arbitrio, vt per Innocen. in c. querelam. de electi. † Est autem competens 16
iudex magister militum, C. de iu. om. iud. l. magisteriæ. & intelligitur de consuetudine, si per vnam diem fuerit prę-da in campo detenta per hostes capientium; & est consuetudo satis rationabilis; quia communiter per lapsum diei videtur reponi animus recuperandi, argum. opti. ff. de acquir. rer. domi. l. iij. instit. de re. diui. §. ferę; nisi contra occupantes sit perseueratum in actu recuperandi, quia tunc licet longum interuallum interceserit, non dicitur recuperatio facta ex interuallo, ex quo nunquam intrauit intra præsidia hostium, vt in l. quod ait, §. fin. ff. de adul. & l. naturalem, ff. de acquir. rer. domin. & Ange. in sua q. Sed captiui recuperati nunquam sunt in præda recuperantiũ, sed semper in statum pristinum reuertuntur iure postliminij, ff. de capti. l. nihil. vnde liberi statum suum recuperat; serui autem restituuntur eorum dominis, l. ab hostibus, C. de capti. facit l. si Barsatoram. & ibi Bal. C. de fideiusso. Sali. in l. ab hostibus. & non currit præscriptio contra eum, vt per glo. in c. prima actione, xvj. quæst. iij. & de rigore arma non restituuntur ijs, qui amiserunt, vt ff. de capti. l. ij. Sed si habens iustum bellum, vel se in illo reperiens spoliauit clericos religiosos, vel conuersos, aut peregrinos, quamuis essent cum hostibus, restituere tenetur; & mor-

taliter peccet talis, nisi licentiam habeat à prælatis ecclesiasticis, habentibus iurisdictionem super illos: rapinam et
17 tiam committit, † si spoliat rusticos, aut viatores, aut existentes in agricultura, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, vt in c. innouamus, de treg. & pa. sed malè obseruatur. Et represaliæ non exercentur contra clericos, sed sunt licitæ represaliæ de iure, quando rector, vel dominus alicuius ciuitatis denegat iustitiam facere ciuibus alterius ciuitatis. ita Alberi. in statutorum tract. in p. de represa. & Barto. in tracta. de represa. Et subditi domini iniustè bellantis non præstantes consilium, auxilium, vel fauorem directè, vel indirectè non sunt spoliandi, nec in aliquo puniendi, sed tenentur restituere, ne pœna excedat authores, argum. de his quæ fiunt à maio par. c. quæsiuit. j. quæst. iiij. c. j. vbi dicitur: Nullius crimen maculat nescientem; & quis locus innocentiæ relinquitur, si alienum crimen maculat nescientem. & Innocen. in c. olim, de restit. spo. dicit, quod qui iustum bellum cõtra aliquem mouet, non solum ab hoste, sed etiam à vasallis, & subditis eum iniustè iuuantibus potest spolia capere, & personas; sed si subditi, vel vasalli non præstant consilium, vel fauorem, non possunt capi, nec sunt spoliandi, ne pœna excedat authores. Auxiliatores non possunt capi, nisi in bello, & sic non extra prouinciam, vel regnum, vbi bellum est indictum, nisi fortè læderent de castris, vel ædificijs suis, quæ fortè essent circa confines regni, vel prouinciæ, vbi bellum est indictum. & hoc de mente Inno. in c. olim. Sed iustè pugnans tantum potest in vasallos, & subditos hostis, & eorum bona, quantum victoria requirit, per stabilita in d. c. innouamus; & restituere tenetur, quę supersunt, & sic à fortiori tenetur restituere damnificans innocentes non subditos hostis, nisi hoc faceret præter suam intentionem, puta si non valens capere ciuitatem, dat eam ad facum, vel incendit; non aliter potens punire multos no-
18 centes, nisi inuoluendo aliquos innocentes. † Et qui in bello iusto sine superioris authoritate, vel ordinatione incendit domum, agrum, aut victualia etiam hostium, incendiarius est, & ad satisfactionem tenetur, vt in c. quid cul-

culpatur, xxiij. q. j. facit text. iuncta glo. in c. miles, xxiij. q. v. sed vt bladum mittatur ad exercitum, possunt capi boues, & animalia subditorum, l. ij. de naui. non excu. lib. xj. facit text. in l. cursum ambularem, de cursu pub. de angar. & peranga. lib. xij. sed si segetes, vel vineæ comburantur, comburens ad decimas non tenetur. ita Ioan. Andre. in c. commissa, de decimis. & Cardin. sancti Sixti in dicta sua Summa tractando de bello dicit; damna omnia, quę ex iusto bello illata non sunt pugnantibus, sed cuilibet membro Reipublicæ, contra quam est iustum bellum, absq; peccato sunt; nec ad restitutionem tenentur, qui intulerunt; etiamsi innocentes contingat per accidens damnificari, vt superius dixi; quia sententia iustitiæ bellicæ non tenetur discutere, an aliqua pars Reipublicæ sibi iniustè hostis sit, & innocens; quia præsumitur tota hostis; & propterea totam dánat, ac diripit. ideo miles iustè accipit, quãuis aliquis innocens per accidens iniustè patiatur, secus autè esset, si ex intentione miles ageret cõtra innocentẽ. Sed aduerte (vt dixi) quasdá personas esse de iure canonico exẽptas à damnis bellicis, vt in d. c. innouamus, de treg. & pa. vbi dicitur; Monachi, presbyteri, conuersi, peregrini, mercatores, rustici euntes, vel redeuntes, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, securitate congrua lętentur. vt in c. paternarum, xxiiij. q. iij. explicantur etiam męrcatores. † Verùm per mercatores intelligo non ne- 19
gociatores, qui residẽt, sed illos, qui hospitantur, aut transeunt: quoniam mercatores incolas non video melioris esse conditionis, quàm artifices. Itaque siue iustum, siue iniustum sit bellum, debent seruare bellatores regulam Ioannis Baptistæ illis datam, scilicet, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis. Et, estote contenti stipendijs vestris: peccant siquidem mortaliter opprimendo rusticos ad discretionem, immò ad destructionem hospitantes, & alia huiusmodi latrocinia committendo; nec excusantur, quia non datur eis stipendium; quoniam ex hoc rusticorum, & ciuium res non obligantur illis; nec dissimulatio, aut authoritas capitanei, aut principis excusat; nisi in pœnam rusticis, aut ciuibus iustè inflictam hoc

faceret; quia (vt dixi) qui iustum bellum mouet contra aliquem, non ab hoste, sed etiam à vasallis, & subditis eius, eum iniuste iuuantibus potest spolia capere. Sed probata consuetudo obtinuit, vt ligna, & paleas militibus hospites gratis tribuant. At non hodie milites obseruant antiquam disciplinam, quia non debent milites esse terribiles inferioribus secundum Bal. in rubri. C. qui accusa. non poss. vbi dicit, quòd milites debent suos ciues defendere, & castris insistere, non versari circa lites; & neminem opprimere, sed esse contenti stipendijs suis, vt dixi. Et milites prælijs atque vulneribus debent patriam, parentesque defendere, in l. aduocati, C. de aduoc. diuer. iudi. Et vide de hoc Adrianum Papam in Quodlibetis, quęst. lx. char. xciij. litera g. Sed omnes milites hodie concutiunt, & opprimunt, saltem hospites suos, deuorant, rapiunt, deprędantur, grassantur, & depopulantur nedum laicos, sed ecclesiasticos, & non inimicos tantum, sed etiam amicos; si enim non est licitum concupiscere suem, bouem, velasinum alienũ, sed debet quis stare contentus sorte sua, quanto minus rapere licebit. Non enim antiqui milites sic faciebant. Quid enim differt ab hostibus, qui hostium modo aufert, deprędatur, & tam socios, quàm aduersarios, volendo zucha-
ao rum, bruscum, &c. † Et aliqui, sed non omnes, tot blasphemias contra Deum, & eius immaculatam Matrem effundunt, quòd sufficerent ad destructionem exercitus; & tamen nisi faciant, non videntur fortes. Et tales deberent educi extra castra, & obrui lapidibus, vt in Leui. cap. xxiiij. nec vidimus pro aliquo scelere Deum tot miracula ostendisse, sicut pro blasphemia; spiritus autem blasphemię nõ remittetur. Matth. x. Non mirum ergo sit, si moderni milites coguntur etiam quodlibet minimum municipium cum magna sanguinis effusione superare. Quia plerũq; in bello valet bona conscientia; & non secundum armorum potentiam, sed prout sibi placet, dat Deus victoriã dignis. Et artellaria solet peiores eligere à bonis, quos plerunque miraculosè intermedios omittit illæsos. ideo Grego. in c. si non ex fidei, xiij quæst. iiij. commendat Genandium patricium, ex eo, quòd victorias suas faciebat non per corporalem

ralem prouidentiam, sed magis orationibus præuientibus; quòd in alijs ducibus non contingit; & quòd pugnabat non causa fundendi sanguinis, sed potius causa Reipublicæ dilatandæ, id est, ecclesiæ. Sunt etiam qui dicant, bellum esse exequutorem iustitiæ, quoniam occisores, & fures, qui plerunque à iudicibus tolerantur, solent ibi communiter interire, vt Iudic. xx. vbi licet Deus iuberet ire in bellum, tamen non dedit victoriam, donec in duobus diebus xl. millia sceleratorum, qui erant in exercitu, occidi permisit. Et nostri milites singulos annos diuersas vestes variant, modò longas, modò breues, modò albas, modò nigras, &c. Nam quilibet in habitu vult videri miles, miles capitaneus, & quilibet capitaneus vult videri Princeps. Et nunc quia ad pompas militum stipendia non sufficiunt, concutiunt, & extorquent à rusticis; & ministri quidam prohibent verbo, sed non facto. O milites malè disciplinati in hodiernis temporibus, immemores, quòd defendentibus Rempublicam sit destinatus locus in cœlo, vt refert Papa ad Ducem Mediolani, epist. xlix. ideo Claudianus in monarchia sua acriter inuehitur contra capiteneos, qui hæc sufferunt, vt captent beneuolentiam militibus. † Et nihil perniciosius in militia inobedientia, vt pa- 21
tet ex vulgato iudicio Ciceronis, cui cùm explorator retulisset exercitum Pompei numerosiorem esse, sed Cæsaris obedientiorem, Cicero statim victoriam Cæsari adiudicauit. Et in tantum obedientia laudatur, quòd miles etiam vulneratus non debet discedere à signis sine licentia, per text. & ibi Ang. in l. j. C. qui. non obst. long. temp. præs. Et si ab armis subtraxeris obedientiam, & iustitiam, armaerunt causa delictorum, & omnium malorum, vt in auth. vt omn. obe. iudi. Et propterea maiestatem Principis non solum armis, sed etiam legibus oportet esse armatam, vt legitur in proœmio Institutionum. † Et miles magis debet 22
obedire Duci in bellicis, quàm patri, etiamsi simul eodem momento concurrant; quia obediendum est illi, qui imperat in ordine ad nobiliorem finem; & bonum commune est melius, & communiter amabile. Et milites Neapolitani deuotè obedierunt Constantino tribuno depu-

deputato ad custodiam Neapolitanæ ciuitatis; quia summa militiæ laus inter alia bona hæc est, obedientia Reipublicæ, vt in c. summa, xxiij. q.j. Non immeritò ergo lex inobedientes milites capite punit, etiamsi res benè succedat, l. desertorem, §. in bello, ff. de re mili. & ibi legitur etiam: Si is qui volens fugere ad hostes apprehensus est, ca-
23 pite puniatur. † Ita Manlius Torquatus filium suum occidi fecit; quia cùm ipse imperasset, ne aliquis bellum cum hostibus iniret, ille cùm ab vno hostium prouocatus esset, & speraret de eo victoriam reportare, decertauit. Vnde quamuis de hoste triumphauerit, fecit tamen eum pater interimi, quia inobediens fuit, vt refert Augustinus libro v. de ciuitate Dei. Sed omnia iudicio meo debent considerari à duce belli, quia omnis actus qui fit bono zelo ad publicam vtilitatem, & gratia virtutis, licet sit aliàs reprobatus, commendabilis est: commendantur ergo virtuosè pugnantes, & ex probabili causa, vt per Ange. in l.j. §. bestias, ff. de postula. Sed nota, quòd examinandi sunt, qui ad militiam admittendi sunt, vt per Ioan. de Plate. in l. si quis seruum, C. qui milita. possunt, lib. xij. allegat Veget. in libro j. de re milita. c.j.ij.iij.iiij.v.vj. quia hoc est, in quo tota salus Reipublicæ consistit, vt tyrones non solum corporibus, verùm etiam animis præstantissimis eligantur. ho-
24 nestas enim idoneum militem reddit. † Oportet etiam antequam quis efficiatur Imperator exercitus, quòd primò fuerit armiger, deinde miles gregarius, postea Dux; & sic ordinatè accedendum est: non autem debet eligi ille, qui non peruenit ad illos gradus, sicut est armiger, vel miles. est text. lix. distinct. ordinatos, ibi. qui per singula stipendia creuerit, ad meritum stipendij non potest ordine peruenire. Ad idem etiam est text. pulcherrimus in c. indecorum, extra de ætat. & qual. qui sic dicit: Indecorum est, vt hi debeant ecclesias regere, qui non nouerint gubernare seipsos; & etiam text. in authen. de sanctiss. Episco. in princ. ij. colum. ibi, qui enim alios, collat. ix. & ibi glo. quæ dicit, quòd ridiculum est, eos velle docere, qui nondum didicerant. Et redeundo ad spolia, quæ capiuntur in bello, intelligo quando bellum est indictum à principe non recog-

recognoſcente ſuperiorem,& eſt iuſtum,vel dubitatur,an ſit iuſtum; quia ſi bellum eſt iuſtum, captura eſt iuſta,& licita, vt per Inno.in c.olim, de reſtit.ſpo.& de hoc latiſsimè ſuperius dixi. Et in tali iuſto bello ſi capti captiuantibus aliqua promittant,eis ſeruare tenentur; & ideo tenentur redire; ſicut carcerati iuſtè, ſi quid in carcere promittunt carcerantibus,aut alijs,valent eorum promiſſa,& ſeruanda ſunt,l. qui in carcerem, cum ſua materia, ff. quòd met.cau. Et ſic ſi aliquis fuerit captus, & relaxatus,& poſtea captus ab alio, captiuus erit eius, qui primò eum cœpit in guerra. tex.eſt in l.ſi quid bello, ff. de capti. ne vnus ſit præda duorum. Et ſic nota ſecundum glo.ibi,quòd occupata in bello firmius,quàm ſua propria,ſeruantur occupatori; & ita magis eſt meum,quod per meam probitatem quæro,quàm id,quod per anteceſſores, vt in l.iiij. ff.de inter.& releg. & nullus eodem tempore poteſt eſſe captiuus, ſiue ſeruus duorum inſolidum, l.hæreditatem,§. pater, ff. de caſtr.pec. nec eiuſdem rei eodem tempore duo poſſunt habere dominium inſolidum, l.ſi vt certo, §.ſi duobus vehiculum, ff. commoda. Sed capti, relaxati tempore pacis initæ, captiui non erunt eorum, qui primò eos cœperunt in bello,ſi fuit conuentum tempore pacis initę de ipſis relaxandis, vt eſt text.in d.l. ſi quid bello; etiam ſi ſimpliciter fuerint relaxati,quia liberati intelliguntur perpetuò liberati,& liberatio in dubio perpetua eſt,non ad tempus,vt ff.de pact.l.hæredi,§. fin. & vincula captiuitate ſemel ſoluta non reuiuiſcunt, l.qui res, §. aream, cum ſimi. ff.de ſolutio. Et ſi plures captiuant vnum, captiuus eſt omnium; & ſi plures eodem tempore eum vocant,tenetur parere primo captiuanti,quia habet in eo potentius ius, ff.de re iud. l.contra pupillum, §.is qui, ff. de in ius vocan. l.ij. & l.iij. &eſt caſus,ff.ad municipa.l.libertus,§.præſcripto.vbi obligatus ad munera in pluribus locis, ſi ſimul vocatur per ambos,tenetur obedire loco originis; quia eidem fuit aſtrictus primò. & eſt caſus in l.in operis, ff.loca.& ſi vocatio fit diuerſis temporibus, omnibus parere tenetur. de hoc videbis Ange.in d.ſua quæſt. † Sed ſi eodem tempore 25
vnus plurium eſt captiuus,& omnes ſimul eum vocant; ſi

vnus

vnus ex captiuantibus est nobilior alijs, ei obediendum est primo, C. de natu. liber. l. si quis, in authent. de hære. & falci. §. si quis autem. & in authen. de defenso. ciui. §. interim, ff. de fide. l. fin. Si autem nullus eorum est nobilior, vocatus potest gratificare cui vult, ff. de leg. ij. si quis seruũ. & ibi docto. in c. venerabilem, de electio. videbis gl. & docto. videbis Ange. in sua. q. colla. vij. Si autem non vult gratificare, forte res dirimenda est inter captiuantes, C. comm. de leg. l. fina. ff. de iudi. l. sed cum ambo. Si autem nolunt esse concordes, tunc inuicem se impediunt, ff. de vsufructu lega. l. quoties duobus. est glo. notabilis in l. ciues, de incolis, quæ est melior alia, quæ sit in toto corpore iuris. Et aduerte, quòd si capti fecerunt se captiuos capientium dando fidem, tunc etiam si recuperantur ex interuallo, vel incontinenti, non reuertuntur in statum pristinum. casus est in l. postliminium, & in l. in bello, §. manumittendo, ff. de capti. & hoc bene seruant moderni milites, qui cùm capiunt in actu armorũ, semper faciunt, quòd captus se reddat captiuum dando fidem; & nihil contingere potest, quod fidem datam, per quam captiuanti ius, & obligatio est quæsita, tollere possit, citra voluntatem ipsius. Et non solum captura fecit captum captiuum, sed fides data per captum, qui ne occideretur se reddidit. Et fidei inconstantia est de iure gentium, & ciuili reprobata, ff. de pact. l. j. vbi legitur: Quid enim tam congruum est fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerunt inter eos, seruare, facit tex. in l. j. de consti. pecu. & adde pulchrum text. in Episto. inter claras, C. de summa Trin. & fid. catho. vbi dicitur, nihil esse, quod lumine clarius præfulgeat, quàm recta fides, & obseruantia in principe. vnde Aristo. ad Alexandrum ait: O Alexander, obserua fidem datam, & fœdera confirmata, aliàs malus finis sequetur. sicut ipse posuit in libro, qui vocatur secreta secretorum. & vide Cyn. in l. digna vox, C. de legibus. & vide Bal. in d. l. j. ff. de pact. omnia ista referentem. & est opti. tex. in d. l. postliminio carent. vbi legitur: postliminio carent, qui armis victi hostibus se dederunt. Itaque ista redditio præ timore hostium à iure damnatur, vt in d. l. postliminio carent; quia ignominio-

minioſum erat militibus de iure antiquo, ſed hodie talis ignominia non curatur. Itaq; non eſt ſubueniendum eis, qui ex culpa periclitati ſunt, & maximè ſi ſe captiuos reddiderunt trepidè ſe gerendo, & contra armorum conſuetudinem, vt d.l. poſtliminio carent, ff. de capti. & poſtl. reuer. Cauere igitur per multum debent milites militantes in armis, ne metu ſe hoſtibus reddant. Et eſt verum pro militatibus pro Imperio Romano, vel pro eccleſia ſancta Dei, faicr tex. in l. ij. ff. de capti. & text. in l. iij. §. miles, ff. de re militari, vbi legitur: Miles, qui in bello arma amiſit, capite puniatur; intellige, illicitè. Et iure poſtliminij non potitur, qui voluntariè capitur, & vbique occidi poteſt; ſed ſi iam victus ſponte ſe is dedit, ſeu reddit, tunc ſolum poſtliminio caret, vt in d.l. poſtliminio, ff. de capti. erubuit enim populus Romanus, quòd aliquis militum ſuorum diceret, ego me reddo, vel, me tibi trado. Quod notandum eſt ſecundum Salicet. in l. ſi quos, C. de captiuis. vide Archi. in c. fina. xxiij. q. j. An liceat fugere militi, quando defenſio ſua non prodeſt, vid. tex. in c. ipſa pietas, xxiij. q. iiij. & vide Albe. in l. deſertorem, §. fin. ff. de re militari. Et fides hoſti ſeruanda eſt: † ſed in bello illicito, captiuus non 26
tenetur reuerti, etiamſi iuraſſet, gl. in l. nam & ſeruitus, ff. de neg. geſt. immo tale iuramentum de redeundo eſt reprobatum, ff. de captiuis, l. poſtliminium, §. captiuus autè. Non enim fuit licita captiuatio in iniuſto bello: & in tali caſu inobſeruantia fidei eſt dolus bonus, & approbatus à iure, vt in l. j. §. non fuit, ff. de dolo. Et quod dixi de bello illicito, intellige vel ex defectu iuſtitiæ, vel ex defectu authoritatis indicentis bellum. Et quicunq; bellum mouet iniuſtum, vel ita iuuat, quod ſine eo non fieret, vltra mortale peccatum tenetur hoſtibus de omnibus damnis. † Et 27
iniuſtum bellum dicitur quinque modis, vt per glo. in c. j. xxiij. q. ij. vel ratione perſonæ, quia eccleſiaſtica: ratione rei, quia non eſt de repetendis, vel pro defenſione patriæ, vel propter cauſam, vt ſi propter voluntatem, & non propter neceſsitatem pugnatur; ex animo eſt etiam iniuſtum bellum, vt ſi animo vlciſcendi fiat. Item eſt iniuſtum bellum, ſi non indictum authoritate principis. † Et poſtli- 28

minium

minium est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos, ac liberos omnes populos regesque moribus, legibus constitutum, l. postliminium, ff. de capti. & diceret aliquis, nonne hæc metu geruntur? ergo nulla in effectu, vt in toto tit. ff. quòd me cau. Respondeo secundum Ange. in d. sua quæst. quòd in actu bellico licitum est metum inferre, & cædes, & vulnera. Et si præda facta aufugit, postquàm iam intrauerat præsidia hostium, capientium fit, nec reuertitur ad prima dominia, l. transfugam, ff. de acquir. rer. domi. Et est aduertendum, quòd si habebam captiuum in bello, si aliquis me compulit ad relaxationem, tenetur mihi actione in factũ, tex. est in l. in laqueum, ff. de acquir. rer. domin. Itẽ damna socijs occurrẽtia, culpa aliorum sociorum, damno eorum cedunt, vt ff. pro socio, l. cum duobus, §. damna, & l. rei criminis nomine, eo. tit. Et si habebam inimicum oppressum, & non apprehensum, quia non se reddiderat, non dicitur seruus meus, donec sit manu apprehensus, tex. est in d. l. in laqueũ, ff. de acqui. rer. domi. Et est aduertendũ, quòd captiuus est illius, cui se reddidit, vt per Ange. in d. sua quæst. vbi etiam dicit, quod captiui à captura dicuntur, & quòd non dicitur captus, qui non durat captus; vel nisi dederit fidem, quia (vt superius dixi) non solum captura facit captum, sed fides data per captiuum, qui ne occideretur, se reddidit. Et milites, qui non pugnauerunt, quia obedierunt principi militum stando ad custodiam, & per eos non stetit, pro pugnantibus habendi sunt: ideo debent habere partem prædæ, & ita pronunciauit Dauid, cùm expugnasset Amalechitas, vt infrà dicetur; & ex quo steterunt ad custodiam, dicuntur participes aggressuræ; & si aggressura esset illicita, punirentur, vt aggredientes, ff. de adulte. l. & si amicis, & l. qui domum. Et custodientes fauendo dant fauorem aggressuræ, ff. ad leg. Aqui. l. qui occidit. multifariam enim præstatur fauor, id est, non tantum corpore, sed clamore, vt ff. ad Sillam. §. eodem autem tecto. Et de auxilio dixi suprà in isto cap. Et si milites remanerent tempore pugnę fessi, vel forsitan infirmi, vel aliter casu impediti, vel eorum mortui in via, aut inutiles facti, dico,

quòd

quod tales milites numerantur in numero pugnatorum, & sic vocantur ad partem prædæ: & ita pronunciauit Dauid, cùm expugnauit Amalechitas, & eis abstulit cuncta spolia, Reg.j.c.xxx. quia licet aliqui lassi substiterint, diuisit tamen prædam æqualiter remanentibus; pro cuius sententia facit, quia non minus dicuntur seruire in bello, qui ægri, aut debilitati curantur, quàm illi, qui seruiunt, l. cùm hæres, §. stichus, ff. de statu lib. ff. loca. l. si vno. §. item cùm quidam, per Ange. in q. incip. renouata guerra. Sed capti ab hostibus nō debēt habere salariū, vt in l.j. de re mili. lib. xij. vbi casus nota. † Et si miles sit infirmus, ita quòd 29
non possit seruire, debet nihilominus habere salariū, quia non minus dicuntur seruire in bello, quàm illi, qui seruiunt (vt dixi) & ita de consuetudine obseruatur hodie, quia differentia est inter famulum, & militem, vt per tex. in l. vna, C. negociatores ne militent, lib. xij. & per omnes Leges loquentes de re militari. Sed si milites casu fortuito accedere non potuerunt ad pugnam, nihil consequuntur, sicut locator operarum, quanquam consequantur, cùm casu impediuntur. ita Ange. in d. sua disputatione, renouata guerra. Sed pollens consilio non dicitur inhabilis ad pugnandum, licet corpore pugnare non possit, vt per Abba. in c. ex multa, de voto. quia consilio, authoritate, & sententia res magnæ geruntur. Sed si stipendiarius recesit per aliquod tempus cum licentia capitanei, debet habere interim salariū, glo. in d. l. desertorem, § fin. l. ad diem, ff. de re mili. vide etiam quod dixit Bal. in l. fin. C. de condi. inser. Sed aduerte, quòd de ecclesia rapere non possunt iustè bellantes, nisi victualia hostium, & huiusmodi; puta & eorum arma, & alia sua, quibus iuuabantur contra hostes. Et si hostes incastellauerunt ecclesiam, gaudere non debent immunitate ecclesiæ, quam ipsi primo violauerunt inde pugnando; quia frustra inuocat auxilium legis, qui in lege errauit, c. quia frustra, de vsur. Et in bello iusto ecclesia potest euerti, quando hoc non sit à proposito. sed dum iustè bellantes dant operam rei licitæ, incendendo machinas hostium, & huiusmodi, sic possunt incendere villam, aut castrum, quando aliter commodè capere non possunt. Fa-

cto proclamate per Ducem belli; quicunque accenderit primus, lucretur mille; si multi accenderunt, primus tantum habebit mille. Bar. in l. hoc articulo, de hæred. instit. Imo. & moderni in l. qui filia, §. j. ff. de lega. j. Iaſ. in l. conuentionem, ff. de pactis. Itaque si præmium consisteret in re, quæ pluribus potest dari in solidum, vt quantitas, cuilibet debent dari centum; sed debes considerare secundũ Bart. in d. l. hoc articulo, per quæ verba loquitur proclama, vt si dicat, quisquis, vel si quis, vel quicunque primo ingressus fuerit. Et aduerte, quòd Iacobus in canonica dicit; vnde bella, & lites in vobis? Nõne hinc ex cõcupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris? itaque diuina prouidentia solet corruptos hominum mores bellis emendare, atque conterere, vt per diuum Augusti. in libro j. de ciuita. Dei, c. j.

30 † Et notabis, quòd castellanus, vel custos ciuitatis, si inuitatur ab hostibus, vt pecuniam accipiat, & ponat castrum, vel ciuitatem in manibus hostium, potest duplicem facere tractatum, & decipere hostes, facta prius relatione de hoc domino castri, vel ciuitatis. Ipse autem castellanus licitè non posset ex se alium inuitare, & duplicem facere tractatum, argum. l. si quis seruo persuaserit, C. de fur. & ibi Ange. ponit etiam ipse Ange. in l. quicunque, C. de seruis fugit.

31 Legato castro cedunt arma, quæ in castro erant ad defensionem castri, secundum Oldra. cons. cxxxij, facit quod not. in l. j. & ij. ff. de verb. signif.

† Si princeps committat custodiam castri castellano, tenetur de violentia castellanus, si culpa castellani præcesit violentia, puta quia non habebat arma ad defendendum, vel victualia; proinde ex culpa castellani fuit perditum castellum, l. merces, §. culpæ, ff. loca. Si vero culpa nõ præcesit, non tenetur, l. quæ fortuitis, C. de pigno. act. l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commo. faciunt no. per Bar. in repe. l. quod nerua, ff. depo.

32 † Princeps habens guerram, si accipit castrum cuiusdam baronis, vel sui vasalli, existens in confinibus hostiũ, pro securitate status, quod potest facere, l. j. C. de naui. nõ

excu-

excusan.l.Lucius, ff.de euic.l.fin. ff.de pign.act. bello finito debet illud castrum restituere vasallo, vel baroni; nec expensas factas in castro tenetur vasallus restituere: quia vbi quis facit principaliter ad sui vtilitatem, licet expensæ cedant ad alterius vtilitatem, non potest eas expensas repetere, l.si habendæ, in princ.ff.de vsufr.l.fin.ff.de impensis, l.ij.§.item labeo, ff.ne quid in loco publico. quia inspicitur, quod principaliter fit, l.j. ff.de autho. tut. cum simi. princeps facit expen. ad vtilitatem pro defendendo statum.

Castrum, vel alium locum cuique licet facere in suo, nisi fecerit ad alterius æmulationem. † Nam fortia loca non 33
debent fieri sine licentia principis, not.in l.per prouinciã, C.de ædif.priuatis. & in l.j.ff.quod cuiusque vniuer.& Inoc.in c.pisanis, de restit.spo. vel nisi fiat in liminibus imperij, glo.in d.l.ij.C.de fundo limi. lib.xj. quia in limine imperij nullus debet esse castelli detentor, in l.j. eod.tit.& libro. & ibi not. Barto. quòd licet priuatis personis loca propria muris circundare,& custodire; quia collatio ædificiorum est de iure gentium. & sic limita.l.ex hoc iure,ff. de iust.& iur,& ibi Barto. nisi fiat ad æmulationem regni, vel scandalum inde sequi possit, vt per Ioan.de Plat.in d.l. j. sed castella iuxta limen regni posita non licet alicui priuato tenere, nisi ex permissione Regis, vel per tempora vetustata possederint, quia tunc talis vetustas pro lege habetur, vt in d.l.j. & in d.l.ij. ff.de aqua plu. arcen. cum simil. & vide docto.in c.pisanis,de restitu.spolia. vbi dicunt docto. ad æmulationem alterius non debent noua castra facere, nec vetera inhabitata rehabitare. Sed quid si propter conseruationem honoris,& proprij patrimonij? vide Abba. ibi.

† Qui habent rochas, vel castra in custodia, non debent 34
credere literis generalibus domini; & si crederent, non excusarentur, immò punirentur; quia debent recipere signa eis deputata, Bal.in c. significauit, de appel.

† Quando est suspitio guerrarum, habens custodiam ca- 35
strorum, vel fortalitiorũ debent tempore nocturno custodias duplicare, l.j.& ibi Bar. & Sali.C.de cust.& ex.reorũ.

36 Castellanus, qui scienter permisit venire hostes ad prę-
dandum, debet viuus comburi, glo. in l. si quis à barbaris,
C. de re milit. lib. xij.

37 Item princeps potest ponere custodes super cãpanile ec-
clesiæ, si ipsum campanile ecclesiæ habeat fortalitium pro
defensione status principis, non aliter. Cyn. in l. nullius
C. de sum. Trin. & fid. catho.

38 Item qui promittit non ponere fortalitium in manibus
inimicorum, tenetur etiam curare, ne per inimicos occu-
petur, quantum potest. Ange. in l. non impossibile, ff.
de pac.

39 Item si Castellanus credat signo dato, puta corniolæ
cretæ principis, non dicitur in culpa, l. j. & ibi no. in prin.
ff. de eo, per quem factum erit. & ibi vide Ange.

40 Item si Castellanus perdat castrum dolo, vel culpa lat.
vel leui, tenetur domino; non si leuissima. nisi specialiter
mercedem pro custodia accepit; quo casu etiam de leuis-
sima tenetur, glo. in l. qui mercedem, ff. de loca. de casu et
tenetur, l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commo. nisi ca-
stellanus obtulerit finito tempore; quia tunc nisi de dolo
& lata culpa non tenetur, secundum Ray. Barto. & alios
l. si mora, ff. sol. matri. vide quæ ibi scripsit Martinus Lau-
densis. vide Alberi. in l. iij. ff. de offic. præf. vigi. & ibi no-
tatur, quòd cui commissa est custodia alicuius rei, tenetur
si malè custodiat. Ideo custodes, qui eliguntur in ciuita-
bus ad custodiendum de nocte, tenentur emendare furta
& damna, quæ committuntur. Idem dic de custodibus
deputatis ad custodiam alicuius castri, si eorum negligen-
tia inimici intrauerunt castrum, quòd teneãtur. Sed quæ-
ro, dicit Alberi. cui incumbit onus probandi, vtrum cu-
stodibus, quòd casu fortuito intrauerint inimici, an agen-
ti contra eos, quòd dolo, vel culpa eorum? custodibus in-
cumbit probatio, qui allegant casum fortuitum, secun-
dum Alberi. in d. l. iij. Et in exercitu sunt necessarij homi-
nes & mulieres, aliqui ad pugnandum, & aliqui ad alia
& ideo si indulgentia concedit, omnibus prodest. Alber.
in l. postliminium, ff. de capti. & postli. reuer.

# DE MILITIA, ET RE MILITARI. Cap. XLVIII.

## SVMMARIVM.

1 *Militia quid sit, & ad quæ instituta fuerit.*
2 *Regi, & ad Ducem exercitus maximè spectat militaris prudentia, & num. 7.*
3 *Quæ, & quot habere debeant bellicosi homines, ad hoc vt benè pugnent.*
4 *Exercitum in quolibet negocio audaciam præbet.*
5 *Qui sint meliores bellatores, an vrbani & nobiles, vel agricolæ, & rurales, remissiuè.*
6 *Reges, ac magnanimi exercitus Duces multa in bello considerare debent.*

IN superioribus capitulis multa de bello, & de ducibus belli diximus. Nunc breuiter aliqua in isto §. dicemus de militia, & ad quæ fuit instituta. † Militia est quædam species prudentiæ, per quam superantur hostes, & prohibentes bonum ciuile, & commune: ex hoc autem apparet, ad quid sit militia instituta. Sic quælibet ciuitas, & regnum indiget duplici virtute, & duplici prudentia, videlicet legum positiua, & militari. Itaque militaris quædam species prudentiæ est, per quam superantur hostes. Nam sicut leges principaliter respiciunt commune bonũ, sic & militia principaliter instituta est ad defensionem cõmunis boni, vt ciuitatis, aut regni. Ideo ad milites principaliter spectat benè, & fortiter se habere in opere bellico, & per actiones bellicas opprimere impedimenta hostium, & secundum iussionem regiam impedire omnes seditiones ciuium, per quas turbari potest tranquillitas ciuium, & commune bonum. † Hanc autem prudentiam militarem maximè debet habere Rex; nam scire quomodo committenda sint bella, & qualiter cautè remoueri possint impedientia commune bonum, maximè spectat ad Regem, & ad Ducem exercitus. Itaque militia videtur esse quædam prudentia operis bellici ordinata ad commune bo-

1

2

ne bonum; videtur enim se habere miles in opere bellico sicut magistri, & docto in scientijs. Quare sicut nullus esficiendus est magister in alijs scientijs, nisi constet ipsum esse doctum in arte illa, sic nullus assumendus est ad dignitatem militarem, nisi sit multum expertus in arte bellica, & multum industrius in opere bellico. Nam debēt duces pedestrium, vel equestrium esse magistri bellorū, & ordinatores aliorum in bello. † Quæ, & quot habere debeat
3 homines bellicosi, vt bene pugnent, quantum ad præsens spectat, enumerare possumus octo. Rex eliget homines, qui possit sustinere magnitudinem ponderis armorum. Nam inermes à quacunque parte feriantur, succumbunt. Secundo, bellicosi homines debent sustinere assiduos labores, & magnos. Tertio, miles debet tolerare parcitatem victus. Quarto, non debet curare miles de incommoditate iacendi, & standi. Quinto, non debet miles quasi appretiare corporalem vitam. Sexto, non horrere sanguinis effusionem. Septimo, debet miles habere aptitudinem, & industriam, quando est in conflictu, ad protegendum se, & feriendum alios. Octauo, verecundari, & erubescere, eligere turpem fugam. Nam vt dicitur tertio Ethi. apud illos sunt viri fortissimi, apud quos honorantur fortes. Inter cætera autem, quæ reddunt hominem bellicosum, est diligere honorari ex pugna, & erubescere turpem fugam. Sed in opere bellico multum valet exercitatio armorum. Nam recitat Vegetius in libro de re militari, exercitationem armorum, & industriam bellandi fuisse ea, quæ terrarum orbem Romano populo subiecerunt. Nam quid potuisset potentia Romanorum aduersus fortitudinem Hispanorum? quid potuisset contra prudentiam Græcorum? quid potuisset contra multitudinem Orientis, nisi plus illis fuissent exercitati in armis, & magis habuissent bellandi industriam? Vnde multoties cōtingit, quòd prudentes in rebus alijs, propter inexercitium armorum non
4 sunt industrij in bellis. † Exercitium enim in quolibet negocio præbet audaciā, vt nō metuat illud facere. Inde est, quòd tantū valet armorū exercitatio, quòd in bellorū certamine paucitas exercitata plus valet (si sit prompta) ad victo-

ad victoriam. Et multitudo rudis, & indocta semper est parata ad fugā. Itaq; illi bellatores eligēdi sunt ad pugnā, in quibus plura reperiūtur de ijs, quæ requirūtur ad pugnā.
† Qui sunt meliores bellatores an vrbani, & nobiles, vel agricolæ, & rurales, vide Veget. in lib. de re militari. Sed in equestri pugna magis eligēdi sunt ipsi nobiles. Et in pugna equestri, & pedestri nimiū valet bellādi exercitatio, & sagacitas sociata erubescētię fugiendi. Sciendū tamē, quòd vt nobiles ex omni parte efficiātur strenui bellatores, assuescendi sunt ad portandū armorum pondera, & ad sustinendum labores, & motum brachiorū, & aliorum membrorū corporis, vt requirit operatio bellica. Item bellantes assuescendi sunt ad gradū, & passum bellicum, vt gradatim pergant, ita vt quilibet se in suo ordine teneat. Item exercitandi sunt homines bellicosi ad inuadendū hostes, & ad percutiendū armis, & ad emittendū tela, siue iacula, & ad percutiendum lancea, & ad iaciendum sagittas, & ad proijciendum lapides fundis, & tormentis bellicis. Item debent milites exercitari ad ascendendos equos, & debent exercitarii in alijs multis secundum consuetudinem regionis. 5

Et quia negotia bellica inter cętera periculosa esse vidētur, ideo in eis est magna diligentia adhibenda. Nam recitat Vegetius, dixisse Catonē, quòd in alijs rebus, si quid erratum est, potest postmodū corrigi; delicta, vel negligētię bellorū emendationem nō recipiunt, sed statim pœna errorem cōsequitur; quia imperitè, & imprudēter pugnantes, vel cōfestim pereunt, vel in fugā versi adeo efficiuntur timidi, quòd contra suos victores vix, aut nunquam audent bella cōmittere. Ideo vltra ea, quæ diximus, vtile est in exercitu facere fossas, & construere castra, vt hodie famosi, & experti Duces faciunt. † Et aduertant Reges, & magnanimi Duces exercituum, quia multa sunt consideranda in bello, si debeat publica pugna committi; melius enim est pugnam non committere, quàm absque debita prouisione fortunæ, & casui se exponere. In vniuerso igitur Rex, aut Dux exercitus in omnibus debet esse vigilans, sobrius, prudens, & industrius, quia multa, vt dixi, sunt considerāda prius, quàm eligat publicam pugnā committere. 6

7 Ideo, vt dixi, † Rex in rebus bellicis debet habere maximam peritiam, & debet scire qualiter ordinâdæ sint acies, & ideo debet habere armorum, & belli maximam experientiam, & debet scire quando debeat contra hostes, vel aduersarios dimicare, & quot modis, & qualiter debeat hostes inuadere. Debet etiam scire, quibus cautelis debet vti, ne suus exercitus lædatur in via, & qualiter facilius possit hostes debellare. Debet autem scire Dux exercitus, quo tempore melius est obsidere ciuitates, & castra; & quot sint genera machinarum, per quæ impugnari possint ciuitates obsessæ, & deuinci; & qualiter ædificanda sint castra, aut ciuitates, ne per pugnam ab obsidentibus facilius deuincantur. Debet etiam Dux exercitus scire, qualiter construenda sit nauis, & qualiter construendæ sint triremes, & biremes; & qualiter committendum sit nauale bellum. Ideo aduertat sacra Regia maiestas, quia in hoc calamitoso tempore omnis in ferro est salus. Sed vt latissimè dixi in toto præsenti tractatu de bello iusto, & iniusto, bellū debet esse iustum, & apud veros Dei cultores illa bella pacata sunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur.

## DE IVSTITIA, ET DE EXCELLENtia iustitiæ. Cap. XLIX.

### SVMMARIVM.

1 *Iustus Rex iustitiam diligere debet.*
2 *Iustitiæ definitio, & num. 3. 4. 6. 8. 11. 13.*
5 *Iustitia alijs virtutibus moralibus præponi debet.*
7 *Responsum quoddam Alex. Magno factum.*
9 *Iustitiam ministrans leges obseruare debet, vitamq; suam emendare, & num. 10.*
12 *Rectè iudicans remunerationis præmium sperare non debet.*
14 *Exempla quædam pulcherrima gentilitatis paganorum.*
15 *Iustitiæ administrator, antequam aliquem puniat, maturè inquirere debet de veritate.*
16 *Mortem potius quis subire debet, quàm timore alicuius supplicij aliquem iniustè punire.*

17 Iusti

17 *Iustitia duplex est, secundum Philosophum.*
18 *Ciuitas vel regnum sine iustitia durare non potest.*

MVlta diximus de Rege, & regia dignitate, †sed quia Rex iustus debet diligere iustitiã, 1
cùm sit seruator iustitiæ, ideo aliqua de excellentia iustitiæ dicemus, Deo optimo maximo lustrante viam. †Iustitia igitur est con 2
stans & perpetua voluntas ius suũ vnicuique tribuens. ita Iustinianus in principio Institutionum, & Iurisconsultus in l. iustitia, ff. de iusti. & iu. Sed vt inquit Aristo. v. ethicorum, iustitia largo modo sumpta comprehendit omnes virtutes; & isto modo accipitur ab ipso Aristo. in libro j. polit. c. j. vbi ait: Sicut homo perfectus est omniũ animalium optimus; ita separatus à lege, & iustitia est pessimus omnium. Hoc etiam modo accepit Saluator, dum dixit Matth. v. Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquàm Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Et iustitia propriè dicta est nobilior omnium virtutum moralium: ideo inquit Aristo. v. ethico. †Præclarissima omnium virtutum videtur esse iustitia, & neq; Hesperus, nec Lucifer ita admirabilis. & addit: Iustitia virtus est maximè perfecta, quoniam perfectæ virtutis vsus est, & in ipsa simul omnis virtus. & Cicero in j. de offic. ait: Iustitiæ splendor est maximus, ex quo boni viri nominantur. & in iij. eiusdem operis dicit: Iustitia est vna omnium domina, reginaque virtutum. & in authen. vt omnes obediant iudici princi. dicitur: Vnam quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrãdum est hominibus, quæ iura omnibus distribuit: hæc est autem cognominata iustitia. & Tull. in ij. Rhetor. dicit: †Iustitia est habitus ani- 4
mi suam vnicuique tribuens dignitatem. Cùm ergo cæteræ virtutes morales, vt plurimum sint solum habenti vtiles, iustitia & sibi, & alijs, immo omnibus in mundo existentibus est vtilis: quia vt dicitur, in l. iustitia, ff. de iusti. & iure: Iuris præcepta sunt hæc, Honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere. Ecce vtilitas ad omnes. Sequitur, quòd alias virtutes excedit, & nulla

eam. Itaque obtinet principalem gradum bonitatis iuxta notata in l. vbi autem, ff. de verbo. obliga. & idem habetur
5 in l. vnica, C. de cadu. tollen. † Itaque manifestè apparet, iustitiam esse aliis virtutibus moralibus præponendā; per quam multorum salus, & incolumitas procuratur, vt est text. in l. prouinciarum præsides, C. de ferijs. vnde Ambrosius in libro de officijs de illa inquit: Iustitia vnicuiq; quod suum est, tribuit, vtilitatem propriam negligit, vt communem vtilitatē custodiat. Ex quibus infertur, quòd Respublica absque iustitia conseruari non potest; vnde Augustin. in lib. vj. de ciuitate Dei, c. xix. sapientium sententias recitans concludit, hoc verisimum esse, videlicet sine iustitia Rempublicam regi non posse. Et Macrobius in lib. de somnio Scipionis ait: Sine iustitia non solum Respublica, sed nec exiguus hominum cœtus, nec quidem parua domus constabit. & Salust. in Catil. dicit: Labore, ac iustitia Respublica excrescit. & Cypria. in lib. de xij. abu-
6 sionibus ait: † Iustitia est pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, & gaudium hominum, & merito: nam Respublica tempore pacis, & belli optimè gubernatur, vt habetur in procē. Institutionum: Per iustitiam nanq; mali terrentur, & boni conseruantur, vt in c. non frustra, xxiij. q. v. & in l. capitalium, §. famosos. & in l. aut facta, §. fina. ff. de pœnis. nam per iustitiam cùm punitur vnus malus, alijs incutitur metus: & isto modo pax, & tranquillitas conseruatur, vt in l. j. C. ad leg. Iul. repet. & in l. diuus, ff. de custo. & exhi. re. Item summum in rebus bonum est iustitiam colere, tex. in c. cùm deuotissimus, xij. q. ij. & August. in lib. iiij. de ciu. Dei, c. iiij. ait: Re-
7 mota iustitia quid sunt regna, nisi magna latrocinia? † vnde Alexandro Magno quidam apprehensus pirata respondit, cùm idem Rex hominem interrogasset, quare sic mare haberet infestum; ille libera contumelia inquit: quare & tu orbem terrarum? quia enim ego exiguo nauigio prædor, latro vocor, & quia tu magna classe, diceris Imperator. Ambro. quoque in Hexameron, ostendens excellere alias virtutes inquit; vbi est prudentia, ibi interdum est malitia; vbi fortitudo, ibi iracundia; vbi est temperantia, ibi im-

impatientia plerunque, & alia vitia; vbi autem iustitia, ibi cæterarum virtutum concordia. vnde Cicero in iij. de offi. ait: Qui veram gloriam adipisci vult, iustitiæ fungatur officijs. Et Plato in libro de legi. dicit: Nullum suppliciũ lege factum ad malum tendit, sed duorum alterum semper fere solet efficere; nam aut melior, aut minus prauus, qui pœnas dedit, factus est. & Seneca in libro de iiij. virtutibus inquit: Quid est iustitia, nisi diuina lex, & vinculum societatis humanæ? Vlpia. quoque in l. j. ff. de iusti. & iure ait: † Est autem ius à iustitia appellatum; & est ars boni, 8
& æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Iustitiam nanque colimus, boni, & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu pœnarum, veram præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes; veram, nisi fallor, philosophiam, non simulatam, affectantes. Imperator etiam in authen. vt iudices sine quoquo suffragio fiant, §. eos autem, coll. ij. & in l. j. C. de custo. reo. exhortatur omnes ad iustitiam, maximè ministros iustitiæ, vt innocentes adiuuent, malosque castigent. & in authen. de non eligen. secundo nub. mulieres, §. sin autem, dicit, vt notant docto. quòd æqualitas semper est seruanda, &c. † Sed qui iustitiã 9
vult ministrare, & aliquem punire, debet obseruare leges, quas ab alijs vult obseruari; scriptum nanque est in c. cùm illorum, de senten. excommun. Alijs legem imponere non debent, quam ipsi negligunt obseruare. Et ea causa Augusti. in lib. v. de ciui. Dei, c. xvj. laudat Romanos, qui viuebant sub legibus, quas alijs gentibus obseruandas tradebant. Ideo inquit Imperator in l. ex imperfecto, C. de testa. Nihil tam proprium Imperij est, quàm legibus viuere. facit tex. in l. digna vox, C. de legi. Et sic est concludendũ, quòd transgressor legis rectè alium iudicare non potest. & in c. sacerdos, iij. q. vij. dicitur: Criminosus criminis alterius iudex esse non potest; nam seipsum damnat, dum in alterius crimen sententiam profert. & in c. iudicet. eadem causa, & quæstione dicitur: Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in se ipso condemnet. facit ad idem text. in c. inique, xxxij. q. vj. O quot inueniuntur iudices

hodier-

hodiernis temporibus, qui magis merẽtur laqueo ſuſpendi, vel decapitari, quàm illi, quos ad ſupplicium iudicant,
10 & condemnant. † Debet ergo ille, qui iuſtitiam vult miniſtrare, vitam ſuam emendare. facit ad hoc tex. in c. nemo. lxxxj. diſtinct. debet & adminiſtrator iuſtitiæ facere iuſtitiam omnibus, non alicui in particulari; quia periclitatur Reſpublica, & non benè regitur, quando iuſtitia fit vni, & non alteri. Hic enim non eſt actus veræ iuſtitiæ per iura ſuperius allegata; quia in iudicijs ſeruanda eſt æqualitas, l. non ignoret, C. de fruct. & lit. expen. & in c. j. & ij. de mu
11 tuis petitio. Et philoſo. in v. ethic. dicit: † Iuſtitia eſt virtus, per quam ſinguli habent, quæ ſua ſunt, non acceptans perſonas hominum, ſed æqualiter omnes dijudicans, pauperem, ſicut diuitem, & ciuem intraneum, ſicut extraneum: ſicut etiam Sol æqualiter ſtat in medio planetarum, & lumen ſuum æqualiter diffundit inter eos, ſic etiam iudex, & adminiſtrator iuſtitiæ debet eſſe media perſona inter reum, & actorem; amicum, & inimicum; paruum, & magnum; pauperem, & diuitem; inter quos debet diuidere lumen veritatis iuſtitiæ; & non debent adminiſtratores, & executores iuſtitiæ facere, ſicut iaſpis, lapis quidam, qui non benè exercet virtutem ſuam, niſi inuoluatur auro, vel argento. Iſtis nanque temporibus, vt plurimum, licet cauſa pauperis ſit clara, non tamen expeditur, niſi manus iudicum auro, vel argento inungatur. & Gre-
12 go. inquit in c. qui rectè. ij. quęſt. iij. † Qui rectè iudicat, & præmium remunerationis ſperat, fraudem in Deo perpetrat; quia iniuſtitiam, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit; & deberent ſeruare illud Deuteron. c. ij. Ita paruum audietis, ſicut magnum, quia Dei iudicium eſt. Sed in multis hæc conditio non reperitur, nam ſunt, ſicut aues viuentes de rapina, & nocentibus ſæpè parcunt, & innocentes occidunt; accipiter enim parcit aui prædatori, ſed non parcit columbæ, vel turturi innocenti. Et lupus ſæpè parcit vulpi fraudulentiſsimo animali, nunquam tamen parcit oui; & in communi prouerbio dicitur: Lupus non capit lupum. Et ſic iſtis temporibus, vt plurimum, iuſtitiam obtinere non poſſunt, niſi diuitẽs,

uites, & potentes, pauperibus reiectis, quibus curia clausa est. † Sed est menti tenendum, quòd Azo dicit in sua 13
Summa, in rubr. de summa Trin. Iustitia à summa Trinitate originem ducit, à qua omnis iustitia, & veritas in lucem splendescit. Et Apostolus ad Roma. in c.j. ait: Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem iniustitiam. & Deuteron. c.xxv. dicitur: Deus auersatur omnem iniustitiam. & Psal. xcvj. Iustus, vt palma, florebit. Salomon quoque Prouerb.x. & Sapientiæ c.j. ait: Iustitia perpetua est, & immortalis. & in c.ij. eiusdem libri ait: Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. & Dauid in Psal.x. ait: Deus enim iustus est, & iustitiam diligit. † Modo contra iniquos executores iusti- 14
tiæ volo adducere aliqua exempla gentilitatis, & paganorum. Refert enim Helinandus in gestis Romanorū, quòd cum Traianus Imperator equum ascendisset ad bellum profecturus, vidua quædam apprehenso pede eius iustitiam sibi administrari petijt de filio suo innocente occiso. Cui Imperator dixit: Cùm rediero tibi satisfaciam. At illa: Quid si non redieris? & ille, successor meus tibi satisfaciet: illa verò ait: Quid tibi proderit, si alius mihi iustitiam ministrauerit? Ad quæ verba motus Imperator, descendit de equo, & inueniens filium suum occidisse filium viduæ, dedit eum viduæ loco filij sui amissi, eamque multis donis contentam reddidit. Habemus etiam exemplum de Romanis, qui propter zelum, & affectionem, quam habebant iustitię, ædificauerunt pulcherrimum templum in honorem illius virtutis, & tanquam sanctissimum, & consecratum illud venerabantur, vt habetur in l.j. §. eumque, C. de veteri iure enucl. Refert etiam Valerius Maximus lib.vj. quendam iudicem corruptum pecunia iniustè iudicasse, quem Rex Cambises decoriari fecit, & occidi; & super sedem, in qua iudicabat, fecit corium illius poni; deinde filium ipsius iudicis loco patris substituit, & super illam sedem iudicare iussit, vt sic exemplum ministrandi iustitiam caperet. Refert etiam Tit. Liu. in lib.ij. ab vrbe condita, quòd expulso Tarquinio Rege à Romanis, quidam iuuenes, inter quos erant filij Bruti, tractabant de reductione

one Regis; sed cùm fuissent à quodam seruo detecti, Brutus Consul proprios filios ad palum ligatos occidi fecit in conspectu suo, nullum doloris signum ostendens. Augustin. etiam recitat in lib. v. de ciui. Dei de Manlio Torquato, qui filium suum occidi fecit, quia cum ipse imperasset, ne aliquis bellum cum hostibus iniret, ille cùm ab vno hostium prouocatus esset, & speraret de eo victoriam reportare, decertauit. vnde quamuis de hostibus triumphauerit, fecit tamen eum pater interimi, quia inobediens fuit.

15 † Item administrator iustitiæ magna maturitate inquirat de veritate iustitiæ, antequam aliquem puniat, & non leuitate, aut furore ductus sententiam præcipitet, vt habetur in c. summoperè, xj. q. iij. & in c. omnipotens Deus, ij. q. j. Et ideo non debet esse nimis facilis ad credendum; quia qui citò credit, leuis est corde, vt dicitur Ecclesiast. c. xix. Notabimus etiam, quòd mali homines semper persequentur iustitiam, vt patet ex verbis propositis. vnde in c. forus, de verbo. signif. dicitur: Iustitia cum scelerato nō potest habere commercium. vltimò notabimus, quòd iustitiæ sunt multa contraria, sed præcipuè quatuor, videlicet, amor, odium, timor, cupiditas: de quibus inquit Gregorius xj. q. iij. cap. iiij. quatuor modis humanum iudicium peruertitur, timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus; cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus; odio, dum contra quemlibet aduersariū molimur; amore, dum amico, vel propinquo præstare contendimus. De timore inquit August. in c. quicunque, ead. q. & cau. Quicunque metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis hominem, quàm Deum, timet. & ideo dicitur Ecclesiast. c. v. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis. † Debet igitur quis potius mortem subire, quàm timore alicuius supplicij iniquè aliquem damnare. vt in c. nemo, ij. q. iij. ideo inquit Cassiod. lib. x. epistolarum, epistola xix. Illa sunt vera iudicia, vbi neminem comprimit vlla timiditas. De cupiditate verò quomodo contrarietur iustitiæ, & recto iudicio, referam quid Isidorus in j. Soliloquio-

quiorum, c. j. dicat; ait enim: Pereunt leges auaritia iudicante. Nam præmia, & dona legibus vires tollunt; pecuniaq; venale iudicium facit. & Auguſt. ait: Vſq; adeo cupiditatis inoleuit malum, vt iam ex conſuetudine vendantur leges, corrumpantur iura; & ſententia ipſa venalis ſit. Odium autē, & inimicitia, quòd recto impediat iudicio, omnia iura docent; & ideo permittitur, vt iudices poſsint recuſari. & inquit Caſsiod. lib. epiſtolarum, epiſtola j. Periculoſum eſt pati iudicem iratū, & illum de fortunis tuis decernere, quem te conſtat grauiter irritaſſe. De amore autem inquit Tull. in lib. iij. de officijs: Nec contra Rempublicam, nec contra iuſiurandum, aut fidem amici ſui cauſa vir bonus faciat; nam ſi omnia facienda ſunt, quæ amici volunt, non amicitia eſt, ſed coniurationes putandæ ſunt, & in c. quicunque, ij. q. iij. Quicunque conſanguinitate, aut amicitia, vel hoſtili odio, aut amicitia in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia; & fructum illius vertit in damnationum amaritudinē. Ideo Valerius Maximus laudat Zaleucū, qui in vrbe Locrēſium cum ſaluberrimas leges dediſſet populo, ſecundum quas adulter vtroque oculo erat priuandus, deprehenſo eius filio in adulterio, volebat, vt oculi eruerentur, ſed rogante populo, vt pœnā adoleſcentis remitteret, aliquandiu repugnauit; ad vltimum populi precibus euictus ſuo prius, deinde filij oculo eruto, vſum videndi vtrique reliquit. Et ſic nec propter filij affectionem, aut ſui ipſius ſenſualitatem à iuſtitiæ rectitudine declinare voluit; ſine qua omnia regna ad nihilum veniunt. Et gens ſine iuſtitia eſt ſine regimine nauis in vndis. † Sed philoſophus v. Ethico- 17
rum diſtinguit duplicem iuſtitiam, legalem, & æqualem; legalis enim iuſtitia eſt quid generale, & quodammodo omnis virtus. Nam ex hoc eſt quis legalis, quia adimpleat præcepta legis. Sed (vt dicitur primo Magnorum moralium) lex præcipit actus omnium virtutum. Præcipit enim lex operari fortia, & temperata, & vniuerſaliter omnia, quæ dicuntur ſecundum virtutes. vnde ibidem dicitur, quòd iuſtitia legalis perfecta virtus ſit. etiam v. Ethicorum ſcribitur, quòd lex præcipit non derelinquere aciem,

neque

neque fugere, neque abijcere arma; quod ſpectat ad fortitudinem: & præcipit nō mœchari, quod pertinet ad temperantiam: & non percutere, neque contendere, quæ ſunt opera manſuetudinis. Lex igitur vniuerſaliter iubet omnem virtutem implere, & malitiam fugere. Quare iuſtitia legalis, id eſt, impletio legalis, eſt quodammodo omnis virtus. Iuſtitia autem æqualis eſt quædam virtus ſpecialis, per quam redditur cuilibet quod eſt æquum, id eſt, quod ſibi debetur. Differentia autem harum iuſtitiarum ſic poteſt accipi. Nam (vt ſcribitur v. ethicorum) iuſtitia eſt in ordine ad alterum; prout igitur ciues habent ordinem ad ſe inuicem, & ad Rempublicam; ſic & ad Legislatores, ſeu ad ipſum Regem habet eſſe in eis iuſtitia legalis, & æqualis. Nam in ipſis ciuibus ex eo, quòd huiuſmodi ordinem habent, vel quæritur bonum commune, vel bonum ſpeciale, & proprium. Si quæritur commune bonū, ſic eſt in eis iuſtitia legalis. Si autem quæritur in ipſis aliquod bonum priuatum, erit in eis iuſtitia æqualis. Bonum enim commune reſultat ex omni bono ciuium; res enim publica, & tota ciuitas melior eſt qualitercunq; ciues boni ſint. Siue enim ciues ſint boni in ſe, ſiue in ordine ad alios, ſemper ciuitas melior eſt, quæ ex melioribus ciuibus conſtat; & quanto pluribus modis ſunt boni ciues, tanto magis eſt bona ciuitas. Leges igitur intendunt commune bonum, præcipiunt omnem modum bonitatis. Eſſe igitur iuſtum ſecundum legem, & implere legalem iuſtitiam eſt ſequi omne bonum, & fugere omne vitium, & habere quodammodo omnem virtutem: propter quod legalis iuſtitia dicta eſt quodammodo omnis virtus; quia exercet opera omnium virtutum. Inde eſt ergo, quòd hæc iuſtitia dicitur vnicuique ſuum tribuere; quia ius in quadam æqualitate conſiſtit; hæc autem vnicuique tribuit quod iuſtum, vel æquum eſt. Sic etiam dicitur vnicuique tribuere, quod ſuum eſt; quia æquum eſt, quemlibet poſſidere ſua. Si igitur hæc iuſtitia ſpecialis æqualis dicitur, & æqualitati intendit; cùm bona exteriora dupliciter ciues inæqualiter participare poſſint; dupliciter erit huiuſmodi particularis iuſtitia. Itaque oſtenſum eſt quomodo differat

ferat iustitia à virtutibus alijs; quia virtutes aliæ magis perficiunt hominem in se; iustitia verò siue sit legalis, siue distributiua, siue commutatiua, perficit hominem in ordine ad alium. Dicebatur in præcedentibus, duas esse iustitias, vnam generalem, & aliam specialem, sed ad hoc, vt regna subsistant, & pacificè maneant, vtraque iustitia est necessaria, quia absque iustitia generali regna durare non possunt. Nam vt superius diximus, legalis iustitia est quodammodo omnis virtus: habere enim huiusmodi est implere legem. Si ergo lex iubet omne bonum, & prohibet omne malum, implere legem est esse perfectè virtuosum. Ideo primo Magnorum moralium capitulo de iustitia dicitur, quòd legalis iustitia est perfecta virtus. ergo per locum ab oppositò; legalis iniustitia est integra, & perfecta malitia. In nullo ergo obseruare leges, & ciues non participare in aliquo legalem iustitiam, est eos esse integrè, & perfectè malos. Sed, vt dicitur iiij. Ethicorum, c. de mansuetudine, malum seipsum destruit; & si integrum sit, importabile fit. Importabile igitur esset illud regnum, & durare non posset illa ciuitas, cuius ciues integrè essent mali, & in nullo vellent implere legem, nec vellent in aliquo participare legalem iustitiam. Ex parte igitur ipsius legalis iustitiæ, quæ est perfecta virtus, cuius oppositum est perfecta malitia, probari potest, quòd absque legali iustitia non valent regna subsistere. † Quocunq; tamen modo sumatur iustitia, sine ea ciuitas, vel regnum durare non 18
potest. Benè ergo dictum est, quod dicitur i. Magnorum moralium, c. de iustitia; quòd iustum est quoddam proportionabile, & continet vrbanitates. Nam sicut anima continet corpus, quia recedente ea corpus dissoluitur, & marcescit; sic iustitia continet vrbanitates, id est, ciuitates, & regna; quia sine ea dissoluitur ciuitas, & non possunt regna subsistere. Valdè igitur iniuriatur regno, & Regi, qui iustitiam non obseruat. Si igitur iustitia est tantum bonum Regis, & regni, summoperè Rex studere debet, vt in suo regno seruetur iustitia, non solum ijs, qui in regno nati sunt, sed etiam peregrinis, & aduenis: cuicunque enim negatur iustitia, manifestè Regi, & regno infer-

tur iniuria. Itaque maximè decet Reges & Principes esse iustos, & in suo regno iustitiam obseruare, vt multoties dixímus.

Philosophus circa finem 1. ethicorum, inuictissime, catholice Rex, præter iustitiam & prudentiam enumerat decem alias virtutes morales, videlicet, fortitudinem, temperantiam, honoris amatiuam, magnanimitatem, largitatem, magnificentiam, mansuetudinem, veritatem, affabilitatem, & eutrapeliam, quam benè societatem, vel bonam conuersationem appellare possumus. Itaque duodecim sunt virtutes, quarum vna est in intellectu, vt prudentia; vna in voluntate, vt iustitia, quatuor in irascibili, vt fortitudo, mansuetudo, magnificentia, & magnanimitas; & sex in concupiscibili, vt temperantia, liberalitas, honoris amatiua, veritas, affabilitas, eutrapelia. Sed non omnes illæ duodecim sunt æquè principales, quia quædam sunt cardinales, & principales; quædam verò annexæ. Cardinales autem sunt quatuor, videlicet, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Annexa autem sunt aliæ octo, de quibus suprà fecimus mentionem.

## DE SERMONE EPISCOPALI, IN *quo tractatur de iustificatione hominis, de prædestinatione, de eleemosyna, de ieiunio, de oratione, de articulis fidei, de sacramentis, de iudicio vniuersali, & de purgatorio.* Cap. L.

### SVMMARIVM.

1 *Hominum malignitas hodierno tempore multum aucta.*
2 *Ad imaginem Dei creatus est homo. & num. 34.*
3 *Dei filius cur in mundum missus à patre.*
4 *Fides sine operibus mortua est.*
5 *Fides in primis Christiano necessaria est.*
6 *Christus in oratione Dominica quid nos doceat.*
7 *Eleemosynam faciens non palam, sed secretè eam facere debet.*
8 *Conuerti faciens peccatorem ab errore viæ suæ animam suam a morte saluat.*
9 *Secundum laborem vnusquisque mercedem suam accipiet.*

10 Pu-

10 Peccati stipendium mors est.
11 Semper orandum est.
12 Omnis lex in vno sermone impletur.
13 Opera carnis manifesta sunt. Item quæ, & quot sint. & numero 18.
14 Fructus spiritus qui, & quot sint.
15 Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas verò ad omnia.
16 Oratio quos fructus pariat, & quæ in oratione requirantur. et num. 17.
19 Præcepta veteris testamenti quot erant.
20 Duplex est hominis iustificatio.
21 Deus hominem de paradiso eijciens naturæ legem illi dedit.
22 Originale peccatum quid sit.
23 Per baptismum tollitur originale peccatum.
24 Tria sunt necessaria homini ad salutem.
25 Naturæ lex quid sit.
26 Homo qua de causa retrahitur à malo, bonoq; adhæret.
27 Quadruplex lex inuenitur.
28 Maximum, & primum mandatum quod sit.
29 Tota Christi lex à charitate dependet.
30 Mandatorum omnium duæ sunt radices.
31 Gratia licet à solo Deo data sit, attamen homini datum est, vt sibi concedatur. & num. 32.
33 Error Pelagij posuit hominem ex sola libertate arbitrij posse mereri.
5 Prædestinatio quid sit, & in quo differt prouidentia à prædestinatione.
36 Vtrum prædestinatio habeat infallibilem certitudinem.
37 Quare Deus quosdam prædestinat, alios verò reprobet.
38 An prædestinatio sanctorum precibus iuuari possit, ad hoc vt non prædestinatus prædestinetur.
39 Duæ in Deo intelliguntur prædestinationes, seu ordinationes.
40 Deus multoties propter duritiam, & hominum peccata deserit eos in manu, seu consilio sui libert arbitrij.
41 Prædestinatio neminem cogit ad malum, siue ad bonum.
42 Alius prædestinationis modus secundum Dei prouidentiam.
43 Euangelica præcepta quomodo intelliguntur,

44 Ad maiora non vocat Deus, quos & minora videt non præstare.
45 Iustificatio est, cùm homo ex impio pius fit. item quæ, & quot requirantur ad hominis iustificationem.
46 Imperfectè dispositus quomodo intelligatur.
47 Hominis iustificatio duplex est.
48 Secunda hominis iustificatio quæ sit.
49 Declaratio iustificationis in sacrosancta œcumenica synodo Tridentina.
50 Per obseruationem mandatorum Dei & ecclesiæ, bona fide cooperante, homines de die in diem renouantur, atque magis iustificantur.
51 Pro mortali peccato amittitur iustificationis gratia, fides verò non item.
52 Eleemosyna vnde dicta: item & quos effectus pariat.
53 Habens superfluum naturæ, & personæ, superfluitatis ratione alijs subuenire tenetur.
54 An de illicitè acquisitis eleemosyna fieri possit: & quæ dicantur illicitè acquisita.
55 In potestate alterius constitutus eleemosynam facere nõ potest, quia de alieno faciendæ non sunt.
56 Per ieiunium castitas conseruatur, & mens liberius ad sublimia contemplanda eleuatur.
57 Ieiunium duplex est.
58 Quæ personæ ab obseruatione ieiunij excusentur.
59 Oratio vnde dicta, & quantas afferat vtilitates.
60 Pro inimicis orandum est.
61 Breuis, & cum feruore oratio esse debet.
62 De valore orationis dictæ ab audientibus Missam.
63 Quæ, & quot requirantur ad hoc, vt oratio perfecta sit. Et Dominica oratio cæteris præfertur.
64 Inter omnia necessaria ad salutem Christianam præcipua est oratio.
65 Orationis Dominicæ expositio.
66 Orans mentem in Deum eleuare debet.
67 Hæretici propriè dicuntur lupi rapaces.

ET quia † hominum malignitas in his tem- 2
poribus multum creuit, vnde maxima dis-
cessio in ecclesia Dei orta est, ideo sanctissi-
mi Episcopi in suis ecclesijs hunc sermonem
prædicent iudicio meo, iuxta illud Matth.
vltimo: Euntes ergo docete omnes gentes, docentes eos
seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Matth. v. Vos
estis lux mundi, &c. & sicut lux est manifestatio omnium
occultorum, sic prælati per intelligentiam sacræ scripturæ
debent ex officio notificare alijs omnia opera virtutum.

## PRIMA PARS SERMONIS EPISCOPALIS.

### *De Iustificatione hominis, de Prædestinatione, de Eleemosyna, de Ieiunio, & de Oratione.*

DEus † creauit hominem ad imaginem suam, Gene- 3
sis j. eumque gratia ornauit. Itaque creauit homi-
nem rectum, & reliquit in manu consilij sui, vt nō
minorem haberet vim ad eligendum bonum, quàm ma-
lum. Quòd si hac libertate vsus fuisset rectè, & mandatis
obedisset, bona, quæ acceperat, atque iustitiam, sibi & po-
steritati suæ conseruasset, omne denique peccatum, atque
vitium vitasset. Verùm postquam primus parens contra
ea, quæ mandauerat Deus, fecit, incidit in pœnam à Deo
propositam, & iustitiæ donum pulcherrimum amisit: Ita-
que caro corrupta fetuit, & deinde processit animi, & cor-
poris infirmitas. † Deus igitur, qui dives est in misericor- 3
dia, nolens perire, quod condiderat, filium suum misit in
mundum, vt per sanguinem eius natura humana haberet
redemptionem, Apost. ad Ephes. j. posuit enim Deus super
eum iniquitates nostras, vt in corpore suo peccata ferret
in cruce, Esa. liij. & Petrus in epist. j. c. ij. Peccata nostra ip-
se pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui
iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis; eratis enim sic-
ut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem ve-

ſtrum, Epiſcopum animarum veſtrarum. Ideo dixit Apoſtolus j.ad Cor.vj. Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis. Abluti eſtis virtute ſanguinis Ieſu Chriſti in baptiſmo, ſecundum illud Apocal.j. Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Sanctiſicati eſtis virtute ſanguinis Chriſti, per gratiam conſecrati. Iuſtificati eſtis ad ſtatum iuſtitiæ, ita ſanctus Thom.in d.c.vj. Sed aliqui inſenſati credebant fidem & baptiſmum ſufficere ad ſalutem ſine operibus bonis, etiam cum operibus malis. Quod factum eſt,
4 quia † fides ſine operibus mortua eſt; vt in epiſt.Iaco.c.ij. Ideo Apoſt.ad Roma.vj. dixit poſt multa: Quid ergo peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? abſit. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ, q.d. non valet obiectio, quia tempore nouæ legis manent præcepta moralia, eo quòd ſunt de dictamine rationis rectæ: propter quod non ſumus abſoluti ab eorum obligatione, liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.i.obligati ad iuſtitiæ operationem. Et aduerte, quia antiquis temporibus fuerunt inſani, dicentes, quòd cognitio fidei ſine operibus ſufficiebat ad ſalutem. Contra quem errorẽ ſcripſit beatus Iacobus (vt dixi ſuprà) in epiſt.ſua c.ij. & ideo contra ſequentes dicit beatus Ioan. in dicta epiſto. j. c. iij. Filioli, nemo vos ſeducat, qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.i. non ille, qui credit ſine operibus, ſed qui facit iuſtitiam.i.
5 opera iuſtitiæ. † Sed primum, quod eſt neceſſarium Chriſtiano, eſt fides, ſine qua nullus dicitur fidelis Chriſtianus: & inde eſt, quòd quando homo baptizatur, primo confitetur fidem, & dicitur Matth.vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. & dicitur ad Heb.xj. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Itaque per fidem inchoatur in nobis vita æterna; quia fides docet nos omnia neceſſaria ad benè viuendum; & accedentem ad Deum oportet credere, ad Hebr.xj. Ideo fuit neceſſarium, vnitatem fidei in vnum colligi, vt facilius poſsit ab omnibus proponi, ne aliquis per ignorantiam fidei à veritate deficeret. Sed de fide dicemus in ſecunda parte ſermonis.

6 † Et Chriſtus in oratione Dominica docet nos orare pro peccatis dicendo: Et dimitte nobis debita noſtra; itaque

que homo iustificatur ex fide nuda, sed ex fide charitate formata, vt dixi. Quia qui dicit se nosse Deum, & mandata eius nó custodit, mendax est, & veritas in eo non est, Ioan. in epist. j. c. ij. &, si vis ad vitam ingredi, serua mandata, Matth. xix. & omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; & afferétem fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat, Ioan. xv. & ibi etiam legitur: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruaui. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis, animas vestras castigantes in obedientia charitatis, id est, ex charitate mandata Dei seruando, in quibus prohibetur adulterium, &c. Legitur etiam Matth. vltimo: Euntes docete omnes gentes, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. &, omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Estote autem factores verbi, non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, Iaco. j. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, Matth. iij. & iiij. Pœnitemini, & credite Euangelio, Mar. j. Mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris, Apocal. ij. Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. Qui iustus est, iustificetur adhuc; & sanctus sanctificetur adhuc, Apocal. cap fina. Crescite verò in gratia, & in cognitione Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, id est, merendo eius augmentum per bona opera, Petrus in ij. epist. cap. vlt. Si diligitis me, mandata mea seruate: qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me, Ioan xiiij. & scriptum est: Nemo venit ad patrem, nisi per me. i. in me credendo, & opera imitando. Et legitur in sancto Ioanne, c. viij. Amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis; intrate per angustam portam. i. per donatum liberi arbitrij, Matth. v. Legitur etiam in epist. j. Petri, cap. iiij. Omnium autem finis appropinquabit: estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia autem mutuam in vobismetipsis continuam charitatem habentes, quia chari-

tas operit multitudinem peccatorum. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus, id est, voluntariè mortem tolerando, Matth. x. & nescitis, quòd hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accidit brauium? sic currite, vt comprehendatis brauium, seu præmium æternæ felicitatis, ad Cor. ix. Videte ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nó habebitis apud patrem, qui in cœlis est, Matth. vj.

Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum, amen dico vobis, non perdet mercedem suam, Matth. x. † Et te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, Matth. vj. & à diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, Matth. xj. & Christus dixit: Verè dico vobis, quia hæc vidua pauperecula plus omnibus misit, Lucæ xxj. Et Apostolus, qui certus erat, quod Deo erat acceptus, petit, & orat pro se, vt in cap. xiij. ad Hebr. & etiam ipse pro alijs. Nemo igitur adeo magnus, aut sanctus sit in oculis suis, vt non indigeat orationibus Sanctorum. Interrogatus etiam Christus à Pharisæis, quando venit regnum Dei, dixit eis: Regnum Dei intra vos est, Luc. xvij. hoc est, in vestra potestate est constitutum, vt illud promereri possitis; quia si feceritis, quod in vobis est, Deus gratiam tribuet promerendi. Et scriptum est, mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, Ioan. xij. & finis præcepti est charitas, j. ad Tim. c. j. &, gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, ad Roma. ij. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, vt quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quia mandata Dei custodimus, dicit beatus Ioan. in j. epist. c. iij. Surge qui dormis, resurge à mortuis, & illuminabit te Christus, ad Ephes. c. v. Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate, Ioan. in j. epist. cap. iij. & Apostolus dixit ad Roma. xiij. Plenitudo legis est dilectio. Et ad Cor. epist. j. cap. j. dixit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Estote autem factores verbi, non auditores tantùm, Iaco. j.

eo.j. † Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ 8
suæ,saluabit animam eius à morte,& operit multitudinem
peccatorum, Iaco.in c.fin. Si confiteamur peccata nostra,
fidelis est,& iustus, vt remittat nobis peccata nostra, Ioan.
in j.epist.c.ij. Misericordiam volo,non sacrificium,Matt.
ix. Nemo potest venire ad me,nisi pater,qui misit me,tra-
xerit eum, Ioan. vj. id est, per fidem charitate formatam.
Mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra
multa,& eritis filij altissimi. Tu autem cùm oraueris, in-
tra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in
abscondito; & pater tuus,qui videt te in abscondito, red-
det tibi, Matth. vj. Venite ad me omnes, qui laboratis, &
onerati estis, & ego reficiam vos; iugum enim meũ suа-
ue est, & onus meum leue, Matth. xj. Qui suscipit vnum
paruulum talem in nomine meo, me suscipit, Matth.x. &
Luc.ix.quia qui suscipit proximum propter Christum, di
citur Christum recipere. Videte ne contemnatis vnum ex
his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis
semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Non e-
nim veni vocare iustos,id est, ad pœnitentiam, sed pecca-
tores: licet aliquos iustos vocauerit ad augmentum gra-
tiæ,vt Petrum,Andream,& consimiles, Matth.ix. & etiã
Abraham propter obedientiam meruit augmentum,licet
ipse esset vir iustus,vt constat ex sacra scriptura, Gene.xx.
† Vnusquisque autem propriam accipiet mercedem se- 9
cundum suum laborem, ad Corinth.j. cap.iij. Tu reddis
Domine vnicuique secundum opera sua, Psal.vj.& Matt.
xvj.legitur: Filius enim hominis venturus est in gloriam
patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secun-
dum opera eorum. Ignoras quoniam benignitas Dei ad
pœnitentiam te adducit? id est,per Iesum Christum me-
diatorem nostrum. † Stipendiũ enim peccati,mors; gra- 10
tia autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro,
id est,per Christum mediatorem nostrum, ad Roman.vj.
Venite ad me omnes,qui laboratis, & onerati estis,& ego
reficiam vos,Matth.xj. Et legitur in Hieremia,cap.xxxii.
Oculi Domini aperti sunt super omnes vias filiorum A-
dam,vt reddat vnicuique secundum vias suas. Dum tem-

pus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè au-
11 tem ad domesticos fidei, ad Galat.vj. † Oportet semper orare, & non deficere, Luc.xviij. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam; & ego resuscitabo eum in nouissimo die, Ioan. vj. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi
12 vos, Ioan.xij. † Omnis enim lex in vno sermone impletur; diliges proximum tuum, sicut teipsum, ad Galat. viij. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, Ioan.xiiij. In Christo Iesu neque circumcisio aliquid operatur, neque præputium, sed fides, quæ per
13 charitatem operatur. i. implendo diuina præcepta, ad Galat.v. † Omnis enim lex in vno sermone impletur; diliges proximum tuum sicut teipsum, ad Galat.viij. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, ad Galat.v. Conuincuntur hæretici dicentes, quòd credentes non damnabuntur, etiam si moriantur in peccato mortali. Sed improbatur hoc per Apostolum ad Gal.v. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt immunditia, fornicatio, impudicitia, luxuria, inimicitiæ, &c. quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Et illud, quod dixit Apostolus j. ad Timoth.c.j. Lex iusto non est posita, intellige, quantum ad vim coactiuam; quia iustus non cohibetur timore pœnæ à malis. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde; & inuenietis requiem animabus vestris, Matth. xj. Legitur etiam in cap. iiij. epistolæ diui Iacobi: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis, dona gratiæ suæ conferendo, & etiam augmentando, quia sine gratia sensus, & cogitatio homi-
14 nis prona sunt in malum ab adolescentia sua, Genes. viij. † Fructus autem spiritus est charitas, pax, patientia, benignitas, fides, modestia, continentia, &c. ad Galat.v. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam, Lucæ xij. Stipendia enim peccati mors, gratia autem vita æterna in Christo Iesu Domino nostro, ad Roman. vj. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis; & sicut tradidi vobis, præcepta

mea

mea tenetis, j ad Cor.xj. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo per opera charitatis, ij. ad Corinth.v. Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam recipiatis; ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis, nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum; quia mala subditorum redeunt in vituperium prælatorū. Qui parcè seminat, i. parum dat, parcè & metet. i. parum in præmio recipiet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: Hilarem enim datorem diligit Deus, ij. ad Cor.vj. Placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cùm enim infirmor, tunc fortior sum per auxilium diuinum mihi collatum, ad Cor.xij. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, ad Galat.vj. Et Apostolus dicit ad Colosſ.j. Vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei; & ad Timo.c.ij. dicit: Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate cōstituti sunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & charitate. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Et in c.iij. dicit prælatis: Et sic ministrent nullum crimen habentes; qui enim benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent. Et in cap. iiij. ad Timoth. legitur: Exerce autem teipsum ad pietatem; nam † exercitatio corporalis ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Et in cap.vj. ad Hebr. dicit Apostolus. Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. Et sanctus Lucas in Actib. Apost. xiij. dicit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et in cap. x. legitur: Orationes tuæ, & eleemosynæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. & in cap. xxvj. legitur etiam: In omnem regio-

regionem Iudeæ, & gentibus annunciabant Apoſtoli, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes, vt ſecundum qualitatem delictorum ſit quantitas bonorum operum. Dixi ſuperius, exerce teipſum ad pietatem, id eſt, ad cultum omnipotentis Dei, & opera miſericordiæ. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant, Ioan. xij. Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli iſti, non intrabitis in regnum cœlorum, xviij. Matth. Sinite paruulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum, Matth. xix. Dixi ſuperius allegando Timotheum in cap. ij. Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, &c. debetis ſcire quod poſtquàm Apoſtolus docuit Timotheum, quomodo reducat populum ad formam veræ fidei, docet eum, vt doceat populum de pertinentibus ad cultum fidei, id eſt, orationibus, & obſequijs; vt conſtat ex textu, in quo apertè oſtendit Apoſtolus, quòd inter omnia neceſſaria ad ſalutē Chri-
16 ſtianam præcipua eſt oratio. † Tria bona facit oratio; eſt efficax, & vtile remedium contra mala; liberat enim à peccatis commiſsis; liberat etiam à timore peccatorum ſuperuenientium, à tribulationibus, & triſtitijs; liberat etiā à perſecutionibus, & inimicis; item ad ſecretorum diuinorum reuelationem, c. ſi ergo, viij. q. j. Item ad cœleſtiū deguſtationem; vnde ſine oratione non guſtantur diuina. Et oratio eſt efficax, & vtilis ad omnia deſideria obtinenda; ideo legitur Lucæ xviij. Oportet enim ſemper orare, & nunquam deficere. Et oratio nos facit familiares Deo. Dauid, Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Sed oratio Dominica inter alias principalior
17 inuenitur: † Habet enim quinque excellentias, quæ in oratione requiruntur: nam debet eſſe oratio ſecura, recta, ordinata, deuota, humilis. Et de oratione diximus ſupra in cap. de horis canonicis, & in iſta prima parte ſermonis dicemus. Multæ aliæ authoritates eiuſdem ſententię poſſent adduci, ſed ex dictis conuincuntur hæretici, dicentes, quòd credentes non damnabuntur, etiamſi moriantur in peccato mortali. Et etiam improbatur per Apoſto-

lum

lum ad Galat.v. dicentem (vt iam dixi) † Manifesta sunt 18
opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, & his similia: quoniam qui talia agũt, regnum Dei non consequentur. Et illud, quod dicitur ad Roman.iij. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis; dicamus sic, Arbitramur enim nos Apostoli à Spiritu sancto instructi, hominem iustificari per fidem charitate formatam, sine operibus legis cæremonialibus, ac iudicialibus. † Triplicia nanque erant præcepta 19
veteris testamenti; moralia, seu naturalia, iudicialia, & cæremonialia. Cæremonialia, quoniam figuratiua erant, & pro statu illo solum accommodata, cessauerunt veritate adueniente, id est, Christo passo, ac prædicato. Iudicialia sine periculo in nouo testamento omittũtur, & obseruantur, si à superiori instituuntur, & regimini Christianorum congruant. Præcepta autem moralia, quæ ordinantur ad bonos mores, eo quòd sunt de dictamine rationis, rectè manent, & non sumus absoluti ab eorum obligatione; & non solum manent in nouo testamento, sed etiã per Christum perficiuntur, Matth. v. & ad salutem requiruntur. iuxta illud Matth.xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Eadem fides est fidelium noui, & veteris testamenti; quamuis tempora sint mutata, & fides sit nobis magis explicata, & quod illi credebant futurum, nos credimus factum. Cùm ergo lex vetus fuerit via, ac dispositio ordinata ad Euangelicam legem, non dicitur destrui lex vetus, sed impleri, ac perfici Euangelica lege superueniente: cessat tamen, quantum ad modum prioris obseruantiæ. Et quod minus in moralibus præceptis continebatur, in Euangelio additur; & quod tunc promittebatur futurum, fides adueniſſe testatur. Tollitur autem litera occidens, & moralia præcepta literaliter manent; propter quod ait Saluator, Matth.v. Non veni soluere legem, sed adimplere.

Itaque homo non iustificatur ex fide nuda (vt dixi) sed ex fide, & charitate formata. Dixit Apostolus (vt dixi) arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus

bus legis; sed tu intellige, quòd Apostolus loquitur de prima iustificatione hominis. Sed Iacobus, cùm dicit, videris, quòd ex operibus iustificatur homo, loquitur de secunda iustificatione, seu incremento gratiæ, & iustitiæ. vt videbitis infrà in ista prima parte sermonis tractando de iustificatione; vbi dixi, † quòd duplex est iustificatio hominis, prima, & secunda. Ad maiorem euidentiam dico, quòd Deus creauit hominem, vt ipsum cognosceret, & cognoscendo amaret, & amando frueretur, & sic beatificaretur in tali fruitione. Sed voluit Deus, vt homo attingeret talem beatitudinem, & præmium, nisi operando mereretur. Ideo in paradiso terrestri dedit ei legem in principio valdè leuem. i. vt operaretur, & custodiret lignum vitæ, & coleret; & de omni ligno ederet ad vitam sustentandam, sed de ligno vitæ ederet ad vitam perpetuandam; & de omni ligno ederet, præterquàm de ligno scientiæ boni, & mali: Et hoc sub comminatione duplicis mortis, Genes. ij. Et sic patet, quòd in illa duplex præceptum erat. i. vnum affirmatiuum, aliud negatiuum. Vnde erat propositum præmium, si obseruaret, & obtemperaret; & pœna, si transgrederetur. Sed quia præuaricati sunt primi parentes præceptum, & legem Domini, ideo perdiderunt præmium, & beatitudinem promissam, & inciderunt in pœnam mortis, & miseriæ, & sic à paradiso terrestri fuerunt expulsi. Sed Deus misericors misertus est hominis, & vt recuperaret felicitatem, quam peccando amiserat, voluit Deus, vt non aliter quàm per legem fidei ambulando, & ipsam legem Dei obseruando ad cœlestem felicitatem perueniret: Et loco originalis iustitiæ dedit ei legem, quam nunc habemus, per quam ambulat homo mysticus in hoc mundo: & sic per hanc legem ambulauit Adam cum tota sua posteritate fidelium vsque ad Christum, & ambulat in præsenti vsque ad iudicium. Ex quo patet, quòd tota lex Dominica tam in veteri testamento, quàm in nouo data est nobis à Deo ad ipsum colendum, & obseruandum, loco illius originalis iustitiæ, quam homo debebat seruare in paradiso. Et ista dicitur lex Domini, quæ secundum diuersas ætates accepit maiorem perfectionem, vsque ad Christum, in

quo

quo accepit gratiam, & redemptionem; nunc iam non expectat, nisi vltimum terminum, & beatitudinem, vt per Augustin. in libro confessionum. † Et aduerte, quòd eij- 21
ciens Deus hominem de paradiso dedit illi legem naturæ, non quòd per solam legem naturalem tenderet in Christum, quia fidem habuit etiam, per quam tenderet in Christum redemptorem suum de virgine nasciturum, vt Adam propter instantem miseriam non desperaret, sed propter Christum sibi de sua carne promissum gauderet: & sic ab Adam, & sua posteritate fidelium semper Domini prœstolabatur aduentus. Sed ista lex continuè accepit aliquam perfectionem, & augmentum, vt patet per discursum veteris testamenti. Nam à Noe cœperunt quædam sacrificia, & præcepta; & in Abraham circuncisio; & in Moyse præcepta moralia, & cæremonialia, & iudicilia. Ex quo patet, quòd lex vetus nihil aliud fuit, nisi via in Christum, vt diximus suprà, & magis saluati sunt per fidem Christi, quàm per opera legis; quia non exercebant opera legis, nisi protestando Christi fidem futuri. Et sicut Deus remisit Adam, & omnes fideles veteris testamenti ad Christum, vt ab eo redimerentur in primo aduentu suo, ita Christus remisit suos ad secundum aduentum suum, vt ab eodem glorificarentur. Itaque quod Adam perdidit, Christus recuperauit: Hoc probat Apostolus per totum discursum, ad Roma. iij. & inj. c. vbi dicit: Omnes in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei. & vide beatum August. in libello, cur Deus homo.

Et † quia multum congruit, dicamus quid sit originale peccatum; & quia priuatio cognoscetur per habitum, ideo primo videndum, quid sit originalis iustitia, cuius priuatio est originalis culpa. Est autem originalis iustitia quædam humanæ naturæ rectitudo, per quam corpus erat animæ subditum, & vires inferiores rationi, quandiu anima subdita esset suo creatori. Hæc autem rectitudo non erat ex principijs naturæ humanæ, cùm corpus humanum sit naturaliter corruptibile, sed à Deo data in prima hominis conditione, secundum quod dicitur Eccles. vij. Hoc scio, quòd à principio fecit Deus hominem rectum. 22

Et

Et quia iuſtitia eſt quædam rectitudo, propter hoc talis rectitudo naturæ humanæ benè iuſtitia vocatur; & originalis, quia data eſt humanæ naturæ in ſua prima origine; & quia per originem in poſteros fuit transfuſa, ſi ab Adam fuiſſet ſeruata; ipſo vero peccante iuſte fuit ab eo ſubtracta. Et quia carentia perfectionis, quæ debet ineſſe, culpabilis eſt in homine, cuiuſmodi fuit dicta rectitudo, ſeu originalis iuſtitia; ideo eius carentia cum debito eam habendi dicitur peccatum originale, ita quod debitum habendi eſt ibi formale. Et peccatum Adæ poſteris imputatur, quia Adam non ſolum conſideratur vt ſingularis perſona, ſed etiam vt totius humanæ naturæ principium, à quo alij deſcendunt tanquam à mouente per vim generatiuam, & efficiuntur eius membra.

83 Peccatum † originale tollitur per baptiſmum, quoad reatum; in quantum anima recuperat gratiam, quantum ad mentem; remanet tamen peccatum originale actu, non quòd remaneat culpa, ſed quantum ad rebellionem, quæ pœna eſt, non peccatum inferiorum partium animæ.

Et aduerte, quòd ſanguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omni peccato, j. Ioan. c. j. quia ſacramenta nouæ legis efficaciam habent à paſsione Chriſti; & per ſeptem ſacramenta conſequimur peccatorum remiſsionem. ideo in Symbolo dicitur, credo remiſsionem peccatorum.

84 † Tria ſunt neceſſaria homini ad ſalutem, ſcientia credendorum, ſcientia deſiderandorum, & ſcientia operandorum. Et multa hic diximus de ſcientia operandorum; ſed duæ ſunt radices principales omnium mandatorum, id eſt, dilectio Dei, & proximi. Scientia credendorum docetur in Symbolo, vbi traditur ſcientia de articulis fidei. Scientia deſiderandorum traditur in oratione Dominica. Scientia operandorum traditur in lege, & in Euangelio, vt ex ſuprà dictis apparet, & ad maiorem euidentiam quà-

85 druplex inuenitur lex. † Prima dicitur lex naturæ, quæ nihil aliud eſt, niſi lumen intellectus inſitum nobis à Deo, per quod cognoſcimus, quid agendum, & quid vitandum. Hoc lumen, & hanc legem dedit Deus homini in creatio-

ne, Ge-

re, Geneſ iiij. Sed multi creduntexcuſari per ignorantiã, ſi hanc legem non obſeruant; ſed contra eos dicit Pſal.v. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? quaſi ignorent, quid ſit operandum. Sed ipſe ibidem reſpondet, ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: lumen. i. intellectus, per quod nota ſunt nobis agenda. Nullus enim ignorat, quòd illud, quod nollet ſibi fieri, non faciat alteri, & cætera talia. Sed licet Deus in creatione dederit homini hanc legem naturæ, ipſe tamen homo legis diuinæ immemor, & concupiſcentia attractus deerrauit à Deo Nam quouſque in primo homine anima fuit ſubdita Deo, ſeruando diuina præcepta, etiam caro fuit ſubdita in omnibus animæ, vel rationi: ſed poſtquàm diabolus per ſuggeſtionem retraxit hominem ab obſeruantia diuinorum præceptorum, ita etiam caro fuit inobediens rationi. Et inde accidit, quod licet velit homo bonum ſecundum rationẽ, tamen ex concupiſcentia ad contrarium inclinatur. Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus ad Rom.vij. Video legem aliam in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me in lege peccati. Quia ergo lex naturæ per legem concupiſcentiæ deſtructa erat, oportebat quòd homo reduceretur ad opera virtutis, & retraheretur à vitijs; ad quæ neceſſaria erat lex ſcripturæ.

† Sciendum, quòd homo retrahitur à malo, & inducitur ad bonum, ex duobus; primo timore: primum enim, propter quod aliquis maximè incipit peccatum vitare, eſt conſideratio pœnæ inferni, & extremi iudicij, & ideo dicitur Eccleſ. j. Initium ſapientiæ timor Domini. & ibidem timor Domini expellit peccatum. Licet enim ille, qui ex timore non peccat, non ſit iuſtus, inde tamen incipit iuſtificatio. Hoc ergo modo retrahitur homo à malo, & ducitur ad bonum per legem Moyſis. Sed quia modus iſte eſt inſufficiens, & lex, quæ data erat per Moyſem hoc modo. ſ. per timorem, retrahebat à malis, inſufficiens fuit, non quod talis timor ſit malus. Ideo eſt alius modus retrahendi à malo, & inducendi ad bonum, modus ſcilicet amoris: & hoc modo fuit data lex Chriſti. i. lex Euangelica, quę eſt lex amoris; & obſeruatores primæ legis illa lex ad bo-

na temporalia introducebat, Isa. j. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Sed obseruatores secundæ legis in bona cœlestia introducunt, Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. & Matth. iij. Pœnitentiã agite, &c. Alias duas differentias ponunt Doctores inter istas duas leges. Sanctus Thom. in opusculo iiij. de duobus præceptis charitatis, & decem legis præceptis.

27 Sicut ergo iam prædictum est, † quadruplex lex inuenitur, prima naturæ, secunda concupiscentiæ, tertia scripturæ, quarta charitatis, & gratiæ, quæ est lex Christi. Sed manifestum est, quòd non omnes possunt scientiæ insudare; & propterea à Christo data est lex breuis, vt ab omnibus posset sciri, & nullus propter ignorantiam possit ab eius obseruantia excusari; & hæc est lex diuini amoris. Apost. ad Roman. ix. Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram. Et Ioan. in j. epist. cap. ij. dicit: Filioli mei, scribo vobis, vt non peccetis; sed si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruemus: quia amor Dei nunquam est ociosus: operatur enim magna, si est: si autem renuit operari, amor non est. Ideo subdit Euangelista: Qui dicit se nosse Deũ, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est: qui autem seruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est. Et Christus dixit, mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt, Luc. viij.

28 Interrogatus Christus à legisperitis, † quod esset maximum, & primum mandatum, dixit Matt. xxij. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute. i. fortitudine tua. Et in hoc omnia mandata implentur. dixit etiam Christus: Diliges proximum tuum, sicut teipsum: vbi considerandum est, quòd qui hoc seruat, totam legem implet. ad Rom. xiij. plenitudo legis est dilectio, vt superius dixi.

29 Sicut iam dictum est, † tota lex Christi dependet à charitate; charitas autem pendet ex duobus præceptis, quorum

Fum vnum est de dilectione Dei, reliquum de dilectione proximi. Nunc autem sciendum, quòd Deus dando legem Moysi dedit decem præcepta in duabus tabulis lapideis scripta, quorum tria in prima tabula scripta pertinent ad amorem Dei, & septem verò scripta in secunda tabula, pertinent ad amorem proximi. Et ideo lex Christi totâ fundatur in duobus præceptis, vt dictum est. Hæc ergo sunt decem præcepta, de quibus dicit Dominus Matt. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: † duæ enim sunt radices principales omnium mandatorum, dilectio Dei, & proximi. Diligenti autem Deum tria necesse est facere, scilicet quòd habeat alium Deum; & quantum ad hoc dicit: Non coles deos alienos. Secundo, quòd honoret eum; & quantum ad hoc dicit, Non assumes nomen Dei tui in vanum. Tertio, quòd libenter quiescat in eo, & quantum ad hoc dicit: Memento, vt diem sabbati sanctifices. Diligentem autem proximum oportet primo ei facere honorem debitum. Secundo, quòd abstineat à faciendo ei malum. vnde dicit, non occides, non adulterabis, non furtũ facies, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi, & non desiderabis vxorem proximi tui. Sed in corde tuo commendabis illud sancti Ioan. in c. iij. Apoc. Quos amo, arguo, & castigo, pœnitentiam age; ecce sto ad ostium, & pulso; si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. † Itaque licet gratia sit solo Deo data, tamen in potestate hominis est, vt sibi detur; quia influxus diuinus communiter fit omnibus hominibus, quandiu sunt in vita præsenti, qui specialis nuncupatur à Theologis. Et multi consequuntur hunc influxum per conatum liberi arbitrij, se disponentes ad supernaturale bonum, quod est gratia, qua iustificantur à Deo. Et sic gratis à Deo per gratiam sibi acceptam iustificantur, & per eam eius augmentationem de condigno merentur; alij verò non consequuntur, propter quod demerentur sibiipsis, & vlterius in peccata labuntur per defectibilitatem liberi arbitrij. † Quia licet gratia sit à solo Deo (vt dixi) tamen in potestate hominis est, vt sibi detur; quia potest

se ad eam disponere modo modo prædicto, id est, mediante tali auxilio speciali, ita Nicolaus de Lira intelligendo c. ij. ad Roman. Itaque liberum arbitrium extra gratiam potest auxilio Dei speciali, quod nulli peccatori deest, se subvertibilitate ad gratiam præparare tali ordine. Stimulatur primum auxilio diuinæ gratiæ, quæ nemini deest. (vt dixi) ecce sto ad ostium, & pulso. Apocal. iij. Et stimulatur auxilio diuinæ gratiæ, vt peccata detestetur; subinde pœnitet illum, eadem peccata commisisse. Et sacramentorum virtute Deus gratiam infundit peccatori pœnitenti; & pœnitentia, quæ prius informis erat, euadit formata. itaque per sacramenta ecclesiæ Deo reconciliamur. Et quia Christus est caput ecclesiæ, vt in c. j. ad Ephes. bonum ergo communicatur omnibus Christianis, sicut virtus capitis omnibus membris. Et hæc communicatio fit per sacramenta ecclesiæ, in quibus operatur virtus passionis Christi, quæ operatur ad conferendam gratiam in remissionem peccatorum. Itaque sacramenta nouæ legis continent, & conferunt gratiam, & in eis virtus Christi sub tegumento rerum visibilium, secretius operatur salutem, & sunt præstantissima remedia contra peccata, & efficacia signa gratiæ Dei. Et licet gratia sit à solo Deo data, tamen in potestate hominis est, vt sibi detur; quia potest se ad eam præparare modo suprà dicto, vt per Nicolaum de Lira ad Roma. ij. & per omnes Doctores Theologos, & per sacra Concilia, & in sessione vj. Concilij Tridentini. Ideo dicitur Apoc. iij. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Et illud meretur aliquis de condigno, quod ei secundum rationem iustitiæ est reddendum: Ratio est, quia valor operis meritorij non solum attenditur secundum quod procedit ex libero arbitrio, quia sic non est meritorium vitæ beatæ, sed etiam attenditur secundum quod procedit ab Spiritu sancto habitante in homine iustificato per gratiam, & mouente ipsum ad opus meritorium. Sed hoc opus meritorium, in quantum est ab Spiritu sancto, qui est infiniti valoris, meretur de condigno bonum infinitum. Hic est modus nostræ iustificationis

tionis; ideo aduertite, quia gratia Dei intercedente, & sacramentorum virtute per conatum liberi arbitrij reconciliamur Deo, & iniqui proprio suo libero arbitrio condemnantur. Et cætera de iustificatione vide infrà, vbi de prima, & secunda iustificatione optima inuenies.

Et † aduerte, quia error Pelagij posuit hominem ex so- 33
la libertate arbitrij posse mereri; sed homo non potest ad hoc attingere virtute propria, sed solum ex diuina gratia. & hoc habetur ad Roma. vj. Gratia Dei vita æterna. & vide Nicolaum de Lira in Matth. xix. c. Nihil enim potest ascendere ad id, quod est supra naturam suam, nisi ab alio trahatur, sicut lapis non potest sursum ascendere, nisi per motum alterius. de quo etiam vide Nicolaum de Lira in cap. vj. Ioan. super illud, Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Quia fides formata charitate trahit hominem ad diuinam naturam, secundum illud ij. Petri j. Magna & pretiosa promissa donauit nobis, vt per hoc efficiamini consortes diuinæ naturæ. Et ideo tale donum non potest homo consequi, nisi à Deo trahatur (vt superius diximus) & dedit eis potestatem filios Dei fieri, Ioan. j. Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Ioan. vij. & Moys. Exod. xxxiiij. nullusque apud te innocens est per se. † Et aduerte, quia (vt dixi) Deus ab initio consti- 34
tuit hominem rectum, & reliquit eum in manu cõsilij sui. Adiecit mandata, & præcepta sua. Ezech. Non subtraxit ei conseruationem suam, & gubernationem, quia statim incidisset in nihilum; sed fecit eum arbitrio liberum, quæ libertas est potestas conseruandi iustitiam. Nam posse peccare non est libertas, neque pars libertatis, sed est defectus sequens liberum arbitrium, eo quod est de nihilo. ita Nicolaus de Lira in d. c. xv. Ecclesiæ adiecit mandata. super liberum arbitrium, quo potest iustitia conseruari, addidit legem naturalem impressam homini, quæ dirigit ad conseruationem iustitiæ, & sic adiuuat. Sed homo semper mouetur à Deo ad volendum, & currendum per modum liberæ voluntatis. Itaque non vt principaliter mouentis, sed Dei, vt iam dixi. ita Nicolaus de Lira in c. ix. ad Rom. Sed non tradas obliuioni illud beati Augustini de eccle-

fiæ dogmatibus dicentis: Si qui sunt, qui dicant, prædestinationem, & scientiam Dei necessitatem imponere, anathema sit. Et, vt facilè intelligas, tractabo sine argumentis ea, quæ pertinent ad materia prædestinationis, & quid de ea sacri Theologi sentiant.

## DE PRAEDESTINATIONE.

65 IN † primo quæritur, quid est prædestinatio? Respondeo, est ordinatio à Deo creaturæ rationalis in finem supernaturalem, id est, beatitudinem.

Secundo quęritur, in quo differt prouidentia à prædestinatione? Respondeo, dupliciter differunt: vno modo secundum magis, & minus commune: quia prouidentia est omnium rerum, & respectu cuiuscunq; finis, hoc est, tam naturalis, quàm supernaturalis: prædestinatio verò est solius creaturæ rationalis, & respectu solius finis supernaturalis. Secundo modo differunt, quia prouidentia non includit consequutionem finis: prædestinatio autem includit consequutionem finis. Quare dicitur, & bene, à Theologis, quòd prædestinatio habet adiunctam voluntatẽ consequentem, quæ semper impletur: prouidentia autem habet adiunctã voluntatem antecedentẽ, quæ semper nõ impletur. Ex quo sequũtur duo corollaria, seu conclusiones. Prima est, quòd solius est Dei prædestinare, quia solus Deus potest perducere ad finem supernaturalem. Secunda est, quòd solius creaturę rationalis est prædestinari, quia sola talis est capax beatitudinis, quę est finis prędestinationis.

16 Tertio quæritur, † vtrum prædestinatio habeat infallibilem certitudinem? Respondeo, prædestinatio habet infallibilem certitudinem: quia prædestinatus, in quantum prædestinatus, infallibiliter saluabitur, cùm prædestinatio includat consequutionem finis, vt dixi.

Quarto quæritur, vtrum ad Deum pertineat reprobare quempiam? Responsio: reprobatio propriè dicta est diuina sententia de ineptitudine alicuius ad vitam ęternam, & & propositum refutandi eum ab ea: Itaque reprobatio includit actum intellectus, & voluntatis diuinæ. In hac autẽ repro-

reprobatione sunt duo effectus, exclusio à gloria, & inflictio pœnæ propter culpam reprobi. Exclusionem à gloria præcedit subtractio gratiæ, quæ dicitur in scriptura obcęcatio, & induratio: Huius autem Deus non est causa effectiua; alterius, id est, inflictionis pœnæ Deus propriè est causa effectiua. Ex quo sequitur, quod ad eum pertinet aliquos reprobare; quia sicut decet iustos præmiari propter meritum, & eos acceptari ad gloriam; sic decet malos puniri propter culpam, & à gloria excludi.

Quinto quæritur, vtrum electio præcedat prædestinationem? Respondeo, electio secundum rationem præcedit prædestinationem; nam ex eo, quòd creatura rationalis eligitur ad consequẽdam beatitudinem, oportet quòd ei conferantur auxilia perducẽtia ad talem beatitudinem; ergo electio præcedit prædestinationem.

Sexto quæritur, vtrum prædestinatio habeat aliquam causam præter voluntatem diuinã? Respondeo, hæc quæstio debet intelligi de totali effectu prædestinationis in prædestinato; nam aliter inepta esset quæstio, cùm prædestinatio integra, & totalis sit à voluntate diuina, cuius nulla potest esse causa. Quare nec merita præcedentia, vt dixit Origi. nec merita sequentia, & præuisa, vt alij dixerũt, sunt causa totalis prædestinationis; præsertim cùm dicat Apostolus ad Rom. ix. Cùm enim nondũ fuissent nati, maior seruiet minori: sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. † Quæritur ergo ex parte Dei, quare quosdã 37
prædestinat, alios verò reprobat? ad quod respondendum est, quòd in generali potest reddi talis ratio; propter perfectionem vniuersi, & propter manifestationem diuinæ bonitatis quosdam prædestinauit, alios verò non. Nam ad rationem vniuersi pertinet, quòd contineat omnes gradus perfectionis in moribus, sicut in natura; sed si omnes saluasset, nõ esset iustitia puniens; ergo &c. Item Deus vult monstrare bonitatem suã, hoc autẽ optimè fit ostendendo suam iustitiam, & misericordiam; quorũ altera reluçet in damnatis, altera monstratur in prædestinatis; oportuit ergo quosdam prædestinare, quosdam verò non. In particulari autem an possit reddi ratio, quare hunc prædestinat,

illum verò reprobat, relinquamus prudentioribus Theologis discutiendum. Altissimum est enim hoc negocium, vnde Apostolus ad Roma. ix. Quàm incomprehensibilia iudicia eius. Scientia enim & prædestinatio Dei non imponit necessitatem, vt dixi.

38 † Septimo quæritur, vtrum prædestinatio possit iuuari precibus Sanctorum? Respondeo, quòd prædestinatio non iuuatur bonis operibus Sanctorum, ita vt non prædestinatus prædestinetur; quia vel hoc esset pro eodem tempore, vel pro diuersis temporibus: non potest dici primum, quia includit contradictionem; neque secundum, quia dicit mutabilitatem in prædestinante: prædestinatio tamen iuuatur ad hoc, vt effectus prædestinationis impleatur; quia etiam prædestinatum est, vt mediantibus operibus, & precibus Sanctorum talis effectus eueniat: ideo dixit sanctus Petrus in j. epist. cap. ij. Quapropter fratres satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis; hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Quapropter, ò fratres, magis satagite, id est, diligentius insistite, & studete, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. i. vosipsos in primis, & quodammodo alios certificetis, vos esse à Deo ad statum gratiæ, ac salutis vocatos, deductos, atque ab ipso electos, seu æternaliter prædestinatos. Hoc enim suo modo agnoscitur, si quis Creatori suo seruiat diligenter, peccata abhorreat, Deo semper intendat, desideret, & conetur, ac perseueret semper in bonis. Posset hic quæri, an quis in vita hac certitudinaliter scire valeat, se esse in charitate, & gratia, seu esse electum? Et possent pro vtraque parte multæ ex scripturis authoritates, & ex verbis Sanctorum allegari; sed prolixitatem vitando (quia hæc quæstio alibi copiosè inuenitur discussa) in hoc stat vis responsionis secundum Doctores præcipuos: quod tanta est conformitas amoris naturalis acquisiti, & amoris infusi, cæterarumque virtutum infusarum, & acquisitarum, inter se, & in actibus suis, quod nemo absque diuina reuelatione certitudinaliter scire potest ex quibuscunque actibus suis se esse in charitate, & gratia; quamuis coniectura,

cturaliter posset hoc scire, & probabiliter valdè. Alioquin periculose agerent sacerdotes deuoti assidue celebrando. Et quanto quis in virtutibus amplius proficit, tanto probabilius potest cognoscere se esse in charitate. Sed & Spiritus sanctus testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij Dei sumus: quod tamen testimonium diuersimodè potest intelligi, & multipliciter perhiberi. Nec verum est, quod quidam scribit hoc loco, dicens: Eo ipso, quòd aliquis est in gratia, oportet, quod sit vocatus, & electus, si de electo sit proprie sermo: secundum quod ait Saluator: Multi vocati, pauci electi; multi etenim reprobi, & præscити sunt ad tempus in gratia. Vnde quod princeps Apostolorum hic ait: Per bona opera certam faciatis vocationem vestram, & electionem, valdè pensandum est; quia videtur innuere quòd per bona opera posset quis certificare se, quòd sit electus. Quocirca sciendum, quòd eo modo, quo per quotidiana opera bona certi efficimur, quòd sumus de facto, vel in præsentia in gratia; ita perseuerando in eis certificamur de nostra electione. Sed vtraq; certificatio intelligenda est non de certitudine absoluta, qualis habetur in Mathematicis, sed de certitudine verisimili, coniecturali, & probabili, quæ habetur in moralibus. vnde Aristo. Boetiusq; affirmant, quòd sensati, atq; disciplinati viri est, in omni materia certitudinem quærere, prout materia sustinet, & natura rei admittit. Idcirco & sapientissimus Archiapostolus loquitur modò de certitudine huiusmodi, quæ in genere isto, seu proposito, ac materia haberi potest: hæc enim facientes, id est, per opera virtuosa certam vestram vocationem, electionemque facientes, non peccabitis. Et hoc tripliciter potest intelligi: Primò, quia sic conuersando ad æternam beatitudinem pertingetis, in qua nunquam peccabitis. Secundò, quia manendo in gratia non peccabitis, cùm peccatum contingat gratiam amittendo, vel ab eius perfectione deficiendo. sicque in Ioan. fertur, qui manet in eo, non peccat. Tertiò, quia hæc faciendo homo meditatur nouissima sua, quorum meditatio frequens expellit peccatum, secundum Eccles. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, &

in æternum non peccabis: Itaque non peccabitis, loquendo de peccatis mortalibus. Nam venialia prorsus vitare non potest homo in vita hac fragili; quorum etsi singula, non tamen omnia queunt vitari; eo quòd cùm homo est intentus vitare vnum, subito ex fragilitate, & instabilitate propriæ mentis incidit in aliud, propter quod iij. Reg. habetur: Non est homo super terram, qui faciat bonum, & non peccet. Quoniâ ipsis bonis operibus venialia se commiscent. ideo dixit Apostolus. j. ad Corinth. x. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana, id est, illa tentatio, quæ non potest deuitari ab homine totaliter in vita præsenti, de peccato veniali. Et in dicto cap. x. dixit etiam Apostolus: Qui se existimat stare, id est, quod sit in gratia, videat ne cadat. item nescit homo, vtrum amore, vel odio dignus sit. Ad materiam prędestinationis post tantam digres-
39 sionem finem ponamus; † quia duas intelligimus in Deo prædestinationes, seu ordinationes. Nam vna voluntas est in Deo absoluta, quæ quidem voluntas efficacissima est, & magni roboris, quia omnipotens est: hac enim voluntate Deus cœlum, & terram creauit, & omnia, quæ in eis sunt: de qua verificatur illud, In voluntate tua Domine cuncta sunt posita; & non est, qui tuæ possit resistere voluntati. Nec non Propheta canit: Deus autem noster in cœlo omnia, quæcunq; voluit, fecit. & Apostolus ad Roman. ix. Voluntati eius quis resistet? De hac enim prędestinatione credendum est, Deum prædestinasse gloriosam Virginem Matrem suam, & eam ab omni labe peccati prę-seruasse. Nec non prædestinasse Hieremiam, & Ioannem Baptistã, & alios Sanctos, de quibus scriptura testatur, sanctificatos esse ex vtero matrũ suarum: & hoc ex mera gratia, & mera liberalitate, & voluntate absoluta. Hæc est illa prædestinatio, de qua nullus potest arguere Deum, quare hunc trahat, & non illum; quia non potest dari alia ratio, nisi quia ita fuit voluntas Dei dare, quę sua sunt, quibus illi placuit. Ideo dicit Augustinus, quare hunc trahat, & illum non, noli iudicare, si non vis errare. Et Paulus exclamat: O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, &c. Et contra

tales

tales loquitur etiam Apostolus: Tu quis es, vt respondeas Deo? an licet figmento dicere figulo, cur ita facis? & Hieremias ait: Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos domus Israel in manu mea. Sed non isto modo, aut ista voluntate absoluta Deus reprobat peccatores. Nam si sic esset, dicerent præsciti, Domine quare nos condemnas, eo quòd nõ fuit in potestate nostra nos saluare? Quare ergo Domine videris acceptor personarum illos saluãdo, nos autem tua sola voluntate condemnando. quod absit; quia Petrus dicit in Act. Apostolorum: In veritate comperi, quòd Deus non est acceptor personarum. Et Apostolus: Non enim est acceptio personarum apud Deum. Et Augustin. Non prius est Deus vltor, quàm aliquis sit peccator. & rursum: Damnatis iusta pœna redditur. Propter quod certum est, impios proprijs peccatis condemnari, nulla cogente voluntate Dei, benè tamen permittente, sed suo libero arbitrio dictante. Nam omne bonum à Deo est, omne malum à nobis, vt ipse clamat Ose. xiij. Perditio tua ex te Israel, tantummodo auxilium tuum in me: perditio tua Israel, id est, ex demerito facti tui: tantũmodo in me auxilium tuũ, id est, pœna tua non potest, nisi per me. saluari. Et quandocunque in sacra scriptura inuenitur Deum tradere homines in reprobum sensum, aut indurare cor eorum, non est de potestate absoluta, vt dixi, quia in punitione malorum nulla est iniustitia apud Deum. Ideo Apostolus ad Roman. ix. inducit scripturam, dicens: dicit enim scriptura Pharaoni, &c. † Itaque Deus multoties propter duritiam, & peccata hominum deserit eos in manu, seu consilio sui liberi arbitrij: quod probat Dauid dicens in persona Dei: Dimisi eos secundum desideria cordium eorum, & ibunt in adinuentionibus suis. Et Deus dixit Moysi: Ego indurabo cor Pharaonis. Et postea dicit: Et ingrauauit Pharao cor suum. Ex quo sequitur, Pharaonẽ suo libero arbitrio ingrauasse cor suum, ex quo Deus reliquit eum in potestate sua: nam, vt ait Augustinus, criminosus erat. Sed gratia Dei ordinata nunquam deficit volentibus, & acceptantibus eam, vt Apocal. iij. Ecce sto ad ostium, & pulso; si quis audierit vocem meam, & aperuerit 40

ruerit mihi ianuam, introibo ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Itaque gratia Dei nunquam deficit, nisi aliquando eis, qui suo libero arbitrio semper in finem vsque repugnant acceptare gratiam: quod probat textus Augustini in cap. Nabuchodonosor, xxiij. q.iij. vbi litera dicit: Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam: nonne post innumeras.i. multas impietates flagellatus pœnituit, & regnum, quod perdiderat, rursus accepit? Pharao autem ipsis in flagellis durior est effectus, & perijt? Hic mihi rationem reddat, qui diuinum consilium nimium altè, sapientiq; corde dijudicat, cur medicamentum vnius medici manu confectum alij ad interitum, alij valuerit ad salutem? nisi quia Christus bonus odor alijs est odor vitæ in vitam; alijs est odor mortis in mortem. Quantum ad naturam ambo homines erant, quantum ad dignitatem ambo Reges, quantum ad causam ambo captiuum Dei populum possidebant, quantum ad pœnam ambo flagellis clementer admoniti: quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quòd vnus manum Dei sentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio? Itaque occulto Dei iudicio mali, siue præsciti flagellis indurantur; & boni, siue prædestinati emendantur: Et Augustin. in d. c. Nabuchodonosor, assignat causam, quare iste saluatus est, & ille damnatus. Sed quare isti.i. Nabuchodonosori datum est, vt pœniteret, & non illi, scilicet Pharaoni, non reddit; quia nemo est, qui huius rationem reddere possit, quare hunc ad vitam trahat, & illum non. Vnde Apostolus hoc admirans ad Rom.xj. (vt dixi) ait: O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensib.lia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: quis cognouit sensum Domini? aut consiliarius eius fuit? Sed (vt superius diximus) gratia Dei nunquam deficit, nisi eis, qui semper vsque in finem repugnant acceptare suo libero arbitrio gratiam, vt fecit Nabuchodonosor. Quia Christus dixit: ecce sto ad ostium, & pulso, vt dixi, Apocal.iij. Itaque ratio diuersitatis inter istos duos Reges fuit ex parte liberi arbitrij. Et dico, quòd præscien-

tia

tia Dei neque imponit neceſsitatem præſcitis, vt faciant malum; neque prædeſtinatis ad bonum operandum: quia ſi prædeſtinatio & præſcientia neceſsitatem imponerent, præceptum Domini de non peccando eſſet impoſsibile: quod eſt hæreticum; quaſi idem, ſi neceſsitatem imponeret, ſequeretur, quòd lex à Deo data eſſet impoſsibilis.

† Itaque prædeſtinatio neminem cogit ad malum, ſiue ad 41
bonum. Et liberum arbitrium eſt facultas rationis, & voluntatis; vnde poſſunt mandatis Dei obedire. Et quia ſunt aliqui, qui dicunt, aut putant, aut falsò imaginantur, quòd prædeſtinatus neceſſariò ſaluetur, & reprobatus neceſſariò damnetur, taliter quòd neque prædeſtinato ſua opera imputantur ad meritum, nec reprobo ſua demerita imputantur ad culpam; dico ſecundum fidem noſtram, quæ veriſsima eſt, quòd hæc particula, neceſſariò, apud Theologos capitur duobus modis: primo modo, vt dicat neceſsitatem conſequentiæ; verbi gratia, Deus ſcit Petrum ſaluandum, ergo neceſſariò ſaluabitur; quod ſignificat, quòd conſequens benè, & certè ſequitur ex antecedenti, quia connexio vtriuſque eſt infallibilis, & neceſſaria, vt conſtat benè intelligenti. Secundo modo, neceſſario, dicit neceſsitatem conſequentis; verbi gratia, Dominus ab æterno ſcit Petrum ſaluandum, ergo neceſſariò ſaluabitur: de neceſsitate conſequentis hoc non eſt verum, quia in hoc caſu, hæc propoſitio, Petrus ſaluabitur, eſt contingens; nam potuit aliter ſe habere. Hæc diſtinctio probat, quòd præſcientia Dei rerum, etſi dicat certitudinem earundem, non tamen imponit neceſsitatem eiſdem, ita vt non poſsint aliter euenire. Ideo vt ſuprà dixi, dixit Auguſtinus: Si qui ſunt, qui dicant, prædeſtinationem, & ſcientiam Dei neceſsitatem imponere, anathema ſit. Itaque licet dixerimus ſupra de prædeſtinatione abſoluta,

† aduerte, quia eſt aliud modus prædeſtinationis ſecun- 42
dum prouidentiam Dei ordinatam in finem. Et iſta prædeſtinatio, qua Deus prædeſtinat homines, generalis eſt, & non eſt totalis ab ipſo Deo; nam ordinatur ab ipſa Dei voluntate ordinata. Iſta enim voluntate ordinata vult Deus homines prædeſtinari & ſaluari, facientes quod in ſe eſt,

est, disponendo suum liberum arbitrium cum gratia Dei præeunte ad hoc, vt gratia Dei subsequens faciat in eis fructus bonorum operum: & hoc non illi, sed gratia Dei cum illis, vt dicit Apostol. Vtrum prædestinatus possit damnari? Respondeo, quòd aut quæritur in sensu diuiso, aut in sensu composito, secundum Theologos. Nam in sensu composito, prædestinatus non potest damnari: quia sensus est; prædestinatus, in quantum prædestinatus, potest damnari. hic sensus est impossibilis; quia prædestinatus, in quantum prædestinatus, saluabitur infallibiliter: quia oppositum inducit pugnantiam, seu contradictionem; & patet intelligenti terminos. In sensu verò diuiso, prædestinatus potest non saluari, quia in sensu diuiso talis propositio significat, quòd homo prædestinatus potuit non prædestinari à Deo, & sic non saluari, quod est verissimum. Eodem modo potest responderi, quando quæritur, vtrum reprobus, aut præscitus potest saluari: quia in sensu composito est falsa, & impossibilis propositio. Nam sensus est, quòd reprobus, in quantum reprobus, excluſus est finaliter à gratia, & per consequens à gloria. In sensu autem diuiso vera est, & possibilis propositio; quia significat, quòd reprobus, seu præscitus potuit non esse talis, & sic demum saluari: quod est in fide nostra certissimum, vt constat ex supradictis.

Et licet multa de iustificatione hominis dixerimus, accedat nunc expositio decreti sacri Concilij Tridentini, vt scripsit doctissimus frater Andreas a Vega in libro xj. vbi in præfatione legitur: Non minima pars iustitiæ nostræ, sed magna, & omnino maxima in obseruatione mandatorum Dei consistit. Omnia in se promissa Dei continent, omnium bonorum sunt causæ; cuncta nostra commodantur, ordinant, & perficiunt, & absque illis nemo hactenus iustificari potuit, neque vnquam poterit. † Euangelica præcepta, fratres charissimi, vt ait eleganter, & pientissimè Cyprianus, nihil sunt aliud, quàm magisteria diuina, fundamenta ædificandæ spei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendæ salutis; quæ dum do-

43

ciles

eiles credentium mentes in terris instruunt, ad cœlestia regna perducunt. Et nemo quantumuis iustificatus liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet: Nemo temeraria illa, & à patribus sub anathemate prohibita voce vti debet; Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere, quod non possis; & adiuuat, vt possis, cuius mandata grauia non sunt, cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt, qui autem diligunt eum, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius: quod vtique cum diuino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali vita quantumuis sancti, & iusti, in leuia saltem, & quotidiana, quę etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti: nam iustorum illa vox & humilis, & verax, Dimitte nobis debita nostra. Quo fit, vt iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debeant, quo liberati iam à peccato, serui autem facti Deo, sobriè, iustè, & piè viuentes proficere possint per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam: Deus nanque semel sua gratia iustificatos nō deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemq; consequuturum, etiamsi Christo non compatiatur, vt & glorificetur. Nam & Christus ipse, vt inquit Paulus, cùm esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam, & consummatus est factus, omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Et propterea Apostolus ipse monet iustificatos dicens: Nescitis quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidē currunt, sed vnus accipit brauium; sic currite, vt comprehendatis. Ego igitur sic curro, nō quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus: Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, hæc enim faciendo non peccabitis aliquando. Vnde constat eos ortho-

thodoxæ doctrinæ aduersari, qui dicunt iustũ in omni bono opere saltẽ venialiter peccare; aut (quod intolerabilius est) æternas pœnas mereri: atque etiam eos, qui statuunt, in omnibus operibus iustos peccare, sic in illis suam ipsorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cùm hoc, vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, cùm scriptum sit: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. & de Moyse dicat Apostolus, quòd respiciebat ad remunerationem. & in cap. vj. eiusdem libri xj. legitur. Et quidem subiectos mandatis docere in primis possumus ex verbis Christi ad adolescentem, qui eum rogauit, quid faciendo vitam æternam possidebo? legimus apud Matthæum, respondisse ei Saluatorem: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: hic autem adolescens fidem habebat, & iustus iam tunc erat; omnia etenim mandata custodierat, vt ipse mox de se subiecit. Et quanquam Augustinus epist. lxxxix. & Chrysostomus arrogantius hoc putant, quàm verius eum dixisse; tamen, sicut Basilius, & alias idem Chrysostomus, & alij Doctores graues tradunt, dubitandum non est, quin verè ille & syncere hoc de se dixerit; alioquin non subiunxisset Marcus: Iesus autem intuitus eum dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest. Non sic humanè, & benignè, vt hæc verba innuunt, coniecisset Christus in eum suos placidissimos oculos, non eum dilexisset, neque perfectionis semitam ei tradidisset, & ad eam vocasset, nisi vere illum, & ex animo, & absque vlla iactantia, ea de se affirmasse intellexisset. Auertit Dominus oculos suos à peccatoribus, exosos
44 eos habet, † & ad maiora non vocat, quos & minora videt non præstare. Et si iustificatus non fuisset, non vnum adhuc ei deesse Magister veracissimus dixisset: quoniam his verbis responsum illius confirmabat, & velut eum, qui iam minora impleuerat, ad superiora, & difficiliora vocabat. Et Hieronymus non ab hac abfuit sententia; quidquid enim alias dixerit, certè in secundo contra Pelagianos de hoc adolescente sic scribit: In lege doctissimus omnia mandata se fecisse dicit, quamobrem & amatur à Domi-

Domino,& tamen plenam iustitiam non habuit,quia voluit substantiam suam pauperibus erogare. Hæc ille. quibus verbis iustitiam ei tribuit,sed plenam abrogat. Possumus & hanc obligationem iustorum ad mandata firmare, quia discipulis inter se disputantibus de primatu in regno cœlorum,tametsi fidem habebant,& iustificati iam erant, humilitatem tamen eis esse necessariam ad salutem Christus docuit, dicens : Nisi conuersi fueritis,& efficiamini sicut paruuli,non intrabitis in regnum cœlorum. & alibi: Si hæc scitis,beati eritis,si feceritis ea. Et Christus clarè asseruit Pharisæis, primum,& maximum esse mandatum de dilectione Dei ex toto corde. & vt est videre apud Marcũ, adiuncto præcepto diligendi proximum,mox subdit,nullum esse mandatum his duobus maius. Absurdum est profectò, & omnino intolerabile, eo præterito vnum mandatum de fide esse necessarium,& sufficere ad salutem: Nam vtique illud maximum mandatum est censendum, quod vnum sufficit sine alijs ad salutem, omnium reliqua sine ipso non sufficiant. Iustificati etiam erant Corinthij,& credebant, & tamen constanter eis prædicabat Paulus : Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Et sæpè alibi,nec iustis,neque alijs exceptis,omnes mandatorum transgressores manifestè excludit à regno Dei. Et tam ipse, quàm cæteri Apostoli, palam docuerunt adeo non esse liberos à lege credentes in Christum, vt grauioribus essent mulctandi supplicijs; siquidẽ deprehenderentur mandatorum diuinorum præuaricatores. Quicunque igitur omnia alia præcepta abrogant, vel certè ad non iustificatos , aut ad non perfectos arctant,aut doceant vbi Deus eam abrogationem,vel limitationem fecerit, aut iuxta Dei antiquum mandatum lapidibus obruantur, vt pseudoprophetæ fingentes somnia, & volentes nos abstrahere à via, quam præcepit nobis Dominus: & discipulis suis dixit : Nõ veni soluere legẽ, sed adimplere; & Iudæis dixit aliàs:Procedent,qui bona fecerũt,in resurrectionem vitæ,qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. † Et iustificatio est, cùm homo ex impio, aut peccatore fit pius, iustus, & filius Dei, & tandem resurgit in 41

gratiam. Sed ad iustificationem hominis duo requiruntur, vnum ex parte Dei, & alterum ex parte hominis: Ex parte Dei requiritur infusio gratiæ, ex parte verò hominis requiritur motus liberi arbitrij, quo detestetur peccatum propter Deum. Itaque cùm homo detestatur peccata sua, quia sunt commissa contra Dei reuerentiam, statim Deus illi infundit gratiam, eumque iustificat: hoc autem intelligitur de adulto, qui hoc modo iustificatur sine sacramento, actu, seu re suscepto, non tamen sine sacramento in voto. Sed non sic est de paruulis nondum vsum liberi arbitrij habentibus, qui sanctificantur per solam Dei gratiam cum sacramento baptismi, sine quo minimè saluari valeant, nisi ex priuilegio: Nam Deus, qui virtutem sanctificandi contulit sacramentis, potest ad libitum sine ipsis sacramentis suam gratiam impartiri, vt constat de beata Virgine, & Ioanne Baptista, & cæteris in vtero sanctificatis. Et nota secundũ Theologos, quòd ea, quæ concurrũt ad iustificationem impij, fiunt simul tempore; nam in eodem instanti, quo homo detestatur peccatum, tanquã Dei offensiuum, id est, quia est factum contra Dei reuerentiã, & amorem, in eodem inquam instanti Deus illi infundit gratiam, nullam temporis moram expectando: quia ille talis motus liberi arbitrij est vltima dispositio ad gratiam: & ideo sunt simul & in eodem instanti: & hoc est quod clamat scriptura, quòd Deus neminem deserit, sed omnes confugientes ad se statim recipit, & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & quòd omnes vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, atque in omni gente qui timet eum, & facit iustitiam, acceptus est illi. Neque solum non est acceptor personarum, quia nemini quicquam debet, & liberrime potest suam impartiri gratiam pro beneplacito suo, quin si alicui faciat iniuriam, an iustè ei dici possit, cur ita facis? sed etiam, quia ex æquo omnes recipit, qui ad se confugiunt, neque quenquam repellit à sua gratia, si faciat quod in se est, ad eam assequendam. Neque audias hoc in loco virum aliàs doctissimum opinantem, posse impium detestari peccata supra omne odibile, propter Deum super omnia dilectum, vt obiectum

est

est beatitudinis, cum proposito de cætero vitandi peccata supra omne vitabile, & non statim iustificari; quia sanctus Thomas tenet ea, quę superius dicta sunt, & tota schola Theologorum, & sacrosancta Tridentina Synodus, vt ex infra dicendis apparebit.

Quæ hactenus dicta sunt de adulto iustificato, intelligi oportet de impio perfectè dispositò, qui sine sacramento in re suscepto, non tamen sine eo in voto iustificatur. secus tamen est de imperfectè dispositò. † Et tunc eris im 46
perfectè dispositus, quando displicent sibi peccata propter fugienda supplicia æternà: itaque non displicent sibi peccata, quia sunt contra Deum commissa. Et hoc potest contingere dupliciter, vno modo, quod impio sic displiceant sua peccata propter fugiendas pœnas illas æternas, vbi eijcient omnes illos inutiles seruos; & ibi erit amaritudo vera, & stridor dentium; quia Dominus permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suũ, paleas autem comburet igni inextinguibili. Itaque primo modo contingit, si impio, vt diximus, displiceant peccata propter fugiendas prædictas pœnas æternas; quòd putet, & sibi videatur probabiliter, quòd non propter Deum, sed ob vitandas tales pœnas detestatur talia peccata. Alio modo contingere potest, quòd doleat, seu detestetur peccata propter illa supplicia æterna fugienda, existimãs quòd non ob illa supplicia fugiendà, sed ob Dei amorem talia peccata detestatur; tamen in rei veritate fallitur, quia nõ propter Deum, sed propter pœnas inferni fugiendas sibi displicent, & detestatur peccata. Et tu lector præ oculis habeas hanc distinctionem, quia si primo modo impius sit dispositus, & sit infidelis, quia nondum suscepit sacramentum baptismi, poterit cum tali dispositione ad baptismum accedere, & obtinebit remissionem totalem peccatorum ex vi baptismi; tamen si est impius fidelis, qui post susceptum baptismum lapsus est in peccatum mortale; si illo primo modo accedat dispositus ad pœnitentiæ sacramentum, non iustificabitur per susceptionem talis sacramenti, non ex defectu sacramenti, sed ex defectu impij sine dispositione sufficienti ad tale sacramentum accedentis.

dentis. Sed statim quæres, quid est in causa, quod impius accedens ad baptismum cum illa dispositione prima iustificabitur; & si post baptismum susceptum labatur in peccatum, & cum eadem dispositione accedat ad sacramentum pœnitentiæ, non iustificabitur? Respondeo, quòd licet hæc duo sacramenta baptismi, & pœnitentiæ in hoc conueniant, quòd ambo ordinata sunt à Christo Iesu in remissionem peccatorum, vbi non sit obex complacentiæ peccatorum, & tollatur talis obex, & complacentia detestando peccata propter pœnas inferni; tamen baptismus est sicut generatio quædam, vbi actus recipientis baptismum non concurrunt, vt pars sacramenti. Sacramentum verò pœnitentiæ est medicina quædam, vbi concurrunt actus pœnitentis, scilicet detestatio ipsa, & confessio, vt materia, & pars sacramenti, vt videre est in sancto Thoma, iij. par. quæst. lxxxv. art. j. & ideo non est vtriusque idem vsus. Nam ad baptismum nulla est accusatio, vel confessio necessaria, quod deposcitur ad sacramentum pœnitentiæ, tanquam partes ipsius sacramenti. Et ita qui probabiliter existimaret se non detestari peccata propter Deum, profectò non esset vera eius accusatio in confessione; siquidem accusatio non est, nisi de offensa Dei, & quatenus est eius offensa: quare impius qui ita dispositus ad sacramentum pœnitentiæ accederet, quod odiret peccata propter pœnas scienter, vt dictum est, & mihi constaret ita, grauissimè formidarem sic eum absoluere, immò non absoluerem. Hæc est vna causa, quare beatus Augustinus dubitauit de salute serò pœnitentium: Nam non dolent suorum criminum ea ratione, quòd fuit Deus offensus, sed quia incurrunt in gehennam. Et hæc constare possunt ex Concilio Tridentino sessione viij. cap. vj. ad baptismum suscipiendum satis esse moueri per odium aliquod aduersus peccatum; tamen capitulum quartum in dicta sessione ait: Pœnitentiam post lapsum, multo aliam esse à baptismali. Ex quo constat maiorem dispositionem exigi ad sacramentum pœnitentiæ, quàm ad baptismum. Tamen si secundo modo dispositus accedat, nempe, quòd sibi displiceant peccata propter pœnas vitandas, existimans se talia peccata detestari

tari ob Dei amorem, tunc virtute sacramenti pœnitentiæ actu susceptiustificabitur. Et hoc est, quod Doctores dicunt, quòd nonnunquam per sacramentum pœnitentiæ ex attrito sit impius contritus, id est, quando sic detestatur peccata propter vitanda supplicia æterna, quòd existimat se propter amorem Dei illa odire; tunc enim licet hæc attritio, seu detestatio per se, id est, sine sacramento pœnitentiæ actu suscepto non sufficiat ad gratiam obtinendam, tamen sic suscipiens sacramentum illud cum tali dispositione, quia bona fide accedit, iustificabitur. Et nota, quòd tanta potest esse negligentia in illo, qui se existimat contritum, id est, in illo, qui detestatur crimina propter supplicia æterna, putans sibi displicere propter Deum, vt sit nouum peccatum accedere ad sacramentum pœnitentiæ, eo quod habet ignorantiam crassam, quæ eum non excusat. Et tunc neque per sacramentum pœnitentiæ recipit gratiam; perinde enim esset, ac si accederet sciens se non esse contritum, id est, sciens, se non detestari peccata propter Deum. Sed quando negligentia, seu ignorantia excusat à nouo peccato, porro quia est probabile fecisse quod debuit, tunc licet dolor per se non sufficeret remittere præterita peccata, cùm non sit vltra dispositio ad gratiam, seu contritio; tamen quia illa ignorantia est inuincibilis, & bona fide accedit, primam recipiet gratiam per sacramentum.

† His igitur breuiter expositis dico, duplicem esse ho- 49
minis iustificationem, primam videlicet, & secundam. Prima igitur iustificatio est, qua homo ex impio, & peccatore & filio iræ fit pius, iustus, filius Dei, & resurgit in gratiam, quam Christus nobis largitur. Ipse enim solus, cùm essemus filij iræ, & inimici Dei, non potentes pro nobis satisfacere, sua morte, de rigore iustitiæ, pro peccatis nostris satisfecit, quibus morte digni eramus; & propria virtute resurgens iustificauit nos relinquens in cruce omnes passiones ab Adamo assumptas; quia Christus resurgens à mortuis iam non moritur, neque illi mors vltra dominabitur. Hæc igitur prima hominis iustificatio est misericorditer à Deo, in qua efficiamur noua creatura, & veterem homi-

nem exuimus. Nam ad hanc primam iustificationem hæc omnia concurrunt, infusio gratiæ, motus liberi arbitrij in Deum per fidem, & motus liberi arbitrij in peccatum, & remissio culpæ. Hæc autem, vt diximus, in eodem instanti sunt: est tamen inter ea ordo naturæ, vt est author diuus Thomas, pri. secundæ. q. cxij. art. vj. & art. viij. *Si enim consideremus ea ex parte impij, & subiecti, prius est motus liberi arbitrij in Deum, & in peccatum, & remissio culpæ, quàm gratia. Si autem considerentur ex parte Dei, prius est infusio gratiæ, &c.* Ad rem igitur redeundo omnes concedunt infusionem gratiæ, & remissionem peccatorum fieri à solo Deo, vt patet ex sacra scriptura. Motus autem liberi arbitrij, quamuis fit à nobis, tamen tribuitur Deo: quia non fit nisi Deo principaliter mouéte. De hac ergo iustificatione prima loquitur Paulus Apostolus, cùm dicit, hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Et ne putes ad iustificationem impii semper requiri illos duos motus distinctos, & explicitos; eò quòd sanctus Thom. eos ponat distinctos: nam vnico motu, regulariter loquendo, mouetur quis in Deum, & in peccatum, detestando peccata propter Deum.

48 † Secunda autem iustificatio hominis est, qua in iustitia proficimus, & iustiores efficimur, vt in Apoc. xxij. Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus, sanctificetur adhuc. Et ista secunda iustificatio emanat à prima iustificatione; & propter hanc nostra opera dicuntur meritoria vitæ æternæ, non ex dignitate talium operum, sed quia sunt admixta, & coniuncta fidei, & gratiæ: per quæ ex bonitate Dei nobiscum pacisscentis dicimur mereri. Et de hac secunda iustificatione loquitur scriptura, cùm dicit, reddet iustis mercedem. & Apostolus ad Cor. iij. Vnusquisque propriam mercedem accipiet. & Eccles. xvj. Misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorũ. & in Psal. lxj. dicitur: Tu reddis Domine vnicuiq; secundum opera sua. & Matth. xvj. legitur: Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eorum. & Matt. iij. dicitur: Iam enim securis ad radicem arborum posita est, omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur,

tur,& in ignem mittetur. & ibi dicitur etiam: Permundabit aream suam, congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. & de istis loquitur Iudas Apostolus in epistola sua dicens: Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus impietatibus eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ contra Dominum loquuti sunt peccatores impij. Vos autem charissimi superædificantes vosmetipsos sanctissimæ nostræ fidei, in spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. & Ioan.j.epist.cap.iij. dicit: Filioli, nemo vos seducat. Qui iustitiam facit, iustus est, sicut & ille iustus est; qui facit iustitiam, id est, opera iustitiæ. Itaq; sapientissime lector ex sermone meo constat clarè (iudicio meo) rectè intuenti, nullam esse dissonantiam inter Apostolos Paulum, & Iacobum; quia vno, & eodem Spiritu sancto inspirante loquuti sunt. Ideo dixit Petrus in ij. canonica, cap.j. Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Et quia Paulus, quando dicit, arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis, loquitur de prima iustificatione: sed Iacobus, cùm dicit, videtis, quòd ex operibus iustificatur homo, loquitur de secunda iustificatione, seu incremento gratiæ, & iustitiæ. Et aduerte, quia qui cùm mortui essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij eius, liberati à peccato originali; sed non fuimus liberati ab obseruatia decem præceptorum moralium seu naturalium, vt docet nos Apostolus ad Rom.vj.dicens: Quid ergo peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? absit. liberati autem à peccato.i.per eius dimissionem, serui facti estis iustitiæ, id est, obligati ad iustitiæ operationem. Et beatus Petrus canonica ij.cap.finali: Crescite verò in gratia, & in cognitione Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, id est, merendo eius augmentum per bona opera, & in cognitione Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, id est, vt magis explicitè cognoscatis articulos, & beneficia Iesu Christi. &, sanctus sanctificetur adhuc, & iustus iustifice-

turadhuc. & credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est, &c. Et Abraham iustissimus erat, & de ipso dixit Dominus ad Abimelech, Genes. xx. Redde viro suo vxorẽ, et orabit pro te, quia propheta est, & viues. & Dauid dixit, j. Reg. c. xxvij. Dominus autem retribuet vnicuique secundum iustitiam suam, & fidem; & nemo tam perfectus, quin possit crescere, ad Ephes. iiij. et vide in c. charitas, de pœnit. distin. ij. *Et charitas nunquam excidit. t. in hac vita: in futuro enim fides conuertetur in scientiam. spes in rem, charitas autem augebitur.* Vnde Prophe ta, Viuit Dominus, cuius ignis est in Sion, id est, in ecclesia militante. & Aposto. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo; quia licet reconciliauerit nos Deus per mortem Christi, ad hoc vt simus participes huius reconciliationis, requiritur in nobis debita dispositio per baptismum, & pœnitentiam. † Et nobis ad corroborationem ser
49 monis nostri, quòd in sacrosancta Oecumenica synodo Tridentina, in vj. sessione sic dicitur:

Declarat sancta Synodus ad iustificationis doctrinam, » vt vnusquisque agnoscat, & fateatur, quòd cùm omnes ho » mines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidissent, » facti immundi, & vt Aposto. inquit, natura filij iræ, vsque » adeò serui erant peccati, & sub potestate diaboli & mor » tis, vt non modò gentes per vim naturæ, sed neque Iudæi » quidem per ipsam etiam literam legis Moysis inde libera » ri, aut fugere possent; tametsi in eis liberum arbitrium mi » nimè extinctum esset, viribus licet attenuatum, & inclina » tum. Quo factum est, vt cœlestis pater, pater misericordi » arum, & Deus totius consolationis Christum Iesum filiũ » suum, & ante legem, & legis tempore, multis sanctis pa » tribus declaratum & promissum, cùm venit illa beata ple » nitudo temporis, ad homines miserit, vt & Iudæos, qui » sub lege erant, redimeret; & gentes, quæ non sectabantur » iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adopti » onem filiorum Dei reciperent. Hunc proposuit Deus » propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis » nostris, non solum autem pro vestris, sed etiam pro totius » mundi. Verum etsi ille pro omnibus mortuus est, non

omnes

omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed ij dun ,,
taxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Et ,,
in cap. iiij. dictæ sessionis insinuatur descriptio iustificationis impij, & motus eius in statu gratiæ. Quæ quidem translatio post Euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et in cap. v. sacrum Concilium declarat ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia, sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur; vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando disponantur, ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe per illam & adijcere potest, neq; tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Vnde in sacris literis cùm dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis nostræ admonemur; cùm respõdemus: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur. Et in cap. vj. dictæ sextæ sessionis ponitur modus præparationis ad iustificationem ante baptismum in adultis. Et vide etiam in cap. ix. vbi tractat contra inanem hæreticorum fiduciam, cuius verba sunt: Quamuis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa ,,
vnquam fuisse peccata, nisi gratis propter Christum diuina misericordia; nemini tamen fiduciam, & certitudinem ,,
remissionis suorum peccatorum iactanti, & in ea sola quiescenti peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est: cùm ,,
apud hæreticos, & schismaticos possit esse, immo nostra ,,
tempestate sit, & magna contra ecclesiam Catholicam con ,,
tentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota ,,
fiducia: sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui ,,
verè iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione a- ,,
pud semetipsos statuere, se esse iustificatos; neminemque ,,

» à peccatis absolui, atque iustificari, nisi eum, qui certò, &
» firmissimè credat, se absolutum, & iustificatum esse; atque
» hac sola fide absolutionem, & iustificationem perfici, quasi
» qui hoc non credit, de Dei promissis, & de mortis, & resur
» rectionis Christi efficacia dubitet: eum velut nemo pius
» de Dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramento-
» rum virtute, & efficacia dubitare debet. Sic quilibet dum
» seipsum, suamque propriam infirmitatem, & indispositio-
» nem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest,
» cùm nullus scire valeat certitudinem fidei, cui non potest
» subesse falsum, se esse gratiam Dei consequutum. Sed est
aduertendum, quòd in cap. vij. dictæ sextæ sessionis dicit
» sacrosancta Synodus hæc verba: Quanquam enim nemo
» possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri
» Iesu Christi communicantur, id tamen in hac impij iusti-
» ficatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito
» per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordi-
» bus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhæret. Vnde in
» ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia
» simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseri-
» tur, fidem, spem, & charitatem. Nam fides, nisi ad eam
» spes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Christo,
» neque corporis eius membrum viuum efficit. Qua ratio-
» ne verissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam, & o-
ciosam esse; & in Christo Iesu neque circuncisionem ali-
quid valere, neque præputium, sed fidem, quę per charita-
tem operatur. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex
Apostolorum traditione catechumini ab ecclesia petunt,
cùm petunt fidem vitam æternam præstantem, quam sine
spe, & charitate fides præstare non potest. Vnde & statim
verbum Christi audiunt, Si vis ad vitam ingredi, serua
mandata. Itaque veram, & Christianam iustitiam accipi-
entes, eam ceu primam stolam pro illa, quam Adam sua in-
obedientia sibi, & nobis perdidit, per Christum Iesum illis
donatam, candidam, & immaculatam iubentur statim re-
nati conseruare, vt eam perferant ante tribunal Domini
nostri Iesu Christi, & habeant vitam æternam.

50 † Sic ergo iustificati, & amici Dei, ac domestici facti,

eum-

euntes de virtute in virtutem renouantur (vt Apostolus inquit) de die in diem; hoc est, mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem, per obseruationem mandatorum Dei, & ecclesiæ in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus crescunt, atq; magis iustificantur; sicut scriptum est, Qui iustus est, iustificetur adhuc. & iterum: Ne verearis vsque ad mortem iustificari. & rursus: Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. & sanctus sanctificetur adhuc. & Petrus dixit in canonica, c. fin. Crescite in gratia, & in cognitione Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, id est, meredo eius augmentum per bona opera. Hoc verò iustitiæ incrementum petit sancta ecclesia, cùm orat: Da nobis Domine fidei, spei, & charitatis augmentum. Nemo autem quantumuis iustificatus liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet; Deus nanque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se heredem esse constitutum, hæreditatemque consequuturum. Propterea Apostolus ipse monet iustificatos, dicens: Nescitis, quòd ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currũt, sed vnus accipit brauium; sic currite, vt comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertũ, sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo; ne forte, cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar: item princeps Apostolorum Petrus: Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis; hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Vnde constat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt, iustum in omni opere bono saltem venialiter peccare, aut (quod intolerabilius est) pœnas æternas mereri; cùm scriptum sit: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. & de Moyse dicat Apostolus, quòd aspiciebat in remunerationem. Nemo quoque, quandiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio, neque adeo præsumere debet, vt certò statuat, se omnino esse in numero

præ-

prædestinatorum ; quasi verum esset, quòd iustificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccauerit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat: nam nisi ex speciali reuelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit. Veruntamen qui se existimant stare, videant, ne cadant, & cum timore, ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigilijs, in eleemosynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs, in castitate; formidare enim debent scientes, quòd in spem gloriæ, & nondum in gloriam renati sunt. De pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia, Apostolo obtemperent, dicenti: Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus; si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Qui verò ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt: cùm excitante Deo per pœnitentiæ sacramentum, meritò Christi amissam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio, quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti Patres aptè nuncuparunt: Etenim pro ijs, qui post baptismũ in peccata labũtur, Christus Iesus sacramentum instituit pœnitentiæ, cùm dixit, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Vnde dicendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multò aliam esse à baptismali, atque continere non modo cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & humiliatum; verumetiam eorundem sacramentalem confessionem, saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem; itemque satisfactionem per ieiunia, & eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ vel sacramento, vel sacramenti voto vnà cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ (vt sacræ literæ docent) non tota semper, vt in baptismo fit, dimittitur illis, qui gratia Dei, quam acceperunt ingrati, Spiritum sanctum contristauerunt, & templum Dei violare non

re non sunt veriti. de qua pœnitentia scriptum est: Memor esto, vnde excideris; age pœnitentiam, & prima opera fac. & iterum: Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. & rursus: Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ. † Et si pro mortali peccato amittitur gratia iustificationis, sed nó amittitur fides iustificatis hominibus (vt diximus) siue acceptam gratiam perpetuo conseruauerint, siue amissam recuperauerint. Proponenda sunt Apostoli verba: Abundate in omni opere bono, scientes, quòd labor vester non est inanis in Domino: Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. &, Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem: atque ideo benè operantibus vsque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est vita æterna, & tanquá gratia filijs Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorũ operibus, & mentis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona iustitiæ, quam post suum certamen, & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, ā iusto iudice sibi reddendam: non solum autem sibi, sed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Cùm enim ille ipse Christus Iesus, tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent; nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quominus plenè, illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta diuinæ legi, pro huius vitæ statu satisfeciſſe, & vitam æternam suo etiam tempore (si tamen in gratia decesserint) consequendam, verè promeruisse censeatur: cùm Christus Saluator noster dicat: Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Itaque neque propria nostra iustitia, tanquam ex nobis propria statuitur, neque ignoratur, aut repudiatur iustitia Dei, quæ etiam iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iustificamur; illa eadem

eadem Dei est, quæ à Deo nobis infunditur per Christi meritum. Neque verò illud omittendum est, quòd licet bonis operibus in sacris literis vsque adeo tribuatur, vt etiam qui vni ex suis minimis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus, eum non esse sua mercede caritarum. & Apostolus testetur: Id, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: absit tamen, vt Christianus homo in seipso vel confidat, vel glorietur, & non in Domino; cuius est tanta erga omnes homines bonitas, vt eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes, vnusquisque sicut misericordiam, & bonitatem, ita seueritatem, & iudicium ante oculos habere debet, neque seipsum aliquis, etiamsi nihil sibi conscius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda est, sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui (vt scriptum est) reddet vnicuique secundum opera sua. Post hanc Catholicam de iustificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter, firmiterque receperit, iustificari non poterit (ita fuit decisum in sancta vniuersali Synodo Tridentina, in sessione sexta) ad alia transeamus.

## DE ELEEMOSYNA.

52 ELeemosyna † dicitur ab ἐλεέω, quod est verbũ Græcum, cuius imperatiuus est ἐλέησον, id est, miserere; à quo ἔλεος, id est, misericordia: ideo dixit Saluator, Matth. v. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. & legitur in Eccles. cap. iij. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. &, Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in conspectum Dei. legitur hoc in cap. x. Actuum Apostolorum. &, Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam. & legitur Lucæ xj. Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Itaque eleemosyna magnã

habet

habet virtutem ad remissionem peccatorum, Daniel.iiij. peccata tua eleemosynis redime. facit text.in c.animæ defunctorum, xiij. quæst.ij. vbi dicit tex. Animæ defunctorum soluuntur charorum eleemosynis, &c. legitur etiam Matth.xviij. Qui susciput vnum paruulum talem in nomine meo, me susciput. Crimina eleemosynis redimuntor,c. medicina, de pœniten. dist. j. vbi Ambrosius dicit: Medicina misericordiæ tollit peccata magna: Habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimimus: pecuniam habes, redime peccatum tuum; redime te operibus tuis; redime te pecunia tua: vilis est pecunia, sed preciosa est misericordia. Eleemosyna (inquit) à peccato liberat: crimina ergo eleemosynis redimuntur, vt dixi. Et Cyprianus in c.miror, de pœnitent,distinct.j.dicit: Eleemosyna à morte liberat, non vtique ab illa morte liberat, quam semel sanguis Christi extinxit, & aqua nos salutaris baptismi, & Redemptoris nostri gratia liberauit; sed ab ea morte,quæ per delicta postmodum serpit,id est,à morte actualium peccatorum. facit etiam text.in c.non sufficit,de pœnit.dist.j.vbi diuus August.ait: Non sufficit mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere, nisi etiam de his,quæ facta sunt,satisfiat Domino per pœnitētiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis,& ieiunijs.& ibi dicit Archidia. Eleemosyna est satisfactoria ad salutem: sed dicit,non est satisfactoria pro peccatis,si donas eleemosynā, quam teneris alijs dare; vt sunt illi,qui donant,vt dispensatores. Sed talis eleemosyna multum valet. ibi videbitis. Sed notabis, quòd dare eleemosynam de superfluo est in præcepto,& etiam dare eleemosynam constituto in extrema necessitate, sanctus Tho.in secunda secundæ,q.xxxij. & vide in c.pasce,lxxxvj.dist.& legitur in libro Tobiæ, c. iiij.Eleemosyna ab omni peccato,& morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.&,Panem tuum cum esurientibus, & egenis comede, & de vestimentis tuis nudos tege. Et de eleemosyna vide docto. in c. non satis, lxxxvj. dist.& vide in c.omnis,vij q.j. & Iob dixit, Oculus fui cæco, pedes claudo, pater eram pauperum. Ita sunt Episcopi,quia

pi, quia sunt dispensatores, & sunt patres pauperum. Et de iustis laboribus tacite eleemosynam, docto. in c. innouamus, de censib. An eleemosyna sit danda de necessarijs? videtur, quòd sic, quia Dominus dicit Matth. xix. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Sed ille, qui dat omnia, quæ habet, pauperibus, non solum dat superflua, sed etiam necessaria, ergo de necessarijs potest homo eleemosynam dare, dicit sanct. Tho. in d. quæst. xxxij. ad sextum. Necessarium dupliciter dicitur, vno modo sine quo aliquid esse non potest. & de tali necessario omninò eleemosyna dari non potest, vt si aliquis solum haberet, vnde posset ipse sustentari, & filij sui, vel alij ad eum pertinentes. de hoc enim necessario eleemosynam dare, est sibi, & suis vitam subtrahere. Alio modo dicitur aliquid necessarium, sine quo non potest conuenienter vita transigi secundum cõditionem, & statum propriæ personæ, & aliarum personarum, quarum cura ei incumbit, vt infrà dicemus: Et huiusmodi eleemosynam dare, est bonum, & non cadit sub præcepto, sed sub consilio; inordinatum esset autem secundum sanctum Thom. si aliquis tantum sibi de bonis proprijs subtraheret, vt alijs largiretur, quòd de residuo non posset vitam transigere conuenienter, secundum proprium statum, & negotia occurrentia; sed tria sunt excipienda: primum, propter ingressum religionis omnia bona dedicat Deo: secundò, quando bona, quæ sibi subtrahit, de facili resarciri possunt: tertium, quando occurreret extrema necessitas alicuius priuatæ personæ, vel reipublicæ. In his enim casibus laudabiliter prætermitteret aliquis id, quod ad decentiam sui status pertinere videretur, vt maiori necessitati subueniret. ita sanctus Thom. & nota, quòd Dominus laudauit viduam, quæ ex eo, quod deerat illi, omnem victum, quem habuit, misit, Lucæ xxj. & melius est pluribus indigentibus elargiri. Itaque eleemosyna non vni soli, sed multis detur, vt pluribus prosit. Itaque grandis culpa est, vt fidelis egeat, præsertim illis, qui egere erubescunt. Omnibus debetur misericordia iusto amplius, c. non satis, lxxxvj. distinct. Item subuenire debes proximis, c. est probanda. & c. con-

c. consideranda. ea. dist. vbi dicitur; Consideranda est in largiendo ætas, ac debilitas, & verecũdia; & senibus, & infirmis plus largiaris. Omnia ista dicit beatus Ambro. lxxxvi. dist. & ibi est tex. in d. c. pasce fame morientẽ, & cætera.

Dixi superius multa in materia eleemosynæ, nunc addendo dicemus aliqua pro complemento de mente Sancti Thom. & de mente doctissimi Caietani, & de mente sacrorum doctorum. † Habens superfluum naturæ, & personę, tenetur alijs subuenire ratione superfluitatis, licet pauper 53
non appareat in extrema necessitate, ita Basilius, & Ambrosius, August. quoque in c. quid dicam, xiiij. q. iij. idem sentit in his verbis; Nonne omnes, qui sibi videntur gaudere conquisitis, eisqũe vti nesciunt, alienum possidere conuincimus? hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur. hoc autem iure, quod iustè, & hoc iuste, quod benè, omne igitur, quod malè possidetur, alienum est; malè autem possidet, qui malè vtitur. hæc ille. Vbi apparet superfluum naturæ, & personæ alienum esse quo ad vsum, & consequenter dispensandum; aliter iniustè possidetur, quia habens non recte vtitur illo. Eandem sententiam confirmat beatus Hierony. in c. hospitalem. xlij. distinct. dicens: Aliena rapere conuincitur, qui sibi vltra necessaria retinere probatur; hæc ille. Vbi magni damnantur omnes, reseruantes sibi diuitias, i. superflua, & qui eis famulatur. Apparet etiã ex verbis Domini. Mat. vi. Non potestis Deo seruire & mámonæ, vbi B. Hier. exponẽs, quid sit seruitus diuitiarũ, ait: Audiat hoc auarus, audiat hoc homo Christianus, non posse simul diuitijs, Christoq; seruire; & tamẽ nõ dicit, qui habet diuitias, sed qui seruit diuitijs; qui enim diuitiarũ seruus est, diuitias custodit, vt seruus; qui autẽ seruitutis excussit iugum, distribuit eas, vt dominus. hæc ille. vbi apparet, quod est impossibile, superflua custodire non dispensando, & Christũ amare. Beda quoq; super illud Lucæ. xi. Quod superest, date eleemosynam, ait: Neque enim ita facienda iubetur eleemosyna, vt teipsum cõsumas inopia, sed vt tui cura corporis expleta inopem, quantum vales, sustentes; hæc ille. Vbi iuberi exposuit sustentationem inopum post necessaria nobis. Inter poste-

riores vero doct. Petrus de Palude in iiij. distinct. xv. q. iij. expresse ponit hoc cadere sub precepto: Richar. quoque in iiij. distinct. xv. q. ij. hoc idem confirmat: Durandus autem, & Roman. ibidem, quasi mortale, pauidi timent. Diximus supra, quòd dare eleemosynam existenti in extrema necessitate de necessario personæ sit in præcepto; allegando text. Ambro. in c. pasce. Grego. quoque in Homelijs suis ait: Quia in lege scriptum est, diliges proximum tuum, sicut teipsum; minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius etiam ea, quæ sunt sibi necessaria, partitur. Idcirco de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur præceptum. hæc ille. Vbi euidenter apparet, quòd necessaria non communicata necessitatibus absque dubio extremis minorem debito dilectionem Christi conuincunt, & consequenter charitatis extinctionem, quæ diminutionem non patitur. Basilius etiam super illud Lucæ. iij. Qui habet duas tunicas, det non habenti, ait: Hic autem docemur, quòd ex omni eo, quod affluit supra proprij victus necessitatem, tenemur erogare illi, qui non habet, propter Deum, qui, quæcunque possidemus, largitus est. hæc ille. Iuniores quoq;, scilicet, Petrus de Palude, Richardus, Durandus, & Romanus in iiij. sententiarum, distinct. xv. intrepidè asserunt, teneri quemlibet de necessario personæ subuenire extremæ necessitati pauperis: Non absque temeritate ergo à tot doctoribus ac rationibus subtrahet se quispiam volens magis hominibus placere, quàm veritatem sequi. Audi dominum Iesum Christum in euangelio diuitibus dicentem: Facilius est camelum transire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum; intellige de diuite, qui captus est à diuitijs, & famulatur eis. nam diues est, qui sibi reseruat diuitias; œconomus verò, siue dispensator, qui ad opus aliorum has tenet. Et sic patet ex omnibus dictis regula generalis circa eleemosynarum largitionem necessaria; applicatio autem eius ad particularia scientificæ determinationi non subest, sed prudentiæ committitur, quæ circa particularia versatur. Est autem magna opus circunspectione, vt concludatur hunc habere superfluat

oportet siquidem considerare statum, filios, filias, seruos, alumnos, hospites, conuitas, munificentiam, magnificentiam, & si quæ sunt huiusmodi; & habere semper præ oculis, quòd necessarium personæ non consistit in indiuisibili: multis enim adiunctis non apparebit superfluum; & multis subtractis non censebitur quis indigens. Et hæc de eleemosynæ præcepto dicta sufficiant secundum doctissimum Caietanum. Sed aduerte, & nota benè, quia quum pauper apparet in extrema necessitate constitutus, peccatum mortale est non facere eleemosynam, vt in d.c. pasce fame morientem. Item nota benè, quia si habes de superfluo naturæ, & personæ, & eleemosynam non facis, peccas mortaliter; quia præceptum hoc, scilicet quod superest, eleemosynam date, est affirmatiuum, & obligat pro loco, & tempore: propterea fidei ac prudentiæ illius, qui superfluum habet, commissum intelligitur, quando & quibus actualiter dispenset illud superfluuum simul, vel successiuè, vt melius sibi videbitur. Itaque eleemosynam non facere, est peccatum mortale in istis duobus casibus tantùmodo. Sed in Episcopis, & clericis, deducto victu, & vestitu ex Episcopatu, vel beneficio, omne aliud superfluũ est; quia vsuarij sunt, vt videbis supra in isto Speculo, c. sexto.

Itaque notabis secundum Sanctum Thom. quòd est aliquod tempus dare, in quo mortaliter peccat, si eleemosynam dare omittat; ex parte quidem recipientis, cum apparet euidens, & vrgens necessitas, nec apparet in promptu, qui ei subueniat: ex parte vero dantis, cum habet superflua, quæ secundum statum præsentem non sunt sibi necessaria; prout probabiliter existimari potest. Nec oportet, quòd consideret omnes casus, qui possunt contingere in futurum, non intelligas extremam necessitatem, quando emissurus est spiritum, sed quando ob defectum necessariorum apparet, quod ille morietur, nisi ei succurratur, quando possunt ei prodesse subuentiones, antequàm desperetur de vita illius. † Et an possit fieri eleemosyna de illicitè acquisitis? tripliciter secundũ S. Tho. potest aliquid esse illicitè acquisitum, sicut rapina; & de talib. tenetur ad restitutionem, & non potest ideo fieri eleemosyna: Alio 54

verò modo est aliquid illicitè acquisitum, quia ille, qui ac
quisiuit, retinere non potest; nec tamen debetur ei, à qu
acquisiuit; quia scilicet contra iustitiam accepit, & alte
contra iustitiam dedit; sicut in simonia; qu a illud debet
eleemosynas erogari. & eadem ratio est in omnibus: datio
& acceptio est contra legem. Tertio modo, est aliquid illi
citè a quisitum, non quidem, quia ipsa acqu sitio sit illici
ta, sed quia id, ex quo acquiritur, est illicitum; sicut patet
de eo, quod mulier acquirit per meretricium. & ho
propriè vocatur turpe lucrum, & cõtra legem Dei. Sed
eo, quod accipit, non iniustè agit, nec contra legem. vnd
quod sic illicitè acquisitũ est, retineri potest, & de eo elee
mosyna fieri. Non autẽ fit de eo sacrificium, vel oblatio
altare, tum ꝓpter scandalũ, tum ꝓpter sacrorũ reuerentia
Circa illa verò, quæ per aleas acquiruntur, videtur esse a
quid illicitũ ex diuino iure, scilicet quòd aliquis lucretu
ab his, qui rem suã alienare non possunt, sicut sunt mino
res, & furiosi, & huiusmodi. & quòd quis trahat alium
cupiditate lucrandi ad ludum, & quòd fraudulenter ab
lucretur; in his casibus tenetur ad restitutionem; & sic
eo non potest eleemosynam facere. Aliquid autem vid
tur esse illicitum ex iure positiuo ciuili, quod prohib
vniuersaliter tale lucrum apud illos, qui sunt talibus le
bus subiecti, & tenentur vniuersaliter ad restitutionem
qui lucrantur, nisi forte consuetudo contraria præualea
aut nisi ille lucratus sit ab eo, qui traxerit eum ad ludu
in quo casu non tenetur restituere, & potest facere eleem
synas de tali lucro. ita Sanctus Thom. vbi supra, ad sep
mum in d. q. xxx j. & ibi dicit ad octauum. † Et ille, qui
55 in potestate alterius constitutus, non potest eleemosyna
facere, quia eleemosynæ non sunt faciendæ de alieno, s
mulier, si habet alias res præter dotem, potest dare eleem
synam; aliàs autem non potest sine consensu viri expres
vel præsumpto, nisi in articulo necessitatis extremæ,
quo licitum esset ei furari; & etiam monacho, vt eleem
synam daret. & filiusfamilias potest dare aliquam mo
cam quantitatem, de qua potest præsumere, quòd pa
placeat. Et pro complemento dic, quòd Matth. x. & M
ca

c.ix.legitur; Qui suscipit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit; &, quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. & Christus dixit, Ioan. xij. pauperes enim semper habebitis vobiscum.

## DE IEIVNIO.

ITem † Episcopi prædicabũt in suis ecclesijs, vt omnis populus ieiunet, quia per ieiuniũ castitas conseruatur, 56
& mens liberius eleuatur ad sublimia contemplanda. vnde dicitur Dan. x. Quod post ieiuniũ trium hebdomarũ reuelationẽ accepit a Deo: & est vtile ieiuniu ad satisfaciendũ pro peccatis, vnde dicit. Ioe. ij. Cõuertimini ad me in toto corde vestro, & in ieiunio, & fletu, & planctu. Sed ieiunij necessitas tria includit necessario, quæ sunt de necessitate ieiunij, scilicet, qualitas ciborum, hora competens, & vna comestio: exigit quippè omne ecclesiæ ieiunium abstinentiam ab esu carnium. dies ieiunij noti sunt de iure, & consuetudine. Et ieiunium, vt dicit Augustin. purgat animam, mentem subleuat, propriam carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis vero lumen accendit. Et ieiunium non solum est abescis, sed à cunctis illecebris abstinentia. dictum est autem, quod ieiunium vtile est ad deletionem culpæ, & ad eleuationem mentis in spiritualia; vnusquisque autem ex naturali ratione tenetur tantum in ieiunijs vti, quantum sibi necessarium est ad prædicta, secundum Sanctum Thom. in secunda secundæ q. cxlvij. vbi etiam dicit; ieiunium in communi cadit sub præcepto legis naturæ. Sed determinatio temporis, & modi ieiunandi secundum conuenientiam, & vtilitatem populi Christiani cadit sub præcepto iuris positiui, quod est à Pontificibus ecclesiæ institutum: & hoc est ieiunium ecclesiæ, vt in titu. de obseruatione ieiuniorum. Aliud vero est ieiunium naturæ: & quia multitudo hominum vt plurimùm indiget tali remedio, conueniens fuit, vt ecclesia aliqua ieiunia statueret, ab hominibus communiter obseruanda, quasi in speciali determi-

nans id, quod est necessarium in communi. & videbis tex. in c. ieiunium, de obseruatione ieiuniorum: & ieiunium in effectu est afflictio carnis ex abstinentia ciborum. Et ieiunans qua hora debet comedere? dic in ieiunijs quadragesimalibus post completas Vesperas in ecclesijs, quæ tempore quadragesimali dicuntur de mane, vt in c. solent, de consecra. i. distinction. In alijs vero ieiunijs non est hora præfixa ab ecclesia; & ideo communiter tenetur, vt in Nonis sumatur cibus; & ita est in communi obseruantia. ita Panorm. in Rubri. de obseruatione ieiuniorum, & aliquid sumere pro collatione de Sero, magis ad sustentationem naturæ, quam ad delitias, non est prohibitum, dummodo fiat moderatè secundum consuetudinem regionis. ita Panorm. in d. Rubri. vbi etiam dicit: Dies Dominicales subtrahuntur ab obseruantia ieiuniorum. Et debemus abstinere à cibis delicatis, c. denique. iiij. distinct. & omnes, qui non seruant ieiunia ecclesiæ, peccant mortaliter. Ieiunia verò, quæ sunt in præcepto, statuta sunt in concilijs Episcoporum, & consuetudine vniuersalis ecclesiæ roborata. Nec sunt contra libertatem populi fidelis, sed magis sunt vtilia ad impediendum seruitutem peccati, quæ repugnat libertati spirituali, de qua dicitur ad Galatas. cap. v. Vos enim fratres in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem seruite inuicem. Præcepta enim ecclesiæ obligant, sicut Dei præcepta secundum illud Lucæ. x. Qui vos audit, me audit: & ieiunia, quæ præcepto ecclesiæ instituuntur, sunt ieiunia afflictionis, quæ non conueniunt in diebus lætitiæ: propter quod non est ieiunium institutum ab ecclesia in toto Paschali tempore, nec etiam in dieb. Dominicis, vt dixi. Sed Hieronym. scribit ad Lucinum: Vtinam omni tem-
37 pore ieiunare possemus. † Et duplex est ieiunium: Vnum quidem naturæ, quod requiritur ad Eucharistiæ sumptionem; & hoc soluitur per quemlibet potum, etiam aquæ, post quem etiam non licet Eucharistiam sumere: sed ieiunium ecclesiæ non soluitur nisi per ea, quæ ecclesia interdicere intendit instituendo ieiunium; quia non interdicit potum; ideò licet pluries ieiunantibus bibere. Et medici-

narum

narum assumptio non soluit ieiunium. Sed aduerte, quia, vt dixi, omnes tenentur ieiunare, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum, vt infra dicemus. Et licet pueri non teneantur, conueniens tamen est, vt etiam in puerili ætate se ad ieiunandum exerceant plus, vel minus, secundum modum suæ ætatis. Quandoque tamen magna tribulatione imminente in signum pœnitentiæ acerbioris, etiam pueris ieiunia indicuntur, sicut etiam de iumentis legitur Ionæ.iij. homines, & iumenta non gustent quicquam, nec aquam bibant. Et de hoc vide doctiss. Caietan. in sua Summa de peccatis in parte, ieiunium; & dicit. Excusantur à ieiunio non solum laborantes in agricultura, sed in quacunque arte, qui aut vix sic, aut nec sic acquirere possunt omnia necessaria sibi, familiæque suæ, si cum huiusmodi exercitio nō possunt simul ieiunare; quia sicut lex ieiunij non impedit necessaria opera, ita non impedit opera debita. Similiter si vir non potest ieiunando debitum vxori reddere, non tenetur ieiunare. & ibi dicit, quid de peregrinantibus, & de alijs dicit multa. Dicit etiam, quod excusantur infirmi & debiles; & excusat etiam impotentia naturalis, & excusat impotentia habendi panem: & videbis etiam canonistas in titulo de obseruatione ieiuniorum, vbi multa in materia ieiunij dicunt, & ibi quæ-
runt. † Vtrum aliqui excusentur ab obseruatione præcep- 58
ti. In pueris est, vt dixi, euidens causa non ieiunandi propter debilitatem naturæ, quandiu sunt in statu augmenti, quod est vsque ad finem tertij septennij. Item senes non tenentur ieiunare, quia egent frequenti alimento, & modico, sicut infirmi: & hoc accidit communiter anno sexagesimo ætatis. De prægnantibus, & lactantibus dic, quòd non tenentur ieiunare. Circa peregrinos, & operarios distingue, vt per sanctum Thom. secunda secundæ q. cxlvij. arti. iiij. & ibi vide Caietanum. & ibi in d. q. videbis multa circa materiam ieiunij. & videbis etiam Hostiensem, & Goffre. in titu. de obseruatione ieiuniorum. Et Hieronymus dixit in c. sint. de consecra. dist. v. Sint tibi quotidiana ieiunia: & refectio sacietatem fugiens: & de ieiunio, & ebrietate vide Cardi. sancti Sixti in cap. sexto die, dist. xxxv.

## De oratione.

ITem sanctissimi Episcopi in ecclesijs suis de oratione populum instituant circa modum orandi: ideo de oratione hunc tractatum composui. † Oratio dicitur quasi oris ratio, & oratio est in præcepto, vt Lucæ. xvi. Oportet semper orare, & non deficere; itaque bona operatio nó potest esse sine oratione; & ista est veritas quod oratio sit in præcepto, & orare est proprium rationalis creaturæ, quia est actus rationis. Et orate pro inuicem, vt saluemini; multum enim valet deprecatio iusti assidua, Iacobus in canon. c. fin. & Chrysost. super Lucam cap. xviij. dicit; Considera quanta est tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa orationibus, fabulari cum Deo, cum Christo miscere colloquia, optare quod velis, quod desideras postulare. Et in Psal. dicitur, Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Et omnia illa, per quæ Deo reuerentia exhibetur, pertinent ad religionem; per orationem autem homo Deo reuerentiam exhibet, in quantum ei se subijcit, & profitetur orando se eo indigere, sicut authore suorum bonorum. Vnde manifestum est, quod oratio est propriæ religionis actus; & non solum petere, quæ desideramus, sed etiam recte aliquid desiderare sub præcepto cadit: sed desiderare quidem cadit sub præcepto charitatis, petere autem sub præcepto religionis: quod quidem præceptum ponitur Matth. vj. vbi dicitur, petite, & accipietis. Et oratio præeminet alijs actibus religionis: & ratio soli deo est porrigenda, vt eam impleat; & Sancto per ipsum impetranda, ideo dicitur Iob. v. Voca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Et orationes porrigimus sanctis angelis, & hominibus, non vt per eos nostras orationes cognoscant, sed vt eorum precibus & meritis orationis nostræ sentiamus effectum. Cum ergo psallendo Deo loquimur, multa attentione & cogitatione intendendum est orationi. Bernardus: Cum ad orandum in ecclesiam intraueris, fluctuantiam cogitationum tuarum relinque exterius, vt soli deo vacare possis: fieri non potest vt cum deo loquatur, qui cum toto mundo etiam tacens fabulatur. Et de oratione dicitur Apocal. viij. quòd ascendit fu-

59

mus

mus incensorum de orationibus sanctorum, de manu angeli coram Deo. Et hoc etiã patet ex modo ipso, quo ecclesia vtitur in orando: Nam à sancta Trinitate petimus vt nostri misereatur, ab alijs autem sanctis petimus, vt orent pro nobis. Et licet mortui nesciant, etiam sancti, quid agant viui; sed, vt Gregorius dicit, ad excellentiam eorum decet, vt cognoscant petitiones ad eos factas; & Deo manifestante cognoscunt. Et in oratione aliquid determinatè est petendum, Matth. vi. & Lucæ. ix docuit dominus discipulos determinatè petere ea, quæ continentur in petitione orationis dominicæ: sed Matth. vi. legitur, Primum quæritur regnum dei. Temporalia autem licet desiderare, non quidem principaliter, vt in eis finem constituamus, sed sicut quædam adminicula, quibus adiuuemur ad tendendum in beatitudinem; in quantum per ea vita corporalis sustentatur: sed non sunt quærenda principaliter, sed secundario. & dicitur Prouerb. xxx. tribue tantum victui meo necessaria. & debemus etiam pro alijs orare, vt Iacobi. v. Orate pro inuicem, vt saluemini. sed Chrysost. dicit super Matth. Pro se orare necessitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur; & si non eis prosit, ego tamen non sum frustratus mea mercede, secundum illud Ps. oratio mea in sinu meo conuertetur. † Et debemus 60
pro inimicis orare. Matth. v. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. & Apostol. ad Roman. xij. dixit. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed licitum est impugnare inimicos, vt compescantur à peccatis. quod cedit in bonum illorum, & aliorum. Et sic etiam licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum, vt corrigantur. & sic oratio, & operatio non erunt contraria. Ad propositum adduco illud Iacobi in epist. c. fin. dicentem; Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex; & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum: multum enim valet deprecatio iusti assidua, vt in d. cap. fin. Et legitur Iob. cap. fin. Iob autem seruus meus orabit pro vobis. legitur etiam Genes. xx. Redde viro vxorem eius, &

orabit pro te, quia Propheta est. & in epist. i. Pet. cap. iij. dicitur: Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Legitur etiam Actuum. x. Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. & Matth. xix. dixit Christus: Serue nequam omne debitū dimisi tibi, quia rogasti me, &c. Sed oratio Dominica perfectissima est, quia si rectè & congruenter oramus, nihil aliud dicere possumus, quàm quod in ista oratione
61 Dominica positum est. † Oratio debet esse breuis, & cum feruore; ideo sancti Patres orabant, & postea aliquid operis faciebant, & postea ad orationem redibant. Matth. vj. Orantes nolite multum loqui. & nihil aliud cogitet animus, quàm id solum, quod precatur. Itaque adsit debita intentio, saltem actualis in principio, secundum communem opinionem: sed si esset notabilis negligentia, erit peccatum mortale in clerico, vt dixi supra in isto Speculo, in titu. de horis canonicis. Et sancti, qui sunt in patria, orant pro nobis; sed illi, qui sunt in purgatorio, non sunt in statu orandi, sed magis, vt oretur pro eis.

62 † De valore orationis dictæ ab audientibus Missam recta via esset, vt solamente circa tantum sacrificium occuparentur præsentes, petendo, vt sacrificium gratum sit pro ecclesia, pro se, pro defunctis, gratias agendo Deo de tanto beneficio passionis Christi, & præsentiæ suæ. Et oratio debet esse vocalis, vt dicitur in psalmo: Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum. Sed duplex est oratio, communis, & singularis: Communis quidem oratio est, quæ per ministros ecclesiæ in persona totius fidelis populi Deo offertur. & ideo oportet, quod talis oratio innotescat toti populo, pro quo profertur; quod non posset fieri, nisi esset vocalis. Oratio verò singularis est, quæ offertur à singulari persona cuiuscunque, siue pro se, siue pro alijs orantis: & licet non de necessitate, adiungitur tamen vox tali orationi ad excitandum interiorem deuotionem. Sed aliquando non est necessaria excitatio in aliquibus. vnde Psalm. dicit: Tibi dixit cormeum, exquisiuit te facies mea. & de Anna legitur, Reg. i. quòd loquebatur in corde suo. Adiungitur etiam

vocalis

vocalis oratio ex quadam redundantia ab anima in corpus, ex vehementi affectione, vt in Psa. Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Et dicentes priuatas Missas ita submissè de industria, vt intelligi ab auditoribus nequeant, à ratione deuij videntur, nisi fortè per accidens coram alijs non celebrent; tunc enim sufficiens videtur, si à seruitore proximo audiri possit. ita Caietanus secunda secundæ. quæstion. octuagesima tertia, articul. duodecimo. Et aduerte; nam legitur Matt. vj: Tu autem cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito; ideo noli orare vt ab hominib. videaris: & Apost. ad Timo. i. c. ij. dicit: Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate; hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitio- 63
nem veritatis venire. † Sed oratio Dominica inter alias principalior inuenitur: habet enim quinque excellentias, quæ in oratione requiruntur. Debet esse oratio secura, recta, ordinata, deuota, humilis, & continua. Secura, vt cum fiducia adeamus ad thronum gratiæ eius, ad Hebræos, iiij. in fide etiam non deficientes; Iacobus: Postulet autem in fide nihil hæsitans, & securior est, quia ab hac oratione nunquam sine fructu receditur. Recta, vt petat à Deo ea, quæ sibi conueniunt. Iacob. iiij. Petitis, & non accipitis eo, quòd malè peritis: ea, quæ ipse orare docuit, rectissimè postulantur. Ordinata, vt cœlestia terrenis præferamus, Matth. vj. Primum quærite regnum Dei. Deuota, quia pinguedo deuotionis facit sacrificium orationis esse Deo acceptum: consurgit deuotio ex charitate, quæ est amor Dei, & proximi; quorum vtrunque in hac oratione ostenditur. Nam ad insinuandum amorem vocamus eum patrem; ad insinuandum amorem proximi communiter pro omnibus oramus dicendo, Pater noster. Humilis, & in ista oratione humilitas obseruatur: Respexit in orationem humilium. Tria bona facit oratio, est efficax, &

vtile

vtile remedium contra mala; liberat enim à peccatis commissis, liberat etiam à timore peccatorum superuenientium, à tribulationibus & tristitijs; liberat etiam à persequutionibus, & inimicis: Item ad secretorum diuinorum reuelationem, c. si ergo. viij q. i. Item ad cœlestium degustationem; vnde sine ipsa non gustantur diuina. Et est efficax, & vtilis ad omnia desideria obtinenda, Mar. ij. Omnia quæcunque oratis, credite, quia accipietis. & si non exaudimur, hoc est, quia non instanter petimus; oportet enim semper orare, & nunquam deficere, Lucæ. xviij. vel quod non petimus id, quod magis expedit ad salutem. Tertio est vtilis, quia facit nos familiares Deo; Dauid, Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. ad Tim. ij. Postquam Apostolus docuit Timotheum, quomodo reducat populum ad formam veræ fidei, docet de pertinentibus ad cultum fidei, scilicet orationibus, obsequijs, dicendo; obsecro igitur primum, &c. in
64 quo aperte ostendit Apostolus, † quod inter omnia necessaria ad salutem Christianam præcipua est oratio, & non
65 cessat orare, qui non cessat benefacere. † Sanctificetur nomen tuum, id est, nomen tuum manifestetur, & declaretur in nobis. Et istud nomen petimus manifestari & declarari, vt cognoscatur, & teneatur sanctum. Adueniat regnum tuum: cum ergò petimus, quod veniat regnum, oramus, quòd non regnet in nobis peccatũ, sed ipse deus: vel adueniat regnũ tuũ. i. gloriæ. Fiat voluntas tua. In hac petitione petimus, vt voluntas dei impleatur in nobis, quia tunc est rectum cor hominis, cùm concordat cum voluntate diuina, & hoc Christum fecit descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me, Ioan. vi. Voluntas completa est in angelis, & in sanctis, qui sunt in patria, quia vident Deum, & cognoscunt, & fruuntur eo: & sic nos desideramus, quòd voluntas dei, quæ est, vt homines habeant vitam æternam, impleatur in terra: sed vult deus, vt obseruemus mandata. Vel fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra, id est, sicut in angelis, & electis, qui sunt in cœlo; quia sicut angeli faciunt voluntatem dei, ita & homines.

Panem

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, id est, vnius diei, vel vnius temporis. Prouer. xxx. Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribui necessaria: vel panem nostrum.i. panem sacramentalem. Et dimitte nobis debita nostra, id est, peccata nostra. Auferimus deo ius suum, cum præferimus voluntatem nostram voluntati suæ; & hoc est peccatum: est ergò consilium spiritus sancti, vt petamus à Deo veniam peccatorum, Lucæ.vi. dimittite, & dimittemini; Ezech. xxviij. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam. Et dimitte nobis debita nostra, id est, peccata, quæ nos debitores pœnæ constituunt, & quibus obligamur ad pœnam aut satisfactoriam, aut purgatoriam, aut æternam. Et ne nos inducas in tentationem, id est, per consensum. Deus non inducit ad malum, sed dicitur inducere ad malum permittendo, in quantum propter multa peccata subtrahit homini gratiam. Oportuit non id à nobis orandum, vt non tentemur: sed ne deserti adiutorio Dei in tentationem per cõsensum inducamur. Sed libera nos à malo. Petitio generalis est contra omnia mala præsentia, & futura. Amen. confirmatio omnium.

Et de oratione Christus dixit Apostolis Petro, Ioanni, & Iacobo, Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. itaque sub præcepto cadit oratio, Matth. xxvi. & Petrus in canon. c. iiij. dixit: Estote itaque prudentes, vigilate in orationibus, &c. † Et in oratione mens debet in deum 66
eleuari; quia oratio est eleuatio mentis in Deum. & de oratione videbis sanctum Tho. secunda secundæ q. lxxxiij. & videbis supra in isto Speculo multa vtilia, in tit. de horis canonicis. Inter omnia autem opera bona (vt testatur Abbas Agathon) orare deum est difficillimum, & plus habet laboris, quia semper dæmones festinant interrumpere orationem, scientes, quòd ex nulla re impediuntur, sicut per orationem fusam ad deum. Et inde est, quòd in principio omnium horarum canonicarum munientes nos signo crucis contra infestationes diaboli dicimus, Deus in adiutorium meum intende. Itaque in quacunque tribulatione, vel necessitate habemus dicere, Deus in adiutorium

meum

meum intende. Et Hieronymus in cap. non mediocriter, de consecrat. distin. v. ait: Melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate, ac spirituali hilaritate, quàm totius psalterij modulatio cum anxietate cordis, atque tristitia. & Dominus dixit Matt. xviij. Serue nequam omne debitum tibi dimisi, quoniam rogasti me; nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Si dimiseritis hominibus peccata eorum, pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra.

## CONTRA HAERETICOS.

ET aduertite Fratres, quia in istis temporibus tempestuosis, & periculosis erunt multi magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, de quibus
67 prophetauit Beatus Petrus in canonica; † & multi lupi rapaces, qui subtilitate, & persuasione sua ducentur, & in domibus suis clam, non palam, aliter scripturas interpretari conabuntur: Ideo aduertant fideles, quia in his periculosis temporibus (vt dixi) sunt multi, qui subtilitate, & persuasione sua ducuntur, & volunt interpretari aliter diuinas scripturas, quàm debeant, & aliter quàm Spiritus sanctus flagitat, & ita errant, & in schisma incidunt: quod peccatum grauissimum est. contra quos est text. in capit. non adferamus. xxiiij. quæstio. i. vbi litera dicit: Non adferamus stateras dolosas, vbi appendamus quod volumus pro arbitrio nostro, dicentes hoc graue est, hoc leue est: sed adferamus diuinam stateram de scripturis sacris, tanquam de thesauris dominicis. facit tex. in capit. quod autem. xxiiij. quæstio. iij. vbi litera dicit: Quid autem iniquius est, quàm impia sapere? & sapientioribus doctioribusque non credere? sed ad semetipsos recurrunt: & ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. faciunt notata in capit. ne innitaris. de constitu. vbi
» litera dicit. Ne innitaris prudentiæ tuæ: Prudentiæ suæ
» innititur, qui ea quæ sibi agenda vel dicenda videntur,
» Patrum decretis præponit: & vino inebriantur, qui scrip-
» turas sacras malè intelligunt, atque peruertunt. capit. vino

inebri-

inebriantur.xxxvij. distinct. accedit etiam text. singularis in capit.relatum.ea.distinct.cuius verba sunt:Relatum nobis est,quòd quidam in vestris partibus commorantes aduersantur sacris doctrinis,& prout eis videtur, non secundum traditionem Patrum, sed iuxta suum sensum docere videntur:& inf. Ideo diligenter obseruandum est, vt lex Dei, cum legitur,non secundum propriam ingenij virtutem vel intelligentiam legatur, aut doceatur: Sunt enim multa in scripturis diuinis,quæ possunt trahi ad eum sensum,quem sibi vnusquisque sponte præsumpserit,sed non oportet.& inf. Et ideo oportet scientiam ab eo discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruat.Sed oportet vel ex pastorali officio,vel superioris authoritate prædicare;iuxta Apostoli sententiam; & per tex.& docto.in c.excommunicamus. de hæreticis.

## SECVNDA PARS SERMONIS EPIScopalis. *De articulis Fidei, & Sacramentis.*

### SVMMARIVM.

1 *Primum quod est Christiano necessarium est fides,quatuor enim bona facit.*
2 *Fides docet omnia necessaria ad bene viuendum.*
3 *Fides quid sit.*
4 *Christi fideles quæ credere debeant.*
5 *Duo sunt homini necessaria.*
6 *Ecclesia tres partes habet.*
7 *Fides ad multa vtilis est.*
8 *In resurrectione quadruplex conditio attendi potest.*
9 *De symbolo Patrum,& de symbolo, quod in ecclesia cantatur, remissiuè,& vnde dictum.*
10 *Inter alia sacramenta Baptismus est magis necessarius, & efficax.Item vnde dicitur & vbi institutus fuerit.*
11 *Quis possit,vel debeat baptizare,& quæ sit eius forma.*
12 *Quid si alius liquor sit cum aqua mixtus,an teneat baptismus?*
13 *Cum dubitatur de baptismi omissione,reiterari potest.*

14 *Infantes*

24 Infantes sine baptismo decedentes Dei visione priuantur.
25 Iudæus omnia, quæ per vsurariam prauitatem extorsit, antequam baptizetur, restituere debet.
26 Cum dubitatur an aliquis baptizatus sit vnius testimonio standum est.
27 Credens se baptizatum esse, cum non sit, an sibi noceat.
28 Baptismi forma vnde habuerit originem.
29 Secundum Sacramentum est Confirmatio.
30 Decedens cum sacramento Confirmationis maiorem habet gloriam, quam non confirmatus.
31 Omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur.
32 Tertium sacramentum est Eucharistia, quomodo celebrandum, & in quo loco.
33 Quandoque licet hominem occidere.
34 In celebratione sacramenti, vnusquisque ritum suæ ecclesiæ seruare debet.
35 In sacramento Eucharistiæ assumi non debet, nisi triticeus panis, & vinum de vite.
36 Eucharistiæ sacramentum vide dictum. & nu. 27. 28. 29.
37 Verum liceat sumere hoc sanctissimum sacramentum sub vna specie tantum.
38 Liceatne hoc sacramentum singulis diebus frequentare.
39 Sacerdos celebrare potens, & non faciens, sanctam Trinitatem gloria priuat.
40 Quid representet, & contineat hoc sacramentum Eucharistia.
41 Corporis, & sanguinis sacramentum duobus modis institutum est.
42 Licet angelus sit superior homine natura, gratia, & officio, Christus tamen illis potestatem non dedit conficiendi Christi corpus.
43 Vnitas perfecta est inter nos, & Christum, & nume. 37.
44 Necessarius est homini cibus spiritualis in vita spirituali.
45 In isto altissimo sacramento eucharistiæ accidentia sunt sine subiecto.
46 Frequens huius sacramenti perceptio quos fructus pariat.
47 Institutio sacramenti eucharistiæ per Christum.
48 Quotidie in ecclesia missa celebrari debet.
49 Memoria passionis Christi ad multa nobis prodest.

50 Sacri-

44 Sacrificium quid sit.
45 Totum nostræ salutis mysterium in sacramento eucharistiæ deprehenditur, & de ratione singularium partium Missæ, remissiue.
46 Altare sacrificium, in lineo, non autem sericopanno consecrandum est.
47 Tandiu durat corpus, & sanguis Christi, quandiu durant accidentia panis, & vini.
48 Moralia præcepta non solum manent in nouo testamento, verum etiam per euangelica Christi consilia perficiuntur.
49 Pœnitentia quartum sacramentum est, quid sit, & vnde dicta. & num. 46.
50 Pœnitentia triplex est.
51 Vera confessio triplex est.
52 Sacramentalis confessio ex præceptione ecclesiæ necessaria est.
53 Adultus cum ad annos discretionis peruenerit, semel in anno confiteri tenetur.
54 Homo peccatum committens an statim confiteri debeat.
55 Presbyter morientibus pœnitentiam abnegans reus est.
56 Confiteri quomodo intelligendum.
57 Quinque per Episcopum semper annuntianda sunt.
58 Quintum sacramentum est extrema Vnctio.
59 Materia huius sacramenti quæ sit, & de eius forma. & nu. 60.
61 Solus sacerdos huius sacramenti est minister.
62 Quibus dari debeat hoc sacramentum, & in quibus corporis partibus dandum sit.
63 Scapulæ an vngi debeant.
64 Sacramentum hoc an iterari possit.
65 Sacerdos in collatione huius sacramenti pecuniam petere non debet.
66 Sextum sacramentum est Ordo.
67 Septimum sacramentum est Matrimonium.
68 Per hæc septem sacramenta peccatorum remissionem homo consequitur.

PRimum † quod est necessarium Christiano, 8
est fides, sine qua nullus dicitur fidelis Christianus. Fides autem facit quatuor bona: primum est, quod per fidem anima coniungitur

Deo: Nam per fidem anima Christiana facit quasi quoddam matrimonium cum Deo. Ose. c. ij. Sponsabo te mihi in fide. & inde est quod quando homo baptizatur, primo confitetur fidem, cum dicitur ei, credis in Deum? quia baptismus est primum sacramentum fidei. & ideo dicit dominus Mar. vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: & baptismus, qui est sine fide, non prodest. Ideo sciendum est, quòd nullus est acceptus Deo sine fide. ad Heb. xj. sine fide impossibile est placere Deo. Et per fidem inchoatur in nobis vita æterna: Nam vita æterna nihil aliud est, quam cognoscere Deum, vnde dicit Dominus Ioannis xvij. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum Hæc autem cognitio Dei incipit hic per fidem, sed perficitur in gloriosa vita futura, in qua cognoscemus eum, sicuti est. Ideo dicitur ad Heb. xj. Fides est substantia sperandarum rerum. Nullus ergo potest peruenire ad beatitudinem, quæ est vera cognitio Dei, nisi primo cognoscat per fidem. Ioan. xx. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

2 † Fides autem docet omnia necessaria ad benè viuēdum: ipsa enim docet quod est vnus Deus, qui est remunerator bonorum, & quod est alia vita. Et patet quod nullus philosophorum ante aduentum Christi cum toto conatu suo potuit tātum scire de Deo, & de necessarijs ad vitam æternam, quantum post aduentum Christi vna vetula per fidem. Ideo dicitur Isai. ij. Repleta est terra scientia domini.

3 † Item fides est, qua vincimus tentationes, ad Heb. ij. sancti per fidem vicerunt regna. Et hoc patet, quia omnis tentatio, vel est à diabolo, vel à mundo, vel à carne. Diabolus enim tentat, vt non obedias Deo, neque subijciaris Deo: & hoc per fidem remouetur. Nam per fidem cognoscimus, quod ipse dominus est omnium, & ideo sibi est obediendum. j. Petr. v. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens circuit, quærens, quem deuoret; cui resistite fortes in fide. Mundus autem tentat vel alliciendo prosperis, vel terrendo aduersis: sed hęc vincimus per fidem, quæ facit nos credere aliam vitam meliorem ista. Et ideo prospera mundi huius despicimus, & non formi-

formidamus aduersa. Ioan. i. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Et etiam quia docet nos credere alia maiora mala. i. inferni. Caro vero tentat inducẽdo nos ad delectationes vitæ præsentis momentaneas; sed fides ostendit nobis, quòd per has, si eis indebitè adhæremus, æternas delectationes amittimus, ad Eph. vj. In omnibus sumẽtes scutũ fidei. Fides est habitus mentis, quo inchoatur vita ęterna in nobis faciens intellectũ assentire non apparentibus. ad Hebr. ij. Iustus autẽ ex fide viuit, ad Rom. i.

† Inter omnia, quæ debent fideles credere, hoc est primum, quòd sit vnus solus Deus. secundum est, quod iste Deus sit creator, & factor cœli, & terræ, visibilium, & inuisibilium. Non solum est necesse Christianis Deum credere, sed etiam necesse est, vt credant, quod Deus est pater, & quod Christus sit verus filius Dei, Deo Patri cõsubstantialis, & coæternus. Item non solum est necessarium Christiano credere filium Dei, vt ostensum est, sed etiam oportet credere incarnationem eius. Et ideo beatus Ioannes, postquam dixerat multa subtilia, & ardua, consequenter insinuat nobis eius incarnationem, cùm dicit, verbum caro factum est. Et sicut necessariũ est Christiano, quòd credat incarnationem filij Dei, ita necessarium est, quod credat passionem eius, & mortem. Et sicut dictum est, mors Christi fuit in separatione animæ à corpore, sicut & aliorum hominũ: sed diuinitas, ita indissolubiliter iuncta fuit homini Christo, quod licet anima, & corpus separarentur adinuicem, ipsa tamen deitas perfectissimè animæ, & corpori affuit semper: & ideo in sepulchro cum corpore fuit filius Dei, & ad inferos cum anima descendit. 4

† Duo sunt necessaria homini ad cognoscendum. i. gloria dei, & pœna inferni: Nam per gloriam electi, & per pœnas territi cauent sibi homines, & retrahuntur à peccatis. Sed hæc sunt valdè difficilia homini ad cognoscendum, vnde de gloria dicitur. Sap. ix. Quæ in cœlis sunt, quis inuestigauit? & hoc quidẽ difficile est terrenis, quia vt dicitur Ioan. iij. Qui de terra est, de terra loquitur: sed nõ est difficile spiritualib. quia qui de cœlo venit, super omnes est. Et ideo Deus de cœlo descendit, & incarnatus est, vt doceret nos 5

cælestia: Erat enim difficile cognoscere pœnas inferni, Sap
ij. Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: & hoc dic
tur in persona impiorũ. & hoc non potest modo dici, qui
sicut descendit de cœlo, vt doceret cælestia, ita resurrex
ab inferis, vt nos de inferis edoceret. Et ideo necesse est, v
credamus, quod non solum homo factus est, & mortuus
sed quod resurrexit à mortuis: & ideo in symbolo dicitur
Tertia die resurrexit à mortuis. Post Christi resurrectio
nem oportet credere eius ascensionem, per quam in co
lum ascendit: quia ergo Christus ascendit in cœlum, & se
det ad dexteram Dei, sicut dominus omnium, manife
stum est, quod spectat ad eum iudicium, ideo in regul
catholicæ fidei confitemur, quod venturus est iudicare v
uos, & mortuos. Hoc etiam dixerunt angeli, Actuum.
Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veni
quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Item d
bemus credere in Spiritum sanctum verum Deum, co
substantialem patri, & filio.

Sicut videmus', quod in vno homine est vna anima,
vnum corpus, & tamen sunt diuersa membra ipsius,
ecclesia catholica est vnum corpus, & habet diuersa me
bra: anima autem, quæ hoc corpus viuificat, est spiri
sanctus; & ideo post fidem de spiritu sancto iubemur c
dere sanctam ecclesiam Catholicam. Vnde additur
symbolo, sanctam ecclesiam catholicam.

6 †Hæc autem ecclesia habet tres partes, vna est in ter
alia est in cœlo, tertia est in purgatorio. Sicut in corpo
naturali operatio vnius membri cedit in bonum tot
corporis, ita in corpore spirituali, id est, ecclesiæ: & q
omnes fideles sunt vnum corpus, bonum vnius alteri co
municatur, Apost. ad Roman. xij. singuli autem alter
membra. Vnde & inter alia credenda, quæ tradidere
Apostoli, est quod communio bonorum sit in ecclesia.
hoc est, quod dicitur in symbolo Apostolorum, Sanc
rum cõmunionem. Inter alia vero membra ecclesiæ pr
cipale membrum est Christus, quia est caput, ad Eph. i.
sum dedit caput super omnem eccelesiam, quæ est corp
ipsius: bonum ergo Christi cõmunicatur omnibus Ch

stian

stianis sicut virtus capitis omnibus membris: & hæc communicatio fit per sacramenta ecclesiæ, in quibus operatur virtus passionis Christi, quæ operatur ad conferendam gratiam in remissionem peccatorum.

Spiritus sanctus non solum sanctificat ecclesiam quantum ad animam, sed virtute eius resurgent corpora nostra. ad Roman. iiij. Qui suscitauit Christum Iesum dominum nostrum à mortuis. & i. ad Corinth. xv. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et ideo secundum fidem nostram credimus resurrectionem mortuorum futuram.

† Et notabis, quòd ad multa est nobis vtilis fides, & spes resurrectionis; ad tol'endum tristicias, quas ex mortuis concipimus: Item aufert timorem mortuis: Item reddit homines sollicitos ad bene operandum: Item retrahit à malo. 7

† Et sciendum est, quantum ad omnes, quadruplex conditio attendi potest in resurrectione: prima est identitas corporum resurgentium, quia idem corpus, quod nunc est, & quantum ad carnem, & quantum ad ossa, resurget virtute diuina, Iob. xix. rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Et corpora bonorum, & malorum erunt incorruptibilia, quia boni erunt semper in gloria, & mali semper in pœna eorum. Et omnes boni & mali resurgent cum omni integritate, quæ ad perfectionem hominis pertinet. Non erit cæcus, vel claudus ibi. vt Apost. i. ad Corinth. xv. mortui resurgent incorrupti, id est, impassibiles, quantum ad corruptiones præsentes. Et boni, & mali resurgent in ætate perfecta, id est, triginta duorum, vel trium annorum. ad Ephe. iiij. donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. 8

Et quantum ad bonos, erit spiritualis gloria, quia sancti habebunt corpora glorificata, in quibus erit quadruplex conditio. Prima est claritas, Matth. xiij. fulgebunt iusti, sicut sol, in regno patris eorum. Secunda est impassibilitas, i. ad Corint. xv. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Apoc. xxi. Absterget Deus omnem lachrymam

ab oculis eorum,& mors vltra non erit, nec luctus, neque clamor,neq; dolor erit vltra, quæ primo habuerunt. Tertia est agilitas. Sap. iij. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Quarta est subtilitas, j. ad Corinth. xv. seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Non quod omnino sit spiritus, sed quia erit totaliter spiritui subiectum. Circa quartum sciendum,quia damnatorum conditio contraria erit conditioni beatorũ, quia erit in eis pœna æterna, in qua est quadruplex mala conditio. Nam corpora eorum erunt obscura, Esa. xiij. Facies combustæ vultus eorum. Item passibilia,licet nunquam corrumpantur; quia semper in igni ardebunt,& nunquam consumentur, Esa. lxvj. Vermis eorum non morietur. & ignis eorum non extinguetur. Item erunt grauia; Anima enim erit ibi quasi cathenata. Psal. ad alligandos reges eorum in compedibus. Item, erũt quodammodo carnalia, & anima, & corpus. Iohel.j. Computruerunt iumenta in stercore suo. Conuenienter in fine omnium desideriorum nostrorum, id est, in vita æterna, finis credendis, cùm dicitur in Symbolo, Vitam æternam, Amen. Accedentem ad Deum,oportet credere, ad Heb.xj. & ideo fuit necessarium veritatem fidei in vnum colligi, vt facilius posset omnibus proponi, ne aliquis per ignorantiam fidei à veritate deficeret. Et Symbolum est authoritate ecclesiæ vniuersalis editum, & ecclesia vniuersalis nõ potest errare in his,quæ sunt fidei; quia spiritu sancto gubernatur: hoc enim promisit Dominus discipulis, Ioan.xvj.dicens: Cùm venerit ille spiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem.

9 †De symbolo Patrum,& de symbolo, quod in ecclesia cantatur,vide S. Thom.secunda secundæ,q.j.art.ix. & vide Abb.in c.j.de summa Trin.& fide catho. & symbolum Athanasij authoritate ecclesiæ receptum est: sed Athanasius non composuit manifestationem fidei per modũ symboli, sed magis per modum cuiusdam doctrinæ. & de articulis fidei vide Abb.in d.c.1.de sum. Trin.& fid.catho.

Symbolum autem Græcè, Latinè sonat iudicium, vel signum,vel collatio,& regulam fidei plenã indicat,& perfectam;

fectam; quia simul in vnum continet articulos, & compositum fuit ex diuersis verbis Apostolorũ. Traditur enim, quòd postquam Apostoli spiritum sanctum acceperunt, cùm iam forent ad prædicandum euangelium profecturi, conferentes in vnum super articulis fidei statuerunt, vt sicut omnes erant in vna fide conformes, & concordes, sic omnes vnam fidem concorditer prædicarent; & symbolum composuerunt: itaque symbolum, fidei est professio.

Et in omnibus symbolis eadem fidei docetur veritas: & fuit necesse edere plura symbola, & in nullo alio differũt, nisi quod in vno minus explicantur, quæ in alio continentur implicitè, secundum quod exigebat hæreticorum instantia. Credo in spiritum sanctum & in sanctam ecclesiã. sit sensus, credo in spiritum sanctum sanctificantem ecclesiam; Sed melius est secundum communem vsum, vt non ponatur ibi, in, sed simpliciter dicatur, sanctam ecclesiam catholicam.

Itaque notabis symbolum Patrum esse declaratiuum symboli Apostolorũ, & publicè in Missa cantatur. Et symbolum Apostolorum in prima, & in completorio dicitur, quasi contra tenebras errorum præteritorum, & futurorum. Ecclesia quando loquitur de fide, intelligit de fide formata charitate, & bonis operibus, & non de fide nuda, quia operibus iustificatur homo, non ex fide tantum.

## DE SACRAMENTIS, ET PRIMO *de Baptismo.*

DIximus superius, quòd bonum Christi communicatur omnibus Christianis, sicut virtus capitis omnibus membris; & hæc communicatio fit per sacramẽta ecclesiæ, in quibus operatur virtus passionis Christi: hæc autem sacramenta sunt septem. Baptismus, qui est primus, & est quædam regeneratio spiritualis, Ioan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et peccatum originale tollitur per baptismum. † Et baptismus inter alia sacramenta magis est necessarius, & efficax, vtpote fundamentum omnium sacramentorum, c. præter, §. porro, xxxij. dist. c. veniens, de presbyt. non bapti. minist. Quid sit baptismus?

est ablutio exterior cum certa forma vorborum, sine qua nemo saluari potest, & quæ proficit ad salutem, & colligitur. i. q. i. detrahitur. & de summa trinitate. capit. i. §. vlti. Quandoque autem vocatur baptismus, ipse character animæ impressus. de consecratio. distin. iiij. tunc valere. quæ enim est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? nisi hoc faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & ipso verbo aliud est sonus trãsiens, aliud virtus manens. i. q. i. detrahere. Vbi fuit institutus? Circa hoc diuersæ sunt opiniones; nam quidam dicunt ipsum fuisse institutum per verba, quæ Iesus Christus dixit Nicodemo, nisi quis renatus, &c. de consecrat. distinct. iij. filius. Secundi dicunt, quod quando misit Iudam cum alijs. i. quæ. i. dedit. Tertij, quando dixit discipulis, Ite, baptizate omnes gentes, &c. de consecra. dist. iiij. Alij quarto ipsum institutum fuisse putant, cum dominus à Ioanne baptizatus est, vbi vim regeneratiuam contulit aquis. de consecration. distinct. iij. capit. per aquam. Dic quòd ibi fuit institutum facto, & exemplo, verbo autem, & præcepto fuit institutum, cum dixit Apostolis seu discipulis; Euntes in mundum docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, de consecrat. distinct. iiij. proprie. de bapti. debitum. & c. non vt apponeres.

11 † Quis possit vel debeat baptizare? & certè nedum sacerdos, vel diaconus, sed & hæreticus, & paganus, excommunicatus, de consec. dist. iiij. siue hæreticus, & quicunque, dum tamen in forma ecclesiæ rite conferatur, vt patet supra de sum. trinita. cap. i. §. pen. & in his, quæ no. supra de temp. or. §. & a quo. ver hæc igitur sit fides tua. & xxij. dist. §. verum transit enim sol vel per lapideos canales, & venit ad aureolam. xix. dist. secundum; sic nihil interest quis recipiat, quoad veritatem, licet intersit, quo ad effectum, de consecra. dist. iiij. sicut in sacris.

Quæ sit eius forma? ad eius formam, seu essentiam duo necessaria sunt, verbum, & elementum. c. non vt apponeres, de baptismo. Vnde cum saliua non potest quis baptizari. Item necessarium est verbum, scilicet, quod obseruetur

forma

forma verborum, videlicet, quod dicat baptizans mergendo baptizandum ter. Petre, ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vt in c. i. de Baptismo. sed sufficit vnica immersio, si consuetudo terræ hoc approbet, cap. de trina. de consec. dist. iiij. optimus tex. ad hoc in c. eodem modo de consecratio. dist. iiij.

Et baptizari potest à quocunque siue Iudæo, pagano, hæretico (vt dixi.) ita Hostien. in summa, in titulo de Baptismo. & ibi dicit; Ordo si mutatur in baptismo, an valeat. Et exorcismus quid sit. & mulier, si laborat in extremis, qualiter potest baptizari infans, ibi videbis. & baptizati inuiti, an sint baptizati: & baptizati ficte, an sint baptizati, ibi videbis. & de furiosis baptizatis, si semper fuerunt furiosi, tenet baptismus. vt ibi. Et si baptizans non intendit baptizare, dic, quòd nihil confertur. ibi etiam videbis. & de hoc etiam vide Goffredum in Summa sua de Baptismo.

† Quid si alius liquor sit cum aqua mixtus? tenet, si aqua 12
prævalet, aliàs contra. Secus autem in sacramento Eucharistiæ, in quo plus de vino requiritur, quàm de aqua, vt c. pernitiosus. de celebratio Missarum. per quam Decretalem videtur contrarium posse dici; cùm generalis consuetudo ecclesiæ teneat, vt in sola & pura aqua sine alia mixtura fiat baptismus. vide Host. vbi supra. Et species baptismi sunt tres: Aquæ (vt diximus) & Flaminis, & Sanguinis. Flaminis, id est spiritus sancti, vt si aliquis velit baptizari, & hoc desideret cum summo feruore animi, & contritione, seu detestatione suorum peccatorum ex amore Dei; si non inueniat, qui eum baptizet, & sic moriatur, ad æternam patriam conuolat. de bapt. debitum. de consecra. distinct. iiij. baptismi vicem. & capit. cathecuminum. & cap. non dubito. Inde legitur, quod cum Beatus Ambrosius Valentinianum duceret ad baptismum, mortuus est Valentinianus. Vnde Ambrosius, Ventrem meum doleo, quia quem regeneraturus eram, perdidi; ille tamen gratiam, quam poposcerat, non amisit. de presbytero non bapt. c. Apostolicam. & ibi gloss. Dixit doleo ventrem, per similitudinem, sicut posset dolere mater, si amisisset partum; Nam sicut carnaliter gignitur filius, carnali æstu interue-

niente; sic spirituali interueniente generatur spiritualis; & character interior imprimitur animæ. Sicut baptizans quantum ad exteriorem, pater seu patrimus intelligitur; sici quantum ad interiorem, spiritus sanctus. de baptis. c. debitum. & sic anima est filia Dei. inde propheta; Audi filia, & vide, & c. dicitur Sponsa. vnde Apostolus; Despondi vos vni viro, & c. ad hoc, de cogn. spi. §. quot eius species. ver. sic ergo. baptizans, & præced. & de presby. non bapti. veniens. Et baptismus sanguinis, quo sancti innocentes baptizati intelliguntur; vt si credens in Christum, antequam baptizetur, occidatur pro Christo. de consecra.
13 distinct. iiij. baptismi vicem. † Et baptismus reiteratur, si dubitatur de eius omissione, vt in capit. ij. de baptismo; & procedit ille tex. tam in dubio facti, quam iuris; vt cum reperitur infans expositus sine signo baptismi. nam dubium consistit in facto. De secundo possunt poni multa exempla vt per Panorm. ibi. De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis præmissis; Si baptizatus es, non te rebaptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, & c. Et sacramentum baptismi vtiliter confertur paruulis, licet non credant, nec intelligant, & remittitur eis peccatum originale. tex. in cap. maiores. de Baptismo. Itaque dicendum est, quòd etiam paruulis virtutes infunduntur in baptismo. & hæc opinio est hodie approbata, vt in clement. i. de summa trin. ad finem. Conclude ergo, quod per baptismum tollitur illa macula, seu sordes animæ, & per consequens tollitur ille reatus: Item illa pronitas ad peccandum debilitatur, maximè post sacramentum Confirmationis. Nam per chrismationem, seu confirmationem Christianus confirmatur in fide, & efficitur fortior ad resistendum diabolo, & concupiscentijs carnalibus. vt in capit. i. de consecra. distinct. v. & adde istis glo. not. in
14 capit. ij. de consecra. distinct. iiij. quam omnino vide. † Et infantes decedentes sine baptismo priuantur visione Dei; aliam verò pœnam actualem non patiuntur. ita Panorm. in d. capit. maiores. §. sed adhuc. Illa tamen pœna maxima est, vt in capit. firmissimè. de consecra distinct. iiij. licet respectu pœnæ actualis dicatur mitissima. Et dormientes, &

furiosi

furiosi non possunt baptizari, nisi ante dormitionem, & furorem volebant baptizari, vt per Panorm. in d. cap. maiores, §. fin. vbi etiam dicit, quod infideles non possunt cogi ad fidem suscipiendam. Et nemo potest seipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo. cap. debitum, de baptismo. vbi etiam dicit Panorm.

15 †Iudæus, antequam recipiatur ad baptismum, debet omnia restituere, quæ extorsit per vsurariam prauitatem, & illicite; illa vero, quæ licitè quæsiuit, non; sicut multi simplices credunt, vt in c. sicut Iudæi. de Iudæis. Nemo etiam potest baptizari in aqua rosacea, quia non est elementum; sed in aqua transformata sic, puta in lixiuio, vel aqua lutosa, vel sulphurea, vt in cap. non apponeres. per Panorm. ibi.

16 †Vltimo notabis, cum dubitatur, an aliquis sit baptizatus, statur testimonio vnius, vt de consec. distinct. iiij. placuit. Et idem in consecratione ecclesiæ, vt de cons. distin. i. Ecclesiæ. Secus in ordine, vt xcviij, Afros. & supra cle. peregr. capit. i. Rationem diuersitatis collige ex. §. gratia. iij. q. i. §. ecce cum honores, Ita effectus baptismi est remissio omnium peccatorum: Nam sine pœnitentia omnia peccata tollit actualia, & originalia. de consec. distinct. iiij. c. sine pœnitentia, & de pœnitentia, distinct. vij. c. si. quis autem §. hoc autem. & c. sequenti. vbi probatur, quod talis moriens neque purgatorium tangit. Sed si postea corruerit homo, per pœnitentiam resurget, & reparabitur; & nouus efficietur. c. i. de summ. trinit. §. sacramentorum, & §. fin. & c. ferrum. l. dist. Originalia tamen remanent actu, licet tollantur reatu, de consec. distinct. iiij. non ex quo. Licet autem baptismus tollat peccata, non tamen tollit notam, seu irregularitatem, ergo neque bigamiam. xxviij. q. iij. acutius. & c. vna tantum, xxxvj. dist. Et si aliquis adultus baptismũ accipit ficte, licet character in eum imprimatur, non tamẽ gratia, neq; remittuntur peccata; sed tunc demũ incipit operari, cum fictio recedit. de cons. dist. iiij. cũ valere. Nam gratia in baptismo non quærit gemitum, vel planctum, non opus aliquod, sed solam contritionem cordis & fidem; vt diximus supra, in materia de iustificatione: quod videbis, ne fallaris in hoc, quod hic dicimus, ad susceptionem baptismi

baptismi requiri contritionem; nam sufficit attritio, vt satis explicauimus: sic omnia gratis condonat, vt ibidem probatur, & d. capit. sine pœnitentia, secundum Ambrosium. ad idem de pœnit. distinct. i. §. similiter, in fin. & hoc intellige quantum ad peccata mortalia; nam originalia per vim sacramenti remittuntur paruulis: Secus in adultis, in quibus requiritur contritio, vt diximus: aliàs etiam originalia non remittentur. hoc intelligas, etiam si dormientes baptizentur, vel amentes; si postea vigilant, vel sani facti sunt. Sed si nullum actuale peccatum commiserant, vt puta, quia à natiuitate continuo furore laborauerunt, non video, quare talibus non dicam peccata dimitti, & originalia, & actualia; & hæc dicta comprobantur in d. c. maiores. §. cæterum, & sequenti: secundum hoc intellige quod præcedit, & quod legitur, de consec. distinct. iiij. c. paruulo recenter nato. & xxvj. q. vj. qui recedunt. & infra

17 d. cap. maiores. §. verum & seq. hic vero, & §. seq. † Et omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum, vt in cap. ad Apostolicam. de presbytero non baptizato ministrante. & ibi dicit Panor. quod qui ordinatur ab eo, qui putabatur Episcopus, cum non esset, nullum ordinem recipit; valent tamen sic gesta quoad meritum, propter fidem. Et dic, vt notatur in c. dudum, de electio. & in l. barbarius. ff. de offi. præto. vide Panor. in dicto capit. ad

18 apostolicam. † Vltimo notabis, quod baptismus habuit formam suam ab Euangelio, cum Christus dixit Apostolis; Baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. vt in capit. pe. de baptismo. Alia vero, quæ in baptismo dicuntur, fuerunt instituta ab ecclesia, & in euangelio Matth. capit. xx. & c. propriè, de consecr. distinct. iiij. Et concessum fuit Apostolis baptizare in nomine Christi, propter nomen Christi ampliandum. Act. ij. & in d. cap. propriè, ad finem. & vide textum Nicolai in c. à quodam, de cons. distinct. iiij. Et ibi vide Arch. post glossam ibi. & vide Cardinalem sancti Sixti. & Petrus baptizabat in nomine domini Iesu Christi, Actu. x.

DE

## DE CONFIRMATIONE

SEcundum sacramentum est † Confirmatio, vnde & 19
Apostoli ad hoc quod essent fortes, receperunt spiritum sanctum post ascensionem Christi. xxiiij. Lucæ. Vos autem sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. hoc autem robur confertur in sacramento Confirmationis. Ideo illi, qui habent curam puerorum, debent multū esse soliciti, quod confirmentur; quia in Confirmatione confertur magna gratia. † Et si decedet, maiorem 20
habet gloriam confirmatus, quàm non confirmatus: quia hic habuit plus de gratia. Itaq; post Baptismum sacramentum Confirmationis præstetur, vt in capit. i. de conse. dist. v. vbi litera dicit; Omnes fideles per manuum impositionem Episcoporum spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur; quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur. Sed non ab alijs, quàm ab Episcopis, manus impositionis sacramentum perfici potest, vt in cap. manus, de consecr. distinct. v. quia neque tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis Apostolis, legitur aut scitur peractum esse: Nam si aliter actum fuerit, irritum habeatur, & vacuum. vt in d. capit. manus. Quid conferat spiritus sanctus in Baptismate, quid in Confirmatione, vide optimum tex. in cap. ij. de conse. distinct. v. vbi litera dicit: Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero
» descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam: In confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, in Baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur; & quamuis continuò transituris sufficiant regenerationis beneficia; victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat, mox in pace baptismi, vel seculi recipiendos; Confirmatio armat, & instruit ad agones mundi, & prælia reseruandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculati peruenerint ad mortem, confirmantur morte; quia iam non possunt

» sunt peccare post mortem. Sed ita coniuncta sunt hæc duo
» sacramenta, vt ab inuicem (nisi morte præueniente) nulla-
» tenus possint segregari; & vnũ sine altero rite perfici non
» potest, id est, Christianum facere plenum, & perfectum,
» vt in cap. de his, de consecr. distinct. v. & in capit. i. vt dixi.
» Quare etiam Confirmationis sacramentum baptizato tra-
» datur, vide etiam tex. in cap. nouissimè, de conf distinct. v.
» cuius verba sunt; Nouissime à summo sacerdote per im-
» positionem manus paraclitus traditur baptizato, vt robo-
» retur per spiritum sanctum ad prædicandum alijs, id est
» donum, quod in baptismate consecutus est, per gratiam
» vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chris
» mate in summitate capitis per sacerdotem, per pontificem
» verò in fronte; vt in priori vnctione significetur superip-
» sum spiritus sancti descensio ad habitationem Deo conse-
» crandam; in secunda quoque, vt eiusdem spiritus sancti
» septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, &
» scientiæ, & virtutis venire in hominem declaretur. Bis
» enim descendit spiritus sanctus super Apostolos; primo,
» quando insufflauit in eos dicẽs, accipite spiritum sanctum.
» Ioan. xx. postea descendit de cœlo super eos igneis linguis;
» Actu. ij. & repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt
» loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui
» illis. Et statutum fuit, vt ieiuni ad confirmationem veni-
» ant, & perfectæ ætatis; vt moneantur confessionem facere,
» vt mundi donum spiritus sancti valeant accipere, vt in c.
» vt ieiuni. de conse. distinct. v. & ibi dicit glos. perfectam
» ætatem vocat, quando possit promoueri ad ordines mino-
» res, vt extra, de ætate, & qualitate. Et Episcopi non nisi ie-
» iuni per impositionem manuum spiritum sanctum tra-
» dant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus, vt in cap.
» vt Episcopi. de consecr. distinct. v. Et hoc etiam in alijs sa-
» cramentis obseruandum est, vt in cap. honestum. xxij. q. v.
» & cap. liquido. de consecr. distinct. ij. Secundo autem, vel
» tertio nullus confirmetur, vt in cap. dictum est. de consec.
» distinct. v. & in cap. de homine. vbi litera dicit; De homi-
» ne, qui à pontifice confirmatus fuerit denuo, illa talis ite-
21 » ratio, vel confirmatio est prohibenda. † Et notabis, quòd

omnia

omnia sacramenta signaculo crucis perficiuntur;& in modum crucis fit solennis baptismus.Notabis etiam quod sacramentum Confirmationis de iure diuino est, vt in principio probaui; Vos manete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.Lucæ.xxiiij. Itaque dominus noster Iesus Christus Apostolos confirmauit, cum in die Pentecostes spiritum sanctum eis contulit; & per eos, eorumque successores,scilicet Episcopos,populos confirmandos esse decreuit. Sed nullus non confirmatus potest esse in confirmatione patrimus: Et adulti debent prius confiteri, postea confirmari. Hoc sacramento contrahitur compaternitas,& affinitas spiritualis,prout in baptismo, impediens matrimonium contrahendum, & dirimens iam contractum.Nullus præsentet, nisi vnum aut duos, non plures. Confirmandi debent esse ieiuni,vt dixi;intellige de honestate;similiter confirmans.Et confirmato debet ligari frõs, & sic manere quousque chrisma deficcetur: Infantes per patrimos teneantur in brachijs dextris:Adulti ponant pedem suum super pedẽ dextrum patrimi sui.Ista est consuetudo sanctæ matris Romanæ ecclesiæ. & ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis, quasdam vero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus:quasdam verò consuetudine roboratas approbauit vsus.Et in his rebus,de quibus nihil certi statuit diuina scriptura,mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.xj. distinct. Forma huius sacramenti sunt verba,quæ Episcopus dicit,quando facit crucem in fronte confirmandi cum chrismate. quæ verba sunt ista: configno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, In nomine patris, & filij,& spiritus sancti, amen. & Papa potest committere sacerdoti,vt conferat sacramentum Confirmationis.& pueri sunt confirmandi, quando sunt apti ad confitendum fidem Christi.

DE

## DE SACRAMENTO SANCTISSIMO Eucharistiæ.

22 TErtium † sacramentum est Eucharistia; & regulariter non licet sacramentum Eucharistiæ celebrare, nisi in locis sacratis: quæ conclusio habetur in cap. i. de consecra. distinct. i & in capit. sequentibus. & in cap. missarum, & c. nullus presbyter. & vide sanctum Thom. iij. parte. sed propter destructionem Ecclesiarum, vel quia in itinere sunt constituti, tunc si ecclesia defuerit, licet in ecclesijs non consecratis consecrare Domino, dummodo habeatur altare portatile consecratum; aliàs non licet, nisi Episcopo concedente, vt in cap. concedimus, de consecr. distinct. i. & de hoc videbis docto. in d. c. i. & ibi notatur, quod conuenienter prohibitus fuit Dauid ab ædificando templum domino propter effusionem sanguinis, vt in textu lib. i. Paralip. cap. xxij. habetur; Dixit Dauid ad Salomonem; Filiimi, voluntatis meæ fuit, vt ædificarem domum nomini Dei mei; Sed factus est sermo domini ad me dicens; Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me: filius, qui nascetur tibi, vir quietissimus, ipse ædificabit domum nomini meo. Et si aliquis diceret, quilibet homicida potest construere templum; quare igitur Dauid fuit prohibitus? Respondeo. Dauid non fuit prohibitus ædificare templum domini propter simplex homicidium, sed propter multum sanguinem effusum per eum, vt constat ex iam dictis. Item aliud est de ædificatione illius templi famosi, quod erat tantum vnum in tota ecclesia tunc, & aliud est in ædificatione templorum, seu ecclesiarum particularium nunc: respectu enim illius ædificandi propter aliquam significationem, & singularitatem excellentiæ poterat quis propter homicidium prohiberi, qui non prohiberetur ab ædificando aliquam domum particularem ecclesiæ. Itaque propter mysterium Dominus noluit, vt Dauid ædificaret templum; licet expensas in magna parte exposuerit. Possunt de hoc duæ mysticæ rationes assignari: Vna est, quia ecclesia, cuius figura fuit templum materiale, maxime in

vrio-

vnione charitatis, & pace fraternæ societatis consistit, secundum illud ad Eph. iiij. Sollicitè seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnde vna est columba mea, vna est columba perfecta mea. Canti. vj. Et de primitiuis lapidibus ecclesiæ primitiuæ dicitur; Erat enim anima vna, & cor vnum in Domino, Actuum. iiij. & in psal. lxvij. dicitur; Qui habitare facit vnanimes in domo. Vnde in huius rei signum Deus voluit, quod prima structura templi fieret in Hierusalem, quæ interpretatur Visio pacis, & quod fieret per virum non effusorem sanguinis, non bellatorem, sed pacificum, & quietum, cuiusmodi fuit Rex Salomon. Et ista ratio assignatur in textu, primo Paral. xxij. Vbi inquit Dauid; factus est sermo domini ad me dicens: multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo; sed filius tuus, qui nascetur, erit vir quietissimus, ipse ædificabit templum nomini meo. Secunda ratio capitur ex glo. ordinaria in eodem loco, videlicet ad significandum, quòd sanguinolenta opera non possunt spirituale ædificium domino preparare. Diceret aliquis; Moyses fuit homicida, vt in capit. non inferenda, xxiiij. q. iij. & consecrauit ecclesiam, vt dicitur in d. capit. i. de consecr. distinct. i. & ibi. glo. & in ij. Exod. Dico quod Moyses non est dicendus homicida; quia, vt dicit Nicolaus de Lyra super illud Exod. ij. Moyses erat iudex electus à Deo, & habebat authoritatem iudicandi iniurias factas Hebræis, & hoc faciebat per reuelationem diuinam: & authoritate legis occidit Aegyptium. Etsi homicidium est hominem occidere; † potest tamen alius alium aliquando occidere sine peccato, nam miles hostem, & iudex nocentem. Item in quæstionibus Leuitici; Si homo iustè occiditur, lex eum occidit, non tu. capit. si homicidium. xxiij. q. v. Et si aliquis diceret; Sacerdotibus veteris legis fuit licitum interficere; Non valet, quia non est simile de illis, & de sacerdotibus nouæ legis. illi erant sacerdotes veteris legis, secundum quam pœnæ corporales infligebantur; ideo eis occidere propria manu congruebat. Clericis autem committitur ministerium nouæ legis, in qua non determinatur de occisione, vel corpo-

rali pœna: ideo, vt sint idonei ministri nouæ legis, deben
à talibus abstinere. & dicit Augusti. ad Pollentium, libro
iij. transumptiuè in cap. quod autem. xxxij. q. i. quod Da
uid fuit præfigurator noui testamenti; ideo dicit glos. in
capit. ideo, in figura istius temporis dictum est ei; Non
ædificabis mihi templum, &c. Et si propter homicidium
repulsus fuit à constructione templi, multo potius à min
sterio. Itaque homicida non admittitur ad sacra. & vi
in capit. i. de homicidio. & vide docto. in capit. sicut dig
num. & in clement, si furiosus.

Ad vlteriora procedendo in materia nostra dic, quo
in sacramentorum oblationibus, quæ inter Missarum so
lennia Domino offeruntur, panis, & vinum aqua p
mixtum in sacrificium offeruntur. quia vtrunque ex
tere Christi in passione sua profluxisse legitur, vt
capit. primo & secundo de consecra. distinct. ij. &
vbi legitur: Nunc à Domino admoniti, & instructi fa
mus, vt calicem Domini cum vino mixtum, secundu
quod Dominus obtulit, offeramus. In commistione enim
vini & aquæ significatur plebis perfecta redemptio, vt
cap. cum omne. de consecr. distinct. ij. & in concilio Ca
thaginensi legitur. In sacramento corporis, & sanguin
Domini nihil amplius offeratur, quã quod ipse Domin
tradidit; hoc est panis, & vinum aqua mistum. Nec am
plius in sacrificijs offeratur, quàm de vuis, & frumen
capit. in sacramento. de consecrat. distinct. ij. Vtrum ho
sacramentum debeat confici ex pane azimo? Respon
iuxta sanctum Thom. iij. parte, quod circa materia
huius sacramenti Eucharistiæ duo possunt considera
scilicet, quid sit necessarium, & quid conueniens. Ne
cessarium siquidem est, vt sit panis triticeus, (vt dix
sine quo non perficitur sacramentum; non est autem
de necessitate sacramenti, quod sit azimus, vel fermen
tatus, quia in vtroque confici potest. Conueniens enim
24 est, † vt vnusquisque seruet ritum suæ ecclesiæ in ce
lebratione Sacramenti. Super hoc autem sunt diuersæ
ecclesiarum consuetudines. dicit enim beatus Grego. in
registro; Ecclesia offert azimos panes, eo quod dom
nu

nus sine vlla commistione susceptit carnem : & peccat sacerdos in ecclesia Latinorum celebrans in pane fermentato. cap. per literas, de celebration. Missarum. Græci celebant in pane fermentato: sed consuetudo Latinorum rationabilior est propter multa. Primo, propter institutionem Christi, qui hoc sacramentum instituit primo die azimorum, vt habetur. xxvj. Matthæi, & Marci. ix. & Lucæ. xxij. Secúdo, quia panis est proprie sacramentum corporis Christi, quod sine corruptione conceptum est. Tertio, quia hoc magis competit sinceritati fidelium, quæ requiritur ad vsum huius sacramenti, vt refert Beatus Apostolus Paulus, primo ad Corinth. capit. quinto: Pascha nostrum immolatus est Christus: Itaque epulemur in azimis sinceritatis, & veritatis. Quarto, rationabilior est ritus consecrationis in azimis, quia est ritus ecclesiæ Romanæ, quæ ex institutione Apostolorum videtur, & certum est, suum ritum accepisse: quod est maximum argumentum contra Græcos. Vnde Innocentius: Id solum sufficit Latinis contra Græcos, quod Constantinopolitanam ecclesiam multarum hæresum corruptio fermentauit: Romanam autem ecclesiam, supra Apostolorum fidei petram stabili soliditate fundatam, nulla prorsus hæretica prauitatis procella potuit conquassare; sed illud semper integra fide seruauit, quod ab ipsis Apostolis accepit, qui eam præsentialiter sacris instruxere doctrinis, & ecclesiastici ritus regulam docuerunt. Consuetudo tamen Græcorum, vt dicit sanctus Tho. in iij. parte, habet aliquam rationem, & significationem, quam tangit Gregor. eo scilicet, quòd verbum patris vnitum est carni. † Et sicut in hoc sacramento non debet assumi, nisi panis de tritico, ita non debet assumi nisi vinum de vite. Et sicut dominus comparauit se grano frumenti, Ioannis xij. ita comparauit se viti, Ioannis xv. Ego sum vitis vera. In aceto non potest confici hoc sacramentum, ideo diligenti studio vinum optimum quærendum est; vitium tamen vini non maculat sacramentum. Quocirca siue mustum, siue acidum, non perfectè corruptum, in sacramentum

offeratur, sacramentum conficitur, & diuinitus consecratur. Sed vinum corruptum non est eiusdem speciei: & duplex est corruptio: quædam, qua tollitur optimum ipsius corrupti, & non esse simpliciter, vt pote in vino acido non perfecte. Est etiam quædam corruptio, qua tollitur esse simpliciter, siue esse, speciei. Prima corruptio non tollit potentiam consecrandi; secunda vero sic. Vide de hoc Card. sancti Sixti in c. in sacramento. de consec. dist. ij. & vide S. Tho. in iiij. idem de parte. quia si sit in via ad corruptionem, potest confici; peccat tamen conficiens. Et sola admistione aquæ, & non alterius liquoris fieri debet, vt in dicto c. in sacramento. Et sic respondebis ad multa.

† Dicitur sacramentum Eucharistiæ, quia Eucharistia
26 est, & nominatur, ab εὖ & χάρις, quod sonat bona gratia; quia cum in omnibus sacramentis gratiam eius participemus; tamen in hoc sacramento totum est gratiæ, quod videmus, quod tãgimus, & quod deguſtamus: & non tantum gratia est, quicquid in hoc sacramento est, sed etiam non nisi gratia esse potest. Quis enim dignis meritis, aut pretio digno, aut merito, hoc posset comparare, quod in solius sui dulcedine parauit pauperibus. vnde in Ps. lxvij. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Item sacramentum vocatum est Eucharistia, siue gratia; quia, quod à gratissimo Deo, sic & gratissimis amicis paratum est, optimè gratiæ nomen accepit: quia gratissimis optima capimus, & paramus, vt in Can. iiij. dicitur; Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Cum enim charorum sit inuicem habitare per desiderium, non diceret, comedite, & bibite amici, nisi per suum corpus, & suum sanguinem, & diuinitatem eos penetrare quæreret. Hoc etiam figuratum est Hester. i. capit. vbi dicitur, quòd Rex Assuerus tertio anno imponi fecit grande conuiuium cunctis principibus: Sic enim noster Assuerus, qui beatus interpretatur, tertio anno id est, tempore gratiæ, quod antecesserat annus legis naturalis, & Mosaicæ, in quo in Agno Paschali fuit expressus, & figuratus; hoc ergo anno imperij sui tertio fecit grande conuiuium, scilicet, principibus, qui sunt, non nisi, quæ digna sunt principi, cogitantes: quia ipsis parauit hoc con-

uiuium,

uiuium, de quibus Lucæ. xxij. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. † Vocatur etiam Eucharistia, quia non nisi gratiam bonam operatur, & omnis suus affectus optimæ gratiæ est effectus. de qua ad Hebr. xiij. Optimum est gratia stabilire cor; gratia enim, quæ in hoc sacramento datur, cor hominis in bono stabilitur, & confortatur. Item sacramentum Eucharistiæ est gratia super gratiam, quasi cumulum continēs gratiarum: cōfert enim hoc sacramentū gratiarū cumulum & sanctitatis; ex corpore quidem gratiam communionis omnium membrorum: ex sanguine quidem gratiam expiationis; ex anima v rò gratiam redemptionis; ex spiritu vero Christi gratiam dat viuificationis, & virtutis, ex diuinitate confert gratiam refectionis; ex toto signo sacramenti confert gratiam æternæ beatitudinis. De gratia communionis dicit Apostolus. i. ad Corinth. Panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis est? quasi diceret, sic est. De gratia expiationis ab omnibus peccatorum periculis dicitur ad Heb. viij. Sanguis Christi mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Confertur etiam gratia redemptionis, quæ est in animæ pretio, quod pro nobis offertur in hoc sactamento: hoc enim, vt dicit Ambrosius, est admirabile pretium, cuius pondere tota est redempta captiuitas mundi, tartarea confracta sunt claustra inferni, aperta est nobis ianua regni, & nos sumus omnes liberati; quia pretium animæ Christi plus pondere intulit in thesauros patris, quàm totum abstulit humanum genus. de quo Ioan xiij. Maiorem hac dilectionem nemo habet; vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et idem Ioan. x. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. De gratia viuificationis ex spiritu Christi dicitur Ioan. vj. Qui manducat me, & ipse viuet propter me. item ibidem, Spiritus est, qui viuificat. De gratia refectionis ex diuinitate intelligitur illud Isa. xviij. Sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris. Altitudo enim terræ est excellentia corporis Christi, in quo cibus est, & refectio per hoc, quod diuinitati est vnitum; & hæc est hæreditas Iacob, & omnium

27

ab initio Patriarcharum: quia omnes in fide, & benedictione huius sacramenti sunt vegetati, & refecti. Hoc est, quod omnes inuitans dominus dicit Math.xj. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Sicut enim Christus in specie sacramenti nunc sacramentaliter se influit nobis ad gratiam, ita secundum diuinitatem influit se nobis ad gloriam: gratiam enim, & gloriam dabit Dominus, ait Prophera: gratiam autem in præ-
28 senti, gloriam in futuro. † Et dicitur Eucharistia, quia omnis gratiæ est contentiuum. Dicitur etiam à Patribus sacramentum sacramentorum: Corpus enim Christi vas est auri diuinitatis. ad Colo.c.ij. In ipso sunt omnes thesauri sapientię, & scientiæ Dei absconditi: De quo potest poni illud.iij. Reg.viij. dixit dominus, vt habitarem in nebula: in hac enim nebula, id est, velamine specierum sensibilium statuit habitare splendor diuinitatis ad nostram salutem. Nominatur enim hoc sacramentum donum, sicut munus, quoniam in eo singulariter magnificentia diuinæ liberalitatis ostenditur. Perfectum planè fuit opus donationis huius sacramenti; quando nihil sibi priuatim retinuit, quod non nobis donauit: quod admirans beatus Augustinus ait: Mira in hoc sacramento Patris apparet liberalitas, cui non sufficit, quòd semel nobis filium in pretium dedit, sed etiam nobis in quotidiano sacramento exhibuerit; vt tanto bono nec in vita, neque in morte careamus. Profectò hoc est datum optimum, & donum perfectum descendens à patre luminum. O liberalitas omnipotentis Dei, omni laude dignissima, omnique gratiarum actione prosequenda. Sanè eleuata est magnificentia tua super cœlos: cùm, quicquid in cœlo est gratiæ & gloriæ, totum nobis sub hoc diuinissimo sacramento donasti. Magna planè, & sublimia sunt hæc munera. O fidelis anima, quid retribuendum censeas pro tanto & tam magnificentissimo munere, ac dono largitori? profectò non habes, vt retribuas, nisi tantum, vt diligas; quoniam quod per amorem datum est, neque melius, neque decentius, quàm per dilectionem, rependi potest. Dilige ergo tota virtute tua tam benignissimum ac magnificentissi-

tissimum Dominum; cuius ad te tam ineffabilem charitatem pretiosissimo hoc munere experiris. Ponitur etiam hoc sacramentum à sanctis Patribus in genere cibi, & potus, sicut & ipse ait. vj Ioan. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: verè quidem dicitur, cibus est; vere dicitur nutrire, tum primo, quia nutrit cœlesti virtute, quæ nobilior est omni virtute humana, vel humani cibi, vnde Ioannis vj. Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dedit vobis panem de cœlo verum; panis enim verus est, qui de cœlo descendit: hic enim panis vegetare habet, & nutrire ad vitam cœlestem. Item verus cibus dicitur, quia nutrit virtute cibi, quod conuenientius dicitur de cibo isto, quàm de naturali cibo corporis: verus enim cibus dicitur ille, qui nihil habet sibi admistum, nisi cibum. Multa enim sunt admista cibo corporali, quæ non sunt de cibi veritate. Et ideo natura in nobis fecit instrumenta, quæ non cibum à vero cibo separent; ita quod solum verus cibus ad nutrimentum membrorum deferatur. In isto autem cibo nihil nisi verum & simplex est: nihil penitus de impuro, ac non vero cibo admistum habens; & ideo verus cibus, & potus vocatur. Dicitur autem verus cibus, quia est cibus vitæ: habet enim in seipso principium vitæ, vt dicitur Ioan. vj. Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi. Dicitur etiam verus cibus, quia confert immortalitatem, & immortalitatis radicem. Ioan. vj. Qui mãducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam; & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et inde habet, quod viaticum dicitur, quoniam itinerantes per mortale huius exilij desertum, vsque ad stabilimentum immortalitatis, gloriamque perducit æternitatis. de quo beatus Ambrosius ait. Figura Dominici corporis præcessit, quando Dominus in deserto Patribus manna præbuit; quia sicut ille panis populum per desertum transeuntem ad terram promissionis duxit, ita hæc esca cœlestis fideles huius sæculi per desertum transeuntes in cœlum subuehit; vnde recte viaticum appellatur. Omnium etiam ore fidelium sacramentũ vocatur, quia cõmunicare nos facit omnibus

membris corporis Christi,& omnibus sanctis. Sicut enim in vno corpore Christi naturali & vero omnium membrorum vna fuit communicatio omnis boni,& gratiæ; ita in corpore mystico per corpus Christi verum omnes in omnibus gratijs communicamus : de quo in Symbolo, Sanctorum communionem,& Psal.cxviij. Participem me fac omnium custodientium mandata tua, & timentium te.& Apostolus ad Col.i. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. Ideo Damas-
29 cenus in.iiij. sententiarum suarum ita ait: † Eucharistia, communio dicitur; & est verè, quia communicamus per ipsam Christo,& quia participamus carne eius, atque diuinitate; & quia communicamus, & vnimur ad inuicem per ipsam : quia enim ex vno pane assumimus vnum corpus Christi & vnum sanguinem ad inuicem membra generamur,concorporati Christo existentes. Et Propheta Psal. cix. de domino dominorum summo omnium sacerdote loquitur, dicens: Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Dicitur autem sacrificium, secundum sanctum Tho. iij. parte, in quantum memoriale est passionis diuinæ, quæ acceptissimum sacrificium omnipotenti Patri fuit,& gratissimum; de quo in Psal. exponitur illud. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. Recte autem illud sacrificium iustitiæ appellauit Propheta; quoniam impleuit iustitiam,& in ipso omnes oblationes, & holocausta perfecta sunt, & accepta Deo. & Malach. iij. Placebit domino sacrificium Iuda,& Hierusalem Hostia verò dicitur, & oblatio secundum eundem sanctum Thom. inquantum continet ipsum Christum,qui est hostia,& oblatio salutaris. de quo ad Ephe. inquit Apostolus; tradidit semetipsum pro nobis,oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis: ab omnibus enim ponitur in genere sacramenti: habet enim communem diuisionem cum cæteris sacramentis, quæ est, iuxta Magistrum sententiarum, inuisibilis gratiæ visibilis forma, siue visibile signum; cuius imaginem gerat, & causa existat. Et in sacrificijs, siue ante legem, siue sub lege Deo oblatis, hoc sacrificium siue obla-

oblatio, omni alio pretiosius, nobilius, atque acceptius est. Sed sicut preciosius, cæterisque potius est sacrificium, ita ampliori deuotione colendum, & reuerentia tractandum est, vt per doctores in. cap. nihil in sacrificijs. de consecr. dist. i. Vbi dicunt doctores, quòd Eucharistia, sicut est sacramentum omnibus sacramentis præstantius, atque dignius, ita & sacrificium, & omnibus sacrificijs præstantius, quæ Deo vnquam oblata sunt. † Quæritur vtrum li- 30
ceat sumere hoc sacramentum sanctissimum sub vna specie tantum. scilicet, panis, vel vini. de hoc in cap. comperimus. de conse dist. ij. & ibi opt. glo. Respond. quod non est licitum; vt nec hoc licitum, quod hoc sacramentum detur sub vtraque specie populo Christiano, scilicet, sub specie panis, & vini, sed sub vna tantum, panis scilicet: Sacerdotibus tamen consecrantibus non licet sub altera tantum, sed sub vtraque necesse est. Et ita est consuetudo ecclesiæ, quia non communicat populum fidelem sub vtraque specie, sed sub altera tantum, scilicet panis, vt dixi. Et satis inuenitur authoritate vniuersalis ecclesiæ hæc consuetudo habuisse robur, & originem, vbi hoc sacramentum reseruari præcipitur pro infirmis communicandis. vt in. c. peruenit, & cap. presbiter. de consecr. dist. ij. vbi litera dicit; Presbiter Eucharistiam semper habeat paratam, & quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur. Et hoc quidem habetur in vj. Synodo vniuersali Constantinopolitana, vbi apertè conspicitur, illis temporibus vsum vnius speciei fuisse apud populum laicalem: item ex xij. Concilio Toletano, quod præter dominici calicis haustum ministrabatur Eucharistia. Et non obstat consuetudini nostræ, quod non reperitur ex statuto vniuersali decreta; quoniam non omnia, quæ ecclesia vniuersalis multa cum veneratione modo obseruat, prius publicata fuerunt, seu mandata scriptis; sed multa eorum sunt sola consuetudine introducta, vt in capit. ecclesiasticarum. xj. dist. vbi litera dicit. Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis, quasdam verò Apostolica traditione accepimus, per successores in ministerio confirmatas; quasdam vero consuetudine robora-

tas approbauit vſus. in capit. in his, ea. diſt. legitur. Etiam in his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt: & ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita & contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinũ coercendi ſunt. & videbis de iſta materia Doctores in d.c. comperimus, de conſec. diſt. ij. & ibi præcipuè videbis doctiſsimum illum Cardinalem S. Sixti, in omnibus ſequentem veſtigia beati Thomæ. Itaque prouidè ordinatum eſt, vt populus non communicet ſub vtraque ſpecie, propter plures cauſas ſufficientiſsimas, vt per Doct. in d.c. comperimus, & prouidè ordinatum eſt, vt obſeruetur conſuetudo ſanctæ matris Romanæ eccleſiæ: ſacerdotibus autem conſecrantibus nõ licet ſub altera tantum, ſed ſub vtraque ſpecie. vt in d. c. comperimus, vt dixi.

31 † Et an liceat hoc ſacramẽtum ſingulis diebus frequentare? Vide tex. in cap. quotidie, de conſec. diſt. ij. vbi litera Auguſtini dicit: Quotidiè Euchariſtiæ communionem accipere, nec laudo, neque vitupero; omnibus tamen Dominicis diebus communicandum hortor. Dic ſecundum S. Thom. in iij. parte: Quòd circa vſum huius ſacramenti duo veniunt conſideranda: Vnum quidem ex parte ipſius ſacramenti, ex qua parte nulli dubium eſt, quin ſit vtile ipſum continuè accipere: Et ideo Ambroſius ait in libro de ſacramentis: Quoties effunditur ſanguis Chriſti in remiſsionem peccatorum, debeo ſemper accipere, quia ſemper pecco. Secundum, quod eſt conſiderandum circa vſum huius ſacramenti, eſt ex parte ſumentis, videlicet, quòd cum ſumma ad hoc ſacramentum accedat reuerentia: Et ideo, ſi aliquis ſe quotidie ad hoc paratum inueniret, laudabile eſt, quòd quotidie ſumat. Vnde Ambroſius, Accipe quotidie, quòd tibi profit; ſic viue, vt quotidie merearis accipere. Itaque quotieſcunq; ſe homo paratum inuenit, accedat ad ſanctiſsimum ſacramentum. Pertinet ergo ad reuerentiam huius ſacramenti, vt inquit ſanctus Thomas, quòd quotidie ſumatur, & quod aliquando abſtineatur. Vnde ſi aliquis experimentaliter cognoſceret ex quotidiana aſſumptione feruorem amoris augeri, & reue-

ren-

rentiam non minui, talis deberet quotidie communicare. Quare sacerdos, & vnusquisque alius videtur, quantum ad hoc, suo iudicio relinquendus : faciat vnusquisque, quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum. Nec enim litigauerunt inter se Zachæus, & ille Centurio, cùm alter illorum gaudens suscepit Dominum, alter verò dixit: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum : ambo saluatorem glorificantes, sed non eodem modo. †Et 32
sacerdos quando est absque peccato mortali, & celebrare potest, & non facit, priuat sanctam Trinitatem gloria: secundo, angelos in suprema Hierusalem lætitia; tertio, homines in ecclesia militante adiutorio, & venia; quarto, animas in purgatorio subsidio & gratia, seipsum priuat ordinatione mentis, informatione intellectus, verborum veritate, famæ claritate, desideriorum puritate, & omni stabilitate. Hæc Beda venerabilis, vt refert, Cardinalis sancti Sixti in d.c. quotidie. Amor autem & spes præferuntur timori; vnde cùm Petrus dixit: Exi à me Domine, quoniam peccator homo ego sum? respondit Iesus; Noli timere. Et qui accedit ad sacramentum, non solum proprium commodum quærit, immo & quærit gloriam Dei; repræsentare enim intēdit illam summam charitatem, qua propter nos Dominus passus est in cruce: præterea illam summam potentiam, qua Christus, Deus & homo, sub tantilla specie continetur. Et dicit S. Thomas, vt refert Cardinalis sancti Sixti in d.c. quotidie, quòd cùm in hoc maximè attendatur gloria Dei, & bonitas, quòd se creaturis pro captu eorum communicet; magis videtur ad gloriam Dei pertinere, quòd aliquis ad communionem accedat, quàm quòd abstineat.

Congruebat hoc sacramentum figurari ratione difficultatis, quia cùm inter cætera credibilia sit difficillimum ad credendum; conueniebat, vt manuductione figurarum homines assuefierent ad hoc, figurali quadam manuductione. Et ratione etiam significationis fuit congruum hoc præfigurari. †Repræsentat enim hoc sa- 33
cramentum, & continet Christum passum, quo datur vita fidelibus. Vel sic, vt arguit sanctus Thomas: Hoc sacra-

sacramentum est specialiter memoriale passionis Christi, sed passionem Christi præcipuè oportebat præfigurari, per quam nos redemit, vt fides antiquorum ad redemptorem referretur; ergo præcipue conueniebat hoc sacramentum præfigurari. Ideo dico, quòd agnus paschalis fuit præcipua figura simpliciter huius sacramenti. Pro cuius declaratione notabis cum sancto Tho. in iij. parte, quòd in hoc sacramento tria considerare possumus, scilicet illud, quod est sacramentum tantum, vt panis & vinum; & id, quod est res, & sacramentum, velut corpus Christi verum; & id, quod est res tantum, scilicet effectus huius sacramenti. Quantum igitur ad id, quod est sacramentum tantum, potissima figura fuit huius sacramenti oblatio Melchisedech, quando panem, & vinum obtulit Abrahæ. Genes. xiiij. & capit. in calice, de consecr. dist. ij. Quantum autem ad Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figuræ ipsius fuerunt omnia sacrificia veteris testamenti, & præcipue sacrificium expiationis, quod erat solennissimum. Quantum autem ad effectum, fuit præcipua figura manna, quod habebat in se omnis saporis suauitatem, vt dicitur Sapientiæ. xvj. Sicut & gratia huius sacramenti, quantum ad omnia, reficit mentem. Sacramentum eucharistiæ conuenienter fuisse præfiguratum per manna, vide docto. in capit. corporeum de consecr. dist. ij. Sed agnus paschalis quantum ad tria præfigurabat hoc sacramentum; quantum ad primum, quia manducabatur cum panibus azimis, secundum illud Exod. xij. Edent carnes, & azimos panes. Quantum vero ad secundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel decima quarta luna, quod fuit figura passionis Christi, qui propter innocentiam dicitur agnus. Quantum vero ad effectum, quia per sanguinem agni paschalis protecti sunt filij Israel à deuastate angelo, & educti de Aegyptiaca seruitute: & quantum ad hoc ponitur figura huius sacramenti præcipue agnus paschalis, quia secundum omnia ipsum repræsentat.

34 † Duobus enim modis instituit sacramentum corporis, & sanguinis, facto scilicet, & præcepto; facto, quando post typicum

typicum agnum corpus,& sanguinem suum consecrauit, & discipulis in cœna porrexit: quæ institutio habetur in capit.quia corpus.de consecr.dist.ij.Vbi litera dicit; Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necessarium erat, vt die cœnæ sacramentum nobis corporis,& sanguinis consecraret, &c. Præcepto, quoniam mandauit ab alijs sic faciendum, dicens,hoc facite in meam commemorationem. Et videbis tex. beati Hieronymi in capit.nec Moyses, & cap.accipite, de consecr.dist.ij.vbi legitur.Neque Moyses dedit vobis panem verum, sed dominus Iesus ipse conuiua, & conuiuium fuit,ipse comedens,& qui comeditur. Dixit Christus discipulis;Accipite,& comedite,hoc est corpus meum. Postquam typicum pascha fuit completum, & agni carnes cum Apostolis comederat,assumpsit panem, qui confortator est hominis,& ad verum pascha transtulit sacramentum; vt quomodo in præfiguratione eius Melchisedech panem & vinum offerens fecerat; ipse quoque in veritate sui corporis & sanguinis repræsentaret. Itaque Christus idem est sacerdos,& sacrificium. Magna profectò misericordia Dei in huius mensæ sacramentalis institutione ostensa est,in qua carnem suam ad manducandum,& sanguinem suum ad bibendum nobis proponit. Pro quo notandum,quòd multos gradus diuinæ largitatis, & magnificentiæ suæ erga nos distinguere possumus. Primus, omnia subiecisti sub pedibus eius. psal. viij Item largitus est homini ducēs,Principes,& Barones curiæ suæ angelorum in ministerium salutis suæ, ad Heb.i. Omnes sunt administratorij spiritus,in ministerium missi propter nos, &c. Item quia largitus est seipsum homini multis modis. Primo enim se dedit in socium in incarnatione per assumptionē nostræ humanitatis.Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens,ad Philip.ij.&, paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.Isai.viij. Secundo dedit se ipsum in magistrum & verbo,& prædicatione,Ioan.xiij. Vos vocatis me magister,& domine, & benè facitis; sum etenim. Tertio dedit se in ducem per exemplum in operatione, Ioan.xiij.Exemplum enim dedi vobis,vt quemadmodum

ego

ego feci,&c. & Exod. xv. & in psal. lxxviij. Dux fuisti in misericordia populo tuo, quem redemisti. Quarto dedit seipsum in pretium in passione. j. ad Corinth. xvj. Empti enim estis pretio magno, &c. Vltimo dat se ipsum in cibum quotidie, Ioan. vj. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. In quo singulariter magnitudo diuinæ misericordiæ relucet, Psal. xc. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator dominus, escam dedit timentibus se. & Ioan. vj. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et si per negligentiam aliquid de sanguine Christi stillat in terram, vide tex. in cap. si per negligentiam, de consecra. dist. ij. & vide. cap seq. Et quare in specie panis & vini sacramentum suum Christus nobis ministrauit, vide tex. & docto. in cap. quia passus, de consecra. dist. ij. Et dum hostia frangitur, passio Christi ad memoriam redit, cap. cum frangitur, de consecr. dist. ij. & in cœna domini etiam communionem debemus accipere.

35 cap. in cœna domini, de consecra. dist. ij. † Et licet angelus sit superior homine natura, & gratia, & officio, Christus tamen non dedit angelis potestatem conficiendi corpus Christi, vt per tex. & docto. in cap. quid sit, de consecr. dist. ij. & ibi examinant, an corpus Christi possit esse in

36 pluribus locis localiter. † Et aduerte, quia vnitas perfecta est inter nos, & Christum, cap. in Christo. il. ij. & ibi docto. de consecr. dist. ij. & ibi dicitur; Caro mea vere est esca, & sanguis meus vere est potus; qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Ioannis vj. Et in hac participatione corporis, & sanguinis Christi, Christo incorporamur, & vnimur; quia qui sumit corpus Christi, Christus est in eo. Itaque participatione huius sacramenti non tantum efficimur vnum cum Christo vnitate voluntatis, per conformitatem in volito nihil aliud volendo, nisi quod Deus vult; sed vnum quodammodo vnitate naturali, inquantum per hoc sacramentum manet in nobis Christus secun-

37 dum vtramque suam naturam. † Sed notabis secundum Cardinalem sancti Sixti in dicto capit. in Christo. il. ij. de consecra. dist. ij. quod vnitas, qua vnimur Deo, duplex videtur

videtur distingui à doctorbus in d.capit.in Christo. Vna est voluntatis, & hæc est duplex; vna, qua per inhabitantem gratiam sic vnimur Deo in hac vita, vt ab eo non dissentiamus, alia, qua vniuntur ei sancti per gloriam in alia vita, vt nihil velint, vel velle possint, nisi quod ipse Deus vult. Alia est vnitas naturæ, vel naturarum, & ista videtur distingui dupliciter; vna est per assumptionem carnis nostræ in vtero virginis, in qua factus est nobis cõformis in natura. Altera est per participationem corporis, & sanguinis Christi in sacramento; in qua secundum vtranque naturam Christus manet in nobis. Secundum vtramque vnitatem voluntatis vnimur patri & filio & spiritui sancto; per vtramque vnitatem naturæ vnimur proprie filio mediante quodammodo vnimur patri, & spiritui sancto. Sanè si Christus non assumpsisset naturam nostram, & coniunxisset diuinæ naturæ suæ, cuius gratia mediator dicitur, non esset talis perfectio vnitatis inter nos, & Deum. Ideo de veritate corporis, & sanguinis Christi nulli ambigere licet, capit. in quibus, de consecra. distinct. ij. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Christus partus ex virgine? vt in d.capit.in quibus. Item Ambro. in libro de officijs; Ante benedictionem illa species nominatur, post benedictionem Christi corpus significatur. Item in illo sacramento Christus est. Item, qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remissio omnium peccatorum, capit. ante benedictionem, de consecra. dist. ij. Item sub specie panis & vini inuisibilem Christi carnem, & sanguinem honoramus. cap. nos autem, de consecr. dist. ij. Et dic, panem & vinum, quæ in altari ponunt, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse; & sensualiter non solum sacramentum, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frãgi, fidelium dentibus atteri, vt in cap. ego Berengarius, de consecratio. dist. ij.

Tertium sacramentum est eucharistia (vt dixi) vt sicut in vita corporis, postquam homo natus est, & vires sumpsit, necessarius est ei cibus, vt conseruetur, & sustentetur;

38 tetur; †ita in vita ſpirituali poſt habitum robur, neceſſa-
rius eſt ei cibus ſpiritualis, qui eſt corpus Chriſti. Ioan. vj.
Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis
eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. & Ioan. in
canonica. capit. i. ait. Sanguis Chriſti Ieſu emundat nos ab
omni peccato, quia ſacramenta nouæ legis efficaciam ha-
bent à paſſione Chriſti. Et ideo ſecundum ordinationem
eccleſiæ quilibet Chriſtianus ſemel in anno debet recipe-
re corpus Chriſti, dignè tamen, & mundè; quia, vt dicit
Apoſtolus. i. ad Corinth. xj. Qui manducat, & bibit indig-
nè, ſcilicet, cum conſcientia peccati mortalis, de quo non
confeſſus eſt, ſi ſit copia ſacerdotis; iudicium ſibi manduc-
cat, & bibit. vide tex. in. c. omnis, de pœniten. & remiſ. &
in cœna domini etiam communionem debemus accipere,
cap. cœna domini. de conſecra. diſt. ij. & in. c. cum omne,
de conſecr. diſ. ij. legitur. Calix dominicus vino & aqua
permixtus debet offerri; quia videmus in aqua populum
intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti.

In vltimo inſtanti prolationis verborum, quando ſacer-
dos dicit, Hoc eſt enim corpus meum, & ſic poſt conſecra-
tionem licet ſpecies panis, & vini remaneat, tamen non
eſt ibi realiter, niſi corpus & ſanguis Chriſti, & idem cor-
pus, quod natum eſt de Virgine, quodque pependit in
cruce, & poſitum eſt in ſepulchro, quod ſurrexit, & in cœ-
lum aſcendit, & ſedet ad dexteram Dei Patris, & quod
venturum eſt iudicare viuos, & mortuos, in altari nunc eſt,
excluſa paſsibilitate. capit. omnia, capit. ego Berengarius,
& cap. quid ſit ſanguis. de conſecra. diſt. ij. ibi docto. Ita
39 que † in iſto altiſsimo ſacramento accidentia ſunt ſine ſub-
iecto, puta quantitas, quæ fuit in pane, odor, color, & ſa-
por, contra eorum naturam, virtute diuina; quia in hoc al-
tiſſimo ſacramento oportet aliquid eſſe ſupra naturam,
vt intellectus noſter aſſueſcat ad ea quæ ſunt fidei creden-
da. Eſt ergo corpus Chriſti in hoſtia conſecrata, & in om-
nibus hoſtijs conſecratis, & eſt corpus Chriſti in qualibet
particula hoſtiæ conſecratæ. Itaque ſubſtantia panis & vi-
ni deſinit ibi eſſe; tranſſubſtantiatur enim in corpus &
ſanguinem Chriſti; & tamen ipſorum accidentia ibi rema-
nent,

nent, scilicet sapor, & color, & pondus; & sub illis speciebus, id est, accidentibus, est corpus Christi, vt dixit Hosti. in summa sua, in tit. de consc. eccle. §. & quando. Et in cap. singuli, de consec. dist. ij. dicitur: Corpus Christi in singulis portionibus singuli totum accipiunt; & totus Christus est in qualibet parte specierum panis, & vini. Latè hoc examinat Cardinalis sancti Sixti de mente omnium Doctorum in cap. singuli, de consecr. dist. ij. & vide etiam rex. & Docto. in cap. vbi est pars. de consecr. dist. ij. adsit, & omnis quæstio soluta manebit. Itaque probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat; qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, id est, ad suam condemnationem sumit, j. ad Corinth. xj. vt superius dixi. Et in sacrificio, vt iam dixi, aqua vino miscetur, c. in calice, de consecr. dist. ij. quia Moyses sacerdos mandato Dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus Dei, & petra erat Christus; redundat aqua in calice, salit aqua in calice, salit sanguis in vitam æternã. Item de latere Christi fluxit sanguis, & aqua; aqua, vt emundaret; sanguis, vt redimeret. Quare de latere? quia vnde culpa, inde gratia; culpa per fœminam, gratia per Christum. Sed dices, quando ergo Melchisedech panem, & vinum obtulit Abrahæ, quid sibi vult admistio aquæ? dico, vt dixi, corpore Christi mortuo fluxerunt sanguis & aqua, Ioan. x. & tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, id est, anima Christi, aqua, & sanguis; & hi tres vnũ sunt, Ioan. in j. cano. cap. v. Sed expressum non habemus, quòd Melchisedech obtulerit aquam Abrahæ, præsumimus tamen, quòd vinum lymphatum obtulit, ideo forte, quia fatigatis non purum vinum, sed cum aqua mistum solemus offerre. Et prohibitum erat sacerdotibus in templo, ne vinum purum biberent. bona glo. in d. c. in calice.

† Crebra igitur huius sacramẽti perceptio non tantum venialia tollit peccata, & pœnam mortalium, quorũ iam pœnitentiam egeris, verum etiam excellenter auget gratiam Dei, ita vt videatur anima incorporata Christo. Imo Doctor Angelicus in iij. parte expressè dicit, hoc sanctissimum sacramentum viuificare mortuos: quod fit conferendo 40

rendo primam gratiam ex mente diui Augustini. de hoc videbis sanctum Tho. iij.p.quæst.lxxix.art.iij. &. q.lxxx. art.iiij.& in.iiij.sententiarum dist. xi.q.j.art. iij. Et idem tenet Durandus in. iiij. dist. ix.q.iiij. Idem etiam Adrianus in iiij. prima quæstione de eucharistia. denique est communis opinio Theologorum præter Ioan. Maiorem. Imo etiam Sanctus Tho.super Ioan.cap.ij.super verba illa, quæ dixit dominus discipulis suis de Lazaro, soluite eum,&c.tenet de omnibus sacramentis hocidem, quod de eucharistia. † Et quia Christus in carne assumpta non erat mansurus nobiscum personaliter, sed ascensurus in cœlum, ideo in die cœnæ instituit sacramentum eucharistiæ; vt ille, qui semel oblatus est pro nostra redeptione, in memoriam passionis suæ quotidie in sacramento offeratur; quod à sensu corporeo non percipitur, sed fide, & intellectu comprehenditur; sicut ille, qui per baptismum mutatur de malo in bonum, cap. quia corpus, de consecra. distinct. j.& ita, vt dixi, iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit; quia quotidie peccamus & ideo, quia quotidie labimur, Christus quotidie mystice pro nobis immolatur intra sanctam ecclesiam catholicam vt in cap. vtrum, de consecr. dist. ij. vbi legitur; Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: alioquin quomodo magnum erit; Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita; nisi vera sit caro? Sed quia fas non est Christum vorari dentibus, voluit dominus panem & vinum hoc in mysterio, vere carnem suam & sanguinem suum confecratione spiritus sancti potentialiter creari, ad transubstantiationem tota trinitas operatur; Cardinalis in cap. corpus, de consecr. dist. ij. Et voluit Deus quotidie pro mundi vita mystice immolari, vt sicut de virgine per spiritum sanctum vera caro sine coitu creatur, ita panis eundem ex substantia panis & vini mystice idem corpus Christi consecratur. Corpus Christi & veritas, & figura est; veritas, dum corpus Christi, & sanguis virtute spiritus sancti in virtute ipsius ex panis & vini substantia efficitur. Figura vero est id, quod exterius sentitur. Et substantiam panis conuerti in substantiam corporis Christi, non est

aliud

aliud (vt dixi) nisi quia in vltimo instanti prolationis verborum, quâdo sacerdos dicit, hoc est enim corpus meum, in hoc vltimo instanti, virtute diuina desinit esse substantia panis, & succedit ibi corpus Christi, sicut erat in cruce secluſa passibilitate; & non potest aliter fieri, quia sic Deus æternus ordinauit, vt dixi.

Et † Missa omni die debet celebrari in ecclesia secun- 42
dum Innocentium, & Cardinalem in cap. iteratur, de consecra. dist. ij. quinque de causis; primo, quia semper oportet esse paratam medicinam contra quotidiana peccata. Secundo, vt lignum vitæ semper sit in medio paradisi. Tertio, vt nobis Christus semper vniatur sacramentaliter, & nos ei spiritualiter. Quarto, vt sit apud nos iugis memoria passionis eius. Quinto, vt vero agno, loco typici quotidie vtamur. De vtilitate memoriæ passionis Christi diximus, vt videbis docto. in cap. semel Christus, de consecra. dist. ij. Sed repetimus etiam nunc aliqua pro vtilitate materiæ iuxta illud, quod notauit Archid. in d. cap. iteratur. quod † memoria passionis Christi prodest nobis ad 43
multa; obscurat enim gaudia mundi; in cuius signum, vt dicitur Lucæ. xxiij. sol obscuratus est. quod moraliter significat, quod cogitatio passionis Christi obscurat in nobis gloriam, & prosperitatem huius mundi. Secundo, tremorem incutit; in cuius signum passionis tempore factus est terræmotus magnus, habetur Matth. xxvij. per quod significatur, quod corda nostra in memoriam passionis Christi debent timere, & tremere, considerata tanta humilitate Christi patientis: timentes, ne vacui reddamur fructu passionis suæ. Tertio, duritiam cordis emollit: in cuius signum tempore passionis petræ scissæ sunt, Matth. xxvij. Quarto, à peccato suscitat, in cuius signum tempore passionis Christi monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, Matth. xxvij. Quinto, à morsibus dæmonum sanat: quod figuratum fuit, Nume. xxj. vbi dominus dixit Moysi, fac serpentem, & erige eum in palo: quicunque aspexerit eum, viuet. Sexto, labores pœnitentiæ dulcorat: quod significatum fuit Exod. xv. vbi dicitur,

quòd ostendit Dominus Moysi lignum, quod cùm misis-
set in aquas Marach, dulcoratæ sunt. Septimo, liberat à
morte æterna, quod significatum fuit Iosue vj. vbi dici-
tur, quòd Raab meretrix per filum coccineum pendens
in fenestra, liberata est. Filum coccineum, quod rubeum
est, significat passionem; fenestra cor nostrum designat.
Itaque (vt dixi) Christus in passione sua dicitur immola-
tus. Et passio sua conuenienter dicta est sacrificium, vnde
Apostolus ad Ephe.v. Tradidit semetipsum pro nobis ob-
44 lationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. † Pro cu-
ius intelligentia notandum est, quòd sacrificium dicitur
aliquid factum ad honorem propriè Deo debitum ad eum
placandum. Et inde, vt Augustin.x. de ciuitate Dei dicit,
verum sacrificium est omne opus, quod agitur, vt sanctæ
societate Deo inhæreamus, relatum ad illum finem bonum
quo veraciter beati esse possumus. Christus autem se
ipsum obtulit in passione pro nobis voluntarie, & hoc
ipsum opus fuit Deo maxime acceptum, vtpote ex charita-
te proueniens. Vnde manifestum fuit, quòd passio Chri-
sti fuit verum sacrificium; &, vt dicit sanctus Tho. iij. par.
dupliciter celebratio huius sacramēti Eucharistię dicitur
Christi immolatio. Primo quidem, quia celebratio huius
sacramenti imago est quædam repræsentatiua passionis
Christi, quæ est vera immolatio. Vnde Ambros. super epi-
stolam ad Hebr.x. semel oblata est hostia ad salutem æ-
piternam potens. quid ergo nos? nonne per singulos dies
offerimus ad recordationē mortis eius? Alio modo, quan-
tum ad effectum passionis; quia scilicet per hoc sacramen-
tum efficimur participes fructus dominicæ passionis. Ia-
Iacobus frater Domini, & Basilius Cæsariensis addiderunt
nobis Missæ celebrationem, cap. Iacobus, de consecr. dist.
j. itaque dederunt ordinem. Verba enim, quibus Christi
corpus conficitur, ab ipso Domino sunt tradita, vt dixi-
mus. vide c. Ecclesiasticarum, xj. dist. vide de Missa in c.
de horis canonicis. vbi multa videbis.

Mysterium nostræ salutis totum comprehenditur in
sacramento Eucharistiæ, ideo tale sacramentum præ cæte-
ris agitur cum maiori solennitate. De ratione singularium
partium

partium Missæ, vide sanctum Thom. iij. parte. quest. lxxxiij. arti. iiij. & vide Cardinalem in capit. primo, de celeb. missarum.

Et Græci dicunt, quòd hoc sacramentum est tantæ necessitatis, quòd pueris debet dari, sicut baptismus: quod est falsum, quia in sumente hoc sacramentum requiritur actualis deuotio, & reuerentia, quæ non sunt in pueris. Et ideo verbum, quod importat præceptum, tantummodo intelligitur de adultis, quibus necessarium est ad salutem hoc sacramentum eucharistiæ accipere, saltem in voto, si non possit haberi in re. Et pro infirmantibus presbyter semper Eucharistiam habeat paratam. capit. presbyter. de consecr. dist. ij. Et Eucharistia, & chrisma debent fideliter custodiri. Petrus de Ancha. in c. i. de custodia eucharistiæ. Et calix ex auro, ex argento, ex stanno fiat. cap. vt calix, de consecr. dist. i.

† Altaris etiam sacrificium non in serico, sed lineo pan- 45
no consecretur, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in syndone linea munda sepultum fuit, vt in capit. consulto, de consecra. dist. i. vbi legitur. Consulto omnium statuimus, vt sacrificium altaris non in serico panno, aut intincto quisq; celebrare audeat Missam, neq; præsumat; sed in puro lineo, vel linteo, ab episcopo consecrato, terreno lino. s. procreato, ac cõtexto, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit: ideo corporalia debẽt esse linea certa ratione. De ære, auri chalco non fiat calix. Nullus autem in ligneo, aut vitreo calice præsumat Missam cantare, cap. vt calix, de consecra. dist. i. & c. vasa. Et qua hora sint Mischarum solennia celebranda, vide tex. in c. nocte, de cons. dist. j & in cap. consuluisti, de celebratione missarum, & in cap. ex parte, eo. titul. ibi quoque videbis, quot missas in die sacerdoti celebrare licet. 46

† Corpus Christi, & sanguis tandiu durat, quandiu durant accidentia panis, & vini. Ideo debet differri cibus per tantum tempus, quo verisimiliter illa accidentia, & per consequens Christi corpus, non sit amplius in corpore recipientis. Ista est communis opinio secundum Panor. in capit. ex parte, de celebra. missarum. & vide S. Tho.

iij.p.q.lxxx.art.viij.ad sextum.& vide tex.& docto.in c' tribus,de consec.dist.ij.sed dicit D.Thom.quod per con' trariam consuetudinem dictum caput est abrogatum. Et Paulus Apostolus in cap.x.ad Hebræ.dicit; Vna oblatione consummauit in sempiternũ sanctificatos. & aliqui in sensati tollunt sacrificium Missæ.Sed non ideo tollendum est sacrificium Missæ,quia est eadem hostia, & ideo semper Deus illa placatur:aliter tamẽ nunc exhibetur,hoc est, non cruento,sed incruento modo; quia corpus resurgens à mortuis iam non moritur, & mors vltra illi non dominabitur. Itaque hic, id est,in ista oblatione est sacramentum, quia signum rei sacræ, & eiusdem contentiuum, & collatiuum;& est sacrificium, quia est idem cum alio ante quo aliter exhibito. Et in illa authoritate superius dicta ponit Apostolus differentiam inter Christum, & sacerdotem legalem. Nam sacerdos legis non per vnam hostiam, sed per plures;neque semel, sed sæpe poterat auferre peccata;Christus verò dominus,& proprius, & verus Pontifex vna hostia, hoc est,semel perfecit vsque in finem sanctificatos,eos Deo coniungendo, & copulando. Vna namque oblatio facta in cruce sufficiens est, propter quod omnia sacrificia legis cessare debent. Vna enim oblatione, id est merito suæ vnicæ passionis,seu immolationis in cruce consummauit,id est plene redemit,&, quantũ in se est,ad perfectionem adduxit in sempiternum sanctificatos,id est,electos,seu omnes,qui in hoc seculo per gratiam sanctificantur. Vna oblatione cõsummauit, id est,perfecit,quod sanctificando, reconciliando, & coniungendo nos Deo, quia hostia Christi, qui Deus est,& homo,habet virtutem æternam sanctificandi. Et vt sanctificaret Iesus per proprium sanguinem populum, extra portam passus est, vt Hebræ.xiiij. Itaque per virtutem passionis suæ Christus intra cœlestia sancta nos introducit ad patrem. Et ideo non sumus sub lege,sed sub gratia,vt per Apostolum ad Rom. vj.Sed tempore nouæ legis manent præcepta moralia, et quod sunt de dictamine rationis rectæ; propter quod non sumus absoluti ab eorum obligatione.Ideo ait Apostolus liberati autem à peccato,serui facti estis iustitiæ.i. obligati

ad iustitiæ operationem. Et illud, quod dicit ad Rom. iij. arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis, sic intellige, vt diximus in prima parte sermonis; scilicet in prima hominis iustificatione; quia de illa loquitur Apostolus. Et Iacobus in Cano. cap. iij. loquitur de secunda iustificatione; quia per bona opera meremur augmentum gratiæ, vt dicit Petrus in canonica, & Ioannes in Apocalypsi, vt dixi in prima parte sermonis. † Præcepta autem moralia, quæ ordinantur ad bonos mores, non solum manent in nouo testamento, sed etiam per euangelica Christi consilia perficiuntur, & ad salutē requiruntur, iuxta illud Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Eadem enim fides est fidelium noui ac veteris testamenti; quamuis tempora sint mutata, & fides nobis sit magis explicita: quod enim illi futurum credebant, nos factum credimus. Ipse quoque habitus fidei, qui est virtus Theologica, est vnus in specie in omnibus fidelibus, qui vnquam fuerunt, sunt, & erunt, & propter formalem obiecti vnitatem, quod est veritas prima, propter quod credimus omnia, quæ cadunt sub fide. Patet ergo, quia id, quod ait Apostolus in d. cap. ad Rom. iij. ex fide, & per fidem, sit idem re, quamuis in ipso modo loquendi videatur distinctio: Apostolus nanque frequēter mutat præpositiones, & modum loquutionis in eodem sensu. Quia vero ex prædictis, ac similibus verbis imponebant Iudæi Paulo, quod esset legis destructor, propterea Apostolus se excusans adiecit; Legem ergo (Mosaicam) destruimus per fidem & euangelium, vt nobis imponitur? absit. Sed legem statuimus, id est, approbamus ac roboramus pro statu, ac tempore. Cum ergò lex vetus fuerit via, ac dispositio ordinaria ad euangelicam legem, non dicitur destrui, sed adimpleri, ac perfici euangelica lege superueniente; cessat tamen quantum ad modum prioris obseruantiæ. Vnde Ambrosius dicit: Non destruitur lex, cum impleta secundum spiritum, cessat secundum literam; quia hic, scilicet in nouo testamento, gratia fidei est, qua impletur lex, quæ sine fide esset infirma; firmatur enim lex, quoniam ceremonialia spiritualiter implentur; & quod minus in

47

moralibus continebat, in euangelio additur; & tunc, quod promittebatur futurum, fides aduenisse testatur. Tollitur autem litera occidens, & moralia literaliter manent: propter quod ait Saluator: Non veni soluere legem, sed adimplere.

## DE POENITENTIA.

48 QVartum † sacramentum est Pœnitentia; vt enim contingit in vita corporali, quòd quandoque quis infirmatur, & nisi habeat medicinam, moritur; ita & in vita spirituali quis infirmatur per peccatum; vnde necessaria est medicina ad recuperandam sanitatem; & hæc est gratia, quæ confertur in Pœnitentiæ sacramento. In Pœnitentia tria debent esse; Contritio, quæ est dolor de peccato cum proposito abstinendi; Confessio peccatorum cum integritate, & Satisfactio, quę est per bona opera. Perfecta Pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre: In corde enim contritio, in ore eius confessio, in opere tota humilitas, & satisfactio: hæc est fructifera Pœnitentia: Sola autem cordis contritione, & secreta satisfactione absque oris confessione non potest Christianus Deo satisfacere, vt in cap. i. cum sequentibus capit. de pœnit. dist. i. & in capit. omnis vtriusque sexus, de pœnitentijs, & remissionibus. Vbi quilibet doli capax tenetur semel in anno confiteri proprio sacerdoti, & Eucharistiæ sacramentum ad minus in Pascha recipere.

49 † Pœnitentia vera, est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit, vel quibus consensit. Et, pœnitentia est, præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, de pœnit. dist. i. cap. ecce. & c. pœnitentiam, de pœn. dist. iij. vbi dicit Ambrosius. Pœnitentia est mala præterita plangere & plangenda iterum non committere; & ibi dicit gl. Pœnitentia, id est, gratia, quæ vere pœnitenti infusa est, facit eum præterita plangere, & eum munit, vt caueat, ne committet, quę fleuit: Et quod hic traditur potius est effectus Pœnitentiæ, quâ definitio.

Quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam in ecclesia gerit, cap. si cleratior, de pœni. distinct. iij.

50 † Est autem triplex pœnitentia, scilicet, solennis, publica,

lica, & secreta. Solennis pœnitentia est, quæ per episcopum solenniter in quarta feria cinerum indicitur propter peccata enormia, & publica, l. dist. c. in capite. & in pontificali agitur. Alia est pœnitentia publica, quæ à sacerdote imponitur. c. siquis. iij. q. 1. Tertia est pœnitentia priuata, quæ quotidie imponitur, cum quis peccata sua sacerdoti sacramentaliter confitetur. xxvj. q. vj. cap. presbiteri. ij. q. i. c. si peccauerit. Forma huius sacramenti, sunt verba absolutionis, dum sacerdos dicit; ego te absoluo. Minister huius sacramenti est Sacerdos. Effectus huius sacramenti est absolutio à peccatis, liberatio à pœnis inferni, & restitutio diuinæ gratiæ.

† Triplex est confessio vera, Mentalis, quæ est recogni- 51
tio peccati coram Deo in corde: & hæc fuit tempore legis naturæ, scilicet statim post peccatum Adæ. Secunda Ceremonialis confessio, scilicet quod, peccans tali peccato offerat tale sacrificium, & peccans in alio peccato offerat aliud; & hæc fuit in lege Mosaica. Tertia est confessio Sacramentalis, quæ fit sacerdoti; quæ est de necessitate salutis, triplici ratione. Primo, ex Christi institutione, qui eam instituit implicitè, & explicitè; Implicitè in figura, dum dixit leproso, Matth. v. Vade, & ostende te sacerdoti: Explicitè, dum dixit, Ioan. xx. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. ibi enim sacerdotibus potestas iudicandi, & remittendi conceditur; quæ requirit manifestationem de ipsis peccatis, quæ est confessio, quibus enim datur potestas iudicandi de aliqua causa, datur eis potestas cognoscendi de illa. Nullus autem potest iudicare, & esse bonus iudex de ijs, quæ ignorat. Sacerdos verò non potest cognoscere sufficienter facta conscientiæ peccatoris, nisi ea ipsa peccator ei per confessionem aperiat. Et sic Christus confessionem oris instituit. Secundò, ex doctorum, & scripturarum testificatione confessio sacramentalis est necessaria. Ambrosius in libro de paradiso, & habetur de pœn. dist. i. cap. non potest. Non potest quisquam iustificari à peccato, nisi peccatum fuerit ante confessus. Et ibidem Ioannes Chrysostomus; Non potest quisquam gratiam vitæ cœlestis accipe-

re, nisi purgatus fuerit ab omni sorde per Pœnitentiæ confessionem. Et Augustinus in libro de pœnitentia: Agite pœnitentiam, qualis in ecclesia agitur, vt oret pro vobis ecclesia. Nemo sibi blandiatur, & dicat: occultè ego apud Deum ago; nouit Deus, qui nihil ignorat, quæ in corde ago: Ergo sine causa dictum est, quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo? ergo sine causa datæ sunt ecclesiæ Dei claues? quasi dicat, non. Et de pœnit. dist. j. cap. multiplex, Leo Papa. Non remanet in iudicio condemnandum, quod fuerit confessione purgatum.

52 † Tertiò, ex ecclesiæ præceptione confessio sacramentalis est necessaria; quia ecclesia præcipit, quod semel in anno quilibet, postquam ad annos discretionis peruenerit, debeat sacerdoti omnia peccata sua confiteri, de pœniten. & remiss. c. omnis vtriusque sexus; & dicit omnia peccata, scilicet, cogitationis, locutionis, operationis, & omissionis, secreta, & manifesta cum eorum circunstantijs aggrauantibus, vel in aliam peccati speciem trahentibus, quæ sunt istæ; scilicet, prima personæ, cum qua peccauit, nomine eius tacito, scilicet si cum nupta, vel moniali. Secunda loci, si in loco sacro peccauit. Tertia temporis, si in die festo. Quarta numeri, scilicet, quoties idem peccatum commisit; quantum recordari potest. Quinta modi, vt si quis cum muliere peccaret contra naturam. Sexta qualitatis, si sit publicum, vel occultum, & hoc propter scandalum. Septima, si ipse peccauit, & alium induxit ad peccandum. Octaua consequentiæ, quando in vno peccato multa consequuntur, puta in ludo mendacia, periuria, blasphemiæ.

53 † Omnes autem adulti, postquam ad annos discretionis peruenerint, tenentur confiteri semel in anno, id est, in quadragesima; & qui hoc non fecerit viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura. vt in Concilio generali, extra, de pœnit. & remiss. c. omnis vtriusque sexus.

54 † Non tenetur tamen homo post peccatum commissum statim confiteri, sed dolere de commisso, & proponere de cætero non peccare, cum intentione in futura proxi-

ma

ma quadrageſima confiteri; & hoc ſufficit pro tunc ad acquirendum ſtatum gratiæ. Sunt autem aliqui caſus, in quibus homo tenetur ſtatim confiteri. Primus eſt infirmitas grauis. Secundus, quando imminet periculum mortis, ſicut mare tranſire, longam peregrinationem, ſeu periculoſam viam agere. Tertius eſt, quando habet aliquid agere, quod exiſtens in peccato mortali non poteſt facere ſine peccato mortali, ſicut dicere Miſſam, vel ſumere Euchariſtiam extra Miſſam. Sed ſi ſacerdos aliquod ſacramentum miniſtraret, vt eſt Baptiſmus, vel Pœnitentia, cæteráque ſacramenta, præter Miſſam celebrandam, non tenetur confiteri, ſed ſat eſt conteri: ad Miſſam autem celebrandam, aut Euchariſtiam ſumendam neceſſe eſt confeſſionem præcedere (vt diximus), ſiue ſit ſacerdos, ſiue laicus. Quartus, quando habet copiam confeſſoris, qui poteſt eum abſoluere à peccatis, à quibus ſuus confeſſor non poteſt; & veriſimile eſt, quod in quadrageſima talem copiam non habebit. Quintus eſt, quando habet conſcientiam, quòd ſtatim debeat confiteri; quia tenetur aut talem conſcientiam deponere, aut confiteri. Et licet hoc poſsit differri (vt prædictum eſt), melius tamen, & tutius eſt quamprimum confiteri poſt peccatum commiſſum propter multa mala, & pericula, quæ euenire poſſunt, & multa bona, quæ inde ſequuntur, ita in libro ſacerdotali. Et reus eſt animarum presbyter, qui pœnitentiam morientibus abnegat, c. ſi presbyter, xxvj. quæſt. vj. vbi litera dicit: † Si presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit; quia Dominus dicit: Quacunque die conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam, vita viuet, & non morietur. Vera enim confeſsio in vltimo tempore eſſe poteſt; quia Dominus non ſolum temporis, ſed etiam cordis inſpector eſt: ſicut latro vnius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo, in hora vltimæ cõfeſsionis. & vide Ezechielem cap. xix. & cap. xxxiij. & vide text. in cap. ſi quis, il. j. de pœniten. diſtinct. vij. Itaque nos dicimus, & firmiter credimus, & affirmamus, haberi ex Euangelio confeſsionem peccatorum mortalium omnium. Quod autem peccata omnia confitenda ſint in ſacramentali con-

55

li confeſsione, ex ipſa forma miniſtrandi ſacramentum Pœnitentiæ, tradita à Chriſto, quando inſtituit hoc ſacramentum, manifeſtatur. Ait enim Chriſtus Apoſtolis, Ioan. xx. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. In quibus verbis datur à Chriſto miniſtro ſacramenti facultas duarum actionum, videlicet remittendi, vel retinendi peccata quorumcunque. Et ex hoc ipſo, quòd miniſtro committitur facultas diſcernendi, an remittenda, an retinenda ſint peccata cuiuſque pœnitentis, manifeſte ſequitur, quòd oportet miniſtrum (niſi cæcus miniſtrare velit) noſſe, ſi in pœnitente eſt aliquod peccatum retinendum; quod eſt noſſe, ſi in pœnitente ſit aliquid impediens remiſsionem. Nam omne peccatum retinendum impedit remiſsionem cuiuſcunque peccati hominis confitentis, quia non poteſt ſimul vnum peccatum remitti, & aliud retineri. Nam mortalia peccata quæcunque vnius hominis connexa eſſe tam quoad remiſsionem, quàm quoad retentionem, & relatiuè ad Deum, & relatiuè ad Chriſti miniſtrum, perſpicuum eſt. Et relatiuè quidem ad Deum patet ex eo, quòd ille, cui remittitur à Deo peccatum, amicus Dei conſtituitur, iuxta illud, Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Ille autem, cuius retinet Deus peccatum, & manet in peccato vnico, inimicus Dei eſt, vtpote omnium reus, iuxta illud; qui in vno offendit, reus omnium factus eſt. Ex hoc autem, quòd tam remiſsio, quàm retentio diuina eſt peccatorum mortalium omnium, quæ quis habet, manifeſte ſequitur, quòd etiam tam remiſsio, quàm retentio, quæ fit à Chriſti miniſtro, debet eſſe non aliquorum peccatorum mortalium confitentis, ſed omnium, quia tam remiſsio, quàm retentio miniſtri debet eſſe talis, vt remiſsioni aſsiſtat diuina remiſsio, & retentioni aſsiſtat diuina retentio; alioquin non verificarentur Chriſti verba; Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Non vendicarent autem miniſtri aſsiſtentiam remiſsionis diuinæ, ſi diſcordaret à remiſsione

missione diuina: discordaret autem, si Deo remittente omnia, vel retinente omnia, minister quoque non remitteret omnia, vel non retineret omnia. Ad hoc autem, vt minister vel retineat omnia, vel remittat omnia, oportet ministro innotescere omnia, nisi cæcus, aut temerarius remissor, vel retentor sit. Et quoniam ministro Christi peccata pœnitentis per ipsius confessionem propriam innotescunt, consequens est, vt oporteat confitentem confiteri omnia sua mortalia peccata. Vnde examina, & libera prudens lector, quæ diximus, & perpendes ex ipsa institutionis forma in euangelio scripta, vt dixi, haberi confessionem omnium peccatorum.

Superest diluere obiecta ab Hæreticis, distinguendo de confessione vel absolutè, vel vt est actus humanus. † Est autem confiteri omnia absolutè, nullum peccatum inconfessum relinquere; confiteri verò omnia, vt confessio est actus humanus, est confiteri omnia, quorum confessio subest humanæ facultati. Vnde ex hoc, quòd delicta nullus ad plenum intellexit, esto, quod impossibile sit hominem confiteri absolutè omnia peccata sua (quoniam ignota relinquit inconfessa:) non tamen hinc sequitur, quin confessione humana possit quis confiteri omnia peccata sua: Quoniam sub integritate confessionis humanæ non comprehenduntur omnia peccata absolutè, sed duntaxat nota, & quorum quis memoriam habet: nam oblita & incognita confiteri non subest facultati humanæ, actionem nullam exigi ab homine, quæ non sit in hominis potestate: ideo quum ex Euangelio habetur, confessionem omnium peccatorum requiri ad sacramentum Pœnitentiæ, non est sermo de confessione omnium peccatorum absolutè, sed de confessione omnium peccatorum, vt sub est facultari humanæ; quod est dicere, vt pœnitentes confiteantur omnia peccata sua non ignota, nec oblita. Hæc de confessione omnium peccatorum scripsimus de mente omnium doctorum, & decretorum, de pœnitent. distinct. i. & de mente Sacrorum Theologorum, de mente etiam doctissimi Cardinalis sancti Sixti in illa sua summa de peccatis. & vt dixi,

56

vide

vide Ezech. xix. & xxxiij. Et vide tex. in cap. si quis, il. j. de pœnit. distinct. vj.

Item Episcopi, & rectores prædicent omnibus generaliter, videlicet vt credant Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, & vnam esse deitatem, & substantiam, & maiestatem in tribus personis patris, & filij, & spiritus sancti. Item prædicabunt, quomodo filius Dei incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, pro salute humani generis, passus, sepultus, tertia die resurrexit, & cœlum ascendit, & in fine mundi veniet iudicare omnes homines secundum propria opera, quando impij cum diabolo in ignem æternum mittentur, iusti cum Christo in vita æterna erunt, Matth. xxv. Item prædicabunt, quòd homines in propria carne resurgent. Iubendum est etiam, quòd oratio Dominica, in qua omnia necessaria humanæ vitæ comprehenduntur, & Symbolum Apostolorum, in quo fides catholica est integro comprehenditur, ab omnibus discatur, tam latinè, quàm barbaricè, vt quod ore profertur, corde credatur, & intelligatur. Et Episcopi clamabunt semper; pœnitentiam agite. Et semper † Episcopi debent annuntiare 57
populo quinque, scilicet, quid credendum, quid agendum, quid vitandum, quid timendum, quid sperandum. Et ita Apostolus dixit ad Corinth. primo capit. xiiij. In ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quam decem millia verborum in lingua. Dixit Apostolus se velle loqui quinque verba, quia prædicatores debent annuntiare quinque, vt dixi, scilicet, quid credendum, scilicet articulos fidei; quid agendum. i. operandum decem præcepta; quid vitandum, scilicet peccata; quid timendum, scilicet pœnas inferni, quid sperandum, scilicet mercedem æternam. Ista verba debent semper cum breuitate sermonis prædicari; ideoque dixit Apostolus quinque tantummodo verba, id est, pauca verba.

DE

## DE EXTREMA VNCTIONE, *Ordine, & Matrimonio.*

QVintum † sacramentum est extrema Vnctio; & nullus potest intrare vitam æternam, nisi sit benè purgatus. Ideo necessarium fuit aliud sacramentum, quo homo purgaretur à peccatis, & liberaretur ab infirmitate, & præpararetur ad introitum regni cœlestis: Et hoc est sacramentum extremæ Vnctionis. Iacob. v. dicitur, Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesiæ, & orent super eum, vngêtes eum oleo in nomine domini. & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergò alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini; multum enim valet deprecatio iusti assidua. 58

Extremæ Vnctionis sacramentum debet dari laborantibus in extremis; & istud sacramentum inducit mundationem à peccatis. Circa quod plura aduertenda sunt, videlicet materia, forma, minister, & effectus, quibus dari debeat, quibus corporis partibus & an possit reiterari.

† Materia huius sacramenti est oleum oliuarum, non aliud oleum, ab Episcopo prius sanctificatum, & benedictum. Quod sacramentum Christus instituit, quando Apostolos ad prædicandum missos docuit oleo vngere infirmos, Mar. vj. & beatus Iacobus in canonica sua capit. v. dicit; Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo sancto. Et tale oleum vocatur oleum infirmorum, non cathecumenorum. Vnde diligenter aduertat sacerdos, ne vnum pro alio ministret, de sacra vnctione. capit. vnico. Et si ex errore hoc fecerit, debet cautè suppleri per sacerdotem; de sacramentis iterandis, vel non. c. i. in fine. 59

† Forma huius sacramenti sunt verba, quæ profert sacerdos, quando inungit infirmum, scilicet, per istam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per visum, per auditum, &c. Ita quod forma est hæc; per istam vnctionem, & suam pijssi- 60

pijſsimam miſericordiam indulgeat tibi dominus quid
quid deliquiſti per viſum,& ſimiliter in alijs membris.

61 † Miniſter huius ſacramenti eſt ſolus ſacerdos, & non
alius. quod patet in prædicta authoritate ſancti Iacobi.c.
v.vbi ait;Inducat presbyteros eccleſiæ, & xxv. diſt. §.ſed
quæritur,& cap.ſequenti. Neque eſt de neceſsitate quod
ſint plures ſacerdotes præſentes, ſed vnus ſolus cum cleri-
co poteſt ſacramentum conferre. de verborum ſignifica-
tione.c.quæſiuit. Si tamen ſint plures ſacerdotes, melius
eſt. Et ille, qui inungit, debet dicere verba, & cæteri re-
ſpondere,& aſsiſtere, & pro infirmo orare. Effectus huius
ſacramenti eſt multiplex. Primus eſt conſolidatio ſpiritua-
lis debilitatis per peccatum inductæ; dicit enim ſanctus
Tho.quòd talis vnctio dicitur quædam ſpiritualis ſana-
tio; quia datur contra quandam inhabilitatem, vel infir-
titudinem, quæ in nobis remanſerat ex peccato actuali
vel originali;vel venialium peccatorum remiſsio. Secun-
dus effectus eſt ſanitas corporalis, ſi diuina ſapientia ſci-
nouerit infirmo vtiliter expedire. Tertius eſt, quia per
iſtud ſacramentum remittuntur peccata venialia,& mo-
talia, quæ ignorantur, vt in eadem authoritate beati
Iacobi cap.v. Et ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Quar-
tus eſt diminutio pœnæ peccato mortali debitæ. Quin-
tus eſt gratiæ augmentum, quæ in hoc ſacramento con-
fertur, & augetur, niſi obex ponatur; & ex conſequenti
gloria. Sextus eſt interior lætitia, & robur contra dæmo-
nis inſidias, quæ potiſsimæ tunc inſunt. Septimus arcta-
tio diabolicæ poteſtatis, quæ nõ eſt ita potens ſumpto ſa-
cramento. Octauus eſt proteſtatio decedentis,quòd per-
manſerit in fide militantis eccleſiæ; ex qua vadit ad ec-
cleſiam triumphantem,tanquam miles, qui fideliter pu-
nauit.

Hoc ſacramentum debet dari ſolum infirmis adul-
& pœnitentibus,qui ſunt infirmi in periculo mortis;&
lis,qui inſtanter petunt illud, & petierunt;licet tunc nõ
intelligant propter mortis anxietatem,vel phreneſim,
aliud accidens.

62 † Dandum eſt autem hoc ſacramentum in illis corpo-

partibus,& locis, per quæ morbus in animam intrauit. Et quia sensus quinque sunt illi, per quos potissimum homo peccat, ideo in illis locis dandum est hoc sacramentum infirmo, de cuius morte timetur; qui vngendus est in oculis propter visum, in auribus propter audituum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. hæc ibi. Et si quis non haberet oculum, vel nasum, vel alia membra, inungantur loca magis propinqua dictis sensibus, vel locis, quæ inungi deberent. Inunguntur etiam renes, quia in eis incentiuum libidinis consistit; Ideo Saluator noster Lucæ xij. dicit: Sint lumbi vestri præcincti, &c. †Non debent autem scapulæ inungi, quia vncti 63
fuerunt in baptismo. Nec manus presbyteri vngendæ sunt interius, sed exterius, quia prius ab Episcopo interius inunctæ fuerunt in ordinatione sua. Et si talis infirmus laborat in extremis, cito inungatur, ne sine vnctione decedat, dist. v. cap. baptizari.

†Potest autem iterari hoc sacramentum toties, quoties 64
infirmus morti appropinquari videtur; sed in eadem infirmitate, si fuerit longa, & timetur de periculo mortis, poterit reiterari semper. Si verò sit infirmitas breuis, non reiteratur, nisi reualuerit. Neque est expectandum ad inungendum infirmum vsque ad vltimum, quia tunc nullum sensum, vel deuotionē habere potest. Et debet dari etiam illud recusantibus, dummodo sint pœnitentes, eos ligando per manus, & pedes, & brachia, & sic inungi debent. Qui negligunt recipere hoc sacramentum, vel contemnunt, grauiter peccant; & tempore interdicti ecclesiastici hoc sacramentum non debet conferri. Sacerdotes curati, qui renuunt, aut negligunt hoc sacramentum conferre, non euadunt peccatum mortale. Sacerdos quolibet anno debet sacrum oleum mutare, & vetus in ecclesiæ lampadibus ad comburendum ponere. Et si contrarium faceret, grauiter peccaret, de consec. dist. iiij. si quis de alio. Et si sacrum chrisma, vel oleum catechumenorum, vel infirmorum ex vsu defecerit, debet super illa imponi oleum

non benedictum, & totum efficitur benedictum, de con-
65 secra.eccleſiæ,vel alta.c. quod in dubijs. † Sacerdos non debet petere in collatione huius ſacramenti pecuniam, quia ſimoniacus eſſet; ſponte tamen oblatam poteſt recipere, j. q.iij.cap.vlt. Et ſi infirmus petierit hoc ſacramentum, & antequam ſacerdos veniat,loquelam amiſerit, vel notitiam; nihilominus ſacerdos eum inungat, xxvj. q.v. cap.his qui.& de ſent.excom. cap.à nobis, il. ij. quia in tali caſu etiam deberet baptizari, & à peccatis abſolui; de bap. & eius effectu, cap. maiores. & vide in tit. de ſacra Vnctione per totum. Et ibi dicitur de vnctione Regum,& de vnctione chriſmatis poſt baptiſmum, quæ dicitur Confirmatio. & ibi dicit text. Scire te volumus, duas eſſe ſpecies vnctionis; exteriorem, quæ materialis eſt, & viſibilis; & interiorem, quæ ſpiritualis eſt, & inuiſibilis. Exteriori viſibiliter inungitur corpus, interiori inuiſibiliter inungitur cor. De prima Iacobus Apoſtolus ait: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum. De ſecunda Ioannes Apoſtolus ait: Vos vnctionem, quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis; & non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos, ſed ſicut vnctio vos docet de omnibus, ita faciatis. Vnctio viſibilis & exterior ſignum eſt interioris, & inuiſibilis vnctionis. Vnctio verò inuiſibilis & interior non ſolum eſt ſignum, ſed etiam ſacramentum; quia ſi dignè ſumitur, vel agit, vel auget abſque dubio, quod deſignat. Sic ergo patet, quòd per quinque ſacramenta, quæ prædicta ſunt, habetur perfectio vitæ. † Sed quia neceſſariũ eſt, quòd præ-
66 dicta ſacramẽta conferantur per determinatos miniſtros, neceſſarium fuit ſacramentum Ordinis, cuius miniſterio hæc ſacramenta diſpenſarentur, ad Heb.v. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti,& diſpenſatores miniſteriorum Dei. Et hoc eſt ſextum ſacramentum Ordinis.

67 † Septimum ſacramentum eſt Matrimonium, in quo ſi mundè viuunt homines, ſaluantur; & poſſunt ſine peccato mortali viuere. Et interdum declinant coniugati ad venialia, quando eorum concupiſcentia non fertur extra bonũ

bona matrimonij: & si feratur extra, tunc declinant ad mortale. & de hoc vide Host. in Summa, in tit. de sponsa. §. quid sit effectus. & vide ea, quæ scripsi in lectura mea de regulis iuris, ff. in l. nuptias.

† Per hæc autem septem sacramenta consequimur pec- 68
catorum remissionem; & inde in symbolo dicitur, Remissionem peccatorum, vt dixi. Per hoc etiam datum est Apostolis dimittere peccata. Ideo firmiter credendum est, quòd ministri ecclesiæ, ad quos deriuata est huiusmodi potestas ab Apostolis, & ad Apostolos à Christo, in ecclesia habeant potestatem ligãdi, ac soluendi. Et quod in ecclesia sit plena potestas dimittendi peccata, dixi latè supra in c. j.

Sciendum etiam est, quòd non solum virtus passionis Christi communicatur nobis, sed etiam meritũ vitę Christi, & quidquid boni fecerunt omnes sancti, communicatur in charitate existẽtibus; quia omnes vnum sunt. Psal. Particeps ego sum omnium timentiũ te. Et inde est, quòd qui in charitate viuit, particeps est omnis boni, quod fit in toto mundo; sed tamen specialius illi, pro quibus specialius fit aliquod bonum. Nam vnus potest satisfacere pro alio, sicut patet in beneficijs, ad quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergò per hanc communionem consequimur duo; vnum scilicet, quòd meritum Christi communicatur omnibus; aliud, quòd bonum vnius communicatur alteri. Vnde excommunicati per hoc, quòd sunt extra ecclesiam, perdunt partem omnium bonorum, quæ fiunt.

## TERTIA PARS SERMONIS EPISCOpalis, *de Iudicio finali, id est, vniuersali, & de Purgatorio.*

### SVMMARIVM.

1 *Quis prophetauerit finale iudicium. & num. 3.*
2 *Tota Trinitas authoritatiue iudicabit: Christus verò in quantum homo, executiue iudicabit, & ab omnibus videbitur.*
4 *Quæ erunt signa præcedentia vniuersale iudicium, vsque ad num. 19.*
20 *Tria signa infallibiliter colliguntur ex euangelico textu.*

21 Locus, vbi omnes homines in die iudicij congregabuntur.
22 Qui, & quot erunt accusatores contra malos in die iudicij; Item & quot testes examinandi erunt. & num. 23.
24 Triplicem ruinam reparabit, & reficiet Christus.
25 De purgatorio multa alia, & scitu pulcherrima.
26 Animæ ex hac vita migrantium quo vadant. remissiue.
27 Suffragia fieri non debent pro existentibus in paradiso.
28 Morientes cum peccato originali vadunt ad limbum; ad infernum vero qui; Item & de purgatorio. & num. 29. 30.
31 Animæ in purgatorio existentes possunt vivorum suffragijs adiuuari.
32 Decreuit ecclesia, vt quotidie pro defunctis oremus.
33 Purgatorij pœnæ cuius ministerio infligantur.
34 Quantum sit terribilis purgatorij ignis.
35 Mortui quomodo liberari possunt à tormentis purgatorij.
36 Malum duplex est.

PRophetauit † autem iudicium septimus ab Adam, Enoch dicens; Ecce venit dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt; & de omnibus duris, quæ contra Deum loquuti sunt peccatores impij. Et ideo secundum fidem nostram credimus (vt in symbolo) resurrectionem mortuorum, de etiam dicitur in symbolo Patrum. Et de resurrectione mortuorum vide supra in isto capit. in ij. parte sermon. Episcopalis. De iudicio finali dixit etiam sanctissimus Iob in cap. xix. Scio enim, quòd redeptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum; & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo: quare ergo nunc dicitis, persequamur eum? & radicem verbi inueniamus contra eum? fugite ergò à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est; & scitote esse iudicium. Et in Psal. xcvij. dicitur; Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate. Et Apostolus

Thess

Thessalonicenses j. c.iij. & v. prophetauit iudicium, dicendo: Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem nō habent. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non præueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, & voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo; & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi; deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus, obuiam Christo in aera; & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis. De temporibus autem, & momentis, fratres, non indigetis, vt scribamus vobis; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet; cùm enim dixerint, pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Et in j. epistol. ad Corinth. capit. xv. dicitur: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, scilicet de statu miseriæ ad statum gloriæ: & mortui resurgēt incorrupti, id est, amplius non morituri, & sine diminutione membrorum. Et ibi dicit Apostolus: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, id est, de statu animalitatis ad statum spiritualitatis: in nouissima tuba, id est, in voce Christi dicentis: Surgite mortui, venite ad iudicium. Et ibi dicit Apostolus: Caro, & sanguis regnum Dei possidere non possunt, id est, homines dediti vitijs. Et Petrus in epistola ij. c. fin. dicit: Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Aduenier autem dies Domini, vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuer-

sationibus, & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentum diei Domini; per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Nouos verò cœlos & nouam terram, secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace; & Domini nostri Iesù Christi longanimitatem, salutem arbitremini: Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis; sicut & in omnibus epistolis loquès in eis de ijs, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Et Matth. cap. iij. dicit: Permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et in cap. xiij. dicit; Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis; & ibi erit fletus, & stridor dentium. & cap. xvj. dicit; Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Et Petrus in canonica dixit; Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos. & in. epist. cap. iiij. dicit; Omnium autem finis appropinquabit, &c. Et sanctus Lucas in cap. xiij. ait. Vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et in c. v. Ioan. dicitur; Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. † Et tota Trinitas authoritatiuè iudicabit, sed Christus, inquantum homo, iudicabit executiuè; & videbitur ab omnibus: ratio est, quia index debet esse manifestus omnibus iudicandis; Deus autem Pater, vel Filius secundum diuinam naturā non videbitur in iudicio ab omnibus, quia tunc omnes essent beati; quoniam in tali visione consistit Beatitudo. Ideo executio iudicij data est Christo homini, qui poterit ab omnibus videri. Et procedent, qui bona fecerunt; hoc dicitur ad denotandum; quòd fides sine operibus non sufficit ad salutem; ita Nicolaus de Lyra in c. v. Ioannis. vbi dicit textus; Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius homnis est. Et Paulus. i. ad

Corinth.

Corint.vj.dicit;Nescitis, quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia, scilicet, per approbationem. Et legitur Apocalip.xxj. Absterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, & nox vltra non erit. Et Iacobus in canonica dicit; Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis: & loquitur de iudicio finali. Notabis, quòd anima nõ potest esse perfectè beata, nec quieta, nisi vniatur cum corpore; ad quam vnionem habet naturalem inclinationem, vt notatur per Nicolaum de Lyra.xxij.Matth. Et in resurrectione multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, & neque nubent, nec nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo, vt Matth.xxij. Vbi etiam dicit: De resurrectione autẽ mortuorum non legistis, quod dictum est à Deo, dicente vobis: Ego sum Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Dominus mortuorum, sed viuentium, & c. xxv. dicitur; Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Et in symbolo Apostolorum, vt dixi; Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. Et in symbolo patrum; Expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi. † Et de iudicio finali vide Matth. xxv. dicentem: Cum autem venerit filius hominis in maiestatẽ sua, & omnes angeli eius cum eo. tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & cõgregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos adinuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis; & statuet oues quidem à dextris, hœdos autẽ à sinistris; oues quidem à dextris, id est, in potioribus bonis. quia transferentur ad gloriam, hœdos autem à sinistris, quia mali dimittentur ad pœnam, & quia dextra est locus honorabilior, ideo conuenit electis. Tunc dicet Rex his, qui à dextris erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnum à constitutione mundi; esuriui enim, & dedistis mihi manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere; hospes eram, & collegistis me; nudus, & operuistis me; infirmus, & visitastis me; in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes; Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus? sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut

nudum, & cooperuimus te; aut quando te vidimus infi-
mum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex
dicit illis: Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his
fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his
qui à sinistris erunt; Discedite à me maledicti in ignem
æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius; esuri-
enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedi-
stis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me; nudus
& non cooperuistis me; infirmus, & in carcere, & non
visitastis me. Tunc respondebant ei, dicentes; Domine
quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospi-
tem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non mi-
nistrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens; Amen
dico vobis, quamdiu nō fecistis vni de minoribus his, nec
mihi fecistis. Et ibunt ij in supplicium æternum, iusti au-
tem in vitam æternam. Quantum vtile sit reducere ad
mentem terribilitatem vniuersalis iudicij, ostēdit sapiens
Eccles. vij. dicens: In omnibus operibus tuis memorare
nouissima tua, & in æternum non peccabis. Et Greg. in
quadam homelia. xxxix. inquit; Præsentis temporis, si qui
est, ita est agenda lætitia, vt nunquam amaritudo diui-
næ iustitiæ, & iudicij diuini recedat à memoria. Ait etiam
Ambrosius in quodam sermone: Valde se solicitat in bono
opere, qui semper cogitat de extremo fine: & vera est ista
Augustini sententia dicentis; quia apud Deum nullum bo-
num irremuneratum, & nullum malum impunitum. Ne-
cesse ergò est, quòd veniat vniuersale iudicium, in quo
quisque recipiet, secundum opera sua, bonum, vel malum.
Dixi superius; discedite à me maledicti in ignem æter-
num, qui paratus est diabolo, & angelis eius; Dico quod
peccatum angeli non potuit reparari, quia secundum or-
dinationem diuinam tempus merendi præfixum est tan-
angelis, quàm hominibus; hominibus quidem mors, an-
gelis verò casus. Itaque casus in angelo est, mors in homi-
ne: & sicut homo post mortem non potest mereri culpæ
remissionem, ita & angelus post casum non potest mereri;
est enim semper in termino, & nunquam in via merendi
aut demerendi, & hæc est veritas.

## DE SIGNIS IVDICIVM VNIuersale præcedentibus.

SCiendum † est, secundum Richardum in. liij. dist. art. xlviij. q. iij. & sanctum Bonauenturam ead. distinct. in quæstion. circa literam, quod Hieronymus in quadã epistola scribit, se legisse in annalibus Iudæorum quædam signa, quæ dicuntur debere præcedere vniuersale iudicium; sed vtrum debeant esse continua, non expressit; quæ sunt hæc. † Prima die omnia maria exaltabuntur xv. cubitis supra omnes montes à loco suo miraculose, iuxta illud psal. ciij. Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram. Erit ergo, sicut fuit tempore, quo filij Israel transierũt mare rubrum: nam aqua erat illis pro muro, Exod. xiiij. De hac autem eleuatione prophetatum videtur Psal. xcij. vbi ait Dauid, loquens de futuris, tanquam de præteritis: Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam; Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris. &c. Et Isa. l. Ait Deus; Ego Dominus, qui conturbo mare, & intumescent fluctus eius: Videntes autem hæc homines valdè contremiscent. Vnde idem propheta inquit Psal. xlvij. Ipsi videntes sic, admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Et congrue ponitur eleuatio xv. cubitorum; quia praui per trãsgressionem Decalogi contra Deum eriguntur, iuxta illud Iob xv. Tetendit manum suam contra Dominum, & contra omnipotentem cucurrit erecto collo, &c. Et similiter eriguntur contra ecclesiam, quæ in quinque Patriarchatibus consistit, Romano scilicet, Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano; de quibus exponi potest illud Hiere. xix. In illa die erunt quinque ciuitates iurantes per dominum exercituum. † Secunda die omnia æquora prosternentur in profundum, ita vt vix videri possint: quod fiet cum terribili strepitu, dicente propheta Abach. iij. Dedit abyssus vocem suam. Dauid Psal. lxxvj. Viderunt te aquæ Deus, & timuerint, & turbatæ sunt abyssi. & Isaiæ dicitur; Arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, ac siccabitur.

4 5 6

bitur. & deficient flumina, attenuabuntur, ac ficcabuntur
riui aggerum: quod erit ſignum depreſsionis damnando
rum in profundum inferni; qui in hoc mundo fuerunt p
ſuperbiam eleuati. de quibus dicit Claudianus li j. in Ru
finum. Tolluntur in altum, vt lapſu graviore ruant: h
Martialis poeta inquit: Altior aſcenſus, grauior plerum
ruina. Et Maximianus canit; Et grauius ſummo culmi
7 celſa ruunt. † Tertia die aquæ ipſius maris redigentur
priſtinũ ſtatum, & fiet adequatio, & tranquillitas in aqu
Sicut autem exaltatio maris, & depreſsio, ac conturbat
eius ſignificat & conturbationem, & conculcationem m
lorum, iuxta illud Iſa. lvij. Cor impij quaſi mare ferue
quod quieſcere non poteſt; & redundant fluctus eius
conculcationem, & luctum: ita ipſius maris tranquilli
denotabit, quòd boni, qui in hoc mundo, qui mari aſsim
latur, fuerunt, diuerſis conquaſſationibus agitati, perf
ctam quietem recipient, & conſolationẽ, iuxta illud, qu
dicitur Thobiæ iij. Poſt tempeſtatem tranquillum fac
8 poſt lachrymationem, & fletum exultationem infundi
Quarta die omnes beluæ, & animalia, quæ mouentur
aquis, congregabuntur, & eleuabuntur ſuper pelagus i
uicem mugientes. iuxta illud Sap. xvij. Mugientium vi
da vox beſtiarum deficientes illos faciebat præ timor
Hoc autem ſignum erit ad deteſtationem nolentium co
fiteri peccata ſua; ſicut præcipitur Iacob. v. confitemi
alterutrum peccata veſtra: Nam ipſæ beluæ marinæ ſi
cient, quod rationales creaturæ facere contempſere: Iſa
enim pro modulo ſuo clamabunt ad dominum; homine
verò, quibus data eſt ratio, vox, & voluntas, ſua pecca
9 tacebunt. † Quinta die omnia volatilia cœli congreg
buntur in campis, & non guſtabunt quidquam, nec b
bent; ſed emittent voces quaſdam quaſi flebiles, & qua
dicant illud Apocal. viij. Væh, væh, væh, habitantibus i
terra, id eſt, tractantibus ea, quæ corporis ſunt; quod d
terra originem traxit. Væh habitantibus in terra, id e
in peccato mortali: Væh auaris, væh raptoribus, væh vſu
arijs, væh ſuperbis, væh tyrannis & oppreſſoribus pro
rimorum, væh luxurioſis, væh adulteris, væh ſodomit

væh gulosis, væh partialibus, væh dissolutis iuuenibus, væh vanis mulieribus, væh malis religiosis, clericis, & sacerdotibus, væh malis prælatis, væh inobedientibus subditis, væh malis artificibus, & mercatoribus, væh omnibus malè viuentibus, væh hæreticis, & omnibus infidelibus, væh vobis impijs, qui dereliquistis legem domini altissimi, Eccles. xlj. Væh genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Isa. j. Væh qui contradicit factori suo. Isa. xlv. † Sexta die flamma maxima consurget ab occasu solis, currens contra faciem firmamenti vsque ad orientem, ad designandum, quòd peccatores, qui fuerunt frigidi in amore Dei, debent flamma infernali in proximo incendi, iuxta illud Psal. cv. Flamma combussit peccatores † Septima die omnia sydera, tam fixa, quàm erratica spargent ex se igneas comas, sicut cometæ ad denotandum, quòd omnes status mundi debent mutari, iuxta illud Lucani in j. Mutantem regna cometam, &c. † Octaua autem die ita magnus erit terræmotus, quòd omnia ædificia alta prosternentur. de quo Apocal. xvj. dicitur, terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram. Et hoc signum fiet ad detestationem cupiditatis humanæ, quasi terra non possit amplius auaros super se tollerare. vnde Isa. xv. & xxiiij. dicitur: Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius, & grauabit eam iniquitas. † Nona die omnes lapides scindentur, & inuicem collidentur. Et hoc in detestationem eorum, qui noluerunt conteri de peccatis, quibus dicitur Eccles. x. Cor durum malè habebit in nouissimo, quia noluit seruare illud Ioh. ij. Scindite corda vestra. Vnde verificabitur illud Eccles. xvj. Conteretur cum delinquente delictum. † Decima die omnes plantæ, & herbæ fluent sanguineum rorem. de quo Ioh. ij. dicit dominus; Dabo prodigia in cœlo sursum, & in terra deorsum sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Et de hoc prophetauit Sybilla Tiburtina, dicens iudicij signum; Tellus sudore madescet. Isa. xxxiiij. dicitur. Inebriabitur

10 11 12 13 14

terra

terra sanguine;& hoc ad detestationem eorum,qui nolu
runt effundere lachrymas ex dolore peccatorum suorun
15 & memoria passionis Christi. † Vndecima die omn
montes,& colles, & ædificia in puluerem redigentur,
adæquabitur terra, de quo Psal.xcvj.dicitur:Montes sic
cera fluxerunt à facie domini,quia venit iudicare terra
Et Isa.xl.j.dicit:Omnis vallis implebitur,& omnis mó
collis humiliabitur, & reuelabitur gloria Domini,&c
hoc ad significandum,quòd illi, qui habuerunt altitu
nem,& superioritatem, ac dominationem superalios,
die iudicij eam habere cessabũt; tunc enim,vt ait glo.in
si.lxxxix.dist.amplius non erit dominatio,siue gradus
ioritatis vnius ad alterum. De hoc etiam signo prædict
fuit Baruch.v.vbi dicitur:Constituit Deus humiliare c
nem montem excelsum,& conualles replere in æquali
16 terræ. † Duodecima die omnia animalia congrega
tur in campis rugientia,& nihil gustantia,iuxta illud I
re.ij.Super eum rugierunt leones,& dederunt vocẽ su
& hoc ad denotandum perpetuum lamentum damn
rum;in quorum persona dicitur Isa. xlix.Rugiemus o
17 vrsi omnes. † Tertia decima die omnia sepulchra abo
solis vsque ad occasum patebunt cadaueribus ad refug
dum; & ossa mortuorum simul congregata super se
chra stabunt, iuxta illud Ezech.xxxvij. Ecce ego aper
tumulos vestros dicit dominus. Et ibidem, Accesser
ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam. Q
erit in detestationem eorum,qui credunt nullam alia
se vitam, & negant resurrectionem futuram; secund
quorum opionem dicitur Psal.xxxxviij. Et sepulchra
18 rum domus illorum in æternum. † Quarta decima die
mines tunc viuentes de habitaculis suis recedent, dis
rentque attoniti, velut amentes, & nihil adinuicem
quentes ex timore & stupore, iuxta illud Isa. xxxiij. C
territi sunt Syon peccatores, possedit hypocritas: Q
fiet in detestationem eorum, qui non timent, neque
dunt venturum Dei iudicium, sed derident prædica
de ijs; de quibus dicit Psal.xij. Non est timor Dei
oculos eorum. De vagatione autẽ illorum dicitur, So

Ar

Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt.† Quin- 19
ta decima die omnes homines morietur, & resurgent cum
mortuis longè ante defunctis, iuxta illud Isa. xiij. Omnis,
qui inuentus fuerit, occidetur. & Dani. xij. Qui dormiunt
in terræ puluere, euigilabunt. Et posito, quòd ista signa de-
beant accidere, credo, quòd homines erunt ita cæci diui-
no iudicio, quòd non intelligent ea, sed tantum trepida-
bunt, & pleni formidine deficient à sensu. Verùm quia
Hieronymus non affirmat prædicta signa debere accide-
re, † ideo ex euangelico textu tria infallibiliter colligun- 20
tur: primum signum dicitur redemptoris apparitio: Se-
cundum, corporum cœlestium immutatio: Tertium, e-
uangelicarum virtutum commotio. De primo canit ec-
clesia in festo Sanctæ Crucis, dicens; Hoc signum crucis
erit in cœlo, cum dominus ad iudicandum venerit. Et do-
minus noster Iesus Christus, Matth. xxiiij. dicit. Tunc ap-
parebit signum filij hominis in cœlo. Vnde magister in
iiij. dist. xlviij. inquit: Angeli deferent ante eum signum
crucis. & dicit Richar. in ead. dist. in quæstio. circa literam,
quòd ipsammet crucem, in qua crucifixus est, portabit ad
iudicium, restauratam miraculosè, maximum habentem
splendorem. De quo Chrysost. super Matth. dicit. Crux
apparebit sole lucidior existens. Licet autem aliqui dixe-
runt, quod non erit lignum crucis, in qua mortuus est
Christus, sed quoddam signum illius crucis repræsentati-
uum; tamen communiter tenetur, quod illamet crux, in
qua crucifixus est Christus, portabitur ad iudicium. Qui
enim corpora humana, redacta in pulueres, eadem in nu-
mero restaurabit, illam eandem crucem numero restaura-
re poterit. Et multo rationabilius est, quòd ipsamet ad iu-
dicium portetur, quàm aliquod signum pro ea: Et hoc tri-
plici ratione. Primò, in ostensionem glorioſæ victoriæ
Christi, vt videant omnes, quàm mirabiliter ab eo fuerint
redempti. Secundò, in ostensionem eius misericordiæ, vt
videant boni, quàm misericorditer ab eo fuerint saluati.
Tertiò, in ostensionem suæ iustitiæ, vt videant mali, quàm
iustè sunt damnati. Secundum signum habetur Matth. xx-
iiij vbi dicitur: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen
suum,

ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo. Et Lucæ xxj. Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis. Et hoc prædixit Iſa. xiij. dicens: Stellæ cœli non expandent lumen ſuum; obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non reſplendebit in lumine ſuo. Circa obſcurationem ſolis notandum eſt ſecundum Alexandrum de Ales, in iij. par. ſummæ. & Richar. qui ſequuntur Magiſtrum in iiij. diſtinct. xlviij. quòd ſolem, & lunam obſcurari poteſt intelligi, vel in ipſo aduentu iudicij: & ſic dicuntur obſcurari non ſui luminis priuatione, ſed ſuperuenientè maioris luminis claritate, vt ait Hieronymus; quia maius lumen obfuſcat minus. Vnde Chryſoſt. ſuper Matth. inquit: Sicut in hoc ſæculo Luna & ſydera mox obſcurantur orto ſole, ſic in glorioſa Chriſti apparitione ſol obtenebreſcet, & Luna non dabit proprium lumen; hæc ille. Tertium ſignum erit angelicarum virtutum commotio; de qua Matth. xxiiij. dicitur; Virtutes cœlorum mouebuntur. & Lucæ xxj. idem dicitur. Et hoc etiam ſecundum præfatos doctores dupliciter intelligi valet, aut pro ordine virtutum, qui, ſecundum Dyoniſium in libro de angelica hierarchia, eſt medius in media hierarchia; aut pro omnibus cœleſtibus ſpiritibus. Si primo modo, ideo virtutes cœlorum mouebuntur, quia angeli illius ordines, quorum officium eſt circa mundi regimen, faciendo aliqua facta inſolita ad reuocandum mentes hominum in Deum, per modicum tempus ante Chriſti aduentum facient facta maioris admirationis, quàm vnquam ante fecerunt. & in ipſo aduentu mouebuntur, ceſſabunt corpora cœleſtia. Item notabitis capit. ij. in epiſtola ij. ad Theſſa. vbi Apoſtolus reddit Theſſalonicenſes cautos. Circa quod ſciendum, quòd aliqui Theſſalonicenſes credebant diem iudicij appropinquaſſe propter tribulationes, quas ſuſtinebant, quia Chriſtus in Euangelio dixerat, eccleſiam maximè tribulari appropinquante die iudicij, vt patet Matth. xxiiij. propter quod timebant maiores tribulationes incurrere; tum quia Apoſtolus dixerat in. i. epiſt. ad Theſſ. c. iiij. (vt iam diximus) multa de iudicio vniuerſali: Propter quod in. d. c. ij. aſſecurat eos de die iudicij longa diſtantia, reddens eos cautos, dicens: Rogamus

gamus autem vos, fratres, per aduentum Domini nostrî Iesu Christi,& nostræ congregationis in ipsum, vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini: neque vos seducat vllo modo; quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur,& extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Non retinetis, quod cum adhuc essem, apud vos, hoc dicebam vobis? Itaque ista duo signa, secundum Apostolum, præcedent iudicium. De dissensione in ecclesia meo iudicio iam laboramus in ea propter prauam inuentionem hæreticorum. & vide Nico. de Lyra in d.c.ij. † De loco iudicij, vbi cõgregandi sunt omnes homines, habemus scripturam Iohel. iij. Vbi inquit Deus; Adducam omnes gentes in valle Iosaphat, & disceptabo cum eis. Pro quorum declaratione videbis Richar. in iiij. dist. xlviij. argu.j. q. vij. quòd Christus non descendet in vallem, sed super montẽ Oliueti, vbi in cœlum ascendit; & residebit in aere in throno fulgentissimo, in loco alto, vt ab omnibus possit videri. Homines cõgregabuntur in valle Iosaphat, cui præeminet mons Oliueti, electis tamen ad dexteram iudicis existentibus, non in terra, sed in aere, iuxta illud. j. ad Thessa. iiij. Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aere. Sed perfecti eminẽtius,& magis prope iudicem erunt; reprobi verò in terra stabunt à sinistris iudicis, vt habetur expresse Matth. xxv. & cum ijs concordat Magister in iiij. dist. xlviij. c. pe. Itaque reprobi iacebunt sicut vermes fœtidi,& valde lapsi. & dicunt docto. quod magis congruum est, quòd Christus iudicando stabit in aere super mõtem Oliueti, quàm super locum, in quo passus est in forma infirma: Nã iudicabit in forma gloriosa, sicut & ascendit. † Facietigitur Deus venire accusatores contra malos, qui erunt quatuor principales; primus erit conscientia propria cuiusque iuxta illud xxj. Danielis. Millia millium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei: sedit que iudicium,& libri aperti sunt, id est, 21 22

con-

conſcientiæ. & Hiere. ij. dicitur; Arguet te malitia tua. &
Sap. iiij. Traducét illos ex aduerſo iniquitates ipſorum. &
ad Roma. ij. inquit Paulus: Teſtimonium illis reddente
conſcientia eorum: tunc enim in conſcientia cuiuſque p
tebunt omnia ſcelera. Et qui de peccatis pœnitentiæ
non fecerunt, in conſpectu totius mundi confundentur
quia (vt ait Bernardus) peccatum proprium cuique dic
in iudicio, tu me feciſti, opus tuum ſum, ego ſemper tecu
ero. Secundus accuſator erit ſcriptura ſacra, prophetæ,
prædicatores, Ioan. v. Eſt qui vos accuſat, Moyſes, &
Moyſis. Tertius erit cœlum cum omnibus creaturis, I
xx. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra conſur
aduerſus eum. Quartus erit Dæmon, de quo Apoc. xij.
citur. Diabolus accuſator eſt fratrum, qui accuſabit eos
23 te Domini noſtri conſpectum. † Examinabuntur teſt
quorum primus erit angelus cuiuſque: Vnde Chryſoſt.
per Matt. inquit: Angeli erunt cum ipſo teſtificantes qu
tum adminiſtrauerunt à Deo miſsi. Secundus teſtis erit
lius indiſciplinatus contra patrem; ideo Eccl. xlj. dicit
De patre impio conqueruntur filij; quoniam propter
lum ſunt in opprobrium. Tertius teſtis erit clamor pu
lorum, orphanorum, & viduarum, de quibus Sap. v. di
tur; tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eo
qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum
Item teſtes erunt Chriſtus, & Paſsio eius, iuxta illud P
rony. Crux Chriſti contra te perorabit. Plangent ea
omnes tribus terræ; neque enim virtus reſiſtendi erit,
que fugiendi facultas à facie eius, nec pœnitentiæ loc
nec ſatisfactionis tempus; & anguſtia erit omnium rer
nihilque eis remanebit præter luctum. Quæ omnia con
derans Bernardus, in quodam ſermone inquit: Attend
quàm cito veniet dies vltima: ſubito veniet, & forſitan
die erit, iam adeſt. Et poſt iudicium aer erit clarior ſepti
quàm nunc ſit, neque habebit impreſsiones, quas patit
modo; quia non erunt nubes, neque venti, nec pluu
nec ros, neque grando, neque tonitrua, neque f
gura. Et tunc verificabitur illud Pſal. xvij. Præfulgore
conſpectu eius nubes tranſierunt, grando, & carbones

nis: & vide Basilium super Psal.xxviij. Ignis verò, & aqua fient puriora, & manebunt, secundum Doctores, non solum secundum substantiam, sed etiam secundum qualitates suas, quantum ad habitus, quos nunc habent, & non quantum ad vsum. Et in Psal.cix. dicitur: Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, cõquassabit capita in terra multorum. † Et aduerte, quòd triplicem ruinam reparabit & reficiet Christus, & restaurabit in die Iudicij. Nam primò reparabit, & implebit ruinam corporum, & cadauerũ mortuorum, quia mittet angelos suos, & vocabit omnes mortuos à quatuor ventis terræ, & congregabit omnes in vallem Iosaphat; & sic erit impleta, & reparata ruina corporum mortuorum: Et Christus implebit & reparabit ruinam falsam Iudiciorum: Et Christus implebit & reparabit ruinam angelorum; quia tunc erit completus numerus electorum, & implebuntur sedes vacuæ, de quibus angeli mali ruerunt. Ex supradictis constat, quod requiritur ad vltimam hominis beatitudinem, quòd anima rursum corpori vniatur, ita sanctus Thom. in suo compendio Theologiæ, cap.clj. & idem corpus resumet, vt in c. clij. eiusdem operis, & omnia membra resurgent, & sine aliquo defectu, quia Deus omnia supplebit in corpore deformato. Et in dicto Compendio videbis aliqua de resurrectione mortuorum, & vide omnino ea, quę dixi in secunda parte præsentis sermonis. Et nunc ista sufficiant. Iam verò aliqua pro complemento sermonis de Purgatorio dicamus. Itaque ex lectura sermonis nostri constat, quòd humana salus consistit in veritatis cognitione, ne per diuersos errores intellectus obscuretur humanus; in debiti finis intentione, ne indebitos fines sectando à vera felicitate deficiat; in iustitiæ obseruatione, ne per vitia diuersa sordescat. Cognitionem autem veritatis, humanæ salutis necessariam, breuibus & paucis fidei articulis comprehendit. Hinc est, quod Apostolus ad Rom. ix. dicit: Verbum abbreuiatum faciet Deus super terram: & hoc quidem est verbum fidei, quod prædicamus. Intentionem humanam breui oratione rectificauit, in quo, dum nos orare docuit, quò nostra intentio & spes tendere debet, osten-

dit. Humanam iustitiam, quæ in legis obseruatione con
fistit, vno præcepto charitatis consummauit; Plenitud
enim legis est dilectio. Vnde Apostolus j. ad Corinth. xi
in fide, spe, & charitate, quasi in quibusdam salutis nostr
compendiosis capitulis, totam præsentis vitæ perfectio
nem consistere docuit, dicens: Nunc autem manent fide
spes, & charitas. Vnde hæc tria sunt, vt beatus Augustinu
dicit, quibus colitur Deus. Ideo, frâtres charissimi, opt
mam doctrinâ de Christiana religione tradidi, quam se
per præ oculis poteritis habere. Et circa hæc tria in pr
senti sermone tota nostra versatur intentio: Nam di
mus de fide, de spe, de charitate: nunc (vt promisimus)
Purgatorio dicamus.

## DE PVRGATORIO.

25 † Licet aliquæ animæ statim, cùm à corporibus
soluuntur, beatitudinem æternam consequantur,
liquæ tamen ab hac consequutione retardantur
tempus. Contingit enim quandoque aliquos pro pec
tis commissis, de quibus tamen finaliter pœnitent, pœ
tentiam debitam non impleuisse in hac vita: & quia o
diuinæ iustitiæ habet, vt pro culpis pœnæ reddantur
portet dicere, quòd post hanc vitam animæ pœnam
soluant, quam in hoc mundo nõ exsoluerunt. Non au
ita, quòd ad vltimam miseriam damnatorum deuenia
cùm per pœnitentiam ad statum charitatis sint reduc
per quam Deo sicut vltimo fini adhæserunt, per quod
tam æternam meruerunt. Vnde sequitur, post hanc vit
esse quasdam purgatorias pœnas, quibus pœnitentiæ
impletæ implentur. ita beatus Thom. in suo compen
Theologiæ, cap. clxxxj. Similiter etiam contingit, aliq
in hac vita decedere sine peccato mortali, sed tamen c
peccato veniali, per quod ab vltimo fine non auertun
sed circa ea, quæ sunt ad finem, indebitè inhærendo pe
uerint. Quæ quidem peccata in quibusdam viris perfe
ex feruore charitatis purgantur, in alijs autem opo
per aliquam pœnam huiusmodi peccata purgari; qui
vit

vitam æternam assequendam non perducitur, nisi qui ab omni peccato, & defectu fuerit immunis: Oportet igitur ponere purgatorias pœnas post hanc vitam. ita S. Thom. vbi supra, cap. clxxxij. † Ad maiorem declarationem sciendum est secundum Richar. in iiij. dist. art. ij. q. j. & beatum Thom. eadem distinct. art. ij. q. iiij. quòd animæ decedentium ex hac vita aut vadunt in paradisum, vel in limbum, aut in infernum, aut in purgatorium. In paradisum vadunt statim post mortem tres species hominum, quæ sunt significatæ per illos tres homines, quibus apertum est cœlum. Primò apertum est Christo baptizato, Lucæ iij. per quod significatur, quod cœlum aperitur baptizatis. Quicunque enim rectè baptizati sunt, siue paruuli, siue adulti, si decederent statim post baptismum, ad cœlos recto tramite euolarent. Baptismus enim virtute passionis mundat ab omni peccato tam originali, quàm actuali, secundũ Augustinum in libro de baptismo paruulorum: vt etiam habetur in c. per baptismum, de consec. dist. iiij. & per Magistrum in iiij. dist. iiij. Secundò apertum est cœlum Stephano lapidato, & martyrizato: Vnde dixit Act. xij. Ecce video cœlos apertos. per quod significatur, quòd cœlum aperitur omnibus martyribus, ita quod statim post mortem euolant ad cœlos; & omnia peccata, quæ habent, falce martyrij resecantur, quoad omnem pœnam, c. baptismi vicem, & c. catechuminum, de consecr. dist. iiij. & cap. firmissimè, xv. q. j. Tertiò apertum est cœlum Ioanni Euangelistæ, viro perfectissimo, vnde ipse dixit Apoc. iiij. Vidi ostium apertum in cœlo. per quod significatur, quòd viris perfectis, qui totaliter pœnitentiam de peccatis compleuerunt, vel nulla peccata mortalia commiserunt, & si quæ venialia fecerunt, feruore charitatis protinus absorpta sunt, cœlum ipsum continuò aperitur, & in illud perpetuo regnaturi ingrediuntur; vt habetur Apoc. xiiij. vbi dicit Aquila volans: Audiui vocem de cœlo dicentem mihi, scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodò enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. 26

† Concludo igitur secundum Richar. & Tho. vbi sup. 27

& Auguſt. in Enchry. quòd ſuffragia non debent fieri pro existentibus in paradiſo; cùm ipſi ex noſtris orationibus non poſsint percipere aliquam vtilitatem, cùm ſint immunes ab omni indigentia, & habent, quicquid habere cupiunt, ſecundum omnes Theologos in iiij. diſtin. xlix. Idem dicit Auguſt. vbi ſupra; Iniuriam facit Martyri, vel Beato, qui orat pro ipſo. Tamen ſi quis orauerit prò aliquo qui ſit in paradiſo, de cuius ſtatu non eſt certus, non amittit mercedem ſuam; quia oratio eius (vt ait Pſalmiſta) in ſinu ſuo conuertetur.

¶3 †Secundò dico, quòd ad limbum vadunt omnes illi qui moriuntur ſolum cum peccato originali, ſecundum prædictos Theologos, videlicet Richar. & Thom. vbi ſupra. Et ſciendum eſt ſecundum Richar. in iiij. diſt. xlv. art. j. q. ij. quòd ſub terra ſunt quatuor loca, vnus ſupra alium; quæ omnia poſſunt appellari infernus, quaſi infernorum; quæ omnia poſſunt appellari infernus, quaſi infernorum; quæ omnia poſſunt appellari infernus, quaſi infernorum

riuntur cum peccato mortali; ideo cuilibet sic morienti dicitur, Isa. xiiij. ad infernum detraheris in profundum, &c. Et de his sciendum secundum Augustin. in Enchry. & Magistrum in iiij. dist. xlv. & sanctum Bona. Scotum, Rich. & sanctum Tho. ea. distinctione; & habetur extra de celebr. miss. cum Marthæ, & xiij. quæst. ij. capit. in præsenti, & cap. pro obeuntibus; quòd pro damnatis non debent fieri suffragia, quia nihil eis prodesse possunt; nam sicut membra præscissa à corpore non possunt recipere alimentum de cibo assumpto ab ipso corpore; ita damnati, cum sint præcisi à corpore mystico ecclesiæ, quia non habent charitatem, per quam membra corporis mystici vniantur, nō poterunt sentire aliquod iuuamen per suffragia ecclesiæ. Vnde concludit sanctus Bona. in iiij. dist. xlvj. art. j. q. j. quòd in inferno nulla est redemptio, neque quò ad totalem liberationem, nec quò ad pœnæ diminutionem, vel mitigationem, neque quò ad temporis suspensionem, neque quò ad fortificationem ad leuius tolerandum. Et hoc est, quod dicitur Prouerb. xj. Mortuo homine impio non erit vltra spes. Et dicit sanctus Bona. vbi supra, quòd ecclesia non intendit vllo modo pro damnatis orare, quia neque ipsi, nec alij possunt pro eis Deo satisfacere; quamuis enim damnati ipsi semper ieiunabunt, tamen hoc illis non erit ad meritum, sed ad supplicium. Hiere. xiiij. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum. Non etiam poterunt Deo satisfacere per orationes, Prouerb. j. Tunc inuocabunt, & ego non exaudiam, dicit dominus. Vnde de damnato ait Psal. Et oratio eius fiat in peccatum. Neque etiam per opera misericordiæ: nō enim poterunt aliquem induere, quia ipsi erūt totaliter denudati, Ezech. xvj. Eris nuda, & confusione plena. Non cibum, vel potum alicui porrigere, quia erunt perpetua fame, & siti afflicti, Isa. lxv. Ecce serui mei comedent, vos esurietis, &c. Nec hospitio aliquem recipere, quia erunt à ciuitate Dei exules, Apocal. xxij. foris canes, & venefici, & impudici &c. Nec infirmos visitare; quia iacebunt perpetuis doloribus cruciati. Isa. l. In doloribus dormietis, &c. Nec ad incarceratos ire, quia erunt perpetuis vinculis compediti, Sap. xvij.

Vinculis tenebrarum,& longæ noctis compediti,&c.Ne aliquos sepelire,quia ipsi erunt in inferno in æternum s pulti,Lucæ xvj.Mortuus est diues,& sepultus est in infe no.Nec etiam sancti poterunt eis veniam impetrare, d cente domino,Hiere.vij, Tu noli orare pro populo ho nec assumas pro eo laudem , quia non exaudiam te. S contra prædicta inducunt aliqui exemplum Gregorij, quo legitur in vita eius , quòd cum semel transiret p forum Traiani,recordaretur de eius mansuetudine.Nã cum quadam die ipse Traianus festinaret ad bellum, dua quædam occurrit ei , dicens ; obsecro, vt sanguin filij mei innocentis interempti vindicare digneris. Cu que Traianus dixisset ,quòd si sanus reuerteretur, v dictam faceret,tunc vidua dixit;Quis mihi hoc præsti si tu in prælio mortuus fueris? Respondit Traianus, qui post me imperabit.Cui vidua; Et quid tibi prode alter mihi iustitiam fecerit? Respondit Traianus, vt nihil.Et vidua ait;Nonne melius est, vt tu mihi iustit facias , quàm alteri transmittas ? Tunc Traianus de e descendit, & viduæ iustitiam ministrauit, inueni quòd filius suus,dum per vrbem equitando nimis la discurreret, filium viduæ interemit. Quare Traian lium suum , qui hoc fecerat,viduæ loco filij sui dest tradidit, & magnificè eam dotauit. Quam mansue nem considerans beatus Gregorius in ecclesia sanct tri pro anima Traiani amarissimè fleuit. Et ibi diun sibi responsum fuit ; Ecce petitionem tuam comple Traiano pœnam æternam remisi : de cætero autem n ne pro damnato aliquo preces fundas. hæc omnia h tur in legenda beati Gregorij. Damascenus autem in dam sermone dicit; Gregorius audiuit vocem sibi di tus dicentem;Vocem tuam audiui,& Traiano veniam Ex quibus videtur concludi, quòd oratio Gregorij fuit Traiano damnato. Sed super hoc diuersi varia runt;aliqui enim dixerunt,quòd Traianus fuit reuo ad vitam, & fecit pœnitentiam , & sic veniam meru gloriam obtinuit: sed hæc responsio non tollit argu tum, Alij dixerunt,quod anima Traiani non fuit fim

ter à reatu pœnæ æternæ absoluta, sed eius pœna vsque ad tempus, id est, vtque ad diem iudicij fuit suspensa: Et hæc responsio non tollit etiam argumentum; quia dictum est in superioribus, quòd nullum adiutoriũ possunt dare suffragia damnatis. Ioannes vero diaconus, qui vitam beati Gregorij descripsit, inquit, quòd non legitur Gregorium orasse, sed fleuisse pro anima Traiani Imperatoris; & frequenter Deus misertus concedit, quod homo, quamuis desiderans, petere non præsumit. Et ideo inquit, quòd anima Traiani non fuit ab inferno liberata, & in paradiso posita, sed tantum ab inferni cruciatibus exempta; potest enim anima in inferno existere, & inferni cruciatus per Dei misericordiam non sentire. Hæc tamen opinio non tollit argumentum. Vnde aliorum est opinio verior, & communior, quòd Traianus non fuerat à Deo damnatus per diffinitiuam sententiam; diuina enim sapientia præuidens beatum Gregorium debere orare pro Traiano, ex singulari dispensatione distulit sententiam diffinitiuam; & ideo oratione beati Gregorij condonauit Traianò pœnam, ad quam merebatur damnari, & gloriam æternam illi concessit. Et ideo non est dicendum ex hoc vno, & singularissimo exemplo, quòd damnatis per diffinitiuam sententiam suffragia ecclesiæ prosint; cum nec in minimo possint eis fauere: ius enim singulare non trahit ad consequentiam. l. quod vero cõtra. ff. de legibus.

Dicit ergo August. in libro enchri. de suffragijs, quæ fiunt pro malis; Talia enim omnia etsi pro valde malis nulla sint adiumenta, qualescunque tamen sunt consolationes viuorum. hæc ille. Pro conclusione ergo quòad hoc dico, quòd quia nescimus sæpenumero, vtrum quis sit saluatus, vel damnatus, & multi sunt, qui ita videntur boni, vt in morte credantur transire ad cœlum, & tamen vadunt ad purgatorium propter aliqua peccata secreta, quæ non purgauerunt. Alij vero, qui semper fuerunt mali, aliquando in morte accipiunt talem contritionem, quòd ab inferno liberantur, & ad purgatorium mittuntur, & de eorum contritione nobis non constat; possumus rogare Deũ cum conditione, scilicet si sunt in tali statu, quod nostra

oratio illis prodesse valeat: & tales orationes non erunt frustratoriæ: quia si non proderunt illis, proderunt nobis, iuxta illud Saluatoris dictum Matth. & Lucæ x. Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax vestra; sin autem, ad vos reuertetur.

90 † Quarto dico secundum prædictos doctores, quòd aliquæ animæ vadunt ad purgatorium, & sunt illæ, quæ moriuntur cum peccatis venialibus solum; vel si quæ mortalia commiserunt, tempore mortis contritionem habuerunt, sed pœnitentiam debitam non impleuerunt. Tales enim non debent ire ad infernum, quia non sunt mortui in peccato mortali; neque ad limbum, quia sunt baptizati, neque paradisum possunt intrare, quia scriptum est in[c]o non potest, de pœn. dist. j. Non potest quisquam gratiam vitæ cœlestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni labe peccati. scriptum est enim Apocal. penultimo. Nihil coinquinatum intrabit in illam. Vnde dicit Richar. in iiij. d[ist.] xxj. art. j. quæst. j. quòd nullus potest de lege communi intrare vitam æternam, donec est obligatus alicui pœnæ. Quia ergo iustitia requirit, vt peccata purgentur, & pœniantur. l. si longius, cum similibus. ff. de iudicijs, ideo necesse est dicere, quòd tales animæ, quæ in hoc mundo non fuerunt purgatæ, & non supportauerunt pœnas, quas meruerunt pro peccatis, postmodum vadunt ad aliquem locum, in quo purgantur. Et ille locus dicitur purgatorium a purgando, vt inquit Franc. de May. in suo tractatu purgatorio. Vnde de igne purgatorij potest exponi illud quod dicitur Num. xxxj. Omne, quod potest transire per flammas, igne purgabitur; & illud Prouerb. xxv. Aufer rubiginem de argento, & erit vas purissimum. Sed notandum secundum Richar. in iiij. dist. xxj. art. j. quæst. iij. d[ist.] xlv. art. j. quæst. ij. & sanctum Bona. in iij. dist. xx. art. j. vij. quòd est vnum purgatorium commune, & generale sub terra super infernum; ad quod communiter vadunt animæ purgandæ: sunt & alia purgatoria Particularia, ad quæ aliquando animæ à Deo mittuntur ad faciẽdam pœnitentiam etiã in hoc mundo. Et hoc facit secundum prædictos doctores, quinque de causis; primo propter eorum

leuiorem punitionem, quia aliquando non meruerunt horribilia tormenta purgatorij communis, & ideo mittũtur in hunc mundum, vt eorum peccata leuia sic purgentur. Vnde Grego. in iiij. dialogorum refert aliquibus reuelatum fuisse, animas quorundam defunctorum esse in vmbra ad faciendam pœnitentiam: & cuidam sancto patri reuelatum fuit animam cuiusdam defuncti esse in glacie ad faciendam pœnitentiam. † Itaque animæ in purgatorio 31
existentis possunt suffragijs viuorum adiuuari, intelligendo purgatorium siue secundum legem communem, siue secundum diuinam dispensationem. Modus autem liberandi animas est quadruplex, vel quadrupliciter reducibilis. Nam scriptum est xij. q. ij. cap. animæ defunctorum, & sunt verba Grego. Animæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut orationibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. Et idem habetur in capit. non æstimemus, ea. q. & cap. Ideo August. in sermone de cathedra sancti Petri ait; Ostendam hominibus, qua ratione defunctorum suorum animas iuuare vtilius possint: orent quotidie pro charis suis, interpellent Deum voce flebili, deprecentur pro eorum errore veniam, & lapsuum remissionem; pascant esurientes, vestiant nudos, & si quid horum defunctorum negligentia minus actum est, fide viuentium suppleatur; adhibeat quoque vnusquisque pro charis suis sanctorum preces, sacrificia offerat, & sacerdotali eos prosequutione domino cõmendet: hæc enim sunt, quæ charos nostros iuuare possunt; hæc sunt refrigeria quiescentium; hæc remedia defunctorum. hæc ille. De qua re ille inclytus dux Iudas Machabæus laudatur in Mach. ij. c. xij. vbi dicitur; Vir fortissimus Iudas collatione facta duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymã offerri eas ibi pro peccatis mortuorum, iuste & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis; sed quia considerabat, quòd hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam; sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à pec-

catis soluãtur. hæc ibi. Et ideo se debet vnusquisque solici-
tare, vt orationibus, & eleemosynis, ac alijs bonis operi-
bus animas defunctorum absolui faciat à vinculis pœna-
rum, iuxta illud Hebræ. xiij. Memento vinctorum tan-
quam simul vincti, & laborantium, tanquam & ipsi in
corpore morantes. Et si opera bona omnia defun-
ctis eis prosunt, potissimum tamen ex ijs est sacrificium
Missæ, in quo meritum passionis Christi efficacius opera-
tur. Ideo August. & Grego. dum opera, quæ prosunt de-
functis, commemorãt, primum omnium sacrificium alta-
ris enumerant. Similiter in sacramento Ordinis potest-
confertur presbytero offerendi pro viuis & pro mortui
Quod autem verum sit, mortuos à pœnis per suffragia li-
berari, patet per exemplum, quod ponit Greg. iiij. dialo-
gorum dicens, quòd cum quidam monachus suus, nom-
ne Iustus, ad extremum veniens tres se habere occulto
aureos indicasset, & de hoc ingemiscens mortuus fuisset
præcepit Greg. fratribus, vt corpus eius cum tribus aure
in sterquilinio sepelirẽt. Tamen cuidam ex fratribus
Greg. præcepit, vt vsque ad dierum. xxx. spatium omni di
pro eo corporis Christi hostiam immolaret. Qui cum iu
sa complesset; qui defunctus fuerat, in die trigesimo cu
dam fratri sibi germano apparuit. quem germanus requi
siuit dicens, Quomodo es? cui ille respondit, huculqu
male fui, sed iam modo bene sum, quia hodie communio
nem accepi. Quia vero virtute triginta Missarum ex in
positione beati Gregorij dictarum anima illa fuit libera
à pœnis purgatorij, ideo laudabilis consuetudo in
Christianos exorta est, vt pro suis defunctis faciãt celebra
re xxx. Missas, quæ dicantur Missæ S. Greg. propter pra
dictam causam, quo nihil gratius fieri potest ipsis mortui

32 † Et ideo Ecclesia ordinauit, vt in omnibus horis cano-
nicis quotidie fiat oratio pro defunctis, & dicatur, fideli-
animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Item
instituit diem commemorationis omnium defunctorum
cuius causam assignat author rationalis diuinorum offi-
ciorum lib. vij. dicens, quod sicut festum omnium sancto-
rum ordinatum est multis de causis, maxime propter
omissio-

omissorum festorum suppletionem, quia ipsorum ob multitudinem de omnibus specialiter feriari non valemus, item propter negligentiarum in festis, quæ celebramus, commissarum expiationem. Vnde in sermone omnium sanctorum dicitur, decretum est, vt die ista omnium sanctorum memoria habeatur, vt quidquid humana fragilitas per ignorantiam, aut negligentiam, vel per occupationem rei familiaris insolẽnitatibus sanctorum minus plene peregisset, in hac sancta obseruatione persoluat. Ita pariformiter commemoratio omnium fidelium defunctorum instituta est fieri ab ecclesia tali die, vt generalibus beneficijs adiuuentur, qui specialia habere non possunt. Sicut enim Pet. Damianus ait; Sanctus Hodibe comperiens, quòd apud Vulcanum Siciliæ crebræ voces, & vlulatus dæmonum audiebantur lamentantium, eo quòd animæ defunctorum per eleemosynas, & orationes de locis pœnalibus accipiebãtur, ordinauit in suis monasterijs, vt post festum omnium sanctorum fieret commemoratio defunctorũ: quod postmodũ a tota Ecclesia fuit approbatum. Et ideo talem diem expectant mortuorum animæ, cum maximo desiderio expectantes à pœnis eripi per fidelium suffragia in totum, vel in partem. Et in omnibus Missarum solennibus pro defunctis oratio fit. c. visum, de consc. dist. j. & Apostolus ad Hebræos c. v. dicit; Omnis nanque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis.

† Si autem quæratur, cuius ministerio pœnæ purgatorij infligantur? Respondet Rich. in iiij. dist. ij. ar. ij. q. iij. & sanctus Bonau. ead. dist. argumento primo quæst. v. quòd non videtur conueniens, neque verisimile, quòd Dæmones exerceant hoc ministerium. Nam non decet, eum, qui iuste de aliquo triumphauit, postea puniri per ipsum, & illi subijci post triumphum; sed animæ, quæ sunt in purgatorio, iustitiæ adhærendo diabolum deuicerunt, & de eo triumphauerunt in hac vita; ergo non est rationabile, quòd eius ministerio puniantur: iniustùmque est, quòd diabolus habeat super ipsas post hãc vitã. Præterea, istã pœnam purgatorij sciũt Dæmones indubitãter esse vtilẽ illis, qui 13

qui ibi cruciantur: quia ad hoc puniuntur, vt purgentur, & ad Deum introducantur; sed Dæmones vtilitatem hominum non quærunt, sed damnum, abhorrentque animarum liberationem, & purgationem; ergo talem punitionem non administrant, sed fugiunt. Item alius est, qui punit filium; alius, qui punit latronem; nam filium punit dominus domus, & doctor, sed latronem punit cõmissarius, & tortor: sed dæmones sunt tortores, & iusti sunt sicut filij, ideo non est conueniens, eos à dæmonibus puniri. Praterea, vt Aug. inquit, si Diabolus cognouisset patientiam Iob, & quod eius tentatione debebat proficere, nequaquam ipsum vexasset; ergo cum sciat certis signis, quod illæ animæ non sunt suæ, & quòd ex pœna sunt meliorandæ, non videtur quod eas vllatenus vexet. Si autem quaratur, vtrum hoc fiat ministerio bonorum angelorum, respondet sanctus Bona. vbi supra, quòd non; quia nõ est verisimile, quòd ipsi tam grauiter affligant conciues suos. Cruciantur ergo illæ animæ, quæ sunt in purgatorio, nullo alio ministerio eas torquente, sed solum illa pœna, vt instrumento diuinæ iustitiæ, ipsas cruciante. Et ideo existens in purgatorio inquit illud Iob. xix. Manus domini tetigit me. Ipsæ tamen animæ iustæ cum exeunt de corporis ergastulo, per ministerium angelorum deferuntur ad purgatorium, si habent aliquid purgandum; & finita purgatione educuntur ab eisdem, & ad cœlum deferuntur. Itaque nõ angeli boni sunt prædictarum animarum solum modo adiutores, & non tortores.

34 † Iste autem ignis purgatorij quantum sit terribilis, habetur de pœn. dist. vij. cap. nullus. §. hic autem. vbi dicitur: Hic etiam ignis etsi æternus non sit, miro tamen modo grauis; excedit enim omnem pœnam, quam vnquam aliquis in hac vita passus sit. Nunquam in carne inuenta est tanta pœna, etsi mirabilia passi sunt martyres tormenta, hæc ille. Et sunt verba August. in libro de pœnitentia. Eadem sententia quasi per omnia habetur xxv. dist. cap. quia aliud. & idem dicit Magister. iiij. dist. xxj. & ibi sanctus Bona. art. j. quæst. ij. & beatus Tho. in eadem dist. art. j. q. iij. & Franciscus de May. in tractatu de purgatorio. Richar. &

Magister

Magiſter in iiij.d.xx.argu.ij.q.j.dicit, quod pœna cauſatur dupliciter, ſcilicet ex abſentia boni amati, & præſentia mali oditi: & vtroque iſtorum modorum pœna purgatorij eſt maior qualibet pœna temporali, declarando vt ibi, & ea diſt.q.ij.ait, quòd parum de pœna, quam homo volũtarie aſſumit in hoc mundo, liberat eum magna portione illius pœnæ, quæ eſt in purgatorio. Algazel quoque, ſcilicet, phyſi.cap.iiij.de pœna purgatorij dicit, quòd eſt cruciatus ineffabilis. Vnde ſcribit Iac. Epiſcopus Tuſculanus, quod quidam mortuus precibus cuiuſdam ſancti fuit ereptus de purgatorio ad agẽdam pœnitentiam in terris: qui poſtmodum ita ſe affligebat, quòd in ſepulchris habitabat, & in igne, ac niue, & glacie ſe inuoluebat. Vnde interrogatus, cur hoc faceret, reſpondit, ſi lacus ante eccleſiam totus igneus eſſet, eligerem in eo eſſe vſque ad diem iudicij, vt poſſem euadere pœnam purgatorij. Itẽ legitur de beato Gregorio, quòd poſtquam orauit pro Traiano, apparuit ei angelus, & ait: Quod pro damnato rogaſti, duorum tibi datur optio; aut in purgatorio duobus diebus cruciaberis, aut toto tempore vitæ tuæ fatigaberis doloribus, & infirmitatibus; quod ipſe potius elegit, quàm duobus diebus in purgatorio cruciari. Legitur quoque de quodam ſancto viro, quòd cum eſſet infirmus ad mortem, propter quædam peccata, quæ adhuc non purgauerat, dedit Deus illi hanc electionem, quod aut ſtaret per horam in purgatorio, aut ſeptem annis in hoc mundo cum magnis, & continuis infirmitatibus. Quo eligente purgatorium, cum ibi fuiſſet per ſpatium minimum, cœpit clamare ad angelum, qui eum detulerat; Tu non ſeruaſti promiſſum; nam dimiſiſti me hic per annum; quo dicente, quòd non ſteterat, niſi per dimidium aue maria: ille potius elegit reuerti ad corpus, & ſtare ſeptem annis in hoc mundo cum omnibus pœnis præſentibus, quàm illic parum temporis, quod reſiduum erat. † O deuoti Chriſtiani, ſi vos vultis, poteſtis faciliter liberare mortuos veſtros à tantis tormentis, ſcilicet orationibus, eleemoſynis, ac ieiunijs, alijſq; ſuffragijs. Legitur nanque in chronicis ordinis beati Franciſci, quod quidam frater mortuus apparuit beato Cõrado de Offida

34

eiuſdem

eiusdem ordinis, & interrogatus abeo, quomodo staret, respondit, quòd erat in purgatorio; sed rogabat eum, vt pro eo faceret aliquam orationem. Tunc beatus Conradus dixit vnum Pater noster pro anima eius, quo dicto ille mortuus dixit; O pater charissime, quantam mihi consolationem dedit oratio vestra; certe videtur mihi, quod magnas mihi pœnas abstulerit, ita quod sum valde alleuiatus. Tunc beatus Conradus dixerat iterum centum Pater noster pro eo, quibus finitis, dixit ille mortuus; Gratias vobis immensas ago, pater venerande, quia per orationes vestras sum liberatus ab omnibus pœnis purgatorij, & vado ad gloriam cœlestem. Et his dictis ad cœlum ascendit. Legitur quoque in eiusdem chronicis, quòd dum beatus frater Ioannes de Abierna eiusdem ordinis in die mortuorum Missam diceret pro eis, vidit quasi infinitas animas de purgatorio exeuntes, & Paradisum ascendentes, tanquam scintillas de ardenti fornace exeuntes, & in aere transuolantes. O si possemus aures ad os purgatorij ponere, audiremus profecto mortuos nostros clamantes igni horribili, & dicentes; O quam terribilis est ista flamma, ò quàm ardentissimus ignis; quis nobis aliquid refrigerij præstabit? Vnde inquit Greg. iiij. dialogorum. Non est differentia inter ignem inferni, nisi quòd illi qui sunt in purgatorio, habent spem aliquando exeundi inde, quam non habent damnati. Clamantque patres & matres in purgatorio dicentes; O filij ingrati, quibus bona nostra dimisimus, succurrite nobis. Clamant mariti vxores vocantes, & dicentes; O vxores, in quibus confidentiam habentes, diuitias nostras vobis dimisimus, & dotes accreuimus, ac dominas nostrorum bonorum vos reliquimus, subuenite miseris, & nos adiuuate, vt exuamur ab his atrocissimis pœnis. Vbi est amor, quem nobis ostendebatis? bene apparet, quòd vera est illa sententia quæ dicit; qui longe est ab oculis, corde longe abest. Heu nobis, quia quilibet nostrum dicere potest cum psalmista. Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde. Et de his prophetauit idem psalmista; Deperijt memoria eorum cum sonitu, scilicet camparum, & fletu in morte, & sepe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione nostra. O igitur propinqui, & affines nostri, si nos diligitis, ostendite modo in tantis calamitatibus nostris.

De quo quidem igne purgatorij Paulus j. ad Corinth. iij. scribit; Vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Et paulo infra; Ipse autem saluatus erit, sic tamen quasi per ignem. Et aduertite, quòd aliqui hæretici negabant purgatorium; & in concilio Ferrariensi, sessione prima, præsente Ioanne, Imperatore Constantinopolitano, & præsente Patriarcha Constantinopolitano, inter doctores Latinos, & Græcos fuit quæstio de purgatorio disputata. Et licet esset aliqua discrepantia inter Latinos & Græcos, tamen Græci conuenerũt cum Latinis, vt constat in dicta sessione prima dicti Concilij celebrati Ferrariæ, die mercurij, octauo mensis Octobris, anno. M.cccc xxxviij. Et Latini allegabant pro se supradictam sanctam, & piam sententiam Apostoli dicentis; Vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit; ipse autem saluabitur, sic tamen quasi per ignem; & concordes intelligebant, & exponebant dictum Apostoli pro igne purgatorij; non autem pro igne perpetuo capi debere dicebant, iuxta illud prophetæ; Salua me domine, quoniam defecit sanctus. & alibi; Salua seruum tuum Deus meus sperãtem in te. Et, Domine Deus virtutum conuerte nos; & ostende faciem tuam, & salui erimus. Petrus autem timens, ne submergeretur, dixit; Domine salua me; Christus extendens manum accepit, & saluauit ipsum. Et, Salua Deus populum tuum. Verbum ergo saluare dicebant Latini semper in bonam partem accipitur: Et sic fuit concluſum secundũ opinionẽ Latinorum, authoritate Apostoli. Et de purgatorio vide in c. vij. Lucę, vbi Saluator dixit; Remittũtur ei. s. Magdalenę peccata multa; quoniã dilexit multũ; cui autẽ parũ dimittitur, parũ diligit. Ex hoc loco sumitur quòd vbi est parua dilectio, est parua remissio; sed non quantũ ad culpã, quia totaliter remittitur culpa; ergo debet intelligi quantũ ad pœnã. Ergo si impius erat debitor multæ pœnæ, & parum diligat, remittetur ei parum pœnæ; & ita remanebit ei aliqua purganda. Itaq; si tunc decedat ab hac vita, cum non dilexerit multũ, sequitur, quod purganda erit talis pœna

in

na in alio sæculo. Itaque supradictis authoritatibus con-
tincuntur hæretici negantes purgatorium. Item pro com-
plemento sermonis dicemus', quòd quæstiones disputen-
tur in scholis, & non in ecclesijs coram omni populo; &
prædicare officium est presbyterorum tantum. capit. adi-
cimus. xvj. quæst. j. Et mulieres in ecclesia taceant, id est
cessent à doctrina. † Et nota, quòd duplex est malum, sci-
86 licet, culpæ, & pœnæ: culpa enim remittitur ex sola con-
tritione peccatorum, sine qua non sufficiunt opera chari-
tatis. c. dixi, & c. si peccatũ, de pœnit. dist. j. sed pœna pec-
cati ex sola contritione non dimittitur nisi ex pœnitentia
exteriori, nisi maxima esset contritio; nam maxima contri-
tio maxima pœna est, vt cõtritio Magdalenæ, & beati Pe-
tri, & boni latronis, & aliorum, vt notatur in glo. & pa-
doct. in c. baptismi vicem, de consecra. dist. iiij. Et anima
existens in purgatorio certa est de sua salute æterna, secun-
dum communem doctrinam ecclesiæ, & videt charitatem
seu gratiæ habitum in se ipsa existentem; & sic est certa de
sua salute æterna. & vide doctissimum Caietanum in se-
mo secundo, quæstione xvij.

## DE ORIGINE CELEBRATIONIS *Conciliorum generalium in Ecclesia Dei.* *Cap. LI.*

### SVMMARIVM.

1 *Vnde conciliorum celebratio habuerit originem.*
2 *Prima synodus à quo celebrata fuerit, & sic de alijs vsque ad num. 9.*
10 *Generalia concilia in Ecclesia Dei Constantini Imperatoris tempore cœperunt.*
31 *Concilia à quibus, quo tempore & vbi, celebrata fuerint, vsque ad num. 27.*
28 *In factu arduis, ad concilium recurrendum est.*
29 *Concilium generale qua de causa vacare debet.*
30 *Non potest congregari concilium sine licentia Pontificis, debet enim habere caput & membra.*

31 Pro-

31 Pontifices siue eorum Legati solummodo concilium generale congregandi potestatem habent, Imperatores autem habent consuetudinem hortandi & instandi, pro dicta congregatione, vrgente tamen necessitate.
32 Multa sunt conciliorum genera.
33 Ad concilium qui citari debeant.
34 Principes seculares an sint de corpore concilij.
35 Prælati personaliter in concilio præesse debent, saluo iusto impedimento. Item & de Episcopis, & num. 37.
36 Forma citationis, per Papam vel eius Legatum fienda, quæ sit.
38 Christiani Principes an possint mittere procuratorem.
39 Qua pœna plectendi sunt conciliorum contemptores.
40 Quodlibet impedimentum non sufficit ad excusandum non venientem ad concilium.
41 Trina citatio requiritur, si concilium vult contra contumaces procedere.
42 Impedimenta præstantes conciliis, quanta pœna digni sunt.
43 Episcopi citati & requisiti, in termino eis assignato non comparentes, sententiari possunt.
44 Omnes de concilio debent esse semper præsentes in actibus prouincialibus.
45 Sententia dictari debet in plurali numero.
46 Ad concilium generale pertinet cognitio, quando duo contendunt de Papatu.
47 Congregato concilio quid agendum, & num. 50.
48 Quis alium inter prælatos eiusdem dignitatis præcedere debet.
49 A sententia concilij appellari non potest.
51 Papa contra statuta conciliorum generalium dispensare non debet.
52 Beneficia Ecclesiastica residentiam personalem requirunt.
53 Consuetudo an excusset clericum, de non residendo in beneficijs.
54 Pensio non requirit residentiam.
55 Residentia sacerdotij est de iure diuino, remissiue.
56 Quædam abusiua, quæ versantur in Christiana religione.
57 Mendicantes ad clericatum admitti non debent.

58 *Eligens aliquem in Episcopum, tenetur semper meliorem eligere.*

1 PErcurrentibus † diligenter scripturam sanctam facilè erit reperire, vnde Conciliorum celebratio in Ecclesia Dei originem habuerit: exemplum inuenimus siquidem à Patribus in veteri testamento, quod ab Apostolis in nouo deriuatum est in Ecclesia. De veteri quidem testamento colligitur ex illo Numeri xvj. vbi dicitur: Viri proceres synagogæ, qui tempore concilij per nomina vocabantur. In nouo autem testamento exemplum celebrationis conciliorum colligitur ex libro Actuum Apostolo-
2 rum. † Prima enim synodus ab Apostolis celebrata fuit ilico post ascensionem Domini super electione Matthiæ, vt Lucas Euangelista & scriptor veridicus testatur Act. primo. Et huic synodali congregationi non solum Apostoli interfuerunt, sed etiam discipuli Domini omnes fe-
3 rè centum viginti. † Secunda synodus ab Apostolis celebrata fertur, cùm septem diaconi electi dicuntur ad quotidianæ dispensationis ministerium, de quo Act. 6. Vbi aduertendum, quòd conuocati per duodecim Apostolos ad hanc synodum, siue ad hoc concilium interfuerunt etiam discipuli Domini, quibus Apostoli libertatem dederunt eligendi eos, qui necessariorum dispensationis ministerio
4 superintenderent. † Tertia synodus fuit ab Apostolis celebrata, quando audientes, quòd Samaria ad prædicationem Philippi, qui erat vnus de septem dyaconibus, recepisset verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem, vt acciperent Spiritum sanctum. s. inuisibili signo. Nondum enim in quenquam eorum venerat. s. visibiliter, vt habetur in c. viij. Actuum Apostolorum. de isto concilio
5 loquitur text. in c. si quis carnem, xxx. dist. † Quarta synodus ab Apostolis dicitur celebrata, vbi cùm fidelium populus Apostolica prædicatione caleſcerer, augereturque indies, congregatur ecclesia; & Apostolis concilium agentibus, primo discipuli vocati sunt Christiani, qui prius cõmuniter discipuli vocabantur. de hac synodo mentionẽ facit

facit glossa in cap. sacrosancta, xij. distin. Intra quam synodum hoc venit notandum, quòd in ea non fuerunt nisi Paulus, & Barnabas Apostoli. † Quintam synodum, siue quintum concilium celebrasse dicuntur super quæstione de obseruatione legalium, de qua Actuum xv. vbi sic dicitur: Surrexerunt autem quidem de hæresi Pharisæorum, qui crediderunt, dicentes, quòd oportet circuncidere eos, præcipere quoque seruare legem Moysi: conueneruntque Apostoli, & seniores, videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum eligere gentes verbum Euangelij, & credere, &c. vbi dicit glos. præ omnibus, quasi princeps, Petrus loquitur. Vide de hoc Panor. in cap. Osius Episcopus, de electione. Et ibi dat practicam condendi canones in concilio generali. † Sexta synodus legitur congregata sub Paulo Mileti, super regimine Ecclesiæ; in qua congregasse dicitur maiores natu Ecclesiæ, quos ipse Paulus ibi venerando nomine appellat Episcopos; quibus ait Actuum xx. Attendite vobis, & vniuerso gregi, &c. † Septima synodus à Paulo, & Iacobo celebrata fuit Hierosolymis super abolenda suspitione quorundam Iudæorum, vt habetur Act. xxj. † Octaua synodus, quam Apostoli celebrasse dicuntur, fuit illa, in qua Apostoli in vnum conuenientes Symbolum ediderunt, quod vniuersa tenet Ecclesia. sic enim beatus Clemens testatur. † Vnde pro pleniori notitia considerandum est, quod concilia generalia in Ecclesia Dei tempore Constantini cœperunt. Ideo text. in c. j. xv. dist. de hoc loquens, ita dicit: Canones generalium conciliorum (vt Isidorus ait lib. vj. Ethymologiarum, cap. xviij.) à temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus nanque annis persequutione feruenti docendarum plebium minime dabatur facultas: inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est, quia non erat Episcopis licentia conueniendi in vnum. † Sub hoc etiam sancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes, iuxta fidem euangelicam, & apostolicam, secundum post Apostolos

6 7 8 9 10 11

ſymbolum tradiderunt. & in iſta ſynodo peruerſum Ar-
12 rij dogma deſtruitur. † Deinde fauore Theodoſij maio-
ris in eius præſentia fuit congregatum ſecundum Conci-
lium generale Conſtantinopoli tempore Papæ Damaſi;
vbi interuenerunt centum, & quinquaginta Epiſcopi, in
13 quo Eunomij, & Macedonij error conuincitur. † Ter-
tium concilium generale fuit congregatum Epheſi, ſub
Imperatore Theodoſio iuniori, tempore Papæ Cæleſtini
primi, contra impietatem Neſtorij Epiſcopi Conſtantino-
14 politani; vbi conuenerunt ducenti Epiſcopi. † Quartum
concilium generale cõgregatum fuit Chalcedoniæ, annu-
ente Imperatore Marciano, tempore Leonis Papæ primi,
& adfuerunt in eo lexcenti, & triginta Epiſcopi; vbi Eu-
thicetis, & Dioſcori prauitas eſt reprobata. Et notandum
eſt, quòd iſta ſunt quatuor concilia generalia, quę Grego-
rius Papa ſuſcipit, & veneratur, ſicut quatuor ſancta Eu-
angelia. ita dicit text. in c. ſicut, xv. diſtinct. de quibus eti-
am loquuntur c. ſexta ſynodus, c. prima autem ſynodus,
xvj. diſtinct. Sed aduerte, quòd cæteris concilijs gene-
libus iſta quatuor dicuntur ſolenniora, & antiquiora. De-
inde celebrata fuerunt xxiiij. concilia ſub diuerſis tem-
poribus, & in diuerſis, & ſingulis ſtatuti ſunt diuerſi cano-
nes, qui habentur diuerſi in diuerſis partibus corporis lu-
ris, teſtante Beda in libro de temporibus. Item notandum
eſt, quòd ſub Imperatore Conſtantino congregatur ſextũ
concilũ generale ſub Papa Agathone. Sed Imperatore Iu-
ſtiniano filio Conſtantini congregatur iterum iſtud ſex-
tum concilium, vbi promulgati fuerunt canones, qui non
fuerunt declarati tempore Conſtantini, vt patet in c. ha-
beo librum, c. quoniam, c. ſancta, c. ſexta, & in c. prima,
xvj. diſt. Poſtea verò, dum regnaret Carolus Magnus Im-
perator, Pipini filius, Auſtriæ Archidux, vnus ex maiori-
bus, & anteceſſoribus Maieſtatis tuæ, congregatur concili-
um generale ſub Papa Adriano: in eoque aſſiterunt cen-
tum & quinquaginta Epiſcopi. Et ibi Papa, & concilium
dederunt authoritatem Imperatori eligendi Pontificem,
vt eſt tex. in c. Adrianus, ſecundus in ordine, lxiij. diſtinct.
15 Sed ſucceſſores nõ probrauerunt iſtud decretum. † Et ad-
uerte,

uerte, quòd post primam synodum Nicœnam fuit concilium celebratum Romæ, in quo anathematizatæ sunt plures hæreses, de quibus. s. concilio, & hæresibus in eo condemnatis Damasus Papa scribit Antiochenum Episcopum, vt patet in libro Conciliorum. † Et post istud con- 16
cilium, & ante secundam synodum vniuersalem fuit celebratum concilium Gangrense, vbi plures errores fuerunt condemnati, vt habetur per totam distinctio. xxx. † Et aduerte, quod inter secundam synodum vniuersalē, 17
& inter tertiam synodum vniuersalem, tempore Innocentij primi fuit celebratum concilium Mileuitanum: vbi fuit condemnata hæresis Pelagiana, præsidente beato Augustino. † Et post quartam synodum vniuersalem congre 18
gata fuit prima synodus Toletana iussu Leonis Papæ: vbi concilium condemnauit errores, & hæreses contra Priscillianistas. De alijs verò concilijs celebratis vsque ad annum Domini millesimum non ita patet. † Circa annum 19
vero Domini millesimum Victor, genere Alemanus, Florentiæ concilium celebrauit, & multos Episcopos propter simoniam, & fornicationem deposuit. Non post multum temporis postea Gregorius septimus concilium celebrauit, & Henricum Imperatorem tertium excommunicauit, quia se contra Ecclesiam erexit, & schisma procurauit, alium Papam faciens. † Post hunc Vrbanus secundus con- 20
cilium celebrauit apud Clarum montem; & ibi ordinatum fuit, vt dicerentur horæ officij Virginis Mariæ, ordinariæ, sicut dicitur officium Domini nostri. † Exinde sub 21
Nicolao Papa secundo congregatum est concilium cum centum & quatuordecim Episcopis Romæ: in quo Berengarius Thuronensis abiurauit hæresim suam coram Nicolao. † Anno Domini Mcxxx. synodus sub Innocen- 22
tio celebratur Remis: & Petrus Leonis, qui per contemplationem ordinatus est, seu factus Papa, demum repulsus est. ad quod schisma tollendum, multum laborauit ß. Bernardus, & ita profecit, quod extinctum est, electo Petro, qui se Anacletum nominari fecerat. † Aliud concilium in 23
vrbe Romana celebrauit, anno Domini M. clxx. & anno Domini M. ccxv. Innocentius tertius concilium La-

teranense celebrauit, in quo conuenerunt ferè. M. cc. prælati, scilicet Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi & alij pro-
24 lati, & multæ salutiferæ decretales ibi æditæ sunt. † Anno domini. Mccxl. vel circa, Innocentius quartus Ianuensis celebrauit concilium Lugduni, & Imperatorem Federicum excommunicauit. Post quem fuit Alexander quar-
25 tus. † Anno domini. M. cclxij. creatus est Papa Gregorius x. natione Italus, patria Placentinus. Hic Lugduni concilium celebrauit, vbi fuerunt quingenti Episcopi, lx. Abbates, & alij prælati circa mille, vbi Græcorum, & Tartarorum nuncij interfuerunt, & Græci ad vnitatem ecclesiæ redire promiserunt: in cuius signum confessi sunt spiri-
26 tum sanctum à patre & filio æternaliter procedere. † Post hunc Honorius quartus, & est vltimus in Martiniana, anno domini. M. cclxxxiiij. Post hunc fuit Cœlestinus, quem sequitur Bonifacius viij. & eum Benedictus x. demum Clemens quintus, sub quo concilium Viennense. Ioânes xxij. Vrbanus, Gregorius xj. Post quê schisma inter duos, scilicet Vrbanum, sub quo Italia, Vngaria, & Alemania fuerunt, & Clementem, sub quo Francia, Hispania, & Aragonia fuerunt. Vrbano succesit Bonifacius; Bonifacio Innocentius, Innocentio Gregorius xij. Ex alia parte Clementi succesit Benedictus xiij. Et sub his duobus scilicet Gregorio xij. & Benedicto xiij. factum est tertium schisma, concilio celebrato Pisis; vbi factus est tertius Papa dictus Alexander ordinis minorum; cui succesit Ioan. xxiij. † In concilio generali congregato Constantiæ Gregorius xij. depositus fuit propter contumaciam nolens comparere; & electus est Martinus quintus ex familia Columnensium; & vt apparet in libro conciliorum, istud concilium generale fuit congregatum anno. M. cccc vij. mense Octobri, tempore Imperatoris Sigismundi; & cum Imperator discesisset Constantiam, concilium orauit pro eo, & omnes vocauerunt eum regem, Imperatorem, aduocatum, & defensorem. Notandum tamen est, quòd in sessione tricesima nona recitat concilium ista verba; Continua celebratio conciliorum generalium cultura est, ac purgatio messis domini, quæ præcipue destruit spinas, hæreses, errores

ac

ac schismata, & castigat excessus, male regulata reformat, & affert in vineam domini fructum vberrimæ fertilitatis. Et sic ibi fuit decretum, quòd de decennio in decennium generale congregaretur concilium. Nam, vt diximus, quoties in Republica Christiana oriebatur hæresis, aut schisma, statim vniuersalis ecclesia recurrebat ad concilium; quia vera reformatio Christianæ religionis, commodius fit congregando concilium generale, sequendo doctrinam Apostolorum in primitiua ecclesia. Nam si Imperatorem decet pro remedio temporalium conuocare in vnum vniuersam curiam imperialem per totum orbem diuisam, nihilo minus Pontifici summo licebit, cum Christiana religio fluctuat, vel indiget reformatione, congregare concilium generale. Nam si tempore necessitatis non recurrissent ad concilium, sancti patres non scripsissent tot decreta circa ordinem, & regulam concilij generalis, vt patet per distinct. xv. xvj. xvij. & xviij. Et Augustinus in libro de gratia, & libero arbitrio, loquens de hæresi Pelagiana dicit, quòd in euidenti necessitate statim est recurrendum ad concilium. Et quanquam ex supradictis, clementissime Imperator, satis perspicuum sit, quòd quàm plurimum vtilitatis afferat sanctæ ecclesiæ pia vniuersalium conciliorum celebratio, nihilominus ad pleniorem huius rei notitiam, quasi repetentes dicemus, quòd est vtilis celebratio conciliorum generalium ad Tyrannorum, & infidelium superbiam humiliandam; quia Turcæ & pagani terrentur audientes apud Christianos concilia generalia celebrari, vt referunt antiqui doctores. Et hoc rationabiliter; quoniam ecclesia Dei (vt dicitur Canticorum vj.) terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Est etiam vtilissima congregatio conciliorum ad refrænandum exorbitantias quorundam, & in multis errantium, & male de fide sentientium. † Itaque in arduis factis probè recurrendum est ad concilium, quoniam si in medio duorum, vel trium in nomine Christi congregatorum ipse est, vt spirator, dator, & adiutor, vt habetur Matt. xviij. multo amplius, vbi sanctorũ patrum multorũ societas, in nomine Iesu Christi conuenerit, 28

maxime pro rebus vniuersitatem Christianæ religionis respectiue concernentibus, interesse credendum est, vt est tex. not. in cap. si ille. I. dist. Verum inuictissime catholice rex, est aduertendum, quòd hæc, quæ dicta sunt, accipienda veniunt, cum in spiritu sancto legitime congregantur concilia: quoniam alias melius foret supersedere ab eorum celebratione. Nam quemadmodum concilia rite celebrata saluberrimos fructus operata sunt, ita non rite celebrata conciliabula maximis scandalis vniuersam perturbant ecclesiam; sicut patrum traditiones, & venerabiles historiæ nos docent. Et ad vlteriora procedendo dico, quòd fuit celebratum etiam aliud concilium generale Ferrariæ sub Eugenio quarto natione Venero; sed propter pestem postea translatum est in Florentiam: in quo concilio generali reducti sunt Græci ad fidem per confessionem veram de processione spiritus sancti. & Armenij etiam reducti sunt. Ad quod concilium venerunt Patriarcha Græcorum Constantinopolitanus; & Ioannes Imperator Græcorum. Et in ipso etiam concilio generali de Basilea in Ferrariam, & de Ferraria, in Florentiam translato propter reductionem Græcorum; illi congregati Basileæ deposuerunt Eugenium, & ducem Subaudiæ, dictum Amadeum, creauerunt vocantes Felicem, sed postea renunciauit pontificatui dictus Felix. Et quia ista materia conciliorum est sancta, ac vtilissima Christianæ religioni, inuocato Dei auxilio, tuæque Maiestatis suffragio, diuidam per capita, & eam ex ordine tractabo; cui competit; aut ineſt authoritas congregandi concilium generale; qui sint etiam citandi, & requirendi, vt veniant ad concilium. Item de forma citationis, & qualiter ad Imperatorem spectat hortari Pontificem, vt celebretur concilium generale. Et dicam, qui vocem habeant in concilio statuendi; & qualiter authoritas ecclesiæ vniuersalis restat inobedientibus venire ad concilium; & quæ sit maior authoritas, Romani Pontificis, an concilij generalis. Dicam etiam de vnitate ecclesiæ, scribendo aliqua etiam maxime necessaria pro reformatione religionis. tractando aliqua de origine Pontificatus, & de plenissima Romani

Pon-

Pontificis spirituali potestate. Sed de hoc late diximus in capit. primo supra in isto Speculo. & in capit. xvj. & in capit. de voto.

§. I.

AD † maiorem euidentiam huius tractatus notan- 29
dum est, quòd concilium generale præcipue vacare debet in extirpandis hæreticorum erroribus, vt fides catholica vna & vera radiet in dominico grege. Item vacare debet concilium in reformanda ecclesia in capite, & in membris, vt not. in cap. 1. & cap. sicut. xv. dist. Nam concilium Basileæ inter alias causas congregatum fuit principaliter, vt abduceret ecclesiam orientalem ab aliquibus erroribus, reformando ecclesiam vniuersalem quæ reformatio facienda erat in concilio Costantiensi; sed fuit prætermissa ob multa negocia, quæ ibi occurrerunt. Vnde statuerunt, quod in primo concilio ageretur; & adhuc facienda est, sed Deus non obliuiscitur confringere impedientes eam. Et concilium generale nihil aliud est, nisi congregatio vniuersalis Christianorum, maxime Episcoporum. ita Bal. in tracta. de schilma. dictum nanque est à communi intentione, eo quòd in vnum dirigunt omne mentis intuitum, vt in cap. 1. dist. xv. Sed non potest regulariter congregari sine authoritate & licentia summi Pontificis, aut eius legati habentis speciale mandatum, vt not. in cap. regula. §. porro. dist. iij. tractatur etiam xij. dist. per totum, & in cap. multis. xvij. dist. & in cap. concilia. §. hinc Ratio est, quia conuocatio faciẽda est per maiorem partem vniuersitatis, vt not. in l. i. ff. de albo scriben. & in l. ij. C. de decurio. lib. x. & in c. synodo. lxiij. distinctio. Et cum nemo ex Christianis maior sit, quam Papa, ideo sibi competit conuocatio ad concilium. Nam vniuersalis ecclesia absque Papa est corpus repræsentatum. ita dicit Augustinus in lib. ij. de doctrina Christiana; cum Papa sit vicarius Christi in terris. cap. ij. & iij. de transl. præ. & dixi supra in cap. j. & xvj. Sed sede vacante, quòd Cardinales possunt conuocare concilium generale, tenuit Bald. in c. olim, de rescrip. & vide ea, quæ continentur in

cap. sequenti. & vide Cardin. in rep. cap. licet, de electione, vbi allegat Inno. in capit. j. de maio. & obedi. ad quod vide Fely. in c. i. de maio. & obe. Et in primis citandi sunt prælati, & alij fideles, vt notant docto. in d. §. hinc. & ista facultas citandi non competit nisi habenti iurisdictionem super citatos: & sicut non reperitur, qui istam teneat potestatem nisi Papa, vt dicitur in capit. cuncta per mundum, ix. q. iij. manifestè apparet, quòd nemo potest conuocare
30 concilium nisi Papa. † Nam si congregaretur concilium sine licentia Pontificis, monstrosum esset, & contra naturam conciliorum; quia concilium debet habere caput, & membra, vt in cap. submittitur. xxxj. dist. & iij. dist. cap. regula. §. porro. Vnde si conuocarent concilium sine licentia Papæ, essent schismatici. tex. est in cap. multis. xvij. dist. quia recesserunt ab vnitate ecclesiæ, quæ diuisionem non recipit. & vnitas repræsentatur in Papa, vt in c. loquitur. xxiij. quæst. j. & in c. Nouatianus. vij. q. j. Et concilium generale totius orbis potest committere aliquibus consiliarijs, quòd aliquid faciant. Nam quod fit ab his, qui habent authoritatem, à concilio videtur fieri. tex. est, & ibi Bart. in l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuersitatis. & licet vniuersalia concilia, non nisi per Romanum Pontificem, conuocanda sint, nihilominus non est necessarium, vt superillis præsentialiter intersit; sed sufficit, quòd legati, aut vicarij eius intersint. Quod ex illo apertissime ostenditur, quòd nulli octo conciliorum vniuersalium, quæ in Ecclesia, vt præstantioris authoritatis describuntur, Romanus Pontifex personaliter interfuit, sed per Legatos suos. Vnde Leo Papa, huius nominis primus, ab Imperatore Christianissimo Marciano ad Chalcedonense concilium deuotissime inuitatus hac ratione inter alias se excusauit, quod nullum inde exemplum à prædecessoribus acceperit.

## §. II.

31 IN. §. præcedenti dictum est, † qualiter Pontifices, aut eorum Legatus ex mandato speciali solummodo authoritatem haberent congregandi concilium generalis

le; Imperatores autem consuetudinem habebant hortandi & i standi, vt celebretur concilium vrgente necessitate, vt reformetur Christiana religio, sequêdo exemplum Imperatoris Constantini, vt in cap. j. xv. dist. vbi ipse dedit facultatem Christianis libere congregari. ita Cardin. in rep. c. licet, de electio. inducens ad hoc dicta Innoc. in cap. j. de maiori. & obedi. Et vide Felyn. in c j. & in c. querelam. de iureiuran. & omnino vide. & videbis Petrum de Monte in sua monarchia col. xj. & vide Antonium de Roselis in tractatu de concilijs. Nunc autem notandum est † multa esse 32
genera conciliorum; nam est concilium synodale, quod tantum modo Episcopus facit in sua diœcesi. Est aliud cõcilium prouinciale, quod congregat Archiepiscopus cum Episcopis, qui sunt subiecti eius iurisdictioni. Aliud est concilium generale, cuius est materia præsentis tractatus, quod congregat Papa, vel eius legatus habens authoritatem, & mandatum speciale de eo, vt per gloss. & docto. in c conuenientibus. j. q. vij. Et notandum est, quòd conciliũ generale, quod congregat Papa, quandoque tantum congregatur ex clericis, & populo Romano. & de hoc concilio loquitur tex. in c. in synodo. lxiiij. dist. Et istud concilium regulariter non continet eius authoritatem, quam habet concilium generale, quod congregat Papa ex omnibus Episcopis: quia est magnæ authoritatis. Sed redeundo ad materiam, in concilio synodali Abbates, & inferiores Episcopi citandi sunt, & omnis clericus interuenire debet c. quod super, de maior. & obedi. & in c. decernimus. xviij. dist. & vide Innoc in c. graue, de præben. & ibi vide doct. In concilio prouinciali non est necessaria alia persona præter Episcopos. Nam illi tantum sunt, qui tenent vocem iudicandi, vt apparet. xviij. dist. per totum. & vide Innoc. in cap. graue, de præben. & doct. in c. licut olim, de accusatio. Item inferiores Episcopi citandi sunt, vt consulantur, quando eorum concilium esset necessarium. de hoc habetur in c. obeuntibus. lxiij. dist. & ideo ibi debet adesse Abbates, vt probat tex. in c. fina. de cau. posses. & propri. † Ci- 33
tandi sunt etiam illi, quorum interest particulariter. tex. est in capit. propter ecclesiasticas. ij. in ordine. xviij. distinct.

Idem

Idem erit in concilio generali, quod tantum citabuntur Episcopi ad effectum statuendi, & iudicandi. Item causa consulendi citabuntur Abbates, vt supradictum est. Sed si sunt Abbates habentes iurisdictionem episcopalem, vocem habent decisiuam, vt infra dicetur. Item ecclesiæ cathedrales vocandæ sunt. tex. in capit. fina. de his, quæ fiunt à maior. par. capit. sic potest intelligi tex. in cap. sicut olim, de accusa. Item citabuntur omnes, quorum specialiter interest; quoniâ citatio est de iure diuino, & naturali. tex. in clementi. pastoralis, de re. iudi. & in l. defensionis facultas, de iur. fisci. lib. x. & in l. nam ita diuus. ff. de adop. & dicit Felin. in capit. ex parte, de offic. deleg. Et quod citatio sit de iure diuino, vide text. in cap. omnipotens Deus ij. quæst. j. & Spe in proœ. sui ope. Et ideo quando prædicta spectarent ad fidem, laici (vt puto) citandi sunt, & debent interuenire concilio iure proprio, & habent vocem consultiuam, non autem decisiuam. ita intelligitur tex. capit. vbinam. xcvj. dist. & cap. nos ad fidem. In alijs autem negocijs si laici inuitantur, habebunt vocem constitutiuam vel prout Papa concesserit. Nam Papa potest eos facere capaces iurium spiritualium, & maxime potestatis vocis dandæ, vt in cap. Adrianus. ij. lxiij. dist. & in c. in synodo legitur; & not. ij. quæst. iiij. c. mennam. Vnde notabis, quòd laici in tribus casibus possunt vocari, vt arbitror, & interesse concilijs ecclesiasticis. Primus est, si specialiter inuitarentur, vt in c. Adrianus, ad finem. lxiij. dist. Secundus, si tractatur casus fidei, vt dixi. Tertius, si tractatur de matrimonijs. cap. ad sedem. xxxv. quæst. v. & vide
34 de hoc vj. capit. in isto tractatu. † Et aduerte, quòd principes seculares sunt de corpore concilij, per tex. in capit. ad Apostolicæ, de re iudi. lib. vj. vbi Papa pollicitus fuit se vocaturum ad concilium Reges, prælatos, & principes tam ecclesiasticos, quàm seculares, vt per se, vel per solennes nuntios venirent. Et Imperator debet interesse. xxj. dist. c. nunc autem. Immo quod plus est, proponit Imperator ibi, sicut quilibet alius prælatus: & si agerentur in concilio res fidei, Imperator debet personaliter adesse concilio. text. est in d. capit. vbinam. Et Reges, & principes secula-

res

res vocandi sunt ad concilium generale, vt dixi. Et reassumendo quod dictum est, dico, quòd Episcopi tantum habent statuere, & definire in concilio. tex. est in c.i.xv.dist. & in capit. sexaginta. decima sexta distinctione. & probatex. in cap. habeo librum, & in cap. sexta. decima sexta dist. Et in factis fidei dubijs, vel concernentibus vniuersalem statum Ecclesiæ, vocare etiam debet Papa magnos prælatos, habentes Episcopalem iurisdictionem. Nam isti sunt à Deo constituti ad regimẽ vniuersalis ecclesiæ. tex. est. in capit. conuenientibus. j. quæst. vij. vbi Abbas tenuit locum Papæ in concilio; & multi Abbates dederunt vocem decisiuam, quemadmodum Episcopi: quod de alijs inferioribus non legitur ibi ad idem. capit. Adrianus. ij. lxiij. dist. & vide Panor. in quæst. j. Et aduerte, quòd ecclesiæ olim regebantur per omnes sacerdotes; Ideo non mirum, si omnes seniores vocabantur ad concilium. sed hodie non fit, vt xv. dist. cap. j. Sed omnes alij prælati inferiores poterunt in concilio proponere, & admittendi sunt, vt dixit tex. in d. cap. vbinam. Et finito concilio Cardinales, Episcopi, & Abbates habentes Episcopalem iurisdictionem subnotabunt eorum nomina, imponendo titulos dignitatis suæ, sequendo ordinem seruatum, quando Eugenius Papa generale celebrauit concilium cum Imperatore Ioanne Cõstantinopolitano, & incœptum fuit Ferrariæ, & finitum fuit Florentiæ, vt apparet per scripturas, & sessiones dicti concilij. Sed non video per illud concilium (licet Imperator affuerit) ecclesiam orientalem remansisse vnitam totaliter ecclesiæ Romanæ: ob quod peccatum credendum est, Deum deduxisse eos in seruitutem paganorum. Placeat diuinæ maiestati liberare eos à iugo acerbissimæ seruitutis manu tuæ inuictissimæ celsitudinis, vt cum Romana vniantur ecclesia. † Et attende, quòd prælati debent esse personaliter in concilio, nisi iusto impedimento detineantur; & tunc debent mittere Legatos, vt in cap. Episcopus ad synodum. xviij. dist. & vide, quod not. Io. And. & Host. in capit. ij. de proba. Sed aduertat sacra, & C. M. quod quatuor potissime requiruntur in cõuocandis prælatis ad vniuersalia concilia scilicet sapientia, vitæ sanctitas, 35

tas, experientia, & zelus ad bonum Christianæ Reipublicæ. Vnde Constantinus Imperator pro sexta synodo congreganda scribens Agathoni Papæ ita dicit; Adhortamur vestram paternam beatitudinem per potestatem nostram piam, sacram, dirigere viros vtiles, & modestos, notitiam habentes totius (Deo inspirante) doctrinæ; & per eā irreprehensibilem habentes dogmatum, induentes personam vestræ Apostolicæ sedis. Merito ergo dicemus, quod in conuocandis requiritur primo sapientia; quia magnæ res non viribus geruntur, sed consilio, & authoritate. Vnde Thobiæ. iiij. dicitur; Consilium à sapiente semper require. Ecclesiastici. viij. Os prudentis quæritur in Ecclesia. & cap. ix. dicitur. Cum sapientibus, & prudentibus tracta. Secundo vocandi ad concilia debent pollere vitæ sanctitate, vt veraciter eorum conuentus sanctorum patrum nomi- nari possit, ac de eo dici cum propheta; Confitebor tibi domine in toto corde meo, in concilio iustorum, & congregatione; vt enim inquit Ambros. in lib. de officijs; talis debet esse consiliarius, qui nihil nebulosum habeat, nihil fallax, nihil simulatum, quod vitam eius, ac mores refellat, nihil improbum, aut maleuolum, quod auertat consultantes. Sane non erunt conuenientes consiliarij, cum ad tractandum de reformatione ecclesiæ venerint homines vani, carnales, auari, qui præsentia appetunt, æterna despiciunt, iniusta agunt, & iusta derident, sua quærunt, non quæ Iesu Christi, de quibus Iob in persona ecclesiæ dicit oras; Consilium impiorum longe fac. Consilium impiorum (vt ait Gregor.) est terrenam gloriam quærere, æternam negligere. Laborandum est ergo, vt cum sanctis viris habenda sint consilia; quoniam sanctitas plurimum conducit ad bene cosulendum, quod sapiens testatur cum ait Ecclesiastici. xxxvj. Cor boni consilij statue tecum. Tertio patres vocandi ad concilium debent esse experti, maxime in illis, super quibus quærendum est consilium; quia qui non est expertus pauca recognoscit. Hinc reprobatur iuuenum consilium, quia inexperti sunt; paret hoc in Roboam, qui relicto senum consilio pro magna parte regnum amisit. iij Reg. c. xj. propter quod dicitur Eccle. xxv. Quàm speciosum

sum cànitiei iudicium, quàm speciosa veteranis sapientia. Quarto vocandi sunt ad concilium vniuersale habentes zelum domus Dei, vt sint de numero eorum, de quibus in Psal. lxviij. dicitur: Zelus domus tuæ comedit me: siquidem debent habere zelum ad reformationem morum, ad correptionem vitiorum, & ad augmentum diuini cultus. De hoc zelo exemplum habemus in filijs Israel, qui (vt dicitur Iudicum xx.) congregati cccc. millia, dixerunt, quòd non redirent domum, donec vlciscerentur scelus commissum in vxorem Leuitæ in Gabaa.

## §. III.

FOrma † citationis erit, quòd Papa, vel eius legatus 36
poterit per viam citationis, aut mandati iubere omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, vt veniant ad concilium generale, assignando, quo tempore, & quo loco celebretur concilium, vt not. in l. aut qui aliter, ff. quod vi aut clam. & assignabitur tempus in citatione; quia citatio debet continere tempus determinatũ, vt not, in d. l. aut qui aliter, in §. j. not. etiam in l. j. §. si autem, C. de iur. domi. Impe. & not. Cyn. in l. dies festos, ff. de fer. & Bal. in l. liber homo, ff. de verb. obliga. Et ista citatio, quam facit Papa, facienda est per literas Apostolicas, vt probatur in c. dilecti, de dolo. & contu. in ver. volentes. Et quando Legatus Papæ citat ad concilĩ, in literis legati inserendus tenor literarũ Apostolicarum, vt not. in c. præterea, de dila. & in c. cùm in iure, de offi. deleg. Verum quia difficile esset citare oẽs Episcopos, peterunt citari Archiepiscopi, vt veniãt ad concilium generale, in tali loco, & tali tempore; & illi monebũt Episcopos intimando mandatũ Pontificis, tex. est in c. si Episcopus Metropolitanus, xvìj. dist. Sed dicunt docto. quòd ista citatio poterit fieri in palatio summi Pontificis in publica audientia, mandante Papa ex certa scientia, affigendo citationem in valuis palatij sancti Ioannis Lateranensis, & sancti Petri. & vide Ioan. And. in c. quoniam, in §. porro, vt lit. non cont. & ibi doct. Sed mihi videtur, quòd Io. And. loquitur, quando citatus nõ habet domi,

domicilium; & si habet, ad illud non est tutus accessus.
37 † Et Episcopi tenentur personaliter comparere, si non essent impediti legitimo impedimento; quia illi repræsentant personas Apostolorum Christi, vt dicitur in capit. in nouo testamento. xxj. distinct. Et collegia ecclesiarum cathedralium poterunt comparere per procuratores, vt not. in l. j. §. vsus. ff. de procur. Sed qui personaliter citaretur, esset obligatus personaliter, nam videtur citatus ob industriam suæ personæ. Idem esset, quando natura causæ non admitteret procuratorem, vt est tex. in cap. veniens, de accus. & in cap. in criminalibus. v. quæst. iij & in l. reos. C. de
38 accusa. † Sed principes Christiani possunt comparere per procuratores. tex. in capit. ad Apostolicæ. de re iudi. in vj. Sciendum tamen est, quod citatio ad concilium, quæ debet esse per edictum, non requirit terminum peremptorium, nec plus quàm vnam citationem, aut intimationem. ita not. glo. sing. in cap. si Episcopus, xviij. dis. & docto. tenent in cap. ego, de iureiuran. quia ista citatio, aut intimatio fit per actum extraiudicialem; in quo sufficit vna citatio. gloss. est in clemen. i. de hæret. in verb. requisierunt. & ibi doct. & not. etiam in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de
39 verb. oblig. † Veniunt autem contemptores conciliorum puniendi pluribus animaduersionibus: & primo quidem pœna excommunicationis, iuxta tex. in capit. Episcopus. xviij. dist. similis tex. in cap. sequenti, siquis Episcoporum. Sed excommunicatio in hoc loco non accipitur, prout excommunicatio dicitur separatio à sacramentis, & à communione fidelium: sed pro suspensione quadam à communibus negotijs cum alijs. ita Archi. post glo. Vnde Episcopi, qui taliter dicuntur excommunicati, licite possunt celebrare diuina officia, & recipere sacramenta ecclesiastica, & communicare cum cæteris Episcopis, & alijs, præterquàm in communibus negotijs, vt dixi. Non tamen negatur, quòd tales possint excommunicari excommunicatione prima, quæ est separatio à participatione sacramentorum, & communione fidelium, si contumaces reperiantur, vt per Archidi. in d. c. siquis Episcoporum, iuxta tex. in cap. cæterum. xj. quæst. iij. Incurrunt etiam pœnam damnationis

nationis æternæ, vtpote contemptores & subsannatores patris sui, omniumque fidelium. s. Romani Pontificis, & matris suæ vniuersalis Ecclesiæ per vniuersale concilium repræsentatæ; quos videtur respicere sententia illa terribilis Prouerbiorum xxx. Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, fodient eum corui de torrentibus, comedent eum filij aquilæ. Notanter autem diximus, prælatos vocatos ad concilium venire contemnentes, præfatis pœnis venire plectendos, quoniam secus esset, si non ex contemptu, sed impedimento legitimo eos non venire contigerit: quod ex duobus perpendi potest. Primò, si, antequàm terminetur concilium, veniant: quia licet à principio non venerint, ex quo tamen veniunt, præsumitur, quòd non ex contemptu, sed ex aliquo impedimento demorati sunt. Ista est sententia Archidiaconi in d.c. si Episcopus. Secundo, si Episcopus excusationes literatorie scribit ad synodũ, vel procuratorem mittit cum legitimis rationibus, quod venire non poterit. de primo in c. placuit, distinct. viij. loquitur concilium Carthaginense, ita dicens: Placuit, vt quocunque congregandum sit concilium, Episcopi, qui nec ætate, neque ægritudine, nec grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant; quòd si non potuerint occurrere, excusationes suas literatorie scribant. De secundo, scilicet de procuratore habetur in c. si ægrotans fuerit, v. quæst. iij. vbi Adrianus in synodo instituit; si Episcopus ægrotus fuerit, aut aliqua grauis necessitas eum detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat, vt per docto. in d. c. placuit. Et procurator assignet siue probet causam legitimam esse, quòd Episcopus non veniat. † Quodlibet autem impedimentum non sufficeret ad excusandum non venientem, puta leuis febricula, gloss. in c. placuit, xviij. distinct. sed debet esse grauis necessitas, quæ illum impediat, d. c. si ægrotans, v. quæst. iij. vbi legitur: Si Episcopus fuerit ægrotans, aut aliqua eum grauis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat, vt antea dixi. facit etiam text. in c. fin. de ijs, quæ fiunt à prælato. Et laicus an possit constitui procurator, vt interfit pro aliquo Episcopo in concilio, & eius

nomine ſtatuat, ac iudicet, dico, quòd non. Nam licet hæc ſint iuriſdictionis, tamen demum adminiculo ordinis Epiſcopalis exercentur. & oſtendi in §. ij. quod hoc ius ſtatuendi, & iudicandi in concilio competit ſolum ordini Epiſcopali; quia ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, non poſſunt demandari, vt notanter dixit gloſſ. in c. peruenit xcv. diſt. circa finem primæ gloſſ. Fateor tamen, quòd ſi concilium vellet etiam laicum procuratorem admittere, quod poſſet; cum habeat liberam facultatem ſtatuendi. Nam quemadmodum Papa poteſt laico poteſtatem tractandi quæcunque ſpiritualia concedere. ixiij. diſtinct. cap. Adrianus, & cap. in ſynodo; ita etiam concilium poteſt. Et idem ſi Papa non eſſet, & alteri commiſiſſet ſpecialiter; quia ibi Papa eſſe cenſetur. Sed laicus, vel clericus poteſt conſtitui procurator ab Epiſcopo ad recipiendum ſtatuta concilij, vel ad proprias cauſas Epiſcopi tractandas, agendo, vel reſpondendo. c. j. de procu. in vj. Et hoc quando non ſunt ſpiritualia, ſed temporalia; vel ſi ſunt ſpiritualia, laicus in iudicio nihil ſpiritualitatis exercet; ſed forte ſolum in iudicio diſputat de effectu actus ſpiritualis an tenuerit & tunc ad talem actum ſpiritualem poſsit; alter non poteſt laicus conſtitui procurator, quia ſpirituale tractare non poteſt, c. decernimus, de iud. † Sed ſi concilium vellet procedere contra contumaces, neceſſarioni quiritur trina citatio vt not. in c. j. de pace iuramẽto firm. in vſibus feudo. & in c. j. de ſupplen. negl. præl. facit tex. cap. propter eccleſiaſticas. xviij. diſt. & tex. in arg. in c. digne, xij. q. ij. Epiſcopus autem iuſto impedimento detentus poteſt committere vocem, & votum ſuum vni de concilio; tex. eſt in c. quia propter. §. illud autem, de electio. in c. ſiquis iuſto. §. ſi. eo. tit. lib. vj. Si vero Epiſcopus eſſet contumax, poteſt excommunicari, vt in c. non oportet, iunct. gloſ. xviij. diſt. & not. in c. primo, de iudi. Eademque pœna mulctabitur, ſi venit, & poſtea non dimiſſus, vel (vt vulgo dicitur) illicentiatus receſsit; vt not. in c. ſiquis autem. xxxiij. diſt. & in l. quæſitum. ff. de re iud. Sed ſi citatus ob propriam cauſam contumax fuit in non comparendo, remedia ſtatuta contra contumaces exequentur contra eum,

qua

quæ remedia notantur per gloss.& doct.in c.iij.vt lit. non contest.&in l.contumacia.§.primo.ff.de re iud.& enumerantur per Specul.in tit.de primo decre.§. iam de effectu. Sed aduerte, quòd in congregatione concilij generalis minor pars eorum, qui debent interesse,potest citare maiorem:& data eius contumacia potest minor pronunciare se constituere concilium generale, & in se esse iurisdictionem.ita Felin. in capit. super literis, de rescrip.col.x.& in cap.j.de maio.& obed.col. ij.& bene faciunt ea, quæ not. in sequenti.§. Et postquam de contumacia sermo habitus est,iam loquendum venit de impedimenta præstantibus, ne concilia suam habeant prosequutionem. † Plane non 42
sufficit sermo noster explicare, quanta pœna digni sint, qui conciliorum celebrationi impedimenta moliuntur inferre. Isti in primis veluti tyranni, & Reipublicæ hostes habendi sunt,tot generibus mortis digni, quot egregia bona per talia vniuersalia concilia facienda sperabantur.Præterea.si ob confundendas hæreses synodus congregata foret, tales certè conciliorum celebrationi impedimenta præstantes, hæreticorum defensores viderentur. Si verò reformationis causa patres conuenissent, certè qui concilij celebrationi aduersarentur, tanquam hostes Christianæ religionis habendi forent. Ad quorum propulsandas temeritates obligatus est Imperator,vt in cap. principes.xxiij.q.v.& etiam alij principes sunt obligati.In quo si negligentes reperirentur, suspecti haberẽtur,iuxta tex.in cap.qui.xxiij.q.iij.vbi dicitur; Qui potest obuiare peruersis,& non facit,nihil aliud est,quàm fauere impietati eorum.

Sed vbi non agitur de fide,potest numerus relinqui arbitrio summi Pontificis.Nec curandum videtur de diminuto numero prælatorum, per illud verbum Christi discipulis suis dictum; Vbi duo, vel tres in nomine meo fuerint congregati, ego in medio eorum sum. Matth. xviij.j.quæst.j.cap.cum scriptura.xxxiiij.quæst.j.cap.alienus,facit.c.Apostolicę,de re iudi.in vj.Et aduerte,quia intantum est necessaria monitio,seu citatio superioris,quod licet vnus Episcopus videat alios ire ad concilium, non

tenetur ire, nisi specialiter vocetur; vt not. Ioan. And. in capit. ego. N. de iureiur. per illum tex. qui dicit. Vocatus ad concilium veniam. Si autem concilium congregetur pro facto hæresis, vel concernente vniuersalem statum Ecclesiæ, per quod status ecclesiæ posset turbari, necessario debent vocari Episcopi, & alij magni prælati, habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, vt sup. in §. ij. dix.

## §. IIII.

43 NON † comparentibus Episcopis citatis, & requisitis, in termino eis assignato, vt veniant ad concilium, notorium est, quòd sunt inobedientes, non obtemperando mandatis, aut iustis requisitionibus. Et casu ius statuendi, & sententiandi habent venientes concilium, ita not. in capit. gratum, de postul. præl. Nam ista inobedientia, & dissimulare est peccatú grauissimum in prælatis, vt not. in cap. officij, iuncta glo. xxiiij. quæ. Et ex prædictis infero, quòd si in concilio assistit Papa, eius legatus specialiter deputatus ad assistendum in concilio, & non veniret, nisi vnus Episcopus, esset concilium. Vnde concludo, quòd si vnus Episcopus tantum in concilium, in eo esset tota authoritas statuendi, & decernendi. & vide Inno. in c. j. de mai. & obed. & in cap. ij. de ope. nunt. & pro hoc tex. in c. cum nobis olim, de elect. vbi dicitur; quòd si vocati ab habente potestatem non venire, faciunt se alienos. & vide glo. in clem. quocirca. de electio. & Io. And. in capit. in causis, de electio. & videtur. in cap. cum omnes, de constitu. & vide Ludo. Ros. consi. cclij. & vide tex. in cap. si forte. lxv. dist. & l. sicut quod cuius, vniuersi. & Lapum alleg. cxxxj. Et in vno Ecclesia, siue concilium est, vt not. Panor. in dispu. cipi. Episcopus. Et ita intelligitur illud; Oraui (vt in Christus) pro te Petre, hoc est, pro ecclesia; quia (vt d. in vno solo ecclesia siue concilium est. Et est aduertendum quòd post illam orationem à Christo factam Petrus p. cauit; & ecclesia remansit in sola virgine Maria, vt no. cap. noua, de pœnit. & remiss. Ideo quando agitur in c.

concilio causa fidei, laici sunt admittendi, non solum vt audiant, sed vt consulant, & dicant opinionem suam, non autem decidant, vt in c. vbinam. xcvj. dist. & c. nos ad fidē. Et ratio est, quia fides potest remanere etiam apud simplicem laicum, & in omnibus alijs perire; sicut accidit in persona beatæ Mariæ in passione Christi, vt dixi. Sed Papa congregans concilium potest facere capaces laicos vocis dandæ. cap. Adrianus. lxiij. dist. & c. in synodo. notatur etiam in c. mennam. ij. q. v. Nam & potestatem excommunicandi potest Papa laico concedere. xxxij dist. c. præterverum. xcvj. dist. c. bene quidem. not. Ioan. And. in c. ij. de præben. lib. vj. & vide supra. §. iij. facit etiam. Nam si duo Cardinales reperiūtur tempore mortis Papæ, vnus potest eligere alium. Si vero vnus solus remansit, ille habebit electionem, non tamen poterit eligere seipsum: poterit eligi interueniente compromissario, vt Panor. in c. licet, de electio. ad finem. Et ius, & nomen vniuersitatis seruatur in vno. text. est, & ibi Bart. in l. sicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiusq. vniuersi. † Et aduerte, quòd omnes de con- 44
cilio debent semper esse præsentes in actibus prouincialibus, sicut essent in libelli oblatione, si aliqua causa esset ventilanda in concilio. de libel. oblat. c. j. de iudi. c. j. idem in lit. contest. & allegationibus, quæ fierent hinc inde. ad quod vide. xvij. dist. §. hinc etiam. j. q. vij. c. conuenientibus. In alijs autem actibus sufficeret præsentia eorum, qui sunt deputati, vt præsint concilio. ita Inno. & Host. in cap. graue, de præben. facit. c. in singulis, de statu monacho. Illud tamen certissimum, quod in causis tam ciuilibus, quàm criminalibus tractandis per concilium procedi debet seruato iudiciorum ordine, secundum Inno. & Host. in d. c. graue. pro quo facit tex. in d. c. j. de iudi. Præmissa procedunt in iudicialibus agitandis in concilio. In alijs authoritatibus, in quibus non proceditur ordine iudiciario, vt xvij. dist. §. hinc etiam, & c. conuenientibus. j. q. vij. obtinet illud, in quo maior pars conuenerit; cum integrum sit iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur. de offi. deleg. c. prudentiam. §. j. lxiij. dist. c. extra conscientiam, de sum. trinit. c. j. §. fina. nisi minor pars rationabiliores causas

assignaret, quia illa pars sequēda esset. Non semper multi-
tudo arguit perfectionē. ff. de testi. l. ob carmen. §. vltimo.
Sed regulariter (vt dixi) standum est dispositioni plu-
morum. Sed tene semper menti pro præsidentibus loc
Papæ in concilio generali, quòd oportet omnes consenti-
re in actu gerendo, alias contradictio vnius inficit totum
Secus est in contradictione minoris partis concilij; d
quo vide Panor. in d. cap. in singulis. Sed si concilium
congregatum per Papam pro negocijs ecclesiæ, & Pa
sit in concilio, ipse est iudex, & alij prælati interfunt ta
quam consiliarij, & accessores. Nam solus Papa est il
qui debet præesse concilio. cap. significasti, de elect
not. Hosti. in cap. qualiter. ij. de accusa. cap. ad Apostolic
de re iudic. in vj. §. nos itaque. Vbi Papa protulit sente
tiam contra Imperatorem Fredericum cum consilio f
trum suorum, & concilij. Ac idem in cap. pro humani,
homici. in vj. Nec potuit Papa sic iudicans, vt suspec
recusari, vt per doct. in cap. j. de iudic. Hoc itaque c
singuli de concilio non sunt iudices, sed coniudic
quia ad vniuersitatem, vt vniuersitatem, spectat, non
singulos, vt iudices, sed omnes sunt coniudices. arg. ff.
in ius voca. l. sed si hac. §. qui manumittitur; & xij. qu
45 ij. cap. Episcopus. §. qui manumittitur. † Ideo verba
mantur in plurali, quia dicitur; patres de concilio iu
cant; vel, placuit patribus de concilio. Potest etiam in
gulari dictari sententia, sub nomine tamen vniuersita
puta; synodus iudicat; vel synodo placuit. Debet adhib
cautela, vt de mandato, & commissione concilij fiat pu
licum instrumentum, vt per glossi. in cap. cum ab vno, de
iudi. in vj. bene facit, quod notatur in cap. cum in iure,
offi. deleg. Et priscis temporibus quilibet ex patribu
concilij se subscribebat sententiæ, vt in d. §. hinc etiam
xvij. dist. & dixi supra in præcedenti cap. Notandum e
quod Papa regulariter est supra concilium; & omnia sta
ta concilij intelliguntur, excepta authoritate Papæ. tex.
not. in cap. significasti, de elelectio. & in cap. aliorum. ix.
iij. & in cap. nemo. vbi dicitur, quòd nemo potest iudica
primam sedem, & facit etiam. c. cuncta per mundum, &

per principalem, ca.q.& cau.sed vide glo. in cap. legimus. xciij. dist. vbi tex.sancti Hieronymi facit in contrarium dicens; quòd mundus est maior ciuitate.& Abbas, vir tantæ authoritatis,& Cardi.sanctæ Romanæ Ecclesiæ dicit in cap.significasti, de elect.o. quod omnia prædicta debent restringi ad ea, quæ pendent à plena dispositione Pontificis; quia in his, quæ sunt de iure positiuo, non dubium est, quin Papa sit supra concilium; sed in rebus, quæ non dependent à plena potestate Pontificis; dic vt per Præpos. Alexan. in cap. canones, xv. dist. vbi late quæstionem examinauit.& etiam videbis doctissimum Cardinalem sancti Sixti in sua summa; vbi examinat latissimè quæstionem istam & concludit, quòd Papa est supra concilium.& vide de hoc concilium Constantiense in sessione. iiij.& in sessione. ij. vj. xviij. concilij Basileen. Papa approbat decreta concilij, vt approbauit decreta concilij Nicæni ad instantiam patrum dicendo: quidquid in Nicæa constitutum est, ad robur sanctæ matris Ecclesiæ catholicæ, & Apostolicæ à sanctis sacerdotibus, cccxviij. nostro ore consortes firmamus,&c. Omnes, qui aus fuerint dissoluere, anathematizamus. Et dixerunt omnes Episcopi, placet. † Et vt nihil 46
relinquamus intactum; duobus contendentibus de Papatu, concilium generale de tali controuersia cognoscere, & iudicare debet. cap. si duo. lxxxix. distinct. vbi litera dicit, quòd isto casu ille erit Papa, quem iudicium,& vniuersitatis consensus elegerit: nomine autem vniuersitatis debet intelligi tota vniuersitas fidelium. Ad idem facit ratio, quia ex quo contenditur de Papatu, nec subest certitudo vnius veri,& indubitati sponsi, satis potest dici etiam vacare, cum de iure non possit esse, nisi vnus. vij. quæst. j. cap. factus est Cornelius. vt habetur Ioan. x. Erit vnum ouile, & vnus pastor. Vbi tamen neuter posset plene administrare, censetur ecclesia quasi vacans. argu. de transla. præl. c. ij. Cum autem vacat ecclesia, tunc potestas debet remanere penes ipsam vniuersalem Ecclesiam, quæ est fidelium congregatio; de consecr. dist. j. cap. ecclesia; de biga. c. debitum. c. fundamenta, de electio. in vj. illam autem ecclesiam concilium repræsentat. j. dist. c. domino sancto. Et licet non

omnes fideles conueniant, sufficit, quòd veniant magni prælati, & alij principaliores. quod facit ad id, quod notat Innoc. in cap. fin. de maio. & obedi. vbi dicit, quòd in rebus vniuersitatum requiruntur rectores, vel pars magis idonea. bene facit. C. de iuram. calu. l. ij. §. sin autem. ff. de condi. & demonst. l. municipibus, de procur. capit. fin. vbi est bonus textus.

## §. V.

47 COngregato † concilio super rebus attinentibus ad fidem, aut super reformatione status vniuersalis ecclesiæ, ibi determinandæ sunt omnes causæ, quæ tangunt forum ecclesiasticum, vt sunt causæ Episcoporum, & aliorum clericorum, & causæ ecclesiasticæ. Et concilium Episcopos puniet, & deponet, si opus est. 9. quæst. iiij. cap. j. & ij. not. glo. ij. quæst. j. c. primates. quæ uis concilium prouinciale audiat, & non deponat. capit. fin. iij. q. viij. Sed causæ meræ seculares, & inter laicos non subditos ecclesiasticæ iurisdictioni, non poterunt ibi terminari. de hoc vide not. per docto. in c. nouit de iudi. & in c. licet ex suscepto, & in c. si clericus laicum, de foro compe. & in c. causam, & in c. lator. qui filij sunt legi. vbi notantur aliqua, in quibus concilium posset iudicare inter laicos, scilicet ratione peccati. Notãdum tamen est, quòd congregato concilio generali Papa, vel eius legatus, & omnes patres congregati obseruabunt ordinem, & cæremonias secundum formam traditam in libro conciliorum generalium, folio primo Et vt ibi habetur, congregabuntur qualibet die vsque ad finem in expeditione concilij.

## §. VI.

48 IN † sessione autem in concilio quis alium inter Prælatos eiusdem dignitatis, puta Episcopos, vel Archiepiscopos, Abbates, & huiusmodi, debet præcedere, nota in cap. Episcopus. xvij. dist. vbi dicitur: Episcopus secundum ordinationis suæ tempus, siue ad consedendum si

con-

concilio, siue ad subscribendum, siue in qualibet alia re sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vendicare. quod tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur: sicut ex consuetudine sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcoporum vnusquisque prouinciæ euidenter apparet. & vide Archi. in cap. concilia, ad finem, ea. dist. Et concilium procedet in causis, vt melius sibi videbitur; nam tenet liberam potestatem transgrediendi legem, ordinandi, statuendique. Idem possunt Papa, & Imperator in temporalibus, nam non sunt obligati legi, vt not. doct. in cap. proposuit, de concess. præben. l. principes legibus. ff. de legi. & Imperator potest tollere ius ciuile. ita Inno. in capit. quæ in ecclesiarum, de consti. & potest tollere actionem, & exceptionem. Alexan. post gl. in l. iij. §. si is, pro quo. ff. quod quisque iur. & in Rubr. ff. si cer. pet. & vide Bal. in præludijs feu. in parte. Sed pauca de principe dicamus: & vide doct. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Nec est præsumendum, quod talis processus contineat labem, vel defectum, vt no. in cap. in sede, & in capit. hæc est fides. xxiiij. quæst. j. quia præsumitur, quod omnia fuerint solenniter gesta, vt not. in cap. Apostolicæ. xxxv. q. ix. & in c. ad audientiam, de rescript. & C. de appella. l. ne causas. de rescrip. c. ad audientiam. Et ratio est, quia cæleste arbitrium censetur habere, vt C. de sum. trinit. & fide catho. l. j. in fine. & error principis facit ius. ff. de suppell. leg. l. iij. in fi. Et hæc videntur vera, attenta consuetudine Romanæ curiæ, vbi per solam facti narrationem verbalem, factam coram Papa, & fratribus. & verbalem responsionem, intelligitur lis contestata. Hosti. in c. in causis, de re iudi. contra not. in cap. j. de libel. obla. supplere enim videtur præsentia Papæ, quæ est in concilio, vel Cæsaris, omnem defectum solennitatis, l. omnium. C. de testa. Inno. in c. vno, de lit. cont. quia pro omni actu principis præsumitur. l. rescripta C. si con. ius, vel vti. publ. Et à sententia concilij non potest appellari, quod concilium est loco senatus, vt not. in c. ecclesia. xvj. q. j. & à senatu nō appellatur, vt. ff. à quib. appe. non lic. l. j. Et hoc intelligo in illis casibus, in quibus concilium est supra Papam, vt iam

49 dixi †. Sed benè poterunt dicere de nullitate cótra sententiam, vt not. in l. si vt proponis. C. quomo. & quan. iud. & Bar. in l. si expressim, ff. de appel. & Spe. in tit. de senten. § iuxta. Età Papali sententia an possit appellari ad generale concilium, dic, quòd non. vide Ludo. Roman. in consil. ccccxxj. incip. in Christi nomine, amen. Notandum etiam est, quòd concilium non potest recusari, nec Papa, quando sibi contingeret iudicare in causa propria, vt not. in c. ex parte, de verb. signif. & in l. est receptum, ff. de iuris d. omni. iudic. & not. in c. nouit, de appell. & in l. j. ff. dè offi. præfect. præto. quia non aliter, quàm decet, præsumitur iudicare: & quamuis conciliú prouinciale possit recusari, non tamen generale, glo. est in c. singulis, de sta. mo. ita intelligitur glo. in c. j. de iudi. vbi docto. concludunt, quòd concilium generale totum non posset recusari. Vtrum concilio possit dici de nullitate sententiæ Papæ, dico, quòd sic eo volente; per tex. in c. nos si incompetenter, ij. q. vij. etiamsi Papa sit præsens in cócilio, vel eius legatus. Et quia diximus, quòd patres congregabuntur vsq; ad finem concilij, dico, quòd concilium durabit, quousque terminata fuerint negotia, & causæ, ob quæ fuit congregatum concilium, vel pro quibus concilium fuit congregatum, debitum finem suscipiant: quia in requirentibus perfectionem ex actu iustitiæ nihil creditur actum, quum aliquid restat agendum, vt not. in l. penul. C. de his, qui. vt indig. l. cum Sillanianum, in fi. ff. de his, qui. vt indig. & Spec. in tit. de sala. aduo. versi. sed nunquid aduocatus: nec dicitur perfectum, nisi perfectionis ordine sit perfectum, l. qui cum maior, §. accusasse, ff. de bon. liber. l. item apud Labeonem, ff. de iniur. c. nihil, vij. q. j. & vide Bald. in tracta. de scisma. & doct. in l. possideri, §. ex pluribus, ff. de acquir. poss. Nam proprium legislatoris, & summi Pontificis est, vt nullum ab eo cœptum, imperfectum relinquatur, C. de emen. Iusti. codi. in princi. & id demum perfectum dicitur, quod ex omnibus suis partibus constat, vt in l. j. ff. de orig. iuris. Et is, qui habet potestatem dissoluendi concilium, est idem concilium, cuius caput est Papa, not. in c. præcedenti. Nam de iudicio Apostolicæ se-

dis

dis debet procedere dissolutio concilij, probat tex. in c. regula, xvij. dist. vbi dicitur: Neque vllum ratum est, aut erit vnquam concilium, quòd non fuerit authoritate Papæ dissolutum. Et circa istud punctum, quis habeat authoritatem dissoluẽdi concilium, remitto me ad statutum concilij Constantiensis, quod incipit, Frequens, confirmatum per Papam Martinum.

## §. VII.

COngregato † cõcilio eo modo, vt dictum est, & cum ceremonijs, & solennitatibus conciliorum, summa ope curandum est, vt extirpentur hæreses, quæ ad præsens sunt seminatæ, citando prius authorem, & eius sequaces, ad conuincendum eorum malitiam; obseruando ordinẽ, quem seruauerunt sancti patres, cum quatuor concilia generalia destruxerũt hæreses, de quibus fit mentio in c. j. & in c. sicut, xv. dist. Et obseruandus est ordo, quem obseruauit Papa Ioannes XXII. quando consistorrũ damnauit tres errores, quos habebat doctor Ioannes de Poliaco Parisiensis, vt constat per extrauag. quæ incipit: Vos electionis doctor. Et concilium Nicænum Arium, & consectatores eius anathematizauit, oẽs abijciens, neq; accedere Alexandriam permisit; præceptumq; principis repente eundem Arium, & qui circa Eusebium, & Theoginũ, & qui cum eis erãt, exilio deportauit; postquam conuicti decretis concilij nõ obtemperauerunt, vt legitur in histo. tripar. lib. ij. c. ix. Et aduerte, quòd hæretici, & in hæresi permanentes à cœtu concilij excluduntur, vt in c. cum quibus, xxiiij. q. iij. quia tales sunt extra ecclesiam, & tanquam membra putrida, & oues morbosæ non debent admitti, ne forte totum ouile inficerent, argu. de reg. iur. c. fi. xxiiij. q. iij. c. resecandæ. secus, si ad fidem essent reuersæ, vt not. Arch. in d. c. conuenientibus, j. quæst. vij. sed si tales volunt interesse, tanquam membra talis corporis, & vellent esse ad se excusandum, sic benè possunt interesse concilio, vt not. gl. in d. c. conuenientibus. Item est notandum, quòd scriptum est in principio libri decretorum, quòd humanum genus

genus duobus regitur, naturali videlicet iure, & moribus. Ius naturale est, quod in lege, & in euangelio continetur, quo quisque iubetur alijs facere, quod sibi vult fieri; & prohibetur alijs inferre, quod sibi nolit fieri. Vnde Christus in euangelio Matth. vij. Quecunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis; hæc est enim lex & prophetæ. Et aliud, quo genus humanum regi debet, sunt leges humanæ. vt scriptum est in capit. omnes. j. dist. cum cap. seq. Propterea necessarium est, quod Papa princeps, & Imperator, vt princeps principum seculi obseruent contenta in lege euangelica, & omnia statuta in iure & approbata in concilio, quod facile potest ostendi. Nam eorum potestas à Deo est, vt ait Apostolus ad Rom. xiij. Ideo Papa, & Reges debent operari bonum, vt eorum exemplo alij compellantur ad agendum idem: quia exempla magis mouent, quam verba, vt inquit Seneca. Et Christus etiam dixit; exemplum meum do vobis, vt sicut ego facio ita & vos faciatis. Et cum esset verus Deus, & verus homo, verus Rex, & verus Pontifex, cœpit facere, deinde docere, vt scribit Lucas Actuum. j. Itaque decet honestatem Pontificis obseruare statuta, & traditiones vniuersalis ecclesiæ. tex. est in cap. confidimus; & in cap. sunt quidam; & in cap. contra. xxv. q. j. & tex. est in cap. fin. xiij. dist. in quibus omnibus decretis not. quod † Papa non debet dispensare contra statuta conciliorum generalium, sine causa, quia Papa non est supra legem Dei, qui recordatur iustitiam facere electis suis, vt proprio ore testatur per Lucam euangelist. c. xviij. & in c. violatores. xxv. q. j. dicitur; Qui voluntarie violabunt canones statutos à sanctis patribus motis ab spiritu sancto, condemnandi sunt, sicut execratores spiritus sancti. Itaque Pontifices non solum debent custodire statuta, & leges diuinas, sed etiam decreta sanctorum patrum. Nam prima salus est rectè fidei regulam custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare. tex. est in c. j. xxv. q. j. & quæ ad perpetuam generaliter ordinata sunt vtilitatem, nulla commutatione varientur; neque ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonum commune sunt præfixa. tex. est in c. quę ad perpetuam. xxv. q. j.

51 &

& proinde Leo Papa dicit in c. fin. cau. & quæst. prædicta; Ideo permittente Deo pastores hominum sumus effecti, vt quod patres nostri siue in sacris canonibus, siue in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus; contra eorum quippe saluberrima agimus præcepta, si quod ipsi diuino statuerunt consulto, intactum non conseruamus. Et idem Greg. inquit; Si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iure comprobarer. ita scriptum est. in c. si ea. xxv. q. ij.

Dicit etiam, sicut sancta Euangelia quatuor, sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor: vt est tex. in c. sicut. xv. dist. vnde Prouerb. xxij. dicitur, Non transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui. Et Nicolaus Papa scribit; Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, vt traditiones, quas à patribus accepimus, infringi patiamur. cap. ridiculum. xij dist. Itaque scire debet Papa, quod omnes seruabunt decreta, quando ipse illa obseruabit, & reuerenter accipiet, sequendo exemplum Christi, qui sacramenta ecclesiæ in semetipso sanctificauit, vt scribit Lucas c. ij. nam qui ministrat iustitiam, non debet facere, quod ipse alijs prohibet, quo minus fiat; vt not. in capit. vno, de nat. ex lib. vent. & in c. diuersis fallacijs, de cler. coniug scriptum namque est in cap. cum illorum. de sentent. excomm. Alijs legem imponere non debent, quam ipsi negligunt obseruare. Et transgressor legis recte alium iudicare non potest. text. est in c. sacerdos. iij. q. vij. Et iudicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in seipso condemnet; vt dicitur in c. iudicet. ea. cau. facit etiam tex. in c. iniquum. xxxij. q. vj. vbi dicitur; Iniquum est, vt quisque de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit. Debet ergo ille, qui iustitiam vult ministrare, seipsum emendare; tex. est in c. nemo. lxxxj. dist. & August. lib. v. de ciuit. Dei. cap. xvj. laudat Romanos, qui viuebant sub legibus, quas alijs gentibus obseruandas tradebant. Et quia in libro de administratione iustitiæ in eius procemio iam impresso, & Imperiali Maiestati dedicato, multa sunt scripta circa istud punctum, ad præsens nihil aliud dicam, nisi quod conuenit bono regimini vniuersalis ecclesiæ, & saluti Christianæ religio-

religionis, quod Pontifex, vt caput principale fabricæ, obseruet, & veneretur singula decreta sanctorum patrum. Nam principalis reformatio ecclesiæ consistit in obseruatione canonũ, & decretorum, vt dictum est; postquam fuerunt ordinata interueniente spiritu sancto. c. si ille. l. dist. Nam concilium generale habet potestatem maximam, vt dicit concilium Constantiense in sessione. iiij. & concilium Basilienſe in sessione xviij. & sessione. iiij.

## §. VIII.

12 CONsiderandum † est, quod beneficia ecclesiastica requirunt residentiam personalem, intantum quod Cardinales tenentur residere in ecclesia sibi intitulata; & de rigore, si monitus nõ residet, est deponendus. vi not. in c. exegistis, de cler. non res. vbi Cardinalis S. Marcelli ob non residentiam in synodo priuatus fuit dignitate sua, admonitione præcedente; licet Cardinales sint pars corporis Papæ, & Papa cum eis iudicat totum orbem; & sunt in quasi possessione, vt Papa non iudicet ardua, nec explicet sine consilio Cardinalium. Et Papa debet habere consilium Cardinalium in arduis. tex. in cap. per venerabilem, qui sint legi. & est tex. vnicus in iure ad probãdum, quod Cardinalatus, saltem figuratiue, sit de iure diuino, facit tex. in c. xvij. Deut. vbi dicitur: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, veniens ad sacerdotes Leuitici generis, &c. & vide tex. in c. fundamenta, de elect. in vj. sed tu dic, vt dixi sup. in c. xxiiij. vbi late de dominis Cardinalibus; Sed Episcopatus est de iure diuino, non Cardinalatus. Ad materiam capituli dico, quod in beneficio curato, aut dignitate, si citatus non veniat ad residendum in termino assignato, priuandus est tali dignitate, aut beneficio, tex. est in cap. ex parte, de cle. non resi. & not. in cap. inter quatuor, & in c. fi. eo. tit. Et de forma citationis vide, quæ not. in c. ex tunc, eo. ti. De eo autem, qui habet iustam absentiæ causam, vt studiorum, not. in c. vna fraternitatis, de cler. non resi. & in c. cum ex eo, de elect. lib. vj. vbi dicitur, quod absens ex iusta causa habetur pro

præ-

præsente. nota. etiam in c. ex parte, eo. ti. Et familiares domini Papæ possunt recipere fructus, vt in c. cum dilectus, & in cap. ad audientiam, de cle. non resi. vbi dicunt Abbas, & doct. quòd isti familiares Papæ nō debent esse, nisi duo. Et infringendo statuta conciliorum generalium faciunt, vt eodem gaudeant priuilegio familiares Cardinalium. Ideo ex cautela multi fiunt familiares, nō quòd vere sint, sed vt gaudeant gratia. Sed hi tales sunt negociatores, vt dicit Abb. in c. cum dilectus. & in curia hodie appellantur piscatores. De residentia sacerdotis, & quòd sit de iure diuino residentia personalis, vide in isto Speculo. cap. lxviij. & omnino vide.

Redeundo igitur ad materiam dispensationis dico, quòd non debet Papa dare indulgentiam, causa non existente, vt Episcopus non resideat in suo Episcopatu, & vnusquisque in sua dignitate, aut beneficio Nam dissolutionis, & vagationis materiam inducit, & periculum continet animarum. Ideo necessarium est, vt gaudentes patrimonio, & oblationibus Christi, resideant, & seruiant dignitatibus, & beneficijs, statuendo, vt seruetur ius canonicum, & traditiones conciliorum generalium; quia aliter violatur totum ius, dum sic regnat auaritia radix omnium malorum. Et sicut Hispania est regnum, vbi ditior est ecclesia Dei, sic ibi maius damnum emergit tali abusione, dum magis infringuntur iura, & statuta conciliorum, quàm in alio regno fidelium. Nec diu est, quòd Romæ quidam curialis Hispanus è vita decessit, qui, quamuis esset clericus, nunquam tamen celebrauit; & eius morte vacauerunt centum, & triginta beneficia ecclesiastica; & reliquit Romæ apud negociatores centum & triginta millia ducatorum. Et in hoc solicitare Pontificem præcipuè spectat ad tuam maiestatem. Nam est annihilatio Hispaniarū, quòd Romæ sint clerici innumerabiles, gaudentes patrimonio Christi sine seruitio Ecclesiæ, vel altaris, possidentes dignitates, & beneficia, nec vacantes, nisi incitando, & molestādo innumerabiles clericos pauperes. Et dum non seruiunt ecclesiæ, maximum damnū inferūt. Sed suprema iustitia, quæ non relinquit quenquam impunitum,

nitum, quotidie flagellat, & castigat tales inutiles seruos. Cum autem iusto iudicio Dei seruus nequam in iudicium vocatur, in sede iniquitatis semper subrogatur alius similis, auaritia feruente, radice omnium malorum, vt dixit Apost.

Dominus autem ordinauit his, qui euangelium enuntiant, de euangelio viuere, vt Matth. x. & Lucæ x. Et ideo beneficium ecclesiasticum est de iure diuino. Et beneficium ecclesiasticum est ius recipiendi sustentationem, ratione officij, & seruitij. Itaque fructus ecclesiastici debentur operarijs, non alijs; & qui non residet, non est bonus operarius. Et beneficia dantur propter officia, vt in c. fi. de rescrip. lib. vj. & in foro animæ, qui non dicit officium tenetur restituere fructus. Abbas post Calde. in capit. j. celebra. Missarum. & vide infra, in tit. de horis canonicis & in c. xviij. Numeri. Et residentia sacerdotij est de iure diuino, vt dixi in capit. lxviij. infra istò Speculo. & in cap. xxxiiij. supra in eodem libro.

53 † Et an consuetudo excuset clericum de non residendo in beneficijs, notant doct. post glosl. fi. in c. cum omnes, consti. vbi concludunt, quòd in simplicibus beneficijs valeret consuetudo de non residendo, dummodo ecclesiæ præiudicium non inferatur. Sed si clericus vagaret, consuetudo non valeret. Fely. post omnes in d. capit. cum omnes. & vide in tract. de benefi. in prin. quartæ partis. Sed tu dic, quòd residentia est de iure diuino, vt in cap. lxvi infra in isto Speculo. & non potest esse consuetudo in

54 diminutione diuini cultus. † Sed si beneficium non curatum in titulum, non requirit residentiam, vt in pensione. Nam pensionem potest etiam laicus habere, vt per Arch. in cap. quamuis. j. de præb. in vj. docto. in capit. clerici de cler. non resi. & in cap. ad audientiam. ij. de rest. Sed auertat Romanus Pontifex, quia pensiones, quæ constituuntur in fraudem canonis, reprobatæ sunt, vt quia dep... tantur ei, qui non est capax beneficij; vt per Panor. & Fel. in d. c. ad audientiam. Sed ex aliqua causa licita & honesta potest alicui constitui pensio ex reditibus beneficij. & intellige, quòd remaneat presbytero soluenti pensionem

vol

posit viuere; alias secus, vt per Panor. in c. conquerente, de cle. non resid. Hinc puto inoleuisse practicam, quòd vt plurimum statuitur onus vsque ad tertiam partem reditum, quantitatiue tantum, non per viam quotæ. Et si contingeret ecclesiam esse nimis oneratam, solet modificari, vt in c. prohibemus, de censi. Et talis moderatio est canonibus amica, bonus tex. ad hoc in c. quanto, de censib. Et aduerrat etiam Romanus Pontifex, postquam incidenter de materia pensionum loquuti sumus, quia multi incredibili cupiditate moti, resignant beneficium ecclesiasticum, obtinentes à Papa impositionem annuæ pensionis soluendæ sibi annuatim per successorem: quam postea ipsi pecunia redimunt ex præcedenti pactione inter eos inita; & suo iudicio non credunt, talem contractum simoniacum esse, quæ omnia indigent celeri reformatione. Et de pensione ecclesiastica dic, vt infra in tit. de pensionibus ecclesiasticis. Et de residentia sanctissimorum Episcoporum vide supra in c. ix. † Et quòd residentia sacerdotij sit de iure diuino, vide infra in isto Speculo; vt dixi in c. lxiij. & ista est veritas. ideo non valet consuetudo in contrarium, quia esset abusio, & corruptela, talis consuetudo contra ius diuinum. Ideo aduertant beneficiati, quia vltor iniquitatum gladius est, vt ibi dixi. Et de residentia Episcoporum, & Cardinalium dixi supra in isto Speculo, cap. nono. 55

## §. IX.

NVNC † dicamus de aliquibus abusibus, qui in Christiana religione versantur. Nam omnes ferè laici constituuntur in minoribus ordinibus, non vt clericaliter vitam suam ducant, non vt religioni vtilitatem afferant, non vt Deo seruiant, sed gratia exemptionis duntaxat, vt quando delinquunt, non possint capi, nec detineri, nec puniri. Et dum non viuunt clericaliter, nihilominus per dilucida interualla (vt rectè dicam) portant habitum, & tonsuram: & licet talibus vestibus induti semper negociando vadunt, vel tenent tabernam, vel stant ad 56

aliquam ſtationem exercendo aliquam artem, vel mercu-
turam: & ſub inuolucro talium negotiationum grauia, &
plura facinora impunè perpetrant. Et hinc oriuntur in-
gia, & contentiones inter iudices eccleſiaſticos, & ſecu-
res, ſuper iuriſdictione contendendo: quia de iure, ſi re-
cto habitu, & tonſura immiſceant ſe enormitatibus, v
ſæua exerceant, nullo gaudent priuilegio, vt in capit. j.
apoſta. & c. priuilegijs, & de exceſsibus præla. cap. ex part
& c. perpendimus. Sed omnes iſti abuſus oriuntur ex n
gligentia Epiſcoporum, qui ordinât ignotos, & idiotas
multoties homines delinquentes, & facinoroſos: & paſſi
conceduntur gratiæ & pueris, & illiteratis, vt â non ſ
Epiſcopis ordinentur. Sed abuſio abuſionum eſt, defici
te Epiſcopo, quod Capitulum de iure, ſede vacante, ſuc
dit in iuriſdictionalibus (quod ignoſcite) quia illi, Ep
copi nullius diœceſis, tanquam mercenarij, & non pa
res, ordinant ſutores, ſartores, & omnes volentes, &
lentes, & ſic de malo in peius transfretamus profund
orbis pelagus. Et quid dicemus, inuictiſsime princeps, c
ca vitam, & honeſtatem clericalem? nam ius loquens de
li honeſtate, & vita ſacerdotali regulariter non eſt in o
ſeruantia; quia omnes ferè clerici mercenarij non port
habitum congruum, vt decet; & forſitan ratione paup
tatis. Alij vero clerici in dignitatibus conſtituti, c
plura, & opulenta poſsideant beneficia, non credunt
cretis ſanctorum patrum eſſe obtemperandum, ſuper
elati. Et vt rem ipſam paucis abſoluamus; admiretur
tus orbis de ſequenti inopinata abuſione. Nam licet
cramenta nouæ legis contineant, & conferant gratiam,
in eis virtus Chriſti ſub tegumento rerum viſibilium
cretius operetur ſalutem; & licet ſint perfectiſsima rem
dia contra peccatum, & efficacia ſigna gratiæ Dei; & l
fuerit neceſſarium, vt baptiſmus, confirmatio, euchari
pœnitentia, extrema vnctio, matrimonium conferan
per determinatos miniſtros; & licet fuerit neceſſarium
cramentum Ordinis, cuius miniſterio prædicta diſpen
rentur ſacramenta; quorum ſacramentorum ſacerd
tes diſpenſatores ſunt; nũquam tamẽ clerici noſtri tem

ris, licet plura, & pinguia curata beneficia possideant, conferunt populo Christiano prædicta ecclesiæ sacramenta, tanquam sibi minimè pertinentia, immemores Apostoli dicentis: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Itaque Deus in sacramentis nouæ legis inuisibiliter operatur, sicut in veteri lege visibiliter operatur, Præpos. post glo. in capit. cum scriptura. j. quæst. j. Sed infelices clerici mercenarij, & mẽdicantes sustinent pondus, & onera aliena. Itaque contra tales pingues, & diuites, & inutiles dispensatores possemus dicere cũ Cypriano Papa: Hostes sũt, inimici sunt, latrones sunt. Et aduertãt, quia prophetia Malachiæ præcipue dirigitur contra sacerdotes. Et quia de clericis mendicãtibus, incidenter sermo habitus est, necesse vt dicamus, † quòd 57
mendicantes non debent admitti ad clericatum. & hoc fuit statutum, vt ordinati non mendicarent, in opprobrium clericatus: & esset valdè vtile seruare dispositionem tex. in capit. ij. de pr ben. & cap. Episcopus. eo. tit. vbi cauetur, quòd Episcopus ordinans aliquem sine titulo, & sic non habentem, vnde viuat; debet illi prouidere de suo, donec consequatur aliquem titulum. Nam certum est, quòd turba clericorum facit eos contemptibiles, vt in cap. legimus. xciij. distinct. Sed animaduertendum est, quòd si ecclesia cathedralis in Hispania vacat, præsentatio spectat ad Regem, quia Reges nostri patroni sunt omnium ecclesiarum cathedralium. Quia postquam Reges Gothi, à quibus inuictissimus Rex Cathol. noster indubitatam trahit originem, Hispanicam monarchiam, debellando Vandalos, adepti sunt, construxerunt sacra templa, & ecclesias, vbi diuina officia celebrarentur; dotemque eis constituerunt, & ornamenta plurima ministrarunt. Ex quo ius patronatus in eisdem ecclesijs, præsertim cathedralibus, acquisierunt, & specialiter sibi reseruauerunt, vt in cap. nobis. & in c. præterea, de iure patro. & c. Eleutherius. xvij. q. iij. & c. Frigentius, xvj. q. vij. & c. filius, & cap. monasterium. de quo vide Archi. in c. lectis. lxiij. dist. & Bal. in procœ. decreta. §. rex pacificus. Bene verũ est, quòd patronus cõsequitur ius patronatus ex tollerãtia, & gratia

eccleſiæ, vt per Docto. in c. quoniam, de iure patron. Ideo aduertat princeps noſter circa electionem Epiſcoporum ante præſentationem faciendam; quia eligendus eſt vir bonæ vitæ, literatus, conſtitutus in ſacris, ex legitimo matrimonio natus, in temporalibus circumſpectus & in ſpiritualibus, qui poſsit iura eccleſiæ tueri, prudens, docilis, temperatus, caſtus, ſobrius, & in literarum ſenſibus acutus, in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, doctus, prouidus, maturus, & qui reprehendi non poſsit, Deo, & hominibus placens, hoſpitalis, bonis moribus ornatus, & manſuetus; Vnius vxoris virum .i. non bigamum, oportet eſſe Epiſcopum, non vinolentum, non percuſſorem, ſuæ domui bene præpoſitum; qui enim domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Et ideo iure cauetur, quòd magis idoneus ſemper eligendus eſt. ita Inno. in c. cum olim, de teſt. & per Specu. in ti. de electio. verſic. publicatione. vbi ponit exemplum de Apoſtolis, qui elegerunt Matthiam, & non Ioſeph iuſtum, licet conſanguineum eorum. Et aduertant, quia electio eſt periculo eligentis, gloſſ. in c. Valentinianus, lxiij. dist. & electores non excuſantur, ſi velint allegare ignorantiam, eligendo indignos: vt per Albe. in l. qui cum alio, ff. de regu. iur. & in l. eum, qui certarum, §. cum pure. ff. de verbo. obliga. Et mala electio eſt in culpa, inſti. qui mo. re cont. obli. §. præterea; & C. de periculo nominatorũ, l. j. & ij. lib. xj. Sed vide Præpoſi. in c. viliſsimus, j. q. j. & omnino vide. Et Chriſtus dixit Petro: Diligis me plus his? quaſi expreſsè dicat; ille, qui eligitur ad officium prælationis, debet Deum diligere præ cæteris: & tantùm debet excedere actionem populi vita paſtoris; quia paſtor eccleſiæ debet ſubditos paſcere triplici pabulo, ſcilicet ve-
58 ritatis verbo, vitæ exemplo, temporali ſubſidio. † Ideo ille, qui aliquem eligit in Epiſcopum, tenetur ſemper eligere meliorem, & ille eſt eligendus, qui omnibus conditionibus penſatis melior eſt ad tale officium, ad honorem Dei, & eccleſiæ vtilitatem, ſecundum iudicium eligentis: aliter autem eligens, vel promouens non videtur iudicium diuinum euadere. De hoc diximus ſupra in iſto Speculo

culo.cap.v. Et Episcopus dicitur superintendens, & quasi speculator, in ecclesia positus ad speculandum mores, & vitam subditorum. Ex quo patet quod Episcopus nomen est operis, non honoris. viij. quæstione j. cap. qui Episcopatum. tenet Azo. in Rubri. C. de Episcopis, & cle. Ideo aduertat sacra Maiestas circa translationem Episcoporum; quia non licet Episcopo de ciuitate sua transire ad alium Episcopatum. & rex. dicit; Manifesta est enim causa, pro qua facere hoc attentant; cum nullus sit inuētus Episcopus, qui ad minorem de maiori ciuitate transiret. Et matrimonium spirituale contrahitur inter Episcopum, & ecclesiam, interueniente authoritate eligentis, & confirmantis. Quare ergo Episcopus vult dimittere propriam sponsam, & transire ad aliam, cum innumerabilia nascantur damna de translatione Episcoporum ex vna ciuitate ad alium Episcopatum? Et hinc etiam oritur occasio delinquendi, & multa inconuenientia, quæ nunc surda aure transeo. Et postquam vestra maiestas habet ius eligendi, & præsentandi Episcopos (vt dixi) multum interest conscientiæ suæ reformare talem deformitatem, & abusum, & componere solita authoritate statum religionis. Et si vestra maiestas rempublicam Christianam saluam cupit, vt vniuerso orbi notum est, à Regnis Hispaniæ vera reformatio incipere debet, quia sola Hispania inter alias orbis regiones abutitur iuribus disponentibus de translatione Episcoporum. Et Apostolus dixit: Vnusquisque maneat in vocatione, qua vocatus est. Et aduertat sacra maiestas, quia ex abusione assiduarum translationum nullus Episcopus Hispaniarum posset iure dicere cum Christo redemptore nostro; Ego sum pastor bonus, cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ; quia pastores in hodierna calamitate nec cognoscunt oues suas, nec oues pastores suos. Et de patronatu Hispaniarum vide infra in isto Speculo capit. lxv. & dixi etiam in capit. de bello, supra in eodem Speculo. & vide supra. in isto Speculo. capit. quinto; & omnino vide.

## DE VARIIS ANTIQVIS HAERESIBVS ab ecclesia Dei condemnatis, & primo de his, quæ in prima synodo Nicæna. Cap. LII.

### SVMMARIVM.

1 Arius pessimus hæreticus cum complicibus suis, per sanctam synodum Nicænam condemnatus fuit.
2 Plures hæreses anathematizatæ fuerunt post concilium Nicænum, in concilio Romano.
3 Errores condemnati in concilio Gangrensi, post Nicænum concilium.
4 Secunda synodus vniuersalis, omnem hæresim Eunomiorum anathematizauit.
5 Pelagiana hæresis condemnata fuit in concilio Milmitano.
6 Tertia synodus vniuersalis, videlicet Ephesina, iusto anathemate Nestorium condemnauit.
7 Hæreses condemnatæ in concilio Chalcedonensi.
8 Errores condemnati in prima synodo Toletana.
9 Quinta synodus vniuersalis Constantinopolitana, Theodorum Mopsuestbenum & omnes sequaces eius condemnauit, multosque alios errores anathematizauit, vsque ad num. 16.
17 Hæreses condemnatæ in prima synodo Bracarensi.
18 Hæreses condemnatæ in sexta synodo Constantinopolitana.
19 Hæreticorum sectæ quot sint, & vnde nomina acceperint, vel siue.
20 Hæreses atque errores condemnati in Decretalibus.
21 Catharorum siue Patarenorum varij errores.
22 Qui sint errores pauperum de Lugduno.
23 Hæreses condemnatæ in Sexto & in Clementinis.
24 Qui & quot sunt errores sectæ Beguardorum & Beguinarum.
25 Errores & hæreses cõdemnatæ in extrauaganti Bonifacij VIII. Incipiente vnam sanctam, & cætera.
26 Errores quorundam fratrum minorum condemnati, in extrauagante Clementinæ, quæ incipit, Ecclesia &c.
28 In extrauagante, quæ incipit, licet iuxta doctrinam, septem errores condemnantur.

29 Er

29 Error condemnatus, in extrauagante, quæ incipit, cum inter nullos, & cætera.

30 Errores Ioan. de Poliaco magistri Parisiensis, per Papam Ioan. XXII. condemnantur.

31 Hæreses Ioan Vicleff & Ioan. Hus in concilio Constantiensi condemnatæ

QVoniam non parum commoditatis arbitrati sumus afferre præsenti tractatui de hæresibus, si in promptu ex eo posset haberi notitia, quæ hæreses superioribus temporibus per sanctos patres in ecclesia sint condemnatæ, idcirco decreuimus, quantum possibile nobis fuerit, hic sub breuitate commemorare errores, & hæreses, quæ per ecclesiam Dei siue in concilijs, siue per sedem Apostolicam reprobatæ inueniuntur. † Incipiemus autem ab vniuersali synodo Nicęna dicentes. quod venerabilis, & sancta synodus Nicæna. cccxviij. patrum condemnauit Arium pessimum hæreticum cum complicibus suis, qui inter alios errores, quos dogmatizauit, tres gradus asserebat in Trinitate, patrem scilicet maiorem, filium minorem, spiritum sanctum creaturam, vel seruum. Cuius quidem Arianæ perfidiæ de inæqualitate sanctæ Trinitatis condenata blasphemia, eadem sancta synodus consubstantialem Deo patri filium per symbolum definiuit, vt in cap. canones, dist. xv. & in regula Athanasij ab ecclesia approbata dicitur, Quicunque vult saluus esse, &c. 1

## HAERESES CONDEMNATAE IN CONcilio celebrato Romæ post concilium Nicænum.

CAEterum † in concilio Romano, quod post concilium Nicęnum est Romæ celebratum, anathematizatæ sunt plures hæreses, de quibus scilicet concilio, & hæreticis in eo condenatis Damasus Papa loquitur, vt patet in lib. conciliorum, hoc modo scribens ad Antiochenum episcopum. Post Nicænum concilium, aliud in vrbe Roma congregatum est postea à catholicis Episcopis, qui addiderunt de spiritu sancto. Et quia postea talis error 2

exortus est, vt quidam dicere prophano ore præsumunt, spiritum sanctum per filium fuisse factum, ideo anathematizamus eos, qui non cum omni prædicant libertate, cum patre & filio spiritum sanctum vnius eiusdemque substantiæ, atque potestatis existere.

Similiter autem anathematizamus eos, qui errorem Sabellij sunt sequuti, eundem dicentes esse patrem, quem filium.

Anathematizamus Arium, & Eunomium, qui simili impietate (licet verbis discrepent) filium tamen, & spiritum sanctum creaturam esse confirmant.

Anathematizamus Macedonianos, qui ex Ariana radice deriuati non impietatem, sed vocabulum mutauerunt.

Anathematizamus Fontinum, qui Ebionis hæresim renouãs dominum nostrum Iesum Christum solum ex Maria confitetur.

Anathematizamus etiam eos, qui duos filios esse profitentur, vnum ante secula, & alterum per carnis assumptionem ex virgine.

Anathematizamus etiam eos, qui pro anima rationali confirmant, quia Dei verbum in humanam carnem conuersum est; ipse nanque filius Dei verbum non pro rationali anima, & intelligibili in suo corpore factus est, sed nostram, hoc est, rationalem animam, & intelligibilẽ animam sine peccato assumpsit, atque saluauit.

Anathematizamus eos, qui dicunt verbum Dei productione, & correptione à patre separatum, & fine substantiæ eum terminandum esse blasphemant.

Si quis non dixerit semper patrem, & semper filium, & semper spiritum sanctum esse, anathema sit.

Si quis non dixerit, filium natum ex patre, hoc est ex diuina eius substantia, anathema sit.

Si quis non dixerit, verbum Domini, filium Dei, sicut verum Deum patrem eius, & omnia posse, & omnia nosse, & patri æqualem esse, anathema sit.

Si quis dixerit, quòd in carne degens filius Dei, cum esset in terra, in cœlis & cum patre non fuerit, anathema sit.

Si

Si quis dixerit, quòd in passione crucis dolorem passus est filius Dei Deus, & non caro cum anima, qua induta est, aliàs quæ induerat formam serui, quam sibimet assumpsit, sicut scriptura dicit, anathema sit.

Si quis non dixerit, quia in carne, quam assumpsit, sedet ad dexteram patris, in qua etiam venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit.

Si quis non dixerit, spiritum sanctum ex patre esse vere, & proprie, sicut & filium ex diuina substantia, & verum Deum, anathema sit.

Si quis non dixerit, omnia posse spiritum sanctum, & omnia nosse, & vbique adesse, sicut & filium, & patrem, anathema sit.

Si quis dixerit, spiritum sanctum facturum, aut per filium factum, anathema sit.

Si quis non dixerit, omnia per ipsum filium, & spiritum sanctum fecisse patrem, hoc est visibilia, & inuisibilia, anathema sit.

Si quis nō dixerit, patris, & filij, & spiritus sancti vnam diuinitatem, potestatem, deitatem, virtutem, vnam gloriam, dominationem, imperium, vnam voluntatem, & veritatem, anathema sit.

Si quis tres personas non dixerit veras, patris, & filij, & spiritus sancti æquales, semper viuentes, omnia continentes visibilia, omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia creantes, omnia saluantes, anathema sit.

Si quis non dixerit spiritum sanctum adorandum ab vniuersa creatura, sicut & filium, & patrem, anathema sit.

Si quis de patre, & filio bene sapit, de sancto autem spiritu non recte crediderit, hæreticus est; quia omnes hæretici de filio Dei, & spiritu sancto male sapientes, Iudæorum, atque gentilium incredulitate consistere conuincuntur, anathema sit.

Si quis autem diuiserit Deum patrem dicens, & Deum filium eius, & Deum spiritum sanctum affirmans, Deos dicit, & non Deum propter vnam deitatem, atque potestatem, quam esse credimus, & nouimus patris, & filij, & spiritus sancti, subtrahens verò filium, & spiritum sanctum,

ctum, tanquam solum opinatus patrem Deum, anathema sit.

Nomen enim Deorum & omnibus sanctis à Deo positum est, atque donatũ: de patre verò, & filio, & spiritu sancto propter vnam, æqualemq; diuinitatem non Deorum nomina, sed vnum Dei nomẽ traditur, atq; significatur, vt credamus, quia in patre, & filio, & spiritu sancto solum modo baptizamur, & nõ in Archangelorum nominibus, sicut hæretici, aut sicut Iudæi, Gentilesque insaniunt.

Hæc ergo Christianorum salus est, vt credẽtes Trinitati, quæ ὁμόσιος est, (patri scilicet, & filio, & spiritui sancto) & in ea baptizati, vnam deitatem, & potestatem, & diuinitatem, & substantiam in ea esse credamus.

## ERRORES CONDEMNATI
### *in concilio Gangrensi.*

CAEterum † in concilio Gangrensi, quod post concilium Nicænum celebratum est, sunt sequentes condemnati errores; de quo habetur in decreto. dist. xxx.

Si qui filij parentes, maximè fideles, deseruerint, occasione Dei cultus hoc iustum iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur, quod fideles sunt, anathema sit.

Item, quæcunque mulier religioni iudicans conuenire, comam sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquàm resoluens ius subiectionis, anathema sit.

Item, si qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo coniugali nuptias condemnando, anathema sit.

Item, si quis virginitatem propter Deum professus, in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema sit.

Item, si quis virginitatem, vel continentiam professus, tanquàm abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solum, quòd virginitatis bonum sanctumque propositum sit, anathema sit.

Item, si qua mulier suo proposito vtile iudicans, vt vir-

li vela

li veste vtatur,& propter hoc viri habitum imitetur, anathema sit.

Item,si quis tanquàm hoc continentiæ conuenire iudicans die dominico ieiunauerit in eiusdem diei contemptum,anathema sit.

Item,si quis eorum,qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalē superbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda,totius ecclesiæ perfectam in sua conscientia iudicans rationem,anathema sit.

Item,si quis per superbiam, tanquàm perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas sanctorum martyrum fiunt,vel accusauerit,vel etiam oblationes,quę ibidem celebrantur,spernendas esse crediderit,memoriasque sanctorum contemnendas,anathema sit.

Item,si quis extra ecclesiam priuatim populos congregans contemnat ecclesiasticas sanctiones, ipsamque ecclesiam apud se sine Episcopi consilio cum presbitero agat, anathema sit.

Item,si quis nuptias in accusationem duxerit,& mulierem fidelem, ac religiosissimam cum viro suo dormientem abominandam crediderit, aut accusandam,tanquàm non posse coniugatos in regnū Dei ingredi,anathema sit.

Item,si quis carnem manducātem ex fide, cum religione præter sanguinem, & idolo immolatam, & suffocatam crediderit condemnandam, tanquam spem non habentem,qui eam manducat,anathema sit.

Item,si quis dereliquerit proprios filios, & non eos aluerit,&,quod pietatis est, necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit.

Item,si quis virorum putauerit sacro proposito, id est, continentiæ conuenire, vt pallio vtatur, tanquàm ex eo habiturus iustitiam,& reprehendat,vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur,& alia veste communi,quæ in vsu est,anathema sit.

Item,hęc scripsimus non abscindentes eos,qui in ecclesia Dei secundum scripturas propositum sanctum continentiæ eligunt,sed eos, qui suscipiunt habitū eiusdem,&

in

in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simplicius viuunt: sed & hos condemnamus, qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate, & religionem cum charitate Deo acceptissima dicimus, & renunciationes secularium negociorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod secūdum castitatem perdurat, honoramus, & diuites cum iustitia, & operibus bonis non abijcimus.

## HAERESES CONDEMNATAE
### *in secunda synodo vniuersali.*

AMplius secunda synodus vniuersalis Constantinop. cl. patrum Macedonium Constātinum spiritum sanctum Deum esse negantem condemnans consubstantialem patri & filio spiritum sanctum demonstrauit; dans symboli formam, quam tota latinorum, & Græcorum confessio in ecclesijs prædicat, vt scribit Isi-
4 vij. ethym. & ponitur. c. canones. dist. xv. † Quæ synodus anathematizauit omnem hæresim, specialiter Eunomiorum, immò Anomianorum, qui latine sine lege dicuntur, Ayranorum, siue Eudoxianorum. i. qui contra spiritum sanctum pugnant, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Cosmorum, & Molonariscarum.

## ERRORES CONDEMNATI
### *in concilio Milmitano.*

5 PRæterea † in concilio Milmitano, quod fuit tempore Innoc. I. condemnata est hæresis Pelagiana; contra quam definita sunt ea, quæ sequuntur, scilicet.

Placuit igitur omnibus Episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo constituere hæc, quæ in præsenti concilio definita sunt, vt quicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret,

non

non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

Item placuit, vt quicunque paruulos recenter ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorũ baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quòd lauacro regenerationis expietur; vnde sit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit.

Item placuit, vt quicunque dixerit gratiam Dei, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit.

Item placuit, vt quicunque dixerit, eandem gratiam Dei per Iesum Christum dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuuare, ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus, atq; valeamus, anathema sit.

Item placuit, vt quisquis dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit.

Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est: quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit.

Item placuit, vt quicunq; dixerit, in oratione dominica ideo dicere sanctos; dimitte nobis debita nostra, vt non pro seipsis hoc dicant, quia non est iam eis necessaria ista petitio, sed pro alijs, qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquemque sanctorum, dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra; vt hoc pro alijs potius, quàm pro se iustus petere intelligatur, anathema sit.

Item placuit, vt quicunqne ipsa verba dominicæ orationis,

tionis, vbi dicimus, dimitte nobis debita nostra, ita v
lunt à sanctis dici, vt humiliter veraciter hoc dicatur,
nathema sit.

## ERRORES CONDEMNATI IN *tertia synodo vniuersali, vel Ephesina.*

6 PRæterea † tertia synodus vniuersalis, videlicet Eph
sina prima, cc. patrum siue Episcoporum, Nesto
um duas personas asserentem in Christo, iusto an
themate condemnauit, ostendens manere in Christo d
naturas, & vnam Domini Iesu Christi personam. Q
quidem synodus sequentes condemnauit errores.

Si quis non confitetur, Deum veraciter esse Emanu
& propterea Dei genitricem sanctam virginem Mari
peperit enim secundum carnem sanctum Dei verbum,
cundum quod scriptum est, verbum caro factum est, a
thema sit.

Si quis non confitetur, carni secundum substantiam
nitum verbum Dei patris, vnumque esse Christum c
propria carne, eundem scilicet Deum simul, & homine
anathema sit.

Si quis in vno Christo diuidit substantias post vni
tem, sola eas connexione coniungens, eamque, quæ secu
dum carnis dignitatem sit, vel etiam auctoritatem, & p
testatem, ac non potius conuentu, qui per vnitatem fact
est naturalem, anathema sit.

Si quis in personis duab. vel subsistentijs eas voces, q
in Apostolicis scriptis continentur, & euangelicis, diuid
quæ vel de Christo dicũtur à sanctis, vel ab ipso; & aliq
quædam ex his velut homini, qui præter Dei verbu
specialiter intelligatur, aptauerit; illas autem tanquã D
dignas, soli Dei patris verbo deputauerit, anathem
sit.

Si quis audeat dicere Christũ hominẽ, θεοφόρον i. Deu
ferentẽ, & non potius Deũ esse veraciter dixerit, tanqua
filiũ per naturam, secundũ quòd verbum caro factũ est,
cõmunicauit similiter, vt nos, carni & sanguini, anathem
sit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si quis dicit, Deum esse, vel Dominum, Christum Dei patris verbum, & non potius eundem ipsum confitetur Deum simul, & hominem, propterea, quod verbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

Si quis velut hominem Iesum operante Deo verbo dicit adiutum, & vnigeniti gloriam, tanquam alteri præter ipsum existenti, tribuit, anathema sit.

Si quis audet dicere, assumptum hominem coadorandum Deo verbo, & conglorificandum, & connuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero; nam consyllaba superadiecta hæc cogit intelligi, ac non potius vna supplicatione veneratur Emanuel, vnamque ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum est, anathema sit.

Si quis vnum Dominum nostrum, Iesum Christum glorificatum dicit à spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum vsus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, posse & coram hominibus diuina signa perficere, ac non potius proprium fatetur eius spiritum, per quem diuina signa expleuit, anathema sit.

Pontificem, & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum diuina scriptura commemorat; obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo, & patri. Si quis ergo Apostolum, & Pontificem nostrum dicit esse factũ non ipsum Dei verbum, quando caro factum est, & homo iuxta nos homines, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere. Aut qui dicit, quòd pro se obtulisset semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis: non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nescivit; anathema sit.

Si quis non confitetur carnem Domini viuificatricem esse, & propriam ipsius verbi Dei patris, sed velut alterius præter ipsum coniuncti ei per dignitatẽ, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac non potius viuificatricẽ esse, quia facta est propria verbi cuncta viuificare valentis, anathema sit.

Si quis nõ confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixũ carne, & mortẽ carne gestasse, factũq; primogenitũ ex mor-

ex mortuis, secundum quod vita est, & viuificator, vt Deus, anathema sit.

## HAERESES CONDEMNATAE
### *in quarta synodo vniuersali.*

7 CAeterum † quarta synodus vniuersalis Chalcedonensis Dcxxx. Episcoporum condemnauit Eutichen Constantinopolitanum Abbatem, verbi Dei, & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eiusdem Dioscorum defensorem, quondam Alexandrinum Episcopum, & ipsum Nestorium Episcopum cum reliquis hæreticis vna patrum sententia damnauit, prædicans eadem synodus Christum Deum sic natum de virgine, vt in eo substantiam & diuinæ, & humanæ confiteatur naturæ, in capitulo nones. distinct. xv.

## ERRORES CONDEMNATI
### *in synodo Toletana.*

8 ITem † prima synodus Toletana congregata auctoritate, & iussu Leonis Papæ condemnauit errores, & hæreses sequentes contra Priscillianistas.

Si quis dixerit, aut crediderit, à Deo omnipotente mundum hunc factum non fuisse, atque eius omnia instrumenta, anathema sit.

Si quis dixerit, atque crediderit, Deum patrem eundem esse filium, vel paracletum, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, filium eundem esse patrem, vel paracletum, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, paracletum vel patrem esse, vel filium, anathema sit.

Si quis dixerit, carnem tantum sine anima à filio Dei fuisse susceptam, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem nascibilem esse, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem Christi conuertibilem, vel passibilem, anathema sit.

S

Si quis dixerit, vel crediderit, alterum esse Deum priscæ legis, alterum angelorum, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, ab altero Deo mundum fuisse factum, & non ab eodem, secundum quod scriptum est, in principio fecit Deus cœlum, & terram, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, animam humanam Dei portionem, vel Dei substantiam esse, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, alias scripturas, præter quas ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, Deitatis, & carnis vnam in Christo esse naturam, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, esse aliquid, quod se extra diuinam Trinitatem possit extendere, anathema sit.

Si quis astrologiæ, vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, coniugia hominum, quæ secundum legem diuinam licet habere, execrabilia esse, anathema sit.

Si quis dixerit, vel crediderit, carnes auium, seu pecudum, quæ ad escam datæ sunt, non tantum pro castigatione corporum abstinendas, sed execrandas esse, anathema sit.

Si quis in erroribus Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, vt aliud in salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

## HAERESES CONDEMNATAE
*in quinta synodo vniuersali.*

CONsequenter † quinta synodus vniuersalis Constantinopolitana condemnauit Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos sequaces eius, qui dicebant esse alium Dei verbum, & alium Christum, & sanctam virginem negabant Dei genitricem fuisse, vt in 9

e. sexta synodus, dist. xvj. In qua quidem v. synodo patre
hęc definiuisse leguntur.

Si quis non confitetur patris, & filij, & spiritus sanc
vnam naturam, siue essentiam, vnam virtutem, & pot
statem, Trinitatem consubstantialem, vnam deitatem
tribus subsistentijs, siue personis adorandam, talis anath
ma sit: vnus enim Deus, & pater, ex quo omnia, & vn
Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & vnus spi
tus sanctus, in quo omnia.

Si quis non confitetur, Dei Verbo esse duas natiui
tes, vnam quidē ante secula, & sine tempore ex patre inc
poraliter; aliam verò eiusdē in vltimis diebus descēden
de cœlo, & incarnati ex sancta glorioſa Dei genitrice se
que virgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathe
sit.

Si quis dicit, alium esse Deum Verbum, qui miracu
fecit, & alium Christum, qui passus est; vel Deum Ve
bum cum Christo esse dicit, quando ex muliere nasc
batur; vel in ipso esse, vt alterum in altero, & non
num eundemque Dominum nostrum Iesum Christu
Dei Verbum incarnatum, & hominem factum, atque ei
dem miracula, & passiones, quas sponte passus est carn
talis anathema sit.

10 † Si quis dicit, secundum gratiam, vel secundum op
rationem, vel secundum dignitatem, vel secundum æqu
litatem honoris, vel secundum authoritatem, aut relat
nem, aut effectum, aut virtutem, vnitionem Dei Verbi a
hominem factam esse, aut secundum bonam voluntate
quasi quòd placuit Deo Verbo homini, quia benè visu
est ei de ipso, sicut Theodorus insaniens dicit, vel secu
dum solam hominis similitudinem, quam Græci hom
nymiam vocant, per quem Nestoriani Deum Verbum Ie
sum & Christum vocantes, & hominem separatum Chr
stum, & filium nominantes, & duas personas manifeste d
centes per solam nominationem, & honorem, & dignita
tem, & adorationem, & vnam personam, & vnum Chr
stum confingunt dicere, sed non confitentur, sicut sa
cti patres docuerunt, vnitatem Verbi ad carnem anim
tam,

tam, anima rationali, & intellectuali, secundum compositionem, id est, secundum subsistentiam factam, & propterea vnam eius subsistentiam, qui est Dominus noster Iesus Christus, vnus de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cùm enim multis modis vnitas intelligitur, aliquando quidem impietatem Apollinaris, & Eutychetis sequuntur, in peremptionem eorum, quæ conuenerunt colentes, vnitionem secundum confusionem prædicant. Theodori autem, & Nestorij sequaces diuisione gaudentes effectualem vnitatem introducunt. Sancta verò Dei ecclesia, vtriusque perfidiæ impietatem ejciens, vnitionem Dei verbi ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Vnitio enim per compositionem in mysterio Christi non solum inconfusa ea, quæ conuenerunt, conseruat, sed neq; diuisionē suscipit.

Si quis vnam subsistentiam Domini nostri Iesu Christi ita intelligit, tàquam susciepientem multarum substantiarum significationem, & propterea conatur introducere in mysterio Christi duas subsistentias, vel personas, & ab eo introductis duabus personis, vnam personam dicit per dignitatem, & honorem, & adorationem, sicut Theodorus & Nestorius insanientes conscripserunt, & calumniantur sanctam Chalcedonensem synodum, tanquam secundum hunc impijssimum intellectum vsam vnius intelligentiæ vocabulum; sed non confitetur Dei verbum carni substantialiter vniri, & propterea vnam eius substantiam, vel vnam personam, & ita sanctam Chalcedonensem synodum vnam subsistentiam Domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema sit. Neque enim adiectionem personæ, vel subsistentiæ sancta Trinitas suscepit incarnato vno de eadem Trinitate Deo verbo.

†Si quis abusiuè, & non verè Dei genitricem dicit sanctam gloriosam, semper virginem Mariam, aut per relationem, tanquam homine puro nato · Non enim Deo Verbo ex ea incarnato, sed relati secundum illos hominis natiuitate in Deum verbum, tanquam cohærens nascenti homini, & criminatur sanctam Chalcedonensem synodum, tanquam secundum eundem impium intellectum à 11

Theodoro commentatum, Dei genitricem virginem af-
ferentem; aut si quis hominis genitricem vocat eam, au-
Christi genitricem, vtpote Christo non existente Deo;
non specialiter, & secundum veritatem Dei genitrice
eandem confitetur ob id, quòd ante secula à patre geni-
tus Deus Verbum in vltimis diebus ex ea incarnatus,
natus est, atque ita piè sanctam Chalcedonensem syn
dum Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

12 † Si quis in duabus naturis dicens, non vt in Deitate,
humanitate vnum Dominum nostrum Iesum Christu
cognosci, confitetur, vt per hoc significet differentiam
turarum (ex quibus inconfusa, & ineffabilis vnitas fac
est) neque verbo in naturam carnis transfigurato, neq
ad verbi naturam translatam; manet enim vtrunq; qu
est secundum naturam, & post factam vnitatem substa
liter, sed in diuisionem per partem huiusmodi suscipit
cem in mysterio Christi; aut numerum naturarum co
fitens in vno eodemque Domino nostro Iesu Christo D
verbo incarnato, & non tantummodo contemplatio
differentiam eorum accipit, ex quibus & incompositus
non interempta proprietate propter vnitatem, (Vnus
nim ex vtrisque, & per vnum vtraque) sed propterea
mero vtitur tanquam diuisas, & propriæ subsistentiæ co
sistentes naturas, talis anathema sit.

† Si quis ex duabus naturis deitate, & humanitate co
15 fitens vnitione factam fuisse, vel vnam naturam Dei V
bi incarnati dicens, & non sic has voces intelligit, sic
sancti patres docuerunt; quòd ex diuina natura & huma
na, vnitione secundum subsistentiam facta, vnus Christ
factus est, sed ex huiusmodi vocibus vnam naturam, siv
subsistentiam deitatis, & carnis Christi introducere co
tur, talis anathema sit. Secundum substantiam enim dic
tes carni vnigenitum Verbum vnitum esse, non confusio
ne quadam ad vices naturarum factam fuisse dicimus; m
gis autem manente vtraque, hoc, quod est, vnitum esse c
ni intelligimus Verbum; propter quod & vnus est Chri
stus, idem Deus & homo, consubstantialis patri secun-
dum Deitatem, & consubstantialis nobis idem secundum
huma-

humanitatem. Similiter enim & eos, qui per partes diuidunt, vel incidunt, & confundunt dispensationis mysterium Christi, auersatur, & anathematizat sancta Catholica Dei ecclesia.

† Si quis adorari in duabus naturis dicit Christum, ex quo duæ adorationes introducuntur semotim Dei verbo, & semotim homini; aut si quis peremptionem carnis, aut in confusionem deitatis, & humanitatis vnam naturam, siue essentiam conuenientium portentuose dicit, sic adorat Christum; sed vna adoratione diuinum Verbum incarnatum cum eius carne adorat, iuxta quod sanctæ Dei ecclesiæ ab initio traditum est, talis anathema sit. 14

Si quis non confitetur crucifixum carne dominum nostrum Iesum Christum esse verum & Dominum gloriæ & vnum de sancta Trinitate, talis anathema sit.

Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorem, Eutychen, & Origenem cum impijs eorum scriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati sunt, & anathematizati à sancta Dei catholica, & Apostolica ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor concilijs; sed & eorum, qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt, aut sapere noscuntur, & vsque ad finem permanserunt in propria impietate, talis anathema sit.

† Si quis defendit Theodorum impijssimum, Mopsuesthenum, qui dixit alium esse Deum Verbum, & alium Christum, & passionibus animæ, & concupiscentijs carnis molestatum, & à malis molestatum & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operum melioratum, & ex vitæ conuersatione incontaminatum constitutum, tanquam purum hominem baptizari in nomine Dei patris, & filij, & spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti spiritus accipere, & adoptionem promereri, ad similitudinem Imperialis imaginis in persona Dei Verbi adorari, post resurrectionem inconuertibilem secundum intellectum & sine peccato penitus factum: Et iterum dicente eodem impijssimo Theodoro, vnitionem Dei Verbi ad Christum talem factam fuisse, qualem dixit Aposto- 15

lus in marito, & vxore: Erunt duo in carne vna: Et super alias innumerabiles eius blasphemias præsumente dicere quòd post resurrectionem sufflãs Dominus in discipulos suos, & dicens; Accipite spiritum sanctum; non dedit spiritum sanctum, sed tantum schemate sufflauit. Hic autem & cõfessionem Thomæ, per quam, dum palparet manum vel latus domini post resurrectionem, dixit, Deus meus & Dominus meus, asseruit non fuisse dictum de Christo Thoma; nec enim eum esse Deum dicit, sed miraculum resurrectionis obstupescentem Thomam glorificasse Deum qui suscitauit Christum. Quod autem peius est, & in interpretatione facta ab eo in gestis Apostolorum, quasi interpretatione comparans idem Theodorus Christum Platoni, vel Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicit, quia sicut vnusquisque illorum inueniens propriam sectam, discipulos suos fecit nominari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcionistas, simili modo, & Christo inueniẽte sectam, ex ipsa Christianos vocari. Si quis igitur defendit prædictum impijssimum Theodorum, vel impia eius scripta, in quibus tam prædictas, quàm & alias innumerabiles blasphemias euomuit aduersus magnũ Deum & saluatorem nostrum Iesum Christum; & non anathematizat eum, & impia eius conscripta, & omnes, qui susceperint, aut defenderint eum, aut dicentes, eum rectè exposuisse, & eos, qui pro ipso scripserunt, & similia ei sapuerunt, aut pro eo scribunt, aut eius impia conscripta, & eos qui similia ei sapiunt, aut sapuerunt aliquando, & vsque ad finem permanserunt, aut permanent, in huiusmodi impietate; talis anathema sit.

16 † Si quis defendit impia scripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem exposita sunt, & primam Ephesinam sanctam synodum, & sanctum Cyrillum, vel. xij. eius capitula, & ea omnia, quæ conscripsit pro Theodoro, & Nestorio impijssimis, vel alijs, qui similia prædictis Theodoro & Nestorio impijssimis sapuerunt; & recipit eos, vel impietatem eorum, atque propterea impios vocat ecclesiæ doctores, qui substantialiter Dei vnitionem Dei Verbi ad carnem confitentur, & non anathematizat prædicta impi-

issima

issima conscripta, & eos, qui similia his sapuerunt, vel sapiunt, sed & omnes, qui contra rectam fidem scripserunt, aut contra beatæ memoriæ Cyrillum, vel xij. eius capitula, & in hac impietate defuncti sunt, talis anathema sit.

Si quis defendit epistolam, quam dicitur Iba scripsisse ad Marim Persam, qui denegat quidem domini Verbum de sancta genitrice semper virgine Maria incarnatum hominem factum; dicit autem purum hominem ex ea natum esse, quem templum vocat, tanquam alio existente Deo Verbo, & alio homine; sed & sanctum Cyrillum, rectam Christianorum fidem prædicantem, reprehendit hæreticum, & similia scelesti Apollinaris scribentem, atque vituperat Ephesinam sanctam primam synodum, tanquàm sine iudicio, & requisitione Nestorium deponentem, sed & xij. capit. beatæ memoriæ Cyrilli impia, & aduersa rectæ fidei nominat prædicta impia epistola, & defendit Theodorum, & Nestorium, & impia eorum dogmata, & conscripta. Si quis igitur prædictam epistolà defendit, & non eam anathemati submittit, & eos, qui defendunt eam, & dicunt rectam esse, aut partem eius, & eos, qui scripserunt, vel scribunt pro ea, siue pro impietatibus, quæ in ipsa continentur, & præsumentes ea defendere, aut posites in ea impietates ex nomine sanctorum patrum, aut sanctę Chalcedonensis synodi, & vsque ad finem in his permanserunt, talis anathema sit.

His igitur ita confessis à nobis, quæ & accepimus de diuina scriptura, à sanctorum patrum doctrina, & definitis de vna eademque fide à prædictis quatuor concilijs: facta verò etiam à nobis super hæreticos, vel impietatem eorum, sed & contra eos, qui defendere præsumpserunt, aut defendunt tria prædicta capitula, & permanserunt, aut permanent in proprio errore & condemnatione; si quis conatus fuerit contra hęc, quæ à nobis piè terminata sunt, tradere, aut docere, aut scribere, si quidem Episcopus est, aut in clero connumeratus, talis extraneus, & à sacerdotum & ecclesiastica disciplina peragens, denudabitur ab Episcopatu, aut clero; si autem monachus, aut laicus fuerit, anathematizabitur.

## ERRORES CONDEMNATI
*in synodo prima Bracarensi.*

17 AMplius † synodus prima Bracarensis contra Priscillianistas sequentes errores reprobat, & anathematizat.

Si quis patrem, & filium, & spiritum sanctum non confitetur tres personas vnius substantiæ, & virtutis, ac potestatis, sicut catholica, & Apostolica ecclesia docet, sed vnam tantum, ac solitariam dicit esse personam, ita vt ipse sit pater, qui filius, ipse etiam sit paracletus spiritus, sicut Sabellius, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis extra sanctam Trinitatem alia, nescio quæ, divinitatis nomina introducit, dicens, quòd ipsa diuinitas sit Trinitas, sicut Gnostici, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis dicit filium Dei dominum nostrum, antequam ex virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Samosatenus, & Photinus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis natale Christi secundum carnem non verè honorat, sed honorare se simulat, ieiunans in eodem die dominico, quia Christum in hominis natura natum esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in copora humana in terram deiectas, sicut Prisicillianus dixit, anathema sit.

Si quis humanas animas, vel angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis dicit, diabolum non fuisse prius bonum angelum à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam eius, sed diciteum ex tenebris emersisse, nec aliquem sui habere auctorem, sed ipsum esse principiũ, atq; substantiã mali, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis crediderit, quod aliquas in mũdo creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates, ficticiasque ipse diabolus auctoritate sua faciat, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

Si quis animas, & corpora humana fatali signo credit astringi, sicut Pagani, & Priscillian⁹ dixerũt, anathema sit.

Si qui duodecim signa.i. sydera, quæ Mathematici obseruare solent, per singula animæ, vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus patriarcharum asscripta dicunt, vt Priscillianus dixit, anathema sit.

Si quis coniugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis plasmationem humani corporis diaboli dicit esse figmentum, & conceptiones in vteris matrum operibus dicit dæmonum figurari; propter quod & resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis dicit creationem vniuersæ carnis non opificium Dei, sed malorum esse angelorum, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis immundos putat cibos carnium, quas Deus in vsum omnium dedit; & non propter afflictionem corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus præguſtet, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Si quis clericorum præter matrem, & germanam, vel etiam quæ proximi consanguinitate iunguntur, aliquas alias, quasi adoptiuas feminas, secum retinet, & cum ipsis habitat, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit.

Si quis quinta feria Paschali, quæ vocatur cœna Domini, hora legitima post Nonam ieiunus in ecclesia Missas nõ tenet: sed secundum sectam Priscilliani festiuitatem ipsius dici ab hora tertia per Missas defunctorum soluto ieiunio colit, anathema sit.

Si quis scripturas, quas Priscillianus secundum suum deprauauit errorem, vel tractatus Dictimij, quos ipse Dictimius, antequãm conuerteretur, scripsit, sub nomine patriarcharum, prophetarum, vel Apostolorum, & suo errori consona confinxit, legit, & impia eorum figmenta sequitur, aut defendit, anathema sit.

## HAERESES CONDEMNATAE
*in sexta synodo vniuersali, & septima.*

28 SExta synodus Constantinopolitana. CL. patrum c
demnauit stultitiam hæresis Macharij, & sociorū
eius, qui vnam tantum voluntatē, & operationem
Christo falsa suspitione astruebant, vt in c. sexta synod
dist. xvj. noualinea Septima synodus dicta Nicæna. CC
Ixviij. patrum condemnauit hæresim execrantium imā
nes sanctorum in ecclesia, & dicentium, illas nec colend
nec venerandas fore.

## HAERESES AB ISIDORO DESCRIPTAE
*Lib. Ethymologiarum. VIII. cap. v. & positæ in decreto; quæ ab Apostolis, & sanctis patribus, vel concilijs damnata dicuntur.*

29 SEctæ verò hæreticorum quot sint, & vnde nomin
acceperint, beatus Isid. lib. viij. Ethy. cap. v. ita dete
minat, dicens. Quidam hæretici, qui de ecclesia re
cesserunt ex nomine suorum authorum nuncupantur
quidam verò ex causis, quas eligentes instituerunt.

Simoniaci, à Simone dicti, magicæ disciplinæ perito
cui Petrus in Actibus Apostolorū maledixit pro eo, quō
ab Apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere volui
set. hi dicunt creaturam non à Deo esse, sed à virtute qua
dam superna creatam.

Menandriani, à Menandro mago, discipulo Simonis
nuncupati, qui mundum non à Deo, sed ab angelis fa
ctum asserunt.

Basilidiani à Basilide appellati, qui inter reliquas blas
phemias passum Iesum abnegauit.

Nicolaitæ, dicti à Nicolao dyacono ecclesiæ Hieroso
lymitanorum, qui cum Stephano, & cum alijs constitutus
est à Petro; qui propter pulchritudinem relinquens vxo
rem dixit, vt qui vellet, ea vteretur: versa est in stuprum ta
lis con-

lis consuetudo, vt inuicem coniugia commutarent; quos Ioan. in Apoc. improbat dicens. Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum.

Gnostici, propter excellentiam scientiæ ita se appellare voluerunt. animam naturam Dei esse dicunt; bonum, & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

Carpocratiani, à Carpocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, & de vtroq; sexu græcè progenitum.

Cherintiani, à Cherinto quodam nuncupati. hi inter cætera circunciſionem obseruant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant; vnde & χιλιάστοι, latinè miliasti sunt appellati.

Nazaræi, dicti, quia dum Christū, qui à vico Nazareth Nazarenus est appellatus, filium Deicōfitentur, omnia tamen veteris legis obseruant & custodiunt.

Ophitæ à Colubro nominati sunt; coluber enim græce ophys dicitur: colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradiso induxisse virtutis cognitionem.

Valentiniani, à Valentino quodam Platonico sectatore vocati, qui conas j. scelera quædam in originem creatoris induxit: Christum quoque de virgine nihil corporis, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asseruit.

Apellitæ, quorum author Apelles princeps fuit, qui creatorem angelum, nescio quem, gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis igneum affirmās; qui dixit Christum non Deum in veritate, sed hominem in fantasia apparuisse.

Archontiani, à principibus appellantur, qui vniuersitatem, quam Deus condidit, archangelorum opera esse defendunt.

Adamitæ vocati, quia Adæ nuditatem imitentur, vnde & nudi erant, & nudi interse mares, feminæque conueniunt.

Caini, proinde sunt appellati, quoniam Caim adorant.

Sethiani, nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus est Seth, dicentes eundem esse Christum.

Melchi-

Melchiſedechiani, vocati pro eo, quòd Melchiſedech ſacerdotem Dei non hominem fuiſſe, ſed virtutem Dei ſe arbitrantur.

Angelici vocati, quia angelos colunt.

Apoſtolici, hoc ſibi nomen ideo ſumpſerunt, quòd nihil poſſidentes proprium, nequaquàm recipiunt eos, qui aliquo in hoc mundo vtuntur.

Cerdoniani, à Cerdone quodam nominati, qui duo contraria principia aſſerunt.

Marcioniſtæ, à Marcione Stoico philoſopho appellati, qui Cerdonis dogma ſecutus alterum bonum, alterum malum, & iniuſtum Deum aſſeruit, tanquam duo principia creationis, & bonitatis.

Artoturitæ, ab oblatione vocati; panem etenim, & caſeum offerunt dicentes, primi hominis oblationem à fructibus terræ & à fœtibus ouium fuiſſe celebratam.

Aquarij, appellati eò, quòd aquam ſolum offerunt in calice ſacramenti.

Seueriani, à Seuero exorti, vinum non bibut; vetus teſtamentum, & reſurrectionem non recipiunt.

Taciani, à Taciano vocati, qui & Encratici dicti, qui carnes abominantur.

Alogi, vocantur tanquàm ſine verbo, logos enim græce verbum dicitur; domini enim verbum non credunt, reſpuentes Ioan. Euangelium, & Apocalypſim.

Cataphrygis nomen prouincia dedit, quia ibi extiterunt: auctores eorum Montanus, Priſca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum ſpiritus ſancti non in Apoſtolos, ſed in ſe traditum aſſerunt.

Cathoroæ, propter mundiciam ita ſe nominarunt; Gloriantes enim de ſuis meritis negant pœnitentibus veniam peccatorum; viduas, ſi nupſerint, tanquàm adulteras damnant: mundiores ſe cæteris prædicant; quod ſi nomẽ ſuum cognoſcere vellent, mundanos potius ſe quàm mundos vocarent.

Pauliani, à Paulo Samoſateno exorti ſunt, qui dixit, nõ ſemper fuiſſe Chriſtum, ſed à Maria aſſumpſiſſe initium.

Hermogeniani, ab Hermogene quodam vocati, qui materiam

materiam non naturam introducens, Deo nō naturæ eam comparauit, matremq; elementorum ideam asseruit, quos Apostolus comparat elementis seruientes.

Manichæi, à quodam Persa extiterunt, qui vocatus est Manes: hic duas naturas, & substantias introduxit. i. bonam, & malam; & animas ex Deo, quasi ex aliqno fonte, manare asseruit: testamentum vetus respuunt, nouum ex parte recipiunt.

Antropomorphitæ, dicti pro eo, quòd simplicitate rustica Deum habere humana membra contra ea, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur. Antropos enim græce, latinè homo interpretatur, & Morphos græcè, latinè forma redditur: ignorantes vocem domini, qui ait; Spiritus est Deus: incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

Eraclitæ, ab Eraclio auctore exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, regna cœlorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani, à Nouato Romæ vrbis presbytero exorti; qui aduersum Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere hæresim instituit: noluit apostatas suscipere, & rebaptizans baptizatos.

Montani, hæretici dicti, quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt: qua occasione se à catholicæ ecclesiæ corpore diuiserunt.

Ebionitæ, ab Ebione dicti, siue à paupertate: Christum enim per prophetas olim virum iustum putant prædictū vel effectum; vnde & competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. Hi semiiudæi sunt, & ita tenent euangelium, vt legem carnaliter seruent: aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur.

Photiniani, à Photino Gallogræciæ Smyrnæ Episcopo nuncupati, qui Ebionitarum hæresim suscitans, asseruit Christū ex Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse cōceptū.

Aeriani, ab Aerio quodam nuncupati sunt; hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

Ethiani, ab Ethio sunt vocati, idemqùe Eunomiani ab Eunomio quodā dialectico, Aerij discipulo; ex cuius nomine

mine magis innotuerunt; dissimilem patri asserentes filium, & filio spiritum sanctum: dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

Origeniani, ab Origine authore exorti sunt dicentes quòd non possit filius videre patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundo principio dicunt peccasse, pro diuersitate peccatorum de cœlis vsque ad terram diuersa corpora quasi vincula meruisse, eaq; de causa factum esse mundum.

Noetiani, quoque à quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse patrem, & spiritum sanctum, ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus, non personis accipiunt; vnde & Paterpassiani vocantur, quia patrem passum dicunt.

Sabelliani, ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maximè innotuerunt, vnde & Sabelliani vocati. Hi vnam personam patris, & filij, & spiritus sancti astruunt.

Ariani, ab Ario Alexadrino presbytero exorti sunt, qui coæternum patri filium non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod ait dominus Ego & pater vnum sumus.

Macedoniani, à Macedonio sunt dicti, negantes spiritum sanctum esse Deum.

Appollinaristæ, ab Appollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantum sine anima assumpsisse.

Antidicomaritæ, appellati sunt, eò quòd Mariæ virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam.

Metangi nominati ideo tale nomen acceperunt, quia angios græcè vas dicitur; asserentes sic patrem esse in filio, sicut vas minus intra vas maius.

Patriciani, à quodam Patricio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt.

Collitiani, à quodam Collitio nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra id, quod scriptum est; Ego dominus creans malum.

Floriniani, à Florino, qui contrariò dicunt Deũ creasse mala,

mala, contra hoc, quod scriptum est; Fecit Deus bona omnia.

Donatistæ, à Donato quodam Afro nuncupati sunt, qui de Numidia veniens totam penè Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, & minorem filio spiritum sanctum, & rebaptizans catholicos.

Bonosiani, à Bonoso quodam Episcopo exorti produntur, qui Christum filium Dei adoptiuum, non proprium asserunt.

Circumcelliones dicti eò, quòd agrestes sint, quos scotopistas vocant, supradictę hæresis habentes doctrinam: hi amore martyrij seipsos perimunt, vt violenter de hac vita recedentes martyres nominentur.

Priscillianistæ, à Priscilliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum & Manichæorũ permixtum dogma composuit.

Luciferiani, à Lucifero Firmiæ Episcopo exorti, qui Episcopos catholicos condemnauit, qui Constantij persecutione perfidiæ Arianorum consentientientes erant, & posteà correcti redire in cathedram elegerunt, damnantes, quòd crediderunt siue quòd credidisse dissimulauerunt. Quos ecclesia materno recepit sinu, tanquàm Petrũ post fletum negationis: hanc illi matris charitatem superbe accipientes, eosque recipere volens, ab ecclesiastica cõmunione recesserunt, & cum ipso Lucifero authore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

Iouinianistæ, à Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptiarum, & virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

Elindiani, ab Elindio nominati, qui dicunt post natum Christum alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

Paterniani, à Paterno quodã exorti, qui inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

Arabici, nuncupati eò, quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo die vtrumque resurgere.

Tertul-

Tertulliani, à Tertulliano presbytero Africanæ pro-uinciæ ciuitatis Carthaginensis, animam non immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmones verti putantes.

Tessaresdecatitæ, dicti quòd xiiij. luna Paschа cum Iudæis obseruandum contendunt; nam tessera quatuor, decem significat.

Nyctages, à somno nuncupati, quòd vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes iura temerari diuini qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani, à Pelagio monacho exortichi liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponunt, dicêtes sufficere voluntatem ad implendum diuina iussa.

Nestoriani, à Nestorio Constãtinopolitano Episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, vt aliam personam patris, aliam faceret deitatis; nec vnum Christum in verbo Dei, & carne credidit, sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicauit.

Eutychiani, dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negauit existere de duabus naturis, sed solum in eo diuinam abruit esse naturam.

Acephali, dicti sine capite, ꝙ sequãtur, hæretici; nullus enim reperitur eorum auctor, à quo exorti sint. hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam eius personа prædicant naturam.

Theodosiani, & Gaianitæ, appellati à Theodosio, & Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi peruersi electione vna die ordinati sunt Episcopi. hi errorem Eutychetis, & Dioscori sequentes, Chalcedonense concilium respuunt, ex duabus vnam in Christo naturam asseruunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt.

Gnoitæ, & Triboitæ, à Theodosianis exorti sunt; quibus Gnoitæ ab ignorantia dicti, qui peruersitati, qua orti sunt, id adijciunt; quòd Christi diuinitas ignorat

ignoret futura, quæ sunt scripta de die, & hora nouissima; non recordantes Christi personam in Isaia loquentem: Dies vltionis in corde meo.

Tritoitæ verò vocati sunt, quòd sicut tres personas in Trinitate, ita quoque asserunt tres Deos esse, contra illud, quod scriptum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Sunt & aliæ hæreses sine auctore, & sine nominibus, ex quibus aliæ putant triformem esse Deum, aliæ Christi diuinitatem passibilem dicunt; aliæ Christi de patre natiuitati in tempore initium temporis dant; aliæ liberationem primi hominis apud inferos factam Christi descensione non credunt; aliæ animam imaginem Dei negant; aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcunque animalia existimant; aliæ de mundi statu dissentiunt; aliæ innumerabiles mundos opinantur; aliæ aquam Deo coæternam faciunt; aliæ nudis pedibus ambulant; aliæ cum hominibus non manducant. Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortæ, ab Apostolis, & sanctis patribus, vel concilijs condemnatæ, quæ dum in se multis erroribus diuisæ inuicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant. Sed quicunque aliter scripturam sanctam intelligit, quàm spiritus sancti sensus efflagitat, à quo scripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, teste D. Augustino.

## ERRORES, ET HAERESES *condemnati in Decretalibus.*

INter † hæreses damnatas in Decretalibus, prima occurrit illa Abbatis Ioachim, de qua extrà, de sum. Trinit. & fide cath. c. damnamus. vbi Innoc. III. in concilio generali ita loquitur: Damnamus ergo, & reprobamus libellum, siue tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra Magistrum Lombardi, de vnitate, seu essentia Trinitatis, &c. hæresis autem Abbatis Ioachim arguentis contra Petrum Lombardi, qui docuerat, quòd quædam summa res est pater, & filius, & spiritus sanctus, & illa nec est



gene-

generans, nec genita, nec procedens, fuit ista. s. quòd nulla res est pater, & filius, & spiritus sanctus; atque vnitas, qua pater, & filius, & spiritus sanctus dicuntur vna essentia, vna natura, nec sit vera, & propria vnitas, sed similitudinaria, quemadmodum multi homines dicuntur vnus populus. hanc hæresim merito damnauit præfatus Romanus Pontifex, credens, & confitẽs cum Petro Lombardi, quòd vna quædam res est incomprehensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est pater, & filius, & spiritus sanctus tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem.

Secundo loco hæreses, & errores condemnati, & reprobati in fine præfati capituli, sunt errores pessimi hæretici Almarici. Cuius errores fuerunt plures, vt colligitur ex Chronica Romanorum Pontificum tempore Innoc. III.

Primus error fuit, quòd asseruit ideas, quæ sunt in mente diuina, & creare, & creari, cùm tamen secundum Aug. nihil, nisi æternum, atque incommutabile sit in mente diuina.

Secundus error fuit, quòd asseruit, quòd ideo Deus dicitur finis omnium, quia omnia reuersura sunt in ipsum vt in Deo immutabiliter quiescant, & vnum individuum atque incommutabile in eo permanebunt.

Tertius error fuit, quòd sicut alterius naturæ non est Abraham, & alterius Isaac, sed vnius, atque eiusdem, ita dixit omnia esse vnum, & omnia esse Deum. dixit enim Deum essentiam esse omnium creaturarum, & esse omnium.

Quartus error fuit, quòd asseruit, sicut lux non videtur nisi in aere, sic Deus nec ab angelis, nec ab homine videtur in se, sed tantum in creaturis.

Quintus error fuit, quòd asseruit, quòd si homo non peccasset, in duplicem sexum partitus non fuisset, nec generasset. Sed eodem modo, quo angeli sancti multiplicati sunt, fuissent & homines.

Sextus error eius fuit, quòd in charitate constituto nullum peccatum imputabitur; Vnde sub tali specie pietatis eius sequaces omnem turpitudinem committebant. Vnde non immerito præfatus dominus Innoc. dicit vbi [illegible]

prà, de dicto Almarico loquens: Ita cum pater mendacij excæcauerat, vt eius doctrina non tam hæretica esse asserenda sit, quàm insana.

Tertio loco in c. cùm Christus, extrà de hære. condemnatur hæresis dicentium, Christum non esse aliquid secundum quod homo.

Quarto loco condemnatæ dicuntur hæreses multorum hæreticorum, vbi ita habetur: Excommunicamus, & anathematizamus vniuersos hæreticos Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaguinos, Iosephinos, Arnoldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur. Qui autem fuerint errores istorum plenè reperire non valuimus, nisi tantum Catharorum siue Patarenorum, & Pauperum de Lugduno; & fortassis omnes alij sequentes communicant cum istis, aut parum discrepant àb eis.

Errores † autem Catharorum, siue Patarenorum sunt varij, quia secta eorum diuisa est in tres partes, siue sectas principales, quarum prima vocatur Albanensium; secunda Cozonensium; tertia Baiolensium: nihilominus omnes Cathari conueniunt in erroribus sequentibus, secundum quòd ex lib. inquisitionis hæreticorum colligitur, dimissis alijs, in quibus particulariter inter se discrepant. 21

Primus eorum error communis est, quòd diabolus fecit hunc mundum, & omnia, quæ in eo sunt.

Secundus, quòd omnia sacramenta ecclesiæ nihil prosunt ad salutem.

Tertius, quòd sacramenta Christi, & ecclesiæ non sunt vera, sed falsa, & deceptoria.

Quartus, quòd carnale matrimoniũ est peccatũ mortale

Quintus, quod negant carnis resurrectionem.

Sextus, quia credunt, quod comedere carnes, & oua, & caseum, etiam vrgente necessitate, est peccatum mortale.

Septimus, quod non licet iurare in aliquo casu.

Octauus, quod potestates seculares peccant mortaliter puniendo malefactores, vel hæreticos.

Nonus, quod nemo potest fieri saluus, nisi per eos.

Decimus, quod paruuli baptizati nõ leuius punientur

æternaliter, quàm latrones, & homicidæ. verum cum Albanensibus in hoc dissentire videntur.

Vndecimus, quòd dicunt non esse Purgatorium.

Duodecimus error est. quòd fingunt multa inania, falsa, & sacrilega sacramenta.

Tertiusdecimus error est, quòd dicunt, quòd pa non potest benedici, quia est creatura diaboli.

Decimus quartus error est, quòd dicunt, quòd ex pa non conficitur corpus Christi.

Decimus quintus est, quòd per pœnitentiam nec p ria augetur, nec pœna minuitur inferni.

Decimus sextus, quòd non plus punietur Iudas pro tor, quàm infans vnius diei.

Decimus septimus, quòd omnes erunt æquales in g ria, vel in pœna.

Decimus octauus, quòd de peccato non est pœni dum.

Decimus nonus, quòd malè acquisita per vsuram rapinam, non sunt restituenda, vluram dicentes nul esse peccatum.

Vicesimus error est, quòd non implorant auxilia b tæ Virginis, nec Angelorum, nec Sanctorum, nec m unt se signo crucis.

*Et hi sunt errores communes Catharorum, siue Pa tarenorum: relinquimus autem errores speciales, quos habuerunt præfatæ horum sectæ.*

## ERRORES VERO PAVPERVM DE *Lugduno, qui alio nomine* Valdenses *& Bœ ista nominantur, hi sunt.*

22 PRimus, quòd contemnentes ecclesiasticam potes tem, dicunt, se non subesse Romano Pontifici, n prælatis ecclesiæ Romanæ.

Secundus, quòd se solos esse ecclesiam, & Christi dis pulos affirmant.

Tertius

Tertius, quòd se dicunt Apostolorum successores, & habere auctoritatem Apostolicam ligandi, & soluendi.

Quartus, quod dicunt Romanam ecclesiam esse meretricem Babylon, & omnes ei obedientes dicunt damnandos.

Quintus, quod dicunt omnes sanctos, & fideles à tempore Syluestri Papæ esse damnatos.

Sextus error, quia dicunt, quòd nulla miracula in ecclesia vera fiant, quia nullus eorum aliquando miracula fecit.

Septimus, quòd dicunt post ascensionem Christi nulla esse seruanda statuta ecclesiæ, nec esse alicuius valoris.

## HAERESES CONDEMNATAE *in Sexto, & in Clementinis.*

CONsequenter † de erroribus, siue hæresibus, qui 23
in Sexto, & in Clementinis reprobati sunt, dicendum est. Sunt autem hæ hæreses, quæ sequuntur.

In Sexto, titulo de sum. tri. & fide cath. in fine, condemnatæ leguntur duæ hæreses.

Prima negantium spiritum sanctum à patre, & filio, æternaliter procedere.

Secunda dicentium, quòd spiritus sanctus à patre, & filio, tanquàm ex duobus principijs, & non tanquàm ex vno procedat.

## HAERESES IN CLEMENTINIS condemnatæ.

PRima hæresis est dicentium, quòd Christo adhuc viuente latus eius fuerit lancea perforatum, in cap. j. de sum. tri. & fide catho.

Secunda hæresis dicentium, quòd anima rationalis, siue intellectiua non sit verè, & per se forma humani corporis, in c. j. de sum. tri. & fi. catho.

Tertia hæresis dicentium, quòd paruulis licet per baptismum culpa remittatur, gratia tamen informans non infundatur, nec virtutes; vbi supra.

## QVARTO LOCO CONDEMNATVR

*Secta Beguardorum, & Beguinarum sub regno Alemaniæ, in c. ad nostrum, de hæret. Cuius sectæ errores sunt, qui sequuntur.*

24 PRimus error; dicunt enim, quòd homo in vita præsenti tantum, & talem perfectionis gradum potest acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis, & amplius gratia proficere non valebit; nam, vt dicunt, si quis semper posset proficere, posset aliquis perfectior Christo inueniri.

Secundus; ieiunare non oportet hominem, vel omnino postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas est ita perfectè spiritui, & rationi subiecta, quòd homo potest libere concedere corpori quicquid placet,

Tertius, quòd illi, qui sunt in prædicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sunt humanæ subiectionis obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obligantur, quia vt asserunt, vbi spiritus domini, ibi libertas.

Quartus, quòd homo potest finalem beatitudinem secundùm omnem gradum perfectionis in præsenti vita assequi, sicut eam in vita beata, vel patria obtinebit.

Quintus, quòd quælibet intellectualis natura in se naturaliter est beata; quodque anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.

Sextus, quòd se in actibus exercere virtutum, est hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à se virtutes.

Septimus, quod mulieris osculum, cum ad hoc non inclinet natura, est mortale peccatum; actus tamen carnalis cùm ad hoc inclinet natura, peccatum non est, maximè cum tentatur exercens.

Octauus, quòd in eleuatione corporis Christi Iesu homo non debeat assurgere, nec eidem reuerentiam exhibere, asserentes, quòd esset imperfectionis eisdem, si à puritate, & altitudine suæ contemplationis tantum descenderent, quod circa mysterium, seu sacramentum Eucha-

ristiæ

stiæ, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinæ Maiestatis offendunt, & graue in se continent periculum animarum. Cum autem ex debito commissi nobis officij, huiusmodi sectam detestabilem, & præmissos ipsius excecrandos errores, ne propagentur vlterius, & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur, extirpare ab Ecclesia catholica necessario habeamus, nos, sacro approbante concilio, sectam ipsam cum prædictis erroribus damnamus, & reprobamus omnino inhibentes districtius, ne quis ipsos de cætero teneat, & approbat, vel defendat. Eos autem, qui secus egerint, animaduersione canonica decernimus puniendos.

Quinto loco, condemnatur hæresis dicentium, vsuram non esse peccatum, in c. ex graui, de vsuris. §. vltimo.

## ERRORES, ET HAERESES CONdemnatæ in Extrauagantibus Alexand. IIII, & Honorij.

ALexander quartus in Extrauagante sua, quæ incipit; Quidam scripturæ sacræ intelligentiam se habere fatentes, &c. libellum magistri Guilhelmi de sancto amore, quem contra religiosos mendicantes in detractionem, & denigrationem status eorum ediderat, qui intitulatur, de periculis nouissimorum temporum, tanquàm iniquum, & scelestum, & execrabilem, continentem documẽta praua, falsa, erronea, & nefaria, damnat, & reprobat, mandans, vt vbicunque talis libellus reperiatur, comburatur, & aboleatur omnino, sub pœna excommunicationis. 25

Consequenter idem Romanus Pon. per alias Extrauagantes similiter damnat, & reprobat supradictum libellũ, & alios famosos libellos erroribus plenos, quos quidam alij magistri Parisienses in detractionem ordinum mendicantium malitiosè cõdiderant, sicut patet in Extrauagante, quæ incipit; Ex alto fuisse conspicimus; & in Extrauagante, quæ incipit; Cum olim.

Amplius Papa Honorius in extrauagante ſua, quæ incipit; Olim felicis recordationis, Gregorius Papa X. reprobat, & damnat ſectas eorum, qui ſe dicunt de ordine Apoſtolorum, aſſerentes, ſe vitam Apoſtolorum tenere, & euangelicam paupertatem, Quorum hæreticorum capita & principes Getaldus Segnerelli de Parma, & Dulcinus diſcipulus eius diœceſis Nouarienſis. Quorum errores condemnati ſunt, qui ſequuntur, prout ex lib. inquiſitionis hæreticorum colligitur.

Primus eſt, quòd authoritas Romanæ eccleſiæ eſt omninò euacuata, & iamdudum ceſſauit propter malitias prælatorum.

Secundus eſt, quod eccleſia, quam tenent Papa, & Cardinales, & clerici, & religioſi, non eſt eccleſia Dei, ſed peruerſata eccleſia ſine fructu.

Tertius, quod eccleſia Romana eſt illa meretrix, quæ a fide Chriſti apoſtatauit, de qua ſcribit Ioan. in Apocalypſi.

Quartus, quod tota illa poteſtas ſpiritualis, quam Chriſtus dedit eccleſiæ, ab initio tranſlata ſit in ſectam eorum, qui dicuntur Apoſtoli, ſiue de ordine Apoſtolorum, quam ſacram vocant congregationem ſpecialiter à Deo miſſam & electam in iſtis nouiſsimis diebus, & quod ipſi, & nulli alij, habeant poteſtatem, quam habuit beatus Petrus Apoſtolus.

Quintus, quod ipſi ſoli, qui dicuntur Apoſtoli de prædicta ſecta, ſeu congregatione, ſunt eccleſia Dei, & ſunt in illa perfectione, in qua fuerunt Apoſtoli Chriſti.

Sextus, quod non tenentur alicui homini obedire, nec ſummo Pontifici, nec alteri; quia eorum regula, quæ eſt immediatè à Chriſto, libera eſt, & perfectiſsima vita.

Septimus, quod nec Papa, nec aliquis alius poteſt eis præcipere, quod deponant ſtatum illum, ſeu ritum tantæ perfectionis, nec etiam poteſt eos excommunicare.

Octauus, quod de quolibet ſtatu & ordine, poteſt quilibet licite tranſire ad eorum vitam, & ſtatum, ſeu ordinem, ſiue ſit religioſus, ſiue ſecularis, ita quod vir ſine conſenſu vxoris, & è conuerſo, poteſt relinquere matri-

monium

monium, & ordinem intrare ipsorum.

Nonus, quòd nullus prælatus ecclesiæ Romanæ potest separare matrimonium, sed ipsi possunt.

Decimus, quod nullus de vita, seu statu, vel ordine ipsorum, potest licitè intrare alium ordinem seu regulam sine peccato mortali, nec potest se supponere obedientiæ hominis cuiusque, quia hoc esset descendere à vita perfectissima ad minus perfectam.

Vndecimus, quòd nullus potest saluari, nec intrare regnum cœlorum, nisi sit de statu, seu ordine ipsorum.

Duodecimus, quod omnes, qui persequuntur eos, peccant, & sunt in statu damnationis.

Decimus tertius, quòd nullus Papa Romanæ ecclesiæ potest aliquem absoluere à peccatis, nisi esset ita sanctus, sicut fuit beatus Petrus Apostolus, in viuendo in omnimoda paupertate, & sine proprio, & in humilitate, nō faciēdo guerras, nec aliquem persequendo, sed permittendo viuere quemlibet in sua libertate.

Decimus quartus, quod omnes prælati ecclesiæ Ro. tàm maiores, quàm minores, qui à tempore sancti Syluestri Papæ declinauerunt à modo viuendi priorum sanctorū, sunt preuaricatores, seductores, & exceptores, excepto fatre Petro de Murrone, qui fuit Papa Celestinus vocatus.

Decimus quintus, quod omnes ordines religiosorum, & sacerdotum, & diaconorum, & subdiaconorum, & prælatorum sunt ad fidei catholicæ detrimentum.

Decimus sextus, quòd laici non tenentur, nec debent decimas alicui sacerdoti, siue prælato Romanæ ecclesiæ, qui non sit in tanta perfectione, & in tanta paupertate, in quanta fuerunt Christi Apostoli; & ideò decimæ non debent dari, nisi ipsis, qui dicuntur Apostoli, & sunt pauperes Christi.

Decimus septimus, quod quilibet vir, & quælibet mulier nudi simul possunt iacere licitè in vno, & eodem lecto, & licitè tangere mutuò vnus alterum in omni parte sui, osculari se inuicem sine peccato; & coniungere ventrem suum cum ventre mulieris ad nudum, si quis stimuletur carnaliter, vt cesset tentatio, non est peccatum.

Decimus octauus, quod iacere cum muliere, & nõ cognoscere carnaliter maius est, quàm suscitare mortuum.

Decimus nonus, quòd perfectior vita est viuere sine voto, quàm cum voto.

Vigesimus, quod ecclesia consecrata non plus valet ad orandum Deum, quàm stabulum equorum, siue porcorum.

Vigesimus primus, quod ita benè potest adorari Christus in nemoribus, sicut in ecclesijs, vel melius.

Vigesimus secundus, quod pro nulla causa debet homo iurare, nisi pro articulis fidei, vel præceptis Dei, & omnia alia possunt celari, quantumcunque iurent dicere veritatem, & mentiri, & dolosè palliare, vt sit vnum in ore & aliud in corde.

## IN EXTRAVAGANTE BONIFACII VIII. *Quæ incipit; Vnam sanctam, &c. sunt errores sequentes condemnati.*

26 PRimus † error est dicentium, quod totius vniuersalis ecclesiæ non sit vnum caput assignandum. Contra quem errorem definit, quòd cum ecclesia vna sit, corporis ecclesiæ non sunt capita, sed vnum est, scilicet Christus, eiusque vicarius Romanus Pontifex.

Secundus errror est dicentium, gladium temporalem nullo modo pertinere ad ecclesiam, nec subesse gladio spirituali. Contra quem definit in potestate ecclesiæ duos esse gladios, scilicet spiritualem, & temporalem; gladiumque temporalem subesse gladio spirituali, & potestatem temporalem spirituali.

Tertius error est dicentium, non omnes fideles subiectos esse Romano Pontifici. Contra quem definit, subesse Romano Pont. omnem humanam creaturam, esse de necessitate salutis,

IN

## IN EXTRAVAGANTE CLEMEN. V.

*Quæ incipit; gloriosam ecclesiam, &c. condemnantur errores quorundam fratrum minorum, qui sequuntur.*

PRimus † error eorum est, quod fingunt duas eccle- 27
sias, vnam carnalem, & affluentem diuitijs, sceleribus maculatam, cui Romanum præsulem, aliosque inferiores prælatos dominari asserunt; aliam spiritualem, virtute decoram, paupertate succinctam, in qua ipsi soli, eorumque complices continentur.

Secundus eorũ error est, quod omnis iurisdictionis authoritas sit omninò in ministris ecclesiæ Romanæ euacuata, & in solis ipsis maneat, sicut spiritualis vitæ sanctitas.

Tertius error est, quòd nullo euentu iurandum est.

Quartus error, quòd sacerdos in mortali peccato existens non conficit, nec potest ecclesiastica sacramenta conferre.

Quintus error est, quòd euangelium Christi sein solis hoc tempore asserunt esse completum, quod hactenus dicunt fuisse abiectum, imò prorsùs extinctum. Et, vt in præcedenti Extrauagante habetur, multa sunt alia, quæ isti presumptuosi homines contra coniugij venerabile sacramentum garrire dicuntur, multaque de cursu temporis, siue seculi somniant, multaque de Antichristi aduentu, quem iam iam ingruere asserunt, flebili vanitate diuulgãt. Quæ omnia quia partim hæretica, partim insana, partim fabulosa cognoscimus, damnãda prius cũ suis authoribus, quàm stilo prosequenda, aut referenda censemus.

## IN EXTRAVAGANTIBVS IOAN. XXII.

*condemnantur sequentes errores, & hæreses Marsilij de Padua, & Ioannis de Ianduno.*

IN † extrauagante, quæ incipit; licet iuxta doctrinam 28
Apostoli, condemnantur specialiter septem errores, quos Marsilius de Padua, & Ioan. de Ianduno dogmatizarunt.

Quorum

Quorum primus est, quòd id, quod legitur in Euãgelio Mat. quòd Christus soluit tributum Cæsari, quando stater rem sumptum ex ore piscis illis, qui petebant, dydragma iussit dari; hoc fecit non condescensione, & liberalitate suæ pietatis, sed necessitate coactus.

Secundus, quod beatus Petrus Apostolus non plus fuit caput ecclesiæ, quàm quilibet aliorum Apostolorum.

Tertius, quod beatus Petrus non habuit plus authoritatis, quam habuerunt alij Apostoli.

Quartus, quod Christus nullum caput dimisit ecclesiæ, nec aliquem fecit vicarium suum.

Quintus, quod ad Imperatorem spectat corrigere Papam, ac instituere.

Sextus, quod omnes sacerdotes, siue sit Papa, siue Archiepiscopus, siue sacerdos simplex quicunque, sunt æqualis authoritatis, & iurisdictionis ex institutione Christi; sed quòd vnus plus habeat alio, hoc est secũdum quod Imperator concessit, & sicut concessit, ita reuocare potest.

Septimus, quod Papa, vel tota ecclesia simul iuncta nullum hominem, quantumcunque sceleratum, potest punire punitione coactiua, nisi Imperator daret eis authoritatem.

## IN EXTRAVAGANTE EIVSDEM IOAN. XXII *quæ incipit*; *Cum inter nullos*, *&c. damnat, & reprobat errorem sequentem.*

29 COndemnat † tanquam erroneum, & hæreticus est, si quis pertinaciter affirmauerit, quod redemptori nostro, eiusque Apostolis in his, quæ ipsos habuisse sacra scriptura testatur, nequaquam ius vtendi, seu consumendi competierit, nec illa vendendi, seu donandi ius habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit expresse.

IN

## IN EXTRAVAGANTE EIVSDEM IOAN. XXII. *Quæ incipit, Vas electionis, condemnantur errores Ioan. de Poliaco magistri Parisien circa audientiam confessionum sequentes.*

PRimus † error condemnatus præfati magistri Ioannis 30
de Poliaco est, quod asserebat, quòd confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerat, iterum confiteri proprio sacerdoti.

Secundus error fuit, quod stante statuto, Omnis vtriusque sexus, edito in cõcilio generali, Romanus Pontifex non potest facere, quòd parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quẽ dicit esse parochialem curatum: immò nec Deus posset hoc facere, quia (vt dicebant) implicat contradictionem.

Tertius error est, quòd Papa non potest dare generalem potestatem audiendi confessiones, immò nec Deus, quoniam confessus habenti generalem licentiam teneatur eadem iterum confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse, vt præmittitur, parochialem curatum.

Istos errores, tanquam falsos, & erroneos, & à doctrina sana deuios authoritate Apostolica dãnat & reprobat dominus Ioan. xxij. doctrinam ipsam contrariam veram esse, & catholicam asserens, quod illi scilicet, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata iterum confiteri, quàm si alias illa confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta dictum concilium generale.

## DE ERRORIBVS, ET HAERESIBVS *Ioannis Vicleff, & Ioan. Hus in concilio Constantiensi condemnatis.*

IAm † describendæ veniunt hæreses Ioan. Vicleff, & 31
Ioan. Hus, quæ in concilio Constantiensi condemnatæ leguntur. Ponemus autem in primis errores, & hæreses Ioan. Vicleff, secundò errores, & hæreses Ioan. Hus. Et primo

primo sequitur tenor articulorum Ioan. Vicleff.

Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis remanet in sacramento altaris.

Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

Christus non est in eodem sacramentò identicè, & realiter in propria præsentia corporali.

Si Episcopus, vel sacerdos existant in peccato mortali, non ordinant, non consecrant, non conficiunt, non baptizant.

Non est fundatum in euangelio, quod Christus Missam ordinauerit.

Deus dedit obedire diabolo.

Si homo debitè fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua, & inutilis.

Ista, & multa alia inuenies in historia concilij Constantiensis, vbi supradicti hæretici fuerunt condemnati in sessione vltima, & videbis Cardinalem sancti Sixti in Summa referentem omnes hæreses, & errores, qui in concilio Constantiensi fuerunt condemnati, quia Ioan. Vicleff, & Ioan. Hus fuerunt hæretici & hæresiarchæ.

## DE HAERETICIS, ET SCHISMATICIS *& de Apostatis, & reiterantibus Baptismum. Cap. LIII.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæresis vnde dicta. & quis proprie dicatur hæreticus, & num. 2. 3. 6.*
4 *Hæreticorum plures sunt species.*
5 *De crimine hæresis quomodò inquirendum sit.*
7 *Ad quem spectat hæreticorum inquisitio.*
8 *Sarracenus in infantia baptizat⁹. fidē catholicā seruare tenetur.*
9 *Hæreticorum carcer qualiter esse debeat.*
10 *Ad hoc, vt quis dicatur hæreticus, & subiaceat pœnis contra ipsum statutis, quid propriè requiratur.*
11 *Inquisitus, si paratus est corrigi, an sit hæreticus.*
12 *Errorem non defendens, imò cupidus rationem ipsius intelligendi, an sencu-*

an teneatur pro hæretico.

13 Hæretici quæ pœna mulctentur, & num. 16.

14 Hæreticorum filij, vsque ad quem generationis gradum, priuati sint.

15 Hæreticus volens redire ad fidem, an euadat pœnam mortis.

17 In crimine hæresis, ac læsæ Maiest. bona ipso iure confiscantur, & num. 18.

19 Bonorum apprehensio fieri non debet, nisi prius per iudicem ecclesiasticum super crimine pronuntiatum fuerit.

20 Iudex solus an possit testes examinare, & quot numero testium crimen hæresis probetur.

21 Post mortem an possit moueri quæstio super hæresi, & quomodo contra defunctum procedatur, remissiuè.

22 Contra rebelles Ecclesiæ brachium seculare inuocatur.

23 Quod sit grauius delictum, hæresis an homicidium.

24 Si oritur dubium in crimine hæresis cuinam, remitti debeat.

25 Schisma proprie quid sit.

26 Schismatici quæ pœna mulctentur.

27 Quo propriè dicatur schismaticus.

28 Apostasia propriè quid sit, & num. 29.

30 Persuadens aliquē à fide Christi apostatare, qua pœna puniatur.

31 Apostata quis dicatur.

32 Apostata volens ad religionem redire, & habitum recipere, an sit recipiendus.

33 Pœna iterantium baptismæ quæ sit, remissiuè.

34 Pertinax quis dicatur.

35 Qui & quot sint modi, quibus pertinacia comprehendi potest.

36 Credentes hæreticorum tripliciter dicuntur, fautores verò multipliciter, & num. 37.

38 Receptatores hæreticorum qui dicantur.

39 De modo receptionis hæreticorum, & de forma abiurationis.

40 Reconciliatio habet locum vsque ad sententiam definitiuam, exclusiuè.

41 Vbi pœna imponitur ipso iure, an possit per negationem augeri, vel per confessionem.

42 Qualiter, quomodo, quare, & quis ad misericordiam recipiatur.

43 Ad episcopum spectat diligenter inspicere, an rediens veniat rectè vel fictè.

44 *Rediens ad vnitatem ecclesiæ in tẽpore gratiæ, & ad miseri-*
*diam receptus, an deponi debeat ab officio, vel beneficio.*

45 *Inquisitores an possint absoluere hæreticum etiam à sen-*
*tentijs, quas Papa die Iouis seu feria quinta sanctæ contra ta-*
*les promulgauit.*

46 *Propter criminis magnitudinem suspendi potest nedum ab of-*
*cio, verumetiam à beneficio, donec & quousque se purgau-*
*rit.*

47 *Forma abiurandi hæresim, quando delatus est suspectus ve-*
*menter.*

48 *Post factam abiurationem, quidnam facere vel dicere debet in-*
*quisitor.*

49 *Hæresis crimen quoad pœnitentiam imponendam, morte exti-*
*guitur.*

50 *Hæresis crimen licet sit ecclesiasticum, tamen hæreticorum bo-*
*per iudices seculares confiscantur.*

IVdica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, & ab homine iniquo & doloso erue me in præsenti regula. Perfecta definitio hæresis ex infra dicendis colligitur & omnis definitio in iure periculosa est, vt inquit iurisconsultus in l. omnis definitio. ff. de regul. iuris.

1 † Hæresis græcè ab electione dicitur, quòd scilicet quis sibi vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse melio-rem. Quicunque igitur aliter scripturã intelligit, quam sensus spiritus sancti flagitat, à quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest; & de carnis operibus est eligens, quæ peiora sunt, vt in cap. hæresis. xxiiij. quæstio. iij. Et proprie dicitur hæreticus, qui alicuius temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ, principatusque sui gratia falsas, ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur, vt in cap. hæreticus. xxiiij. q. iij. Et Azo in summa, in rub. de hæreti. in principio dicit hæreticus est, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis, & tramite detectus fuerit deuiare, vt in l. ij. in fine.

fine. C. de hæreti. vel qui non est membrum sanctæ catholicæ ecclesiæ, vel qui est diuersarum hæresum, vt in auth. de priuile. dotis. colla. viij. vbi notatur, qui sunt hæretici. Et qui non credit secundum quod prædicant sancta quatuor concilia, hæreticus est, vt in l. quicunque. C. de hære. Et quatuor concilia, sunt, Nicænum videlicet, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedonense; eorum authoritatem videbis in cap. sicut. xv. distinct. † & dicitur hæresis diuisio, id est, separatio à catholica fide, & ab electione erroris dicitur, vel ab erro erras, vel ab adhæreo; quia adhæret opinioni eorum; vel ab erciſco, quod idem est, quod diuido, quia ab vnitate ecclesiæ sunt diuisi. Et quis sit hæreticus, vide Bartol. in l. j. & in l. quoniam. C. de hæreticis. Et quis dicitur hæreticus, vide Archidiaco. in cap. quicunque, de hære. lib. vj. vbi ipse dicit; pluribus modis dicitur quis hæreticus, vt qui non recipit quatuor concilia. Item qui aliter sentit de sacramentis, quàm sacro sancta prædicat, & obseruat ecclesia, vt in cap. ad abolendam, de hæreticis. Item qui conatur auferre priuilegium ecclesiæ Romanæ sibi à Christo traditum, vt in c. omnes. xxij. dist. quod est, vt sit caput omnium ecclesiarum. Item dubius infidelis est, vt in cap. j. de hæreticis. Item omnis schismaticus est hæreticus, vt in cap. inter hæresim, xxiiij. quæst. iij. & ibi dicitur, quòd schismatici, & hæretici differre dicuntur: sed nullum schisma est, nisi sibi aliquam hæresim confingat, vt rectè ab ecclesia discessisse videatur, vt ibi in tex. Item simoniacus hæreticus est, vt in capit. quisquis. j. quæst. j. vbi dicitur; quisquis per pecuniam ordinatur, hæreticus promouetur: & ille tex. allegatur, quòd omnis simoniacus est hæreticus. Et aduerte, quòd Papa non potest dispensare cum simoniaco in beneficijs, quæ annexam habent potestatem clauium, quia videtur data pecunia illa pro illa potestate spirituali, vt in cap. ex parte. j. de officio delega. & vide ea, quæ notantur. j. quæst. iij. c. saluator. & c. ex multis. In alijs autem beneficijs benè excusaret authoritas Papæ, cum talis simonia sit de iure positiuo, vt est gloss. in c. cum pridem. de renuncia. Et videbis de hoc in c. de simonia. infrà in isto libro; quia secundum sanctum

ctum Tho. in secunda secundæ. q. cap. & in iiij. dist. xxv. &
secundum alios doctissimos viros, non datur simonia de
iure positiuo; & nota, quia hodiè pauci aduertunt in hoc.
3 † Item est hæreticus, qui transgreditur præcepta Apostolicæ sedis, vt xix. dist. c. nulli, vbi habetur, à pontificalibus
sit alienus officijs, qui apostolicis non vult obedire præcep-
tis. Item omnis præcisus ab ecclesia, vt in cap. quòd autem
iiij. q. j. vbi habetur, hæretici probantur, qui schismate, vel
excommunicatione ab ecclesia sunt separati. Et vide om-
ninò Archidia. in d. c. quicunque; vbi dicit; Quid ergo di-
cemus de his, qui eorum sermones audiunt? potest dici,
quòd si semel tantum audiunt, & nunquam postea redi-
uoluerint, non debent iudicari credentes. nec enim videtur approbasse, quod postmodùm vitauerint. ad hoc
efficax argumentum j. quæst. j. c. constat, & in c. ex studio
de præsumptio. & C. de inceſtiis nupti. l. qui contra, in fi.
ff. de in rem verso. l. si pro parte. Fateor suspitione maxi-
non carere, & ideo posse purgationem indici. ibi vide Ar-
4 chid. † Et plures sunt species hæreticorum, vt notat Ant.
in summa, in rub. de hæreti. in principio. Et sectæ hære-
corum. LXXX. speciales cõnumerantur in decretis; sed X
vltimas non nominauit auctor nomine speciali. vide
hoc tex. in c. quidam autem hæretici. xxiiij. q. iij. & in fi
ponit regulam generalem dicendo; Quicunque aliter
scripturam sacram intelligit, quàm sensus spiritus sanc
flagitat, à quo scripta est, licet de ecclesia non recesserit, p
men hæreticus appellari potest. & cum isto tex. etiam con
cordat tex. in capit. hæresis, ead. cau. & quæst. vt in prima
regulæ diximus. & Hostien. in summa in principio dicit
Omnis simoniacus dicitur hæreticus, maximè qui sacra
menta peruertit. vt. j. quæst. j. cap. fertur, & c. quisquis, &
eos qui: & largo modo omnis, qui non tenet articulos
dei, & secundum hoc Iudæi; & Gentiles hæretici sunt,
qui communionem catholicæ ecclesiæ non recipit, hæ
ticus est. vt in auct. de priuile. dotis hæreticis mulieribus
non præstandis. colla. viij. & qui transgreditur præcep
sedis Apostolicæ, vt in cap. nulli, xix. dist. vt superius dix
mus. & qui vult contrauenire decretis, & epistolis Apost
lici

licis, vt in cap. nullus. xix. dist. & qui eas non recipit, vt xx. dist. cap. de libellis. nam pari iure censentur decreta, & decretales, vt xix. dist. in fine. & peccatum paganis est Apostolicis præceptis contrauenire, vt lxxxj. dist. c. fi. qui sunt presbyteri. Sed stricto modo dicitur hæreticus, qui aliter sentit de articulis fidei, quàm Romana ecclesia, vt in capit. hæc est fides. xxiiij. q. j. hi enim, qui hoc faciũt, sunt perpetuo vinculo anathematis innodati, vt in capit. ad abolendam, de hæreti. j. respon. his annectuntur & hi, qui aduersantur fidei catholicæ, vt in c. firmiter credimus, de summa tri. & fi. catho. & cum illo. c. debet continuari text. in c. excommunicamus, de hæreti. & his credentes coniunguntur, vt in c. excommunicamus. ij. eo. tit. §. fi. vbi dicit; Credentes autem eorum erroribus hæreticos eos similiter iudicamus; hæreticorum enim alij perfecti. i. errore suo firmi, & excæcati; hi non timent mortem, sciunt erroris articulos, & exponunt eos. & licet multa falsa prædicent, tamen non dicunt contra id, quod credunt, nec contra mentem suam aliquid asserunt. Alij sunt credentes erroribus eorum, & sic potest intelligi text. in c. j. de hæreti. & de fautoribus, defensoribus, & receptatoribus, an differant inter se, vi. Archid. in c. ij. de hære. in. ij. & iij. col. & vi. Ananiam in d. c. excommunicamus. §. credentes. † Et de crimine hæresis quæri potest per accusationem, & inquisitionem, & denunciationem, super quo vide in singulis rubricis de accusationibus, & denunciationibus, & inquisitionibus. Vnde scias esse præceptum singulis Archiepiscopis, & Episcopis, vt quilibet per se, vel archidiaconum suum, vel alias honestas, idoneasque personas bis, aut saltem semel in anno propriam parochiam circumeat, in qua fama est hæreticos habitare; & ibi tres, vel duos boni testimonij viros, vel etiam totam viciniam, si expedire viderit, iurare compellat, quòd si quis hæreticos ibidem scierit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, quare habentur suspecti, vt C. de Episco. & cleri. l. conuenticula. & c. cum ex iniuncto, de hæreti. j. responso. & de officio delega. c. consuluit. §. j. & si sciunt aliquos à conuersatione fidelium vita, & moribus discrepantes, per quod simpliciter

§

habentur ſuſpecti.arg.xlj.diſtinct. cap. quiſquis. § vita & lxxxvj.diſ.c.inferiorum.& xxiij.quæſt.iij.cap.præterea.& xxj.q.j.c.ſi quis capillum,& in c.nemo,de ſimo. Et Dominic.in c.inquiſitores,de hæreticis.lib.vj.dicit,quòd ex ſola ſuſpitione proceditur per inquiſitionem contra hæreti-
6 cos. † Et hæreticici ſunt credentes poſſe fieri duos Papas veros.& largo modo excommunicati appellantur hæretici.vide de hoc Abb.in cap. firmiſsimi, de hæreti. Et nota quòd hæreſis dicitur labes,& hoc ideò, quia in eam multi labuntur,vide.de hoc Car. in cle.j.§. propter quod hæreticis. Et crimen hæreſis eſt merè eccleſiaſticum,& ideo ſeculares non habent ſe ſuper eo intromittere, vt nota.in c. excommunicamus.ij. de hæreticis. Et excommunicationem incurrit ſepeliens ſcienter hæreticos,nec abſoluitur niſi exhumet eorum corpora,vt in c.quicunque,de hæret. lib.vj.in princip.& ibi eſt tex.contra receptatores, defenſores, vel fautores. Et non valet promotio hæreticorum, eis credentium,fautorum, receptatorum, & defenſorum eorum, nec filiorum ſuorum vſque ad ſecundam generationem, ad beneficia eccleſiaſtica, vel officia publica; & priuati ſunt habentes beneficia eccleſiaſtica ad preces hæreticorum,& inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, & ſcienter talia receperunt, vt in d.capit.quicunque.§.hæretici.&.§.ad hæc.de hære.lib. vj. ſed tu vide de hoc Hericum mirabiliter loquentem. in cap. vergentis. de hæreticis.& vide ea,quæ diximus in capitulo de crimine læſæ maieſtatis.

7 † Et nota,quòd inquiſitio hæreticorum ſpectat ad diœceſanum, & ad inquiſitorem hæreticæ prauitatis, vt in tex.in clementi.j.§.j.de hæreticis,vbi dicit text. Epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitor ſine Epiſcopo diœceſano aut eius officiali, vel Epiſcopali ſede vacante, capitulo ſuper hoc delegato,ſi ſui adinuicem copiam habere valeant,infra octo dierum ſpacium, poſtquàm ſe inuicem requiſierint, non valebit. Et ſic poteſtas inquiſitoris communicatur Epiſcopis. vide Philip. Fran. in capit. contra Chriſtianos,de hæreti.in vj. & vide. doct.in c. per hoc.& in dicto cap. contra Chriſtianos, dicunt doct.quòd ſi lo-

dus

dæus inducit Christianum ad eorum ritum, potest per inquisitores hæreticæ prauitatis puniri: & facit contra illos, qui nouiter sunt conuersi, & inducunt filios infantes ad eorum ritum. † Et notabis, quòd Sarracenus, baptizatus in infantia, compellitur seruare fidem catholicam, vide. Dominicum in dicto c. contra. & ibi etiam videbis, quòd isti Sarraceni, nouiter conuersi, & baptizati, possunt de hæresi conuinci. & contra eos facit tex. in cap. de Iudæis. xlv. dist. & tex. in c. merito. xv. q. j. Sed coactio, quæ est absoluta, non conditionabilis, vel est præcisa, excusat, adeò, quòd non obligantur ad baptismum, vide Archidia. in dicto c. contra, & vide doct. in c. maiores, de baptismo. Et ordinarius habet iurisdictionem ordinariam, inquisitor delegatam. Et Episcopus, vel inquisitor possunt ponere inquisitum in compedibus, si volunt. vide de hoc Cardi. in dicta clementi. j. §. propter quod. Et capitulum succedit Episcopo in iurisdictionalibus sede vacante, vt notatur in dicta clement. ver. duro. & in c. ad abolendam, de hæreticis, & in c. vno, ne sede vacante. lib. vj. & de institutionibus. cap. j eodem libro. Et sic notabis, quòd per diœcesanos locorum, & per inquisitores à sede Apostolica deputatos debet exerceri officium inquisitionis, & hæreticæ prauitatis: debet autẽ exerceri tale officium remoto omni timore carnali, amore, & odio, ac cupiditate lucri carnalis, vt notat Ioan. de Imo. in dicta clementi. j. in principi. 8

† Et carcer hæreticorum debet esse communis Episcopo, & inquisitori, vt ibi notatur. Et officium inquisitionis hæreticæ prauitatis fuit inuentum in augmentum fidei pro hoc, quia per illud extirpantur errores, & infideles reducuntur ad ouile ecclesiæ, vt in c. vt inquisitionis, de hære. lib. vj. in princi. Et inquisitores non possunt procedere contra Episcopos, nisi hoc eis expresse sit commissum; quia sub generali mandato inquisitionis criminum non venit potestas inquirendi contra Episcopos, vt notatur in capit. inquisitores; sed si eum culpabilem sciuerit, nunciabit Papæ. ita Ioann. And. in dicto capit. inquisitores, de hæreticis. lib. vj. 9

Et Dominicus quærit in dicto capit. inquisitores, an

Episcopi possint cognoscere de hoc crimine, vel de alijs contra inquisitores, & dicit, quòd non, nisi post finitum officium; nisi crimen esset adeo notorium, quòd non requireretur causæ cognitio, vt de fil.presby.c. quoniam.& facit, quod notat Ioan.And.in c.fin. in glo.fin.de rescript. Aduerte tamen, quòd si inquisitus de crimine hæresis, vocatus coram inquisitore, confitetur errorem suum, & iudex videat ipsum contritum, & speret de conuersione sua, potest ei parcere iuncta pœnitentia salutari, & multo fortius hoc facere debet, si voluntarius accesserit ad pœnitentiam. Item multo fortius, si in inquisitione certũ terminum apposuerit, promittens, quòd si infra illud veniret, & pœniteret, misericorditer secum ageretur, sicut de facto vidi, dicit Hostien.in summa in rub.de hæret.§.qualiter deprehendantur, & vide Hostien. vbi supra. Si verò inquisitus vocatus coram inquisitore negauerit, & conuictus fuerit, condemnari debet per ecclesiasticum iudicem, ad quem istud pertinet, vt in c.ad abolendam, de hæret. Et quia inter solicitudines nostras illa debet esse principua, vt vulpeculas capiamus, vt de purgatione canonica, c.inter solicitudines, notandum est, quòd hæreticus deprehenditur etiam is, qui leui saltem argumento à recto iudicio catholicæ religionis, & tramite à fide catholica deuiare cogitur deuiare, vt C. de hæret. l.ij. & sic inditia fidem faciunt.argum. ff.ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. l.si quis, §.vlt.& de carbon.edicto.l.Carbonianum.§.causæ cognitio. & intellige leui argumento. i. probabili, & quod de facili apparet: & sic vocatur leue propter leuem probationem. Item si graui infamia laborat, de alio genere hæresis, quocunq; volueris, puta quia conuersatur cum hæreticis, & familiaris est eis. vide Host. in summa in rub. de hær.§.qualiter deprehendantur. † Sed loquendo de hæretico propriè, & vt sit excommunicatus, & subiaceat alijs pœnis contra hæreticos statutis, requiritur falsa credulitas, vide de hoc Alex.de Alex.secunda secun.c.de hæres.

Sed tu nota clarius, quòd falsa credulitas contra fidem est dupliciter. Primò directè, & principaliter, & hoc est omne, quod est contra articulos fidei. Et de hoc vide bea-

tus

tum Thomam ſecunda ſecundæ, quæſt. xj. artic. ij. ſecundo indirectè, & ſecundario ſicut ea, ex quibus ſequitur corruptio alicuius articuli; ſicut dicere aliquid falſum in ſcriptura diuina contentum, quia eſt corruptio illius articuli, de ſpiritu ſancto, qui locutus eſt per prophetas. Similiter dicere, quòd eccleſia malè determinauit in aliquo circa fidem, eſt contra illud, ſanctam eccleſiam catholicam, & huiuſmodi. Et requiritur, vt quis ſit hæreticus, peruerſa voluntas, & inconcupiſcibilis; & requiritur impugnationis pertinacitas ex parte iraſcibili, ſcilicet quòd pertinaciter hoc teneat. Et ita etiam tenet hoc Inno. in cap. firmiter, in fine, de ſumma Trin. & fide cathol. & Bal. & Pau. de Caſt. in rubr. C. de ſumma Trini. & fide cathol. referunt, & ſequuntur Imo. & Antonius in cap. j. §. ſane, de ſumma Trini. Et omnes concludunt, quòd ſi aliquis ſimpliciter credit illud, quod credit ſancta mater eccleſia, ſed in ſpecie credat in Trinitate, patrem eſſe maiorem filio, errore ductus, quia ſic credebat tenere eccleſiam, dummodo non pertinaciter duret in hac opinione, non eſt hæreticus, nec poteſt de hæreſi puniri. quod nota ſecundum Bald. ad defendendum ruſticos, & idiotas perſonas. & adde text. in l. omnes, verſi. argumento. C. de hæreticis. & vide Cepollam in cautela. ccv. & ccxxxvij. † Et ſic notabis, quòd ſi inquiſitus paratus eſt corrigi, non eſt hæreticus. vt ait Apoſto. ad Titum in cap. finali. & tranſſumptiuè in cap. dixit Apoſt. xxiiij. quæſt. iij. vbi dicitur: Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem deuita; quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus. ſequitur text. Sed qui ſententiam ſuam quamuis falſam, atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis peperit, ſed à ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem acuta ſolicitudine veritatem corrigi parati, cùm inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi. Et vide bonum textum ad hoc in cap. hæc eſt fides. xxiiij. quæſtione prima. & in cap. damnamus, de ſumma Trinitate. II

12 † Et sic nota, quòd qui errorem non defendit, imò paratus est intelligere rationem, nó est putandus hæreticus, nec ille, qui dubitat ex animi infirmitate, non tamen pertinaciter insistit. & intellige cap. ad abolendam, de hæret. quando pertinaciter insistit. Et Ioan. Andreas in cap. primo, de hæreticis dicit, quòd ille text. debet intelligi de dubitatione, quæ habet in se firmitatem animi, & quandam pertinaciam, vt quia perseuerat in illa dubitatione; secus, si incidat in cogitationem, vel dubitationem ex primis motibus, nec assistit, sed resistit confirmando se fidei ecclesiæ: quia tunc potius patitur ex illa cogitatione, ac meretur, quàm demeretur, resistendo tamen. Et Abbas in d. cap. j. ad finem dicit, si quis erraret in fide, & crederet illam esse fidem ecclesiæ, & paratus esset se corrigere, si aliud tenet ecclesia, iste non est hæreticus, quia fides ecclesiæ est, vt in c. ij. de summa Trin. & fide cathol. & quod ibi notatur. & vide, quod notatur in d. cap. hæc est fides catholica.

13 † Et qua pœna feriantur hæretici, certè magna, & non solum vna, sed multis, & diuersis; & hoc ideo, quia hæreticus omnes offendit: quod enim in religionem humanam committitur, in omnium fertur iniuriam, & ideo publicum crimen dicit, vt l. Manichæos, C. de hæreticis. non ergo debemus dimittere multum opprobrium illius, qui peccata nostra deleuit, vt c. in nullis, §. illud, de Iudæis. quia longe grauius est diuinam offendere, quàm temporalem maiestatem, vt in c. vergentis, de hæreticis; & in authen. vt non luxurientur contra naturam, collat. vj. Et hæreticus malè sentiens, vel malè docens de sacramento ecclesiæ, excommunicatus est, vt iam diximus; & conuictus, nisi se correxerit, & errorem abiurauerit, si clericus est, degradetur, & curiæ seculari tradatur; per quam etiam laicus punietur. Eadem etiam est pœna suspectis de hæresi, si se non correxerint; & relapsis omnino audientia denegatur. Seculares principes, qui iurare nolunt, ecclesiam contra hæreticos defendere, excommunicantur, & terræ eorum supponuntur interdicto; & bona hæreticorum confiscantur; & in terris ecclesiæ bona applicantur fisco

fisco ecclesiæ; & in terris Imperij iudicis secularis fisco, etiã si catholicos habeat filios. de hoc vide text. in c. ad abolendam, iuncto c. vergentis, de hæreticis. † Et filij hæreticorum vsque ad secundam generationẽ per lineam masculinam, & vsque ad primam per lineam fœmineam priuati sunt, vt superius diximus in præsenti regula. Et vide text. in c. statutum, de hæreticis. lib. vj. & est sensus secundum gloss. ibi. Titius est de hæresi conuictus, habet filium & filiam; ex filio habet nepotem, & etiam ex filia habet alium nepotem; vtrum nepos ex filia sit incapax beneficiorum ecclesiasticorum, vel dignitatum secularium? respondeo non, sed solum nepos ex filio descendens: vel etiam ponamus, quòd mulier hæretica habet filium, & ex eo nepotem, certè solus filius est incapax. sed istud intelligitur de illis, qui in errore suo decesserunt; non autem de illis, qui fuerunt emendati, & incorporati ecclesiæ. Et sic est casus, in quo ex delicto patris filij puniuntur: at filius beneficiatus non perdit beneficium. gloss. est singularis in c. satis peruersum. lvj. distin. sequitur Abbas in c. cum laici, de iure patron. & in c. quanto, de iudicijs. & vide gloss. in c. quicunque, de hæret. lib. vj. & in d. c. quicunque. §. ad hæc, dicitur; priuati sunt habentes beneficia ecclesiastica ad preces hæreticorum: & clericus hæreticus qualiter debeat condemnari, vide Philippum Franc. & Docto. in c. j. de hæret. in vj. & vide Panorm. in c. pen. de hæret. & Ioan. de Ana. in c. ij. de hæret. Et quando pater teneatur pro filio, & quando filius patitur pro patre, vide Felinum in c. vergentis, de hæret. Et nota, quòd clericus conuictus de hæresi, non debet incontinenti tradi curiæ seculari, sed prius debet deponi, & degradari, vt notatur in d. c. ad abolendam. & formam degradationis videbis in c. degradatio, de pœnis, lib. vj. 14

† Et notatur in d. cap. ad abolendam, quòd si hæreticus vult redire ad fidem, incontinenti euadit pœnam mortis: sed duo requiruntur ad hoc, scilicet quòd incontinenti, & sponte reuertatur ad fidem. si ergo ex interuallo non sponte, sed metu pœnæ, vel probationum dicunt se ad fidem redire, non est eis parcendum, quòd bene nota secun- 15

dum Abba. & docto. ibidem. Et qui dicantur sponte redire, dic, vt notat Archid. in c. vt commissis, de hæreti. libro sexto. vbi ipse dicit in ij. colum. Consueuit dubitari, qui dicantur sponte ad gratiam redire; ad hoc potest dici, quòd illi sponte redeunt, qui infra tempus gratiæ veniunt, licet sint moniti; nec enim coacti videntur, qui à nemine sunt præuenti. & vide Dominicum in capit. vt commissi. §. necnon, de hæretic. in vj. & vide Anani. in capit. ad abolendam. quarta collatio. & facit ad hoc. ff. ad Tertullianum. l. j. §. si mater, cum sequenti. & certè post tempus gratiæ, si est res integra, hoc est, quòd non est corporaliter requisitus, nec probationes contra eum receptæ; facit ad hoc text. ff. de operis liber. l. mancipiorum. Nam si post tempus gratiæ, requiritur personaliter, quamuis errorem suum detegat, indignus est venia. Et sic loquitur text. xxiiij. distinct. capit. vltimo. & vide de hoc. C. de his, qui latrones occulta. l. vlt. & vide ea, quæ superius diximus, vbi iudex videt ipsum contritum, & speret de conuersione sua, potest ei parcere iniuncta pœnitentia salutari. de quo per Hostiensem in summa. & Abbas in dicto c. ad abolendam dicit; Ad hoc vt redeuntibus ad fidem dimittatur pœna mortis, requiritur etiam, vt satisfactionem congruam exhibeat de peccato; nam potest sibi indici pœnitentia, vel alia pœna pecuniaria. de quo dic, vt in cap. vt commissi, de hære. lib. vj. & vide ea, quæ notantur in clementi. ad nostrum, de hæreticis. & vide textum, & Abbatem in c. excommunicamus. ij. de hæreticis. † Et hæretici debent puniri pœna ignis; & sic debent cremari. ita docto. in dicto. c. ad abolendam. & colligitur ex euangelio Ioannis in c. xv. vbi dicitur; Si quis in me non manet, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent. Sed ius ciuile punit hæreticum pœna mortis, vt in l. arriani. C. de hæreticis, coniuncta. l. vltimum supplicium. ff. de pœnis. & hanc pœnam esse debitam interpretatur consuetudo. Conuenit ergo in hoc lex diuina, canonica, ciuilis, & consuetudinaria, vt communiter puniantur pœna ignis. & qualiter hæreticus reconcilietur ecclesiæ ante condemnationem, dic, quòd debet

16

fieri

fieri præstito iuramento, quo hæresis abiuratur; & fides catholica ad mandatum ecclesiæ promittitur tenenda. forma autem iuramenti habetur. j. quæst. vij. c. quoties. & de consecra. dis. ij. c. ego Berengarius. & clerici spontaneè reuertentes recipiuntur in ordinibus suis ex dispensatione. j. quæst. j. c. omnes, &. q. vlt. c. saluberrimum. quòd si post hoc iuramentum, tanquam canis ad vomitum redeat, sine aliqua audientia, & spe misericordiæ condemnatur. vi. de hoc Hostie. in summa, in rub. de hæreticis, in. §. quando. vbi ipse quærit, an cum talibus, vt promoueri possint, valeat dispensari? & concludit, quòd sic, ibi videbis. & nota, quòd licet quo ad pœnam corporalem parcatur abiuranti hæresim, vt in c. ad abolendam. §. illos quoque, non extenditur talis indulgentia ad bona. argu. tex. in c. vergentis, de hæreticis; nisi expresse dicatur: & vide. ad hoc ea, quæ not. in l. j C. de senten. passis. & l. si ademptis, & l. si insulam, & l. generalis, eod. tit. & l. seruus effectus, de actionibus, & obligat. †Et in isto crimine hæresis, & in crimine læsæ maiestatis bona ipso iure sunt confiscata à tẽpore delicti. vide de hoc Ancha. in dict. c. vergentis. & de hoc infra dicemus. Et Cardina. in dicto c. ad abolendam, dicit, quòd relapsi hodie in nullo audiuntur, quoad euitandam pœnam temporalem, vt in c. super eo, de hæreti. lib. vj. vbi dicitur: Curiæ seculari tradendi sunt relapsi in hęresim, licet ad fidem redeant. non debent eis negari sacramenta pœnitentiæ, & eucharistiæ. & vide ibi Philip. Francum. & vi. ibi etiam Dominicum. & vi. Anto. in c. ad abolẽdam. in j. colum. vbi ipse dicit; Nota primo, quòd hæreticus relapsus non auditur volens iterum hæresim abiurare. & vide tex. in c. accusatus, de hæreti. lib. vj. quia procedit etiam, si crimen hæresis tempore abiurationis non fuerat plene probatum. & quis dicatur relapsus in hæresim, vide tex. in dicto c. accusatus. vbi dicitur; Abiurans in iudicio hęresim propter vehementem præsumptionem, si iterato labitur, licet non fuisset plene probatum, relapsus dicitur. Secus, si leuis fuerat præsumptio. & culpabilis in vno articulo hæresis, generaliter postea abiurando relapsus dicitur, si cõmittit in alium titulum separatum, vt in dicto c. accusatus. 17

Et sic

Et sic propter vehementem præsumptionem non damnatur quis de hæresi, sed cogitur ipsam hæresim abiurare vide de hoc doct. in d.c.accusatus. & formam abiurationis vid. n c.inter, de purgatio.cano. & in c.ego, de cons. dis. & adde ad ea, quæ superius diximus de mente Hostien. circa abiurationem hæresis. & vid. Spec. in titu. de hæret. versi. de forma iuramenti.

Modo quæro, vtrum iudex secularis astrictus ad exequendam sententiam latam contra hæreticum possit cognoscere de iustitia processus, & videbatur, quòd sic. Bart. tenet in l. diuus. ij. ff. de custo. reor. Et Bart. & Bal. & Pau. de Cas. in l. magistratibus. ff. de iurisdictio. omni. iudi. & Bart. in l. non dubium. ff. de custo. reorum. & Antonius in c.j. de obligatis ad ratioci. & in c.is, de offi. ordin. Sed contrarium tenet Abb. in dicto cap. ad abolendam, & Ange. in dicta l. diuus. Et Ancha. in cap. at si clerici, de iudicijs, & Bal. in authe clericus C. de Episcopis, & cleri. & Ange. in dicta l. magistratibus; & Abb. in cap. fina. de sent. mona. Poterit tamen iudex secularis ad cautelam facere, quòd ille condemnatus confiteatur se esse illum, de quo sententia loquitur; sicut de bannito capto docet Bar. in l. demonstratio. ff. de condi. & demost. & in l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verbo. obliga. & Bal. in cap. j. de feu. sine culpa non amittendo. & Ange. & Imo. in l. nominati. ff. de hæredi. insti. Et pœna mortis debetur de iure diuino, vt in cap. si mulieris. xxiij. q. v. & de hoc & iam superius diximus, &c. circa istum punctum videbis per Felinum in dicto cap. ad abolendam. ad fin. vbi circa istam quæstion. plures opiniones recitauit.

18 † Et nota, quòd bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata, vt est tex. in cap. cum secundum, de hæreti. lib. vj. Et Archidia. in i. col. in dicto cap. cum secundum, dicit, quòd sunt confiscata tempore commissi criminis; & sic donatio, siue alienatio facta per hæreticum ante damnationem non tenet. Et licet dominia bonorum hæreticorum non pertineant ad fiscum, siue ad ecclesiam, nisi demum damnatione secuta super crimine, tamen ex quo est secuta damnatio, effectus huius damnationis trahitur retro ad diem con-

commissi criminis;& ex die commissi criminis videtur ei interdicta alienatio. Et Dominicus ibi dicit, quòd bona intelliguntur confiscata à die commissi criminis, etiamsi pœniteat. Et ideo intellige cõfiscata in tantum, quòd sententia super crimine lata retrotrahitur:& alienata post crimen commissum possunt euinci tanquam propria euincentium; etiam non restituto precio emptoribus, quantumcunque sint bonæ fidei. Et ista est veritas per tex. in dicto cap. cum secundum; qui vult, quòd eo ipso, quod crimen committitur, bona intelligantur confiscata & Io. And. in dicto cap. cum secundum, ad fi. dicit, quòd fiscus, vel inquisitores vendicant rem, quia effectus damnationis retrotrahitur; & allegat ad l. Iuli. maie. l. quisquis. §. emancipatio. & C. de aposta. l. apostatarum. j. respon. &. ff. de accusa. l. ex iudiciorum. Et si hæc sunt in crimine læsæ maiestatis, vt in glos. fortius in crimine hæresis. Et Ancha. in dicto cap. cum secundum, in princi. dicit, quid iuris de alienatione facta per illum, qui iam cogitauerat delinquere? quæ cogitatio colligitur ex pluribus coniecturis, quas ponit Bar. in l. post contractum. ff. de donationibus. ibi vide per Ancha.

Cum verò constitutio priuat delinquentem, statim, & ipso iure dominia, alienationes factæ per eum post contractum delictum non tenent, sed reuocantur per fiscum, etiam non restituto pretio emptori primo, vel vlteriori, per quotcunque manus transiuerit res alienata, cuius iam dominium erat acquisitum fisco.

Quod est verum secundum Ioan. And. nisi pretium solutum, vel aliud loco pretij, esset in bonis hæretici. argu. ff. de lega. i. l. Imperator, & l. sequenti. idem etiam tenet Archi. in dicto c. cum secundum. Et sic iste punctus remanet expeditus. & vide Abb. in capit. fina de hæreti. & vide Bar. in l. Imperator, de iure fisci, lib. x. qui loquuntur circa confiscationem bonorum hæreticorum: sed talia bona tenentes possunt præscribere. vide Anch. in dicto capit. cum secundum, in prin.

† Sed aduerte, & nota, quòd apprehensio bonorũ fieri 19
non debet, nisi prius pronuntiatum fuerit super crimine

per

per iudicem eccleſiaſticum, qui hoc poſsit. vt eſt tex.in l. cap.cum ſecundum,& ibi Ioan. And. Et ſi in vita ipſorum hæreticorum non fuit ſententiatum,declarabitur poſt mortem eum hæreticum fuiſſe, ad finem confiſcandi bona; quia crimen hæreſis non extinguitur morte, quòad captionem bonorum ipſius.vide de hoc tex.in cap.accuſatus, §.in eo,de hæreti.in vj.& vide ibi Dominicum. Et propter delictum vxoris in quinque caſibus confiſcatur, & publicatur dos.ita Bar.in l. quinque legibus. ff. de bonis damnatorum.& vide Ancha. & Phi. Fran.in cap. decreuit, de hære.in vj.& nota, quòd crimen hæreſis eſt graue, vt in cap.vt officium.§.verum,de hære.in vj.& ideo debet procedi cum maiori cautela,quia de ſalute hominis agitur, vt in c.quieſcamus.xlij. diſtinct.& in c.ad hoc. vij. quæſt. fi. in fine,& in l.additos,de appella.& iudex cum maiori cautela debet aduertere, ne magis erret in cauſa criminali, quàm faciat in ciuili, vt in c.qualiter.j.de accuſatio.& vide xxxviij.diſtinct.c.quamuis,in princi.& contra ſuſpectum de hæreſi,qui non poteſt veraciter conuinci,indicitur ibi purgatio ad arbitrium Epiſcopi,& inquiſitoris,& ſi defecerit,punitur, vt conuictus, vt in cap.inter, de purgatio. cano.& vide de hoc Abb.in cap.ad abolendam,de hæreti. in i.colum.& vide etiam tex.in cap. quoties, de purga.canonica.& excommunicatus propter contumaciam ſuper hæreſi,de qua erat ſuſpectus, poſt annum damnatur, vt hæreticus.vide de hoc in cap.cum contumacia,de hæreti. lib.vj. † Et in crimine hæreſis iudex ſolus non debet examinare teſtes,ſed habere ſecum alios ſocios probos,& honeſtos,vt notatur in cap.vt officium,de hæret.lib.vj.& ibi concluditur, quod per duos teſtes probatur crimen hæreſis.& religioſi poſſunt officium tabellionatus exercere in cauſa hæreſis, vt in dicto cap. vt officium. §. ad reſcribendas.& inquiſitores poſſunt conuocare peritos, vt eis aſsiſtant;& poſſunt recitare ſententias ſuas per alios.de quo videbis in cap.vt commiſsi. & ibi videbis per Dominicum,an ſit neceſſe in crimine hæreſis nouam ſententiam promulgare;& dicit, quòd non. quia iam per canones eſt antiquitùs promulgata;& ſic potius denũtiatur,vel declaratur.

ratur. & notabis tex. in dicto c. vt officium, in principio; qui informat inquisitores ad Deum, vt eius timorem metui hominum anteponant in procedendo contra hæreticos, & suos fautores; & etiam in eos absoluendo, cum vere redierint. & tex. in dicto cap. vt officium, in §. verum, instruit inquisitores in modo examinationis testium; & in personis, quæ testificata scribere debeant. & notabis etiam tex. in c. vt commissi, de hære. lib. vj. quia illa decretalis comprehendit plura vtilia pro expediendo officio inquisitorum; dat enim eis potestatem committendi citationes, & sententiarum denuntiationes; dat potestatem vocandi peritos clerum & populum, vt eis assistant; dat potestatem procedendi contra illos, qui de sua in aliam prouinciam se transtulerunt, dat potestatem repetendi libros, & processus, commutandi, & mitigandi pœnas, priuandi, & priuatos nuntiandi officijs, & honoribus, vt videbis in tex. & in causa hæresis proceditur simpliciter, & de plano; & dicta testium, & accusatorum non publicantur. tex. est notabi. in cap. fi. de hæreti. lib. vj. & ibi notatur ex tex. quòd in causa hæresis inquisitor non debet ferre sententiam sine consilio peritorum. & quia tex. dicit in causa hæresis esse procedendum simpliciter, & de plano, vide circa istũ articulum ea, quæ diximus in capitulo de crimine læsæ maiestatis. vbi etiam proceditur simpliciter, & de plano. ibi videbis omnino. & etiam vide tex. in clemen. i. de hæreti. à princi. vsque ad fin. quia multa prouidet, & præcipue circa carceres hæreticorum, & custodes, & ministros, & circa alios officiales.

Et inquisitor hæreticæ prauitatis debet saltem attigisse quadraginta annos, vt notatur in clementi. nolentes, de hæreticis; & ibi dicitur per Ioan. de Imo. quare maior ætas requiritur in inquisitore, quàm in Episcopo, quum maior perfectio requiratur in Episcopo, quàm in inquisitore? ibi vide per eum. & post mortem quæri potest de crimine hæresis, vt notatur in c. filij, de hæreti. lib. vj. ibi. Ancha. vbi ipse dicit in principio. † Nota, quòd post mortem potest 28
moueri quæstio super hæresi contra memoriam defuncti. & est speciale in hoc crimine, & in crimine læsæ maie-

vt

vt notatur in capit. vergentis, de hæreticis. Quomodo autem contra defunctum procedatur, vide glo. notabilem Insti. de hæreditatibus, quæ ab intesta. deferun. §. per contrarium. Et filij, & hæredes sunt conuocandi, cum contra patrem proceditur post mortem. Ratio est, quia interest filiorum patris memoriam non condemnari, vt in cap. ij. §. hæretici. de hære. lib. vj. interest etiam hæredum propter bona, quæ ab eis auferuntur, vt in capit. secundum leges, de hæretic. lib. vj. & in dicto. §. per contrarium, Institu. de hæredita. quæ ab intest. defe. Testis in causa hæresis compellitur dicere veritatem etiam de suo crimine; & potest ex interuallo corrigere dictum suum. Et dictum testis habetur pro confessione, quatenus aliquid deponit contra se. vide de hoc Domi. in cap. accusatus. §. licet, de hære. in vj. Et per quot testes crimen hæresis debeat probari, vide Ioan. de Anania. in cap. excommunicamus. j. in §. addicimus, de hære. & adde ad ea, quæ superius diximus. Et excommunicati, participes, & socij criminis admittuntur in testes contra hæreticos, si sciunt verisimiliter veritatem deponere, in fidei fauorem. vide de hoc ter. in cap. in fidei fauorem, de hære. lib. vj. vbi notatur, quòd propter fauorem fidei multa statuuntur contra iura communia. & ibi quæritur; Quid si testis est inhabilis per c. felicis. de pœnis, lib. vj. an admittatur in causa hæresis; Archidiaconus putat, quòd sic. & vide Domi. in d. c. in fidei fauorem. & vide etiam in d. c. felicis.

Et nota, quòd processus inquisitionis dicitur fauorabilis per respectum ad processum accusationis criminalis, quod bene nota, secundum Dominicum in dicto capit. in fidei. & ibi notatur an Papa possit accusari de hæresi occulta. & vide docto. in cap. si Papa. xl. distinct. & vide Calderinum in consi. v. in titu. de hæreti. vbi ipse dicit ad finem: Præsumptio, si sit violentissima, sufficit ad condemnationem de hæresi, & ad purgationem indicendam sufficit vehemens præsumptio. & vide de hoc in c. accusatus, de hæreti. lib. vj. & vide Ioan. de Ana. in rub. de hæret. in ij. col. vtrum quis possit condemnari ex vehementi suspitione, & superius tetigi hoc. Et quæ circunstantiæ sint consideranda

ad hoc, vt testi maximè inhabili adhibeatur fides, debet discerni per ipsos inquisitores, quorũ arbitrio relinquitur. Et vide de hoc Ioan. And. & vide Philippum Francum super glo. in dicto cap. in fidei.

Et nota, quòd ciuitates resistentes his, de quibus in cap. ad abolendam. §. ciuitas. & in ista materia non tradas oblioni tex. in cap. cum contumacia, de hæret. in vj. & dicitur contumax, qui non paret mandato iudicis, vel se absentat à iudicio. Et propter quamlibet suspitionem non debet quis citari in causa hæresis, sed debet esse probabilis, vide de hoc Dominicum in dicto capit. cum contumacia. Et pertinacia si perseuerauit post annum, ibi vide doct. circa istam materiam. † Et nota, quòd contra rebelles ec- 22
clesiæ inuocatur brachium seculare, vt in cap. si quis sacerdotum, xj. quæst. iij. & c. petimus. Ideoque manu militari sunt hæreticis omnia bona auferenda; quia secundum Isidorum, & Augustinum, & alios sanctos ipsa bona nullo iure possunt hæretici possidere; naturali non, quia sunt communia, vt in cap. ius naturale. j. distinct. nec iure diuino, sicut filius Dei ostendit dicens; Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. Item, labores impiorum iusti edent. vide de hoc Hostien. in summa in rub. de hære. in §. qualiter deuitetur. † Et nota, quòd hæ- 23
resis est grauius delictum, quàm homicidium. ita Bal. in l. j. C. qui accusa. non pos. Et dicit ibi post Augustinum, quòd hæresis, in quam quis incidit ignoranter, est grauius delictum, quàm homicidium dolosum. Et si dominus temporalis monitionem ecclesiæ spreuerit excommunicandus est; & si in excommunicatione per annum steterit, post annum elapsum summus Pontifex denunciet vasallos suos absolutos à fidelitate, & terram exponet catholicis occupandam, saluo iure domini principalis. Eandem pœnam patitur etiam, si nullum dominum super se recognoscat, vt in cap. excommunicamus. j. §. moneãtur, de hæreti. Et vide Hostien. in summa, in dicto §. qualiter diuitetur. Et sortilegi, & dantes pocula amatoria, & inuocatores dæmonum ad sciendum futura, & præterita, an sapiant hæresim, vide Ioan. de Ana. in rubri. de hære. in ij. & iij.

col. Et periurus an sit hæreticus, vide eund. in c. j. de hæret. Et si accusatus de hæresi pendente accusatione sum interfecit, vide latè in l. ij. C. qui testa. facere possunt & vide Ioan. de Ana. in c. firmissime, de hæreti. Et sacerdos, qui hostiam non consecratam accepit, an sit hæreticus, vide Ioan. de Ana. in c. ad abolendam, in ij. col.

Et nota, quòd crimen hęresis habet principium, & complementum; principium quidem in errore, complementum in pertinacia. ita Doct. in c. hæresis, xxiiij. quæst. j. Et si condemnatus de hæresi, vel crimine læsæ maiest. habebat ius patronatus ecclesiæ, tale ius patronatus remanebit penes ecclesiam, quæ in effectu fiet libera. Et quid si habebat feudum, vel prędium emphyteoticum? vide de hoc Ioan. de Ana. in c. vergentis, in j. col. Et scripturis, & libris hæreticorum non datur fides aliqua, quia damnato auctore damnantur eius scripturæ, & libri, vt notatur in c. sinceritatis, de hære. & ibi notatur, quòd si duo contendant de Papatu, & pro certo nescitur, quis eorum sit verus Papa, concilium debet congregari, & causam decidere. Et vide tex. notabilem, & non est alibi quoad hunc articulum iuncta glo. in c. duo, lxxix. dist. Et Hugo ponit ibi vnum singulare dictum, quòd poterit concilium congregari per Cardinales, quando neuter contendentium vellet congregare suam obedientiam in eodem loco.

24 † Et nota, quòd si factum hæresis est dubium, tunc quæstio debet remitti ad solum Papam, vt in c. quoties, xxiv. q. j. & in c. maiores, de baptismo. & vide Abb. in c. ad abolendam, de hæret. in ij. col. Et nota, quòd Episcopus etiam hæreticus non potest deponi ab alio, quàm à Papa, vt in accusatus, iij. q. vj. & vide Abb. in c. excommunicamus, ad fin. de hæret.

Et clericus deprehensus in hæresi, volens redire ad fidem, an sit deponendus, & in carcere detrudendus, vide Abb. in cap. excommunicamus, ij. de hæret. Et nota, quòd obligati lapsis manifestè in hęresim, sunt absoluti de omni debito fidelitatis, & totius obsequij, & omni pacto quacunque firmitate vallato, vide Doct. ad hoc in c. fi. de hæret. nota, quòd appellatione bonorum cõtinentur obligatio-

nes, actiones, & iura, vt in l. bonorum, §. in bonis, ff. de ver. signif. & notat. in c. relatum, ij. de testa. & vide Cardi. in d. c. fin. de hæret. Vbi ipse dicit, quòd serui, & liberti, & mercenarij sunt absoluti ipso iure. Et vide Spec. in tit. de hær. in princ. vbi dicit, in hæresi sic concipies libellum. Et ibi etiam videbis de modo concipiendi libellum contra credentes, & receptatores, & contra suspectos de hæresi. & sic remanet expedita tota materia de crimine hæresis.

Nunc ad secundam partem regulæ transeamus, scilicet de schismaticis. † Et schisma est illicita discessio illorum, 25
quorum vnitas esse debet: vel schisma est illicita diuisio per inobedientiam ab vniuersitate ecclesiæ facta, vt in c. inter hæresim, xxiiij. q. iij. Ideoque schismatici volentes Dei ecclesiam discindere, peccât in fide, quoad articulum illum, Credo in spiritum sanctum, & vnam sanctam ecclesiam catholicam. Et hoc nomen schisma Græcum est, & dicitur â scissura, vt in c. schisma, xxiiij. q. j. & in vnitate scissura esse non potest. Non ergo vnitati communicat, qui schismaticis communicat: Partes sibi fecerunt, & ab eo, quod vnum est, discesserunt, vt in dicto cap. schisma. Et vide de hoc gloss. in cap. quia diligentia, de electio. differt autem ab hæresi in principio; nam hæresis in sui principio habet peruersum dogma, quod non habet schisma; sed si perdurat, cadit in hæresim, quia fingit se rectè ab ecclesia recessisse. Et ideo censetur hæreticus, vt in dicto c. inter hæresim, & schisma. xxiiij. q. iij. & sic peccat (vt supe rius diximus) in illum articulum, Credo in spiritum sanctum, & vnam sanctam ecclesiã, &c. vel est inter hæc duo talis differentia, qualis inter genus, & speciem; quia omnis hereticus est schismaticus, sed non conuertitur. de hoc vide Hosti. in rub. de hæreticis, in §. j. & ij. & sic hæreticus, vel schismaticus æquiparantur. Et regulare est, vt schisma non sit sine hæresi. & fallit in dicente se esse Papam, & alium Antipapam: nam isti non sunt hæretici; vnde est schisma sine hæresi, quia quilibet credit vnitatem ecclesiæ, & ecclesiam esse apud se. ita dicit gl. singu. in c. j. xxiiij. q. j. Et idem dic de credentibus, vt non dicantur hæretici; ex quo credunt vnam esse ecclesiam, quam dicunt consistere

debere apud istum. vide de hoc Abb.& Docto.in c.firmis-
sime. Et largissimè omnes constituti in peccato mortali,
dicuntur schismatici; sunt enim extra charitatem, xj. q.
iij. c.audi, & c.dixi, xxiiij.q.iij. largè verò dicuntur schis-
matici, quia sunt extra ecclesiam, & communionem fide-
lium, c.cum excommunicato,& c.sequenti, xj.q.iij.strictè
verò dicuntur schismatici, qui proprium Episcopum de-
jiciunt de sede Episcopali: & communiter tenetur, quòd
isti non sunt excommunicati, ex quo non sunt diuisi ab
ecclesia Romana, licet proprium Episcopum deiecerint,
& alium Episcopum erexerint. vide de hoc Abb. & Ioan.
de Ana.in rub.de schismaticis. Aliquando, & strictissimè
dicuntur schismatici secundum materiam nostram, qui di-
uidunt se ab ecclesia Romana, constituendo sibi ecclesiam,
ordinando presbyteros,& clericos, vt in cap.loquitur de-
minus, xxiiij.q.j.& in d.c.inter hæresim, xxiiij.q.iij.

Et qui contemnunt constitutiones ecclesiæ, sunt schis-
matici strictissime, vt in c.nulli fas est, xix.dist.& coniura-
tiones faciunt contra Episcopos,& prælatos. & de hoc vi-
de Ioan.de Ana.in d.rubr.de schismati, & vide Abb.in d.
rub.vbi dicit ad finē: Puto hodie quòd tam ipse, qui se gerit
pro Papa, quàm sibi adhærentes, excommunicationi sub-
iaceant, per ea quæ notantur in cap.licet, de electio. Sed si
quæstio esset dubia, & maximè si consistit in facto intrica-
to,& longæuo, tunc putarem omnes euitare excommuni-
cationem,& peccatum, argum.l.regula, & l.ij. ff. de iuris
& facti ignorantia. & vide in c.Apostolicæ, de cler.excom-
muni.ministra. & in c.vt animarum periculis, de consti-
lib. vj. & vide Bal. circa materiam schismatis, in tractatu
suo de schismate, quem posuit in rub. C. si quis aliquem
testari prohibu.

Et schismatici tunicam Christi inconsutilem scinde-
nituntur, vt in extrauagan. incip. discipulorum Christi,
sub titu.de celebra. Missarum. Et ideo vestimentum Do-
mini non fuit scissum, quia ecclesia Dei scindi non debet,
sed tota vnitate consistere debet, vt per Ioan.de Ana.in c.
26 rub.de schis.in ij.col.& vide Doct.in rub.de schisma.† Et
qua pœna schismatici feriantur? certè puniuntur à Deo
& ho-

& hominibus: vt sciant homines, quàm graue, & quàm detestabile sit hoc crimen, ostendit Dominus in Chore, Datan, & Abiron, quos terra viuos absorpsit. Et licet alibi dicatur, hæresim esse maius inter crimina, eo quòd primum locum tenet in pœnis, xxxij. q. vij. c. quid in omnibus; est verum in non schismate. Tamen ex quo schisma iudicatum & confirmatum fuerit, idem est crimen, & vtrique est eadem pœna infligenda, vt patet in his, quæ superius diximus.

Et ab hominibus etiam puniuntur; nam excommunicantur, si non resipuerint, & deponuntur, vt in c. in nomine Domini, xxiij. dist. Et si aliter non possunt distringi, inuocandum est brachium seculare, vt in c. petimus, xj. q. iij. & de officio ordina. c. quoniam in quibusdam, §. pen. & §. fin. Et dispensatio circa schismaticos quibus casibus sit reseruata Papæ, vide Abb. in c. fin. ad fi. de schisma. Et schismaticus non potest conferre beneficia, vel ordines, & dignitates dare. & tenens beneficium ecclesiasticum à schismatico, vel consentiens ordinationi factæ per eum est ipso facto excommunicatus. Et schismaticus existens in peccato mortali an & quando possit conferre temporalia, vel spiritualia, in quibus conferatur ordo, vel non, vide Abb. in c. j. de schisma. & vide alios Doct. Et ordinatus à schismatico, est ab officio repellendus, nisi probet secum dispensatum per habentem potestatem, vt in cap. fina. de schisma.

Et dispensatio est iuris communis relaxatio facta cum causæ cognitione ab eo, qui habet potestatem dispensandi, vt est glo. in c. requiritis, §. nisi rigor, j. q. vij. & vide Abba. in d. c. fin. in ij. colum. Et ordinationes factas ab illis, qui à schismaticis ordines receperunt, sunt irritæ; vide Petrũ Anchar. in c. j. de schismaticis: non sunt ipso iure excommunicati, vt in c. in nomine Domini, xxiij. dist. sed Hosti. dicit, propriè schismaticus dicitur, qui non recognoscit potestatem Romanæ ecclesiæ; sic enim efficitur ouis extranea ab ouili, vt de maior. & obedien. cap. solite, §. penul. vnde si aliter occupet cathedram, quàm debeat, puta minus canonicè, fur est, & latro, vt vij. quæst. j. c. non furem

& xxiij.q.iiij.c. tres personas,& de iure patrona. cap.relatum.Et intellige etiam in pastore sedis Apostolicæ; quia ibi multo fortius debet habere locum, vt de electio.cap. licet de vitanda, & xxiij. distinct.cap. in nomine domini.

27 † Et proprie dicitur schismaticus(vt diximus)qui non recognoscit ecclesiam Romanam.vi.ad hoc bonam glo.inc. non vos.xxiij.quæst.vj.Ancha.in dicto c.j.de schismati.referendo Hostien,dicit,quòd isti schismatici,qui se extollunt contra ecclesiam Romanam,vt sunt Græci, ipso iure sunt excommunicati.

Sed nota,quòd nullum peccatum, quantumcunque graue sit in ordinatore,vel ordinato,impedire potest quominus ordinatus characterem recipiat, & executionem in habitu,licet non in actu. ita Anchar. in dicto c.j. referendo Innocentium.& quis possit dispensare cum schismatico,vide gloss. & doct.in cap.fi.de schisma. & schismaticus etiam clericus potest puniri à iudice laico,etiam non secuta degradatione. vide de hoc Ioan. And. in cap.cum non ab homine,de iudi.& vide Ioan.de Ana.in rub.de schisma. & vide Dominicum in cap. j. de homici. lib. vj.vbi etiam loquitur de assassinis.Et nota, quòd etiam si Papa dicatur hæreticus,Cardinales,& alij prælati ante tempus ab obedientia sedis Apostolicæ non debent recedi : aliàs tanquam schismatici sunt puniendi.ita probatur.xvij. dist.c. consilia.§. hinc etiam. vbi dicit Dominicus bene esse notandũ,quia facit ad Cardinales, qui recesserũt à Gregorio de ciuitate Lucana ad ciuitatem Pisarum, antequam esset à concilio Pisano depositus. Sed aduerte , quod ius permittit, quod quis possit à superiori recedere, quando est à iure notorie suspensus,iuxta ea, que notatur per omnes in c.tua,& in c.vestra,de cohabitatione clericorum. & nota, quod Cardinales rractantes de futuro Papa eligendo, viuente Papa,incidunt in crimen læsæ maie. vide Io.And.& Inno.in c.veniens,de accusa.& vide Bal.in l. quomodo liberi.C.de testi.& vid. Alex.in additi.in l.j.ad.l.Iulia.maie. & contra schismaticos potest crux prædicari , vt in c.hortatu,& precibus.xxiij.q.viij.vbi habetur , quod Papa potest hortari Reges catholicos ad bellum contra oppressores

tes ecclesiam. & vide Bar. in l. j. C. de pactis. & vide tex. nō allegatum à doctoribus in cap. dicat aliquis. xxiij. q. v. ver. præterea. & vide Lucam in Actibus, in c. xxiij. vbi Paulus Apost. inuocauit auxilium seculare. & an schismaticus possit testari, vide Bar. in l. fina. C. si à non competenti iudice. & schismatici capti in bello debent furca suspendi, ita Bal. in c. iniuria, de pace inramen. firma. & vide tex. in c. vno de schis. in vj. vbi Bonifacius VIII. Iacobum, & Petrum de Colomna olim Cardinales deposuit. & ibi videbis processum contra eos factum. & nota, & adde ea, quæ superius diximus, quod character spiritualis inuisibiliter spiritu sancto cooperante confertur per impositionem manuum factam, iuxtà ritum ab Apostolis introductum, scilicet, Petro, Iacobo, & Ioanne, quando miserunt Paulum & Barnabam ad predicandum, vt in c. quod die dominico. lxxv. dis. Non mireris ergo, si character iste transfertur à deposito, & nihilominus remaneat penes ipsum. & de isto charactere spirituali, & de alio corporali, vide Hosti. in sum. in rub. de schismati. in §. fin. & circa istam materiam de schismaticis omnino videbis Bal. in d. tract. de schismate, vt superius diximus. & vide sanct. Thō. in ij. ij. q. xij.

## DE APOSTATIS.

ET quia iam ista materia remanet plena, transeamus ad tertiam, & finalem partē regulæ, scilicet, de Apostatis. & primo ad euidentiam quero, quid sit apostasia. † Apostasia est temerarius recessus à statu fidei, obedientiæ, vel religionis, quam quisquis professus est se tenere. 28
& dicitur apostasia quasi post status, j. rerrogadus status. Ideo apostasia est retrostatio, vel retrogradatio; vnde apostata dicitur quasi retro stans, vt xxvj. q. vlt. c. nō obseruetis. & apostata non est aptus regno Dei, cū ad aratrum manū posuerit, & respiciat retro. vt xij. q. j. c. sancimus. de quo vi. Hosti. in sum. in rub. de apost. in prin. Sed tu vltra vi. gl. in c. ex parte, de tempo. ordin. & in c. cosuluit, de regu. & in c. fi. l. di. & propriè apostatæ dicuntur, qui propriam fidem relinquunt. vide de hoc Bar. in rub. C. de aposta. & impropriè dicitur apostata, qui religionem exit. vide ad hoc gl. in l. inter claras, de summa trinit. & omnes docto. n

rub. de apostatis dicunt: Apostasia est temerarius recessus a statu fidei, obedientiæ, vel religionis, vt superius diximus.

29 Et Cardina in c. j. de aposta. in ij. col. dicit: † Quæro, quid est apostasia? & dicit vocabulum est æquiuocum, & multiplex; ideo non definitur in suo genere. Est autem apostasia triplex, scilicet, perfidiæ, inobedientiæ, & irregularitatis. Perfidiæ autem dicitur apostasia, quando quis recedit à fide catholica, vt fuit Iulianus Apostata, vt ij. quæst. vij. ca. non potest. & punitur, vt hæreticus; quia vere hæreticus est, quia recessit à fide. & habent locum iura posita in titulo de hæreticis. & de isto apostata proprie loquitur rubrica. C. de aposta. & dicitur ibi in l. apostatarum, quòd istud crimen est publicum, & omnes admittuntur ad accusandum. potest etiam quis de isto crimine accusari post mortem, & eius memoria damnari, dummodo accusatio fiat intra quinquennium, vt in l. ij. C. de aposta. & vide ea, quæ habentur in cap. ij. de præscriptionibus. lib. vj. Sunt & isti apostatæ inteſtabiles actiuè, & passiuè; & à testimonio repelluntur; nec eis superueniens pœnitentia prodest, vt in l. hi, qui sanctam. C. de Aposta. vide ibi Sali. vbi dicit, quod hæretico datur venia; sed si apostatat non, quantum ad penam corporalem. Et bona apostatæ publicantur, vt lib. j. C. de apostatis. quod est verum, si crimen probetur in vita; sed si post mortem, tũc bona deferuntur proximioribus fidelibus. vide de hoc Sali. in l. i. & ij. C. de aposta. & vide Io. de Ana. in c. j. de aposta.

30 † Et adde, quòd qui persuasionibus fecerit aliquem apostatare à fide Christi, capite punitur, ac si eum ad istud per violentiam induxisset; & isto casu persuasio, & violentia æquiparantur, vt in l. hi, qui. C. de schismaticis. & persuasio dicitur ipsum delictum. ita Bar. in l. ob hæc. ff. de infamibus. Et quæ differentia sit inter mandantem, & persuadentem, & inter consilium, & persuasionem, & instigationem, & instructionem, vide Barto. in l. non solum, §. mandato. ff. de iniurijs.

Nota tamen, quod secunda species apostasiæ, scilicet inobedientiæ, quandoque incidit in primam; quia non obediens Papæ ex eo, quòd putat eum nõ habere potestatem,

est hæreticus, vt superius diximus in prima parte istius regulæ; sed si non negat hanc potestatem, sed non vult obedire ex contemptu, grauiter puniri debet, quia debet deponi. & si est incorrigibilis, tradetur curiæ seculari, vt in c. cum nó ab homine, de iudi. & vide Abb. in c. j. de aposta. Si autem nolet obedire ex quadam cõcupiscentia; quia tenetur astrictus; tunc mitius punitur. de quo aliquid in canam concupiscentiam, & in cap. primo de constit. Et qualiter puniantur apostatæ perfidiæ, & inobedientiæ, vide Hosti. in summa, in rub. de aposta. in §. qualiter puniantur apostatæ.

† Nunc dicamus de apostasia religionis; & dicitur apo- 31
stata, & rectè, qui reliquit habitum religionis; vnde dicũtur abeuntes retrò, vt dicit text. in c. non obseruetis. xxvj. quæst. fina. Vnde dicitur apostata is, qui ad seculum redijt. ita doct. in cap. j. de aposta. & vide Archi. in cap. j. de temporibus ordinan. li. vj. & gl. in cap. j. de aposta. ponam exẽplum de apostasia religionis, videlicet, quando quis recedit ab ordine, & religione iam sumpta. & Inno. ponit multos alios modos, vt puta, quia dimisit habitum, & tonsuram, & duxit vxorem, & redijt ad seculũ. & adde id, quod notat Inno. in cap. fi. de renuntiatio. & in c. intelleximus, de ætate, & quali. vbi notanter dicit, quod religiosus recedens inconsulto superiore suo, & non subijciens se alicuius obedientiæ, vt quia non intrat aliud monasterium, dicitur apostata, quantumcunque retineat habitum, & tonsuram: quia recedit à regula superioris, & sic venit contra vnum ex tribus substantialibus, scilicet, contra bonum obedientiæ, vt in cap. j. de statu regularium. Et talis apostata circa irregularitatem potest diuersimodè puniri, vt habetur in cap. pen. de apost. in quo habetur, quod clericus secularis non ipso facto est excommunicatus, sed religiosus sic, per text. in cap. ij. ne clerici, vel monachi, lib. vj. qui debet intelligi de dimissione habitus longæua, continua, & temeraria. sed si dimittit ex causa rationabili, puta quia transit loca periculosa, vel ex alia iusta causa, non credo, tales ligari illa constitutione. Et vide ibi Io. And. & nota, quod si clericus dimisit habitum, & tonsuram, & immis-

cuit se enormitatibus, vt prælijs, & aggressuris; & in huiusmodi aggressuris fuisset inueteratus, perdit omnia priuilegia clericalia. Sed si portat habitum, & tonsuram, licet misceat se enormitatibus, non perdit priuilegium fori. Ista sunt de mente Hosti. & Io. And. & aliorum doctorum, vt refert Abb. in c. perpendimus, de senten. excommuni. & vide tex. in c. vnico, de vita, & hone. cleri. lib. vj. vbi clerici buffones exercentes illam artem odiosam per annum perdunt omne priuilegium clericale. Et vtrum clericus immiscens se enormitatibus, & perseuerans possit puniri per iudicem secularem non præcedente monitione, vide Abb. in cap. ex parte. iij. de priuile. & vide Ant. in c. fi. de vita, & hone. cleri. & vide latè Ancha. in repeti. regulæ, ea quæ vi de Alex. in consil. vj. in j. vol. & vide Cardin. in repeti. dicti cap. perpendimus, de sent. excommu. vbi etiã ipse dicit in principio, quare facilius perdatur priuilegium canonis, si quis suadente; quam priuilegium fori. & vide de hoc Inno. in c. ij. de maio. & obedien. & nota, quod priuilegium fori est de iure diuino, vt ex tex. in c. quanquam, de censibus, lib. vj. & gl. in cap. si imperator. xcvj. dist. & de hoc diximus supra in c. de immunit. & libertate eccle. supra in illo speculo. Et apostata religionis efficitur infamis, vt in cap. alieni. ij. quæst. vij. & interim ad ordinem, vel dignitatem non possunt promoueri, vt l. dist. c. vlt. Item quidquid acquirit, suo monasterio acquirit, sicut seruus domino. xviij. quæstio. ij. cap. abbates. &. ff. de acqui. posses. l. seruus. Item filij, qui nascuntur ex ipsis, sunt famuli monasterij quia nascuntur de matrimonio de facto cõtracto, vt lxxxj. dis. c. quidam. & xxij. dis. c. eos. Item à suo monasterio, vel religione possunt capi, & incarcerari, donec se cõuerterint, vt in d. c. abbates, & in c. â nobis. de apost. vbi dicitur; Apo-
32 statę incarcerari, & affligi possũt, vt habitũ reassumât. † Sed si apostatæ volunt redire ad religionem. & habitum recipere, & deferre, sunt recipiendi; & si monasterium nollet eos recipere, debet à superiori compelli, vt in c. & quia xxvij. q. j. & c. peruenit. & vide Hosti. in summma, in §. qualiter puniantur apostatæ. Et monachus in apostasia ordinatus non potest sine dispensatione Papæ in suscepto ordine

miniſtrare, quantumcunq; reſipiſcat, & agat pœnitẽtiam. vide de hoc tex. in c. fi. de apoſta. & ibi dicitur, q̃ nõ poteſt ad minores ordines promoueri; quia videtur ordinat⁹ per ſaltum: quia ex quo eſt irregularis, nõ debet ordinari, vt in c. j. de reg. iu. li. vj. & apoſtata dicitur eſſe irregularis, qui depoſito habitu ſuæ religionis efficitur clericus ſecularis; ſed ſi intrat aliud monaſteriũ in caſu non conceſſo, nõ dicitur apoſtatare, etiamſi ſecundum monaſterium ſit magis largum; quia non reperitur venire contra ſubſtantialia regulæ, vt in c. cum ad monaſterium, de ſtatu regularium. & nota. in c. ex parte, de temporibus ordinan. & vide Inn. in c. fi. de renũcia. & in c. intelleximus, de æta. & quali. & quia ſuperius diximus, q̃ apoſtata poteſt incarcerari, nota, quod prefati incurrunt irregularitatem, ſi permittunt mori carceratos in carceribus. ſ. attenuando cibum, & victũ, vt nota. in d. c. à nobis, de apoſtatis. & ibi videbis Abb. dicentẽ, qua pœna puniantur frangentes carcerẽ de iure canon. & de iure ciuili pœna capitis puniũtur. & ſi clericus, qui primam tonſuram acceperit, ipſam dimiſerit, cogendus eſt ad ipſam reaſſumendam; nam per primã tonſuram clericalis ordo cõfertur, vt de æta. & quali. c. cũ cõtingat. Talis ergo clericus eſt, vt in c. cleros. xxj. diſ. & c. ex antiquis. hiij. diſt. Ergo cõpellendus ad tonſuram malè dimiſſam deferendã, vt de vita, & honeſt. clericor. c. ſiquis ex clericis. & ſi cõſtitutus in ſacris ducat vxorẽ, Epiſcopus miſericorditer poteſt cum tali diſpẽſare. vide de hoc Hoſti. in ſum. in rub. de apoſta. Et quando quis ſciẽter ſe fecit ordinari ab excommunicato, vel ſuſpenſo, ſolus Papa diſpenſat cũ illo. vide Anch. in c. fi. de apoſtatis, & ibi dicit. q̃ religioſi apoſtatæ ipſo iure ſunt excõmunicati; & allegat tex. in c. ij. ne clerici, vel monachi, l. vj. Sed apoſtata non eſt ipſo iure excõmunicandus, niſi (vt diximus) in religioſo habitũ dimittente. de quo vid. glo. in c. j. de temp. ordin. l. vj. Et de hoc iã ſuperius diximus. & infamatus de apoſtaſia compellitur habitũ deferre, donec ſe purgauerit, vt in c. tuæ. de apoſta. quia religioſus profeſſus, vel conſtitutus in ſacris, vel conſtitutus in minoribus, habens beneficium, ſi dimiſerit habitum, dicitur apoſtatare. vide de hoc Abb. in dicto c. tuæ.

Et ha-

Et habitus clericalis consistit in duobus, in vestibus hon-
stis, & in tonsura. vide Ioan. And. in cap. si iudex laicus, de
sent. excommuni. lib. vj. & vide Bal. pulchre declarantem
in l. si qua per calumniam. C. de Episc. & cleri. & vide ad-
33 ditio. Abb. in cap. cum consuetudinis, de consuetu. † Et
quæ sit pœna iterantium baptisma, vide Hosti. in summa
in rub. de apostat. in §. fina. & vide doct. in c. ex literarum,
de apostat. & sic ad honorem Dei remanet plana tota ma-
teria præsentis capituli.

Quoniam pertinacia in errore (vt diximus) est, qua
maximè cõstituit aliquem hæreticum, vtile duximus de-
scribere, quid sit pertinacia; & assignare modos, per quos
debeant catholici aliquem contra fidem errantem, tan-
quam pertinacem habere; & quomodo de pertinacia in iu-
dicio possit quis conuinci.

Circa primum notandum, quod vt sanct. Tho. deduc-
in ij. ij. quæst. cxxxviij. ar. ij. declarans qualiter pertinacia,
54 & mollicies contrarientur perseuerantiæ, † pertinax, vt
dicit Isi. lib. ethy. dicitur, qui est impudenter tenens, quasi
omnia tenax. & hic idem dicitur pertinax, eo quod in pro-
posito suo ad victoriam perseuerat. Antiqui enim dicebat
vada, quam nos victoriam. Et hos philosophus vocat. vij.
ethi. ischyrognomes. i. fortis sententiæ, vel hydiognomes.
i. propriæ sententiæ: quia, scilicet, perseuerant in propria
sententia plus, quàm oportet; mollis autem minus, quam
oportet. Et perseuerans laudatur, sicut in medio existens;
pertinax autem vituperatur, sicut secudum excessum me-
dij, mollis autem secundum defectum. hæc sanctus Tho.
Ex quibus primo habetur, quod pertinacia semper est vi-
tium, & in malo sumitur. Vnde Tul. in sua Rhetorica di-
cit, quod ita se habet pertinacia ad perseuerantiam, sicut
superstitio ad religionem. Et Papias etiam, assignans diffe-
rentiam inter perseuerantiam, & pertinaciam, dicit, quod
perseuerantia in virtute est, pertinacia verò in vitio. Secũ-
do habetur, quod pertinacia posset sic describi in propo-
sito nostro; Pertinacia est impudens persistentia in pro-
prio errrore. Alij verò definiunt pertinacem sic: Pertinax
est, qui persistit in eo, quod de necessitate debet dimitte-
re,

re;videlicet errorem, vel dubitationem. Circa ſecundum notandum, quod modi plures ponuntur ab aliquibus doctoribus, & ab Ockam in dialogo ſuo.

† Primus autem modus, quo quis poteſt de pertinacia 35
cõprehendi, eſt, ſi facto, vel verbo monſtrat ſe non firmiter credere fidem Chriſtianam eſſe veram, & ſanam; puta ſi dixerit, fidem Chriſtianam eſſe falſam, vel dubiam; vel ad ſectam aliam, puta Iudæorum, vel Saracenorum ſe conuertat. de tali enim licet cuilibet iudicare, quòd pertinaciter errat.

Secundus modus conuincendi aliquem de pertinacia in errore circa fidem eſt, ſi quis dicit aliquam partem noui, aut veteris teſtamenti falſum aliquid aſſerere vel non recipiendam eſſe. Talis enim, quicunque ſit, eſt pertinax hæreticus iudicandus; niſi forte fuerit adeo ſimplex, quod neſciat, quid per nouum, & vetus teſtamentum importetur; & ſeductus ab alijs dicat nouum, vel vetus teſtamentum, vel aliquam partem recipi non debere, firmiter tamen credens totam fidem eccleſiæ eſſe recipiendam.

Tertius modus conuincendi de pertinacia eſt; ſi quis credit, aut teneat vniuerſalem eccleſiam errare, vel erraſſe.

Quartus modus conuincendi eſt, ſi quis Chriſtianus capax rationis negat quamcunque veritatem catholicam, quæ apud omnes catholicos fideles, cum quibus conuerſatus eſt, tanquàm catholica diuulgatur, & à prædicantibus verbum Dei publicè prædicatur, ſicut de iſta; Chriſtus fuit crucifixus; & de ſimilibus.

Quintus modus conuincendi de pertinacia eſt, cũ quis negat aliquam aſſertionem, quam ſcit in ſcriptura diuina, vel determinatione eccleſiæ contineri.

Sextus modus conuincendi errrantes de pertinacia eſt, cum quis ſcienter negat doctrinam ſanctorum.

Septimus modus conuincendi de pertinacia eſt, cum quis correctus legitimè oſtenſo ſibi, quod error ſuus catholicæ obuiat veritati, ſe non corrigit, nec emendat, ſuam videlicet hæreſim reuocando, hoc ex verbis Aug. in c. qui in eccleſia. xxiiij. q. iij. apertè colligitur.

Octauus

Octauus modus errantem de pertinacia conuincendi est; si quis alios ad suum pertinaciter errorem defendendum, præceptis, comminationibus, pœnis, promissionibus, iuramentis, vel alio quouis modo arctare molitur; patet, quoniam si, vt inquit Leo Papa, extra de hæreti. c. qui alios; Qui alios, cum potest, aberrationem reuocat, seipsum errare denũciat, multomagis qui compellit alios hæresim pertinaciter defensare, vel hæresi pertinaciter adhærere, est pertinax hæreticus iudicandus.

Nonus modus conuincendi de pertinacia aliquem errantem est, si aliquam veritatem catholicam abiurare pœnis, minis, vel præceptis, aut veritatem catholicam negare compellit. patet ex præcedenti.

Decimus modus conuincendi de pertinacia quempiam est, cum quis abiurasse reperitur catholicam veritatem, vel iurat se quancunque assertionem, quæ est in rei veritate hæretica, tanquam catholicam in perpetuum seruaturum.

Vndecimus modus conuincendi errantem de pertinacia est, si quis impedit veritatem catholicam defensantes, aut prauitatem hæreticam impugnantes.

Duodecimus modus conuincendi errantem de pertinacia est, si errans contra fidem catholicam correctioni, & emendationi illius, vel illorum, cuius, vel quorum interest, subijcere se recusat.

Tertius decimus modus conuincendi est, si quis reprehensus à peritis de aliquo errore contra fidem, renuit de veritate informari.

Decimusquartus modus cõuincendi est, si quis verbis, vel factis protestatur se assertionem suam, quæ est hæretica, minime reuocaturum. patet, quia talis non est paratus corrigi, & per consequens pertinax est censendus.

Decimusquintus modus est, si quis in fauorẽ hæreticæ prauitatis prohibet legi scripturas catholicas, prædicari, vel publicari catholicas veritates; patet, quia talis manifestus est defensor hæreticæ prauitatis, & catholicæ veritatis offensor.

Decimussextus modus est, cum quis in defensionem hæreti-

hæreticę prauitatis nouos errores fingit, & defendit. patet, quia talis non est paratus corrigi, nec quærit cauta solicitudine veritatem. ergo pertinax est censendus.

Decimusseptimus modus conuincendi specialiter Papam de pertinacia in hæretica prauitate est, si errorem definit solemniter, & à Christianis asserit, tanquam catholicum esse tenendum. patet, quia talis arctans alios ad errorẽ pertinaciter defendendum est pertinax reputandus.

Decimusoctauus modus est, cum quis præfatæ definitioni hæreticæ prauitatis facto consentit, consulendo, cooperando, inducendo, vel definiendum esse taliter asserendo. patet, quia facientes & consentientes iuxta canones pari pœna constringuntur.

Decimusnonus modus conuincendi errantem aliquem pertinacem est, si quis inferior summo Pontifici aliquam assertionem hæreticam per sententiam definitiuam determinet esse tenendam, iniungens alijs, & imponens, quod ipsam sentiant, & reputent esse catholicam. quicunque enim tali determinationi consenserit, pertinax, & hæreticus videtur esse censendus. sicut patet ex præcedentibus.

Vicesimus modus conuincendi errantem de pertinacia est, si quis potestatem habẽs prauitati hæreticæ non resistit. patet per illud Hiero. in cap. error. distinct. lxxxiij. Error, cui non resistitur, approbatur. qui autem errorem approbat, videtur pertinax. ergo qui errori non resistit, cum potest, pertinax est censendus. Item Leo Papa, & habetur extrà, de hære. c. qui alios, cum potest, ab errore non reuocat seipsum ertare demonstrat. & in c. facientis, dist. lxxxvj. dicit Ioan. Papa; Facientis proculdubio culpam habet, qui, quod potest corrigere, negligit emendare. Præterea est circa hoc aduertendum, quod pertinacia non est tantum iudicanda ex actu exteriori, vt puta, quod solus reputetur pertinax, qui verbis, aut scriptis, aut factis contra catholicam veritatem resistit alicui modorum iam expositorum; verum etiam videtur contumax contra apertam, & prædicatam catholicam veritatem, qui in ecclesia latenter in errore diu persistit, vel vsque ad mortem.

Talis

Talis enim, cum nouerit talem errorem esse damnatum per ecclesiam, excusari non potest per ignorantiam, cum magis per obstinatam malitiam persistere in errore videtur. Et ideo ecclesia tales, quos reperit contra catholicam veritatem in errore vsque ad mortem perseuerasse, tanquã hæreticos præsumit, iudicat, & punit.

Cum non solum hæretici, sed etiam credentes, fautores, receptatores, & defensores eorũ excommunicationis sententiam incurrant, vt patet in capit. sicut ait, extrà de de hære. & c. excommunicamus; Postquam expositum, qui sint vocandi hæretici, exponendum iam est, qui dici debeant credentes eorum, fautores, receptatores, & defensores eorum.

36 † Credentes autem hæreticorum dicuntur tripliciter: primo quidem, qui confitentur se credere ita, sicut illi credunt. Nam ex errore suo se iudicant, & hoc sine dubitatione verum est. Secundo dicuntur credentes hereticorũ, qui adorant eos, qui reuerentiam suo more eis exhibent. Tertio, qui confessionem, & communionem ab eis iuxta eorum ritum acceperunt, vel similia perpetrarunt, quæ ad ritum eorum pertinẽt. omnes enim tales profectò credentes fuisse conuincũtur. Nam ex factis exterioribus præsumitur de affectu. arg. xxxij. q. v. cap. qui viderit. C. de dolo. l. dolum. Nec enim refert, vtrum dictis, an factis quis voluntatem suam insinuet. ff. de le. & sen. con. l. destituant. Nam negare, & confiteri non solum ore, sed etiam facto contingit. xj. q. iij. c. existimant.

37 † Fautores verò hæreticorum dicuntur multipliciter: primo quidem, qui publica potestate fungentes li condemnatos ab ecclesia fugãt, & nõ puniant. & quod ex hoc fautores intelligantur, ad literam probant canones posit. xxiij. quæst. iij. sicut est. capit. qui potest. quod est Damasi Papæ sic dicentis; Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil est aliud, quàm fauere impietati. Ad idem est. cap. qui vitijs. j. quæst. v. & c. præterea. quæ viij. eiusdem causæ. Priuatæ autem personæ, quæ ad hoc videlicet ad detinendum fugientes hæreticos, nec officio nec ex præstito iuramento tenentur, non videtur fautores

hæreticorum dicendi; quia hoc non ad eos, sed ad eos pertinet, qui potestate funguntur. Secundo fautores esse iudicantur verbo, qui excusant eos non ex linguæ lubrico, sed à proposito in conuenticulis, vel etiam inter laicos, sicut sunt multi dicentes; isti non sunt tales, scilicet, hæretici, quales esse dicuntur, nec negant ista, nec illa. Tales autem per mendacia excusantes eorum excessus, possunt vere fautores dici, habita consideratione personarum, temporis, & loci, & locorum. plerunque enim verba talium simplices homines ad hæreticorum amorem prouocant; & deuotionem, quam habent ad ecclesiam, minuunt, & enervant. Tertio dicuntur fautores hæreticorum facto, qui procurant, qui mittunt hæreticis alimoniam, qui eos liberant, qui ea, quibus liberantur, subministrant, & si qua sunt similia. & est arg. quamuis probatione non egeat. xxiij. q. iiij. cap. est iniusta misericordia. Quarto, qui extirpationem hæreticorum impediunt. Item non dant ad id operam, quam possunt, secundum maius, vel minus: & hoc secundum consideratione diuersarum circunstantiarum. Quinto fautores hæreticorum esse videtur, qui hæreticos zelant, cum eos possint, & debeant iudicare. Sexto dicuntur fautores, qui eos occultando, seu aliter ipsorum excõmunicationem, vel incarcerationem, vel punitionem malitiose impedire præsumunt, aut captos, aut incarceratos relaxant præter voluntatem ecclesiæ. Item septimo possent dici fautores etiam, qui requisiti ab Episcopo, vel inquisitore nequiter recusant, vel prætermittunt iuuare eos, qui præfatos hæreticos capere cupiunt. † Præterea 38
receptatores dicuntur, qui scienter hæreticos recipiunt, siue latenter, siue manifeste.

Cæterum defensores dicuntur primo, qui defendunt errorem hæreticorum, & isti damnabiliores sunt illio, qui errat; & non solum hæretici, sed hæresiarchæ dicuntur. xxiiij. quæst. iiij. qui alios. Secundo dicuntur defensores, qui defendunt pro suis viribus, vel potentia, ne ad manus iudicis veniat examinandus, vel puniendus. & de simili defensione loquitur canon. xxiiij. quæst. j. & in alijs capitulis quæstionis, Quilibet talis credentium, fautorum, &

receptatorum, ac defensorum hæreticorum est excommunicatus; & si non satisfecerit infra annum, tunc ipso iure est infamis, nec ad publica officia, seu concilia, nec ad eligendum aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium debet admitti; nec possunt condere testamentum, nec ad alicuius hæreditatis successionem accedere: nullus quoque eis super quocunque negocio, sed ipse alijs cogeretur respondere: si iudex est, eius sententia non valet; si aduocatur, non admittitur eius patrocinium; si tabellio, non valent eius instrumenta; & sic in similibus. Si vero sit clericus, ab omni officio, & beneficio debet deponi. Et illi, qui tales, postquàm ab ecclesia fuerunt denominati, euitare contempserint, debent excommunicari. probantur hæc omnia, extra de hære. cap. excommunicamus. Item omnes clerici, qui talibus exhiberent ecclesiastica sacramenta, vel traderent ecclesiasticæ sepulturæ, aut eleemosynas, aut oblationes eorum reciperent, debent priuari suo officio; ad quod nunquam restituentur sine indulto sedis Apostolicæ speciali. similiter & regulares, quorum etiam priuilegia in illis locis non reseruentur eis. vt in prædicto. ca. excommunicamus. §. sane clerici.

## DE ABIVRATIONIS FORMA OBseruanda per hæreticos, cum contingit eos ad fidem, & ad ecclesiam redire.

39 † QVoniam nulli hæreticorum ad fidem redeunti ecclesia sancta Dei gremium suum claudit, reliquū est, vt dicamus in fine huius vltimæ partis, de modo receptionis eorum, & forma abiurationis. De quacunque hæresi quilibet conuertatur, non est recipiendus, nisi ad arbitrium sui Episcopi, vel inquisitoris fidei, abiurata, & anathematizata hæresi. Ait enim Leo Papa scribens Ianuario Episcopo Aquilensi & habentur in ca. saluberrimum. j. q. vij. Saluberrimum, inquit, & spiritualis medicinæ vtilitate vtilissimum est, vt siue presbyteri; siue dyaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri voluerint, atque ad

que ad catholicam fidem, quam pridem amiserant, rursum reuerti ambiũt, primos errores suos, & ipsos auctores erroris à se damnatos sine ambiguitate fateatur; & sensibus pra-uis etiã perẽptis nulla desperãdi sit occasio. nec vllum mẽbrum talium possit societate violari; cum per omnia illis professio propria cœperit obuiare. hęc ille. Hinc Ephesina sanctissima synodus vna de quatuor principalibus de Nestorio Episcopo scilicet, hæretico ita constituit; Consequens est (inquit) si resipiscere volueris, vt iureiurando fatearis, & anathematizes tua polluta, & prophana dogmata; sentias autem, & doceas, quæ nos vniuersi per Orientem, & Occidentem Episcopi, & magistri, præsules populorum credimus, & docemus. hinc in actione eiusdem synodi. cap. xv. eiusdem forma iuramenti exprimitur in hunc modum: Ego Hýsicius agnoscens veram fidem orthodoxam, & accedens ad sanctissimam, & catholicam ecclesiam anathematizo omnẽ hæresim, & maxime. N. in qua errabam; assentio autem præscriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans eos, qui non celebrant sanctum diem Pascha iuxta morem Apostolicæ, & catholicæ ecclesiæ: & iuro per sanctum homousion. j. trinitatem; & si quid ex his labefactauero, legũ seueritati subiacebo; & expositioni mihi recitatæ subscripsi manu propria. hæc ibi. hãc formam iuramenti, inquit Dn. Aymarus in lib. de synodis, sancta Ro. ecclesia de hæreticis cõuersis eligere consueuit.

Apud practicam autem inquisitorum fidei forma abiurationis hæretici post confessionem suæ hæresis, ante pœnitentiæ impositionem plenior habetur sub tali verborum serie; Ego. N. recognosco, & confiteor coram vobis dominis, me errasse in prædictis; & super his corde contrito, & humiliato absolutionem, & pœnitentiam requiro; & hanc hæresim, & omnem aliam, quocunque nomine censeatur, abiuro, & promitto, quòd de cætero seruabo illibatam fidem, quam Romana tenet ecclesia, & prædicat; & quòd hæreticos, & credentes eorum toto posse meo persequar; & tã eos fautores, receptatores, & benefactores bona fide, & sine mora manifestabo ecclesiæ, vel prælato, & pœnitentiam, quæ mihi pro dicta mea culpa iniungetur, inte-

grè seruabo, & complebo: & volo, & concedo, quòd si ab hac hora in antea contigerit me relabi ad eundem errorem, vel alium cuiusque hæresis, quocunque nomine censeatur, errando forte in alique casu, vel credendo, seu fidem habendo, errantibus, vel eos, vel credentes eorum recipiendo sciens, aut defendendo, aut fouendo, dicto, vel facto, aut eis benefaciendo qualitercunque, eos vel celando, aut non manifestando bona fide, & sine mora; vel si pœnitentiam iniunctam à vobis integrè non seruauero, & perfectè non compleuero, abinde ipso facto habear excommunicatus, & periurus, & hæreticus manifestus; & meeg iudico, ita quòd sine amplori cognitione, & sententia quæ iure relapsis, & manifestis hæreticis indicitur, mihi pœna imponatur. Insuper affero, & protestor, me puram & totam veritatem de me, & alijs, inquantum scio, dixisse, & si forte cõstare poterit, me malitioſe de veritate aliqua suppresisse, vel tacuisse, imponenda, vel iniungenda mihi à vobis pœnitentia, seu absolutio obtenta, vel obtinenda nihil mihi prosit.

40 † Et nota, quòd reconciliatio habet locum vsque ad sententiam definitiuam exclusiuè, vt in instructionibus inquisitionis in xij. item Hostien. in c. ad hæc, de simonia dicit, quòd quando quis timore probationum confitetur, quòd in aliquo parcendum est sibi, licet non in totum; & erit arbitrarium quanta pars pœnæ indulgeatur, arg. in fin. de transact. Sed hoc dictum Hostien. nullo iure probatur; quinimmo omnia iura parem pœnam infligunt convictis, & confesis in iudicio, vt hic in isto c. & in l. si confessus, ff. de custo. rerum. & c. ij. de confesis, cum multis similibus. & facit illud nobile dictum Inno. in c. qualiter & quando, il. ij. de accusationibus; vbi vult acrius puniri confessum per viam inquisitionis, quàm conuictum, ibi dixit dominus Abb. in d. c. ad hoc; alias, ad hæc, de simonia. hoc Abb. in d. c.

Ego tamen meliori iudicio, me submittendo etiam correctioni sanctæ matris ecclesiæ, visis omnibus supradictis, licet opinio Archi. videatur rigorosa, vt prædicitur, tamen iudicio meo multum videtur iuri conformis circa illud

qui istis temporibus apostatâdo transierunt, vel redierunt ad ritus, ac cæremonias Iudæorum, & ad obseruantiam legis Moysi; quòd cum eis detur tempus gratiæ, si tales non venerint, & redierint statim, & sponte, vt in cap. ad abolendam, re integra, & cum omnibus supradictis conditionibus positis per Archidiaconum, quòd non admittantur aliter ad misericordiam: quia sicut quilibet homo libero arbitrio perit, ita libero arbitrio conuertatur, & non coactus, nec metu pœnæ, vt xxxv. dist. cap. de Iudæis, & c. sicut, & cap. consuluit, & xij. q j. non dicatis. Et opiniones contrariæ illi opinioni Archi. haberent locum in illis, qui haberent errorem in intellectu solum, quibus non deberet denegari misericordia, quandocunque vellent redire ante sententiam; si vellent errores suos detestari, & illos abiurare; quod non videtur habere locum in istis, qui iudaizant, cum non solum errorem in intellectu habeat, sed etiam facto, & opere errores suos demonstrent, obseruando legem Moysis, & faciendo eius præcepta, ritus, & cæremonias, negando Christum verum Messiam promissum in lege venisse, qui cùm sint obstinati, & in sua pertinacia indurati, licet sæpe per inquisitores per sua edicta vocentur, & multis monitionibus blandiantur, vt redeant ad fidem catholicam, promittendo eis misericordiam, nolunt illis obtemperare; auribus clausis nolunt audire, nec confiteri, quod contra fidem committunt; credendo se saluari per legem Mosaicam, quousque capiuntur, & incarcerantur: quibus sæpè contingit, quòd post accusationem, & publicatis attestationibus, cùm iam sui errores veniunt in lucem, & sunt manifesti, tunc timore pœnæ, simulata conuersione confitentur omnia, de quibus accusantur, & petunt misericordiam: & pro talibus potest trahi in consequentiam, quòd serotina pœnitentia multos solet decipere. ita Host. in summa, de pœnit. §. qualis. versi. festina. sed cùm ecclesia sit pia mater, & nunquam claudit gremium redeunti, vt in c. super eo, de hæreti. lib. vj. & C. de summa Trinitate & fide cathol. in epistola, inter claras; quocunque tempore ante sententiam isti tales per inquisitores de consuetudine admittuntur ad perpetuum car-

cerem cum confiscatione bonorum. Sed videri meo multis rationibus isti tales non deberent admitti ad misericordiam, immo tanquam fictè, & simulate confessi deberent puniri, sicut pertinaces hæretici. Primo, quia de talibus non habetur spes correctionis, & non datur venia, nisi correcto, vt in regula, peccati, de regu. iuris. lib. vj. quia tam diu reputatur quis incorrectus, donec reatum suum recognoscens emendetur, vt extra, de foro compet. c. nullus, in fin. & vbi non est spes correctionis, potius seruatur rigor, quàm misericordia, vt xxiij. q. iiij. est iniusta. Item quia non confitetur sponte, sed metu probationum, & timore pœnæ. & cum confessio facta metu mortis non teneat, vt in c. de his, quæ vi metusve causa fiunt; & xxxj. q. ij. Lotharius; & Specu. in tit. de confessione, in princ. §. ij. nam omnis confessio, quæ fit ex necessitate, fides non est, vt xv. q. vj. in c. si sacerdotes. † Nam vbi pœna imponi-
41 tur ipso iure, non potest per negationem augeri, nec per confessionem minui. ita not. Barto. ff. de peculio lega. l. id, quod senio, & de hoc est casus in l. palam. iij. §. pen. ff. de ritu nupti. Item quia tales confessiones quando non fiunt sponte, & incontinenti (vt dictum est) sunt fictæ, & simulatæ, & Deum irritât. Et de istis dicit Hysichius in decretis de pœnit. dist. iij. c. inter hæc hircum, el ij. §. nam sicut vera, talia verba: Nam sicut vera pœnitêtia promeretur, ita simulata Deum irritat; quia spiritus sancti disciplinæ effugient fictum: hoc autem sancti patres irremissibile peccatum, & blasphemiam in spiritum sanctum dixerunt; & in sceleribus vsque ad finem vitæ perseuerare est de potentia, & misericordia Dei, & Redemptoris diffidere. Item, quia cui debet dari venia, seu misericordia, debet eam humiliter petere, & confiteri; aliter eam sperare non licet, vt extra de simo. c. nemo, & xxij. q. ij. cum humilitatis. Cùm igitur isti confiteâtur omnia, de quibus accusantur, & cum confessio iudicialis partis accusatæ inter omnes probationes sit potior, & in confessis nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, vt est glo. in c. j. de accusatio. lib. vj. super parte confessus; & in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. & ij. q. j. nos iniquè; quàm necessario inquisitores

per

per tales confessiones coram ipsis factas in iudicio, deberent eos declarare hæreticos fore, & tanquam fictè confessos, brachio seculari relaxare, vt in eis exequatur pœna à iure statuta contra conuictos de hæresi; quia secundum regulas iuris communis; cùm semel commisit crimen, debet puniri iudicialiter, & condemnari, etiamsi confiteatur, & pœniteat; quia propter pœnitentiam factam per eum, etiam quo ad formam humanam, & iudicialē nocens esse non desit, vt ff. de pœnis. l. ea mente. & de edil. edict. l. quid si fugitiuus, in princi. Alia ratio est, quòd cum talibus non est facienda misericordia, nec est eis parcendum; quia facilis spes veniæ occasionem tribuit delinquendi; vt l. dist. si lapsis, & xxiij. q. iij. est iniusta; de vita & ho. cleri. vt clericorum. de transla. præla. in c. penul. in glo. Et cum isti, qui istis temporibus reperiuntur iudaizare, incipiente inquisitione in istis regnis steterint obstinati in sua perfidia, & noluerint confiteri suos errores, donec, vt delinquentes, incarceranture sub spe veniæ credendo, quòd quandocunque ante sententiam confiteantur suos errores, recipiantur ad misericordiam per inquisitores, tales cùm spe veniæ sunt in sua pertinacia, dicuntur peccare in spiritum sanctum, postquam inquisitio est introducta; Et est peccatum obstinationis, quod nec in hoc seculo remittitur, nec in futuro, de quo vide, quod legitur & nota. in c. qualis. xxv. distinct. & in c. sciēdum. de pœnit. dist. ij. Abb. in c. fin. in princ. de immunita. eccles. Ideo agenda est pœna aliquando ad terrorem aliorum, qui proni sunt ad culpam; & metu pœnæ arceantur à similibus committendis, vt xxxiij. q. v. non est innocētiæ, & de vita & honestate clericorū. c. clericorū. quia multis grassantib. opus est exēplo, vt in l. aut facta, ff. de pœnis, & in cle. j. de pœnis. & ibi glo. & de pœn. dist. j. aut facta, cum suis glo. super parte grassantibus. Item quia si mali non abstinent à malo virtutis amore, abstineant formidine pœnæ, vt in dicto cap. clericorum, de vita, & honesta. clerico, eo quia si à principio tales hæreses radicitus extirpatæ fuissent, nullæ manssent istis temporibus. sed quia tunc data fuit eis misericordia, ideo isti conuersi moderni audaciam cœperunt,

& reuersi sunt, sicut canis ad vomitum. ad quod etiam fa-
cit illud, quod traditur extra de cleri. coniugat. & Archi-
in cap. ij. de hæreticis, lib. vj. vbi dicitur, quòd mali sunt
puniendi, quia sæpe quos timor Dei non reuocat, saltem
compescit seueritas disciplinæ. Item quia istis temporibus
in Hispania inueniuntur iudaizare, sunt assuefacti à cunc-
42 libus vsque ad decrepitationem. † Nunc autem videa-
dum est, qualiter, quis, quando', quare recipiatur admi-
ricordiam. Et ante omnia est sciendum, quòd hæretico-
rum comites quidá sunt pertinaces in suis erroribus, qui-
dam sunt relapsi, quidam statim redeunt ad fidem ortho-
doxam, & petunt misericordiam, quidam expectant, vt in
carcerentur, & publicentur sibi testes. Sed omittendo
alios.

Nunc videndum est de istis, qui statim redeunt ad fi-
dem; & videamus, quis, quando, quare ad misericordiam
recipiatur. Videtur igitur esse dicendum, quia aut hære-
cus, siue credens, vult redire, & petit misericordiam
post sententiam, & condemnationem, per quam est
condemnatus de hæresi, ante executionem; tamen
quia post executionem peccatorum frustra petitur
misericordia; & tunc recipiendus erit, vt euitet pœ-
nas sententiæ, scilicet pœnam generalem; vt admitta-
tur ad ecclesiastica sacramenta, & absoluatur ab excom-
municatione, qua tenebatur; dummodo ostendat signa
veræ pœnitentiæ, sed quò ad euitandum pœnam corpora-
lem, & æternalem, nullatenus admittitur: quia tarde re-
nit, qui sententiam sperauit, vt de hæreticis. cap. super eo
lib. vj. & clare patet ex his, quæ statim dicentur. Et quan-
do, & cum quibus, etiam præter casum prædictum, sit mi-
sericordia deneganda, not. xxiij. distinct. in nomine do-
mini, in glo. hic habes. Si verò vult redire ad ecclesiæ vni-
tatem, & petit misericordiam ante condemnationem, &
sententiam; & tunc in ipso rei primordio, cũ incidit in er-
rorem, vel etiam statim cum deprehenditur in errore, vel
inquiritur contra eum, ipse confitetur, & detestatur suum
errorem, & humiliter petit misericordiam, recipiendus
erit omnino; si modò inquisitor viderit, eum ex puro co-
de, &

de, & fide vera, & non ficta redire, vt de hæreticis. cap. vt officium. §. prouiso solerter, lib. vj. & de pœ. distinct. iij. interhæc. & de conse. dist. iiij. ostenditur. xxvij. dist. quòd interrogasti. j. quæst. j. sicut ficti. Et si omnia ista supradicta concurrunt, certe talis recipi debet per inquisitorem ad misericordiam, eo quòd ecclesia nunquàm claudit gremium redeunti, vt. C. de summa trin. l. fina. in fi. & in dicto cap. super eo, de hæreticis, lib. vj. quia Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. habetur Ezechi. xviij. cap. & habetur transumptiue in c. nonne. xviij. quæst. vlt. his, à quibus. immò antequàm condemnetur, debet inquisitor insistere blanditijs, & rectis consilijs, vt redeat ad fidem catholicam. vt. j. quæst. vij. conuenientibus. xxv. quæst. vj. cognouimus. j. q. vj. si quis omnem; & in aucten. vt non luxu. contra natu. in prin. coll. vj. nam & pœnitentibus est venia concedenda, vt C. de hæreticis. l. Manichęos; de pæ. dist. iij. adhuc instant. xlv. dist. sunt namque, & c. disciplina. Sunt tamen quidam, quos non odium Christi sed timor vtilitatis, & amissio proprij gradus, & ambitio celsioris ad pœnitentiam cogit: hos sacri canones irrecuperabiliter deijciunt, qui simulatione pœnitentiæ, vel affectione honoris à Deo non consequuntur veniam, nec ab ecclesia reparationem merentur. habetur. L. dist. in c. sacerdos, in §. sunt tamen.

Vbi verò statim non vult redire, nec statim ab initio petit misericordiam, sed postea in processu temporum, ante tamen sententiam; & circa hoc, an tales debeant recipi, sunt opiniones diuersæ doctorum; nam Archi. videtur expresse tenere, & Io. de Lignano in cap. ad abolendam, dicit, quòd illi demum sunt recipiendi, qui sponte redeunt, & nó coacte. Et illos dicunt sponte redire, qui misericordiam petunt infra tempus gratiæ, quando non sunt præuenti per alium accusatorem; & allegat Archi. ff. ad Tertullia. l. j. §. sed vide. versic. quid ergo. etiam potuisset allegare. ff. de iure fis. l. edicto. in prin. ff. ad legem Iuliam maiest. l. quisquis. & idem dicit ipse, scilicet si res est omnino integra, vt quia non sunt corporaliter capti, nec probationibus adhuc conuicti; aliàs non videntur sponte redire, sed

metu detentionis,& probationum;& allegat.ff.de ope.no. nun.l.mancipiorum. optime faceret.ff.de iureiuran.l.eum qui.C.de non nume.pecu.l. contra qui propriam. accedat tex.C.de abolitio.l.fallaciter.dicens ipſe, quòd prædictus non eſt dignus venia,vt.C.de his,qui latro occultant.l.fi. & ita ſecundum eum debet intelligi.xxiiij.diſt.c.fin.prout not.ipſe Archi.de hæreticis,in c.vt commiſsi, lib. vj.ſuper verbo,obedientes;vt ibi not.quam tamen opinionem non dicit ex ſe , ſed eam habuit ex eis , quæ recitauit Clemens quartus in quadam ſua conſultatione , quæ incipit; quoniam illis : de qua facta fuit mentio ſupra in litera,defenſores, & fautores. Sed alij dicunt, quòd iſta opinio eſt nimis rigoroſa, & ſecundum ipſam ſequeretur abſurdum, videlicet quòd non poſsit mitius agi cum iſto volente redire, quàm cum quocunque pertinace; cum iſte eſſet deijciendus ſine ſpe veniæ, ſicut pertinax hæreticus damnaretur; & directe videretur illius opinio contradicere tex.cap.ad abolendam,de hæreticis,& cap.pe.in quibus dicitur expreſſe , quòd hæretici poſſunt recipi poſt deprehenſionem erroris : & in dicto cap.ſuper eo.ſolummodo denegantur recipiendi hæretici redeuntes poſt recidiuam , vel poſtquàm ſunt damnati. Ergo quoque ante ſententiam volentes redire erunt recipiendi: & ideo arbitrio Epiſcopi, vel inquiſitoris relinquetur recipere volentes redire ante ſententiam. Et quòd hæc poteſtas videatur attributa eis tàm in recipiendo , quàm in mitigando pœnam redeuntibus , patet per quandam conſtitutionem Extrauagantem Innocentij Papæ, quæ incipit,ſuperſtitionem;quę quamuis non ſit in libris, tamen poteſt allegari, & ſeruari,in quantum non ſit cæteris contraria,ſed iuri conſona, vt extra eo.c.fin. de hæreticis,lib.vj.Vnde ſecundum hæc Epiſcopus , vel inquiſitor ex ſuo arbitrio, & ex ſua mente recipiet redeuntes ante ſententiam. & ita ſeruat generalis conſuetudo officij inquiſitionis. † Sed Epiſcopus debet prouidere diligenter; nam debet caute inſpicere, quòd rediens veniat vere, & non ficte,vt dicto.§.ſi verò illius.cap.vt officium,de hæreticis,& c.diſciplinam,& c.ſunt namque.xlv.diſt.& de pœniten.

43

niten.dist.ij.c.j.cum sequen. & si Episcopus, vel inquisitor viderint talem incontinenti, pure,& sponte redire, tunc seruabunt,quod habetur,& legitur.xv.q. viij. in c.qui admisit,& ca. si quis presbyter; & xxv. distinct. si quis presbyter, aut diaconus. & hic seruata forma dictorum iurium benigne,& humiliter eum recipiat cum omni misericordia;considerabit tamen,an iste rediens sit relapsus, vel non; & si inuenerit ipsum esse relapsum vere, vel ficte,cũ tali olim seruabatur, quòd detrudebatur in arctum monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam, vt in dicto cap.ad abolendam. §. illos, & cap.penult. §. si qui autem. Sed hodiè illud non seruatur per nouam decretalem, quæ posteà superuenit in cap.super eo,eod. tit.lib.vj. nam si rediens inuenitur relapsus, solummodo recipitur ad ecclesiastica sacramenta quòad salutem animæ, si ea petat humiliter,& appareant in eo signa contritionis,vt in dicto cap. super eo. non tamen recipitur ad misericordiam, vt euitet pœnas corporales, vt in dicto cap. habetur; quia talis sine aliqua audientia relinquendus est brachio seculari, vt ibi in præallegato cap. Si verò non fuerit relapsus,tunc non erit in monasterio arcto detrudendus,sed aliter pro motu, & arbitrio Episcopi,& inquisitoris erit sibi purgatio indicenda: nam si eis videbitur, facient talem abiurare,vt supra dictum est. & si noluerit abiurare, tanquàm hæreticus est condemnandus, vt in cap.excommunicamus.§.fiquis.extra de hæreticis.Item poterit talem per alias pœnas pœnitentiales purgare, præcipiendo ieiunare, vel sanctorum limina visitare,errorem suum etiam in publicum detestari,& similia iniungere: quod remittitur arbitrio inquisitoris,prout melius nouerit expedire secundum qualitatem personæ,& grauitatem delicti, & diuturnitatem peccati. Et insuper inquisitor poterit exigere cautionem,vel fideiussionem ab illo,qui recipitur ad misericordiam sibi pœna pecuniaria de parendo mandatis.& si mandata sibi per inquisitionem commissa non adimpleuerit,inquisitor poterit pœnam exigere à fideiussore,vt patet in quadam Extrauagante,quæ incipit, super extirpatione.Poterit etiam pœnam pecuniariá imponere

redeun-

redeunti,& alias pœnitentias,vel pœnas iniungere. Sed si aliquis non deprehensus in hæresi per testes, quia recitauit occulte, & occultè pœnitens reuertitur ad ecclesiam, parcitur tali,quò ad bona,&quò ad vitam;vt tenet Ray.in glo.quæst. xiiij. vbi etiam dicitur secundum Oldr. occultos hæreticos absolui posse per simplices sacerdotes.

44 † Sed pone,quòd aliquis redit ad vnitatem ecclesiæ in tempore gratiæ,& recipitur ad misericordiam, quæritur, an iste debeat deponi?& dicendum, quòd non deponetur ab officio,& beneficio,vt xxiiij.quæst.iij. dixit Apostolus, & not.xxj,dist.tunc autem.in glos.sed videtur in fi.sed poterit suspendi ad tempus.& ita notat Archi.in cap.vt commissi,de hæreticis,lib.vj.super verbo. fisco. quod secus esset,si post capturam,& incarcerationem confiteretur hæresim; nam tunc deberet degradari. Sed tu videbis Paulum in tractatu suo de hæreti.in v.dubio, & inuenies dictum tractatum in quarto volumine tractatuum fo.lxxv. vbi ipse dicit, quid si aliquis deprehensus fuerit in hæresi, tamen paratus est errorem suum reuocare? & ibi latissime examinat dictam quæstionem.& adde ad ea, quæ superius diximus.

Et in materia hæresis videbis etiam tractatum contra hæreticam prauitatem,& Gundi salui de villa Diego; vbi multa vtilia inuenies;& ibi dicit in viij.quæst.quòd hæreticus bis generaliter monendus est, vt ab erroribus desistat,antequam ad specialem procedatur inquisitionem. & ibi videbis in x.quæst.de hæresi occulta.& in xij.quæst. videbis ordinem procedendi contra hæreticos quò ad telam iudiciariam ordinandam. & in quæstio. xiij. dicit, quòd probatio in crimine hæresis, per quæcunque probationum genera fieri potest.vbi etiam dicit,quòd probatur etiam hoc crimen per instrumenta,vt si apud aliquem reperiantur libri improbatæ lectionis. Et in quæst. xvij.tractat,an liceat iudicibus minuere,vel augere pœnam à iure impositam.& in quæst.xx.tractat de tempore gratiæ.& ibi dicit,quòd forma abiurandi hæresim traditur per tex.in c. ego Berengarius, de consecra. dist. ij. & debet scriptura subscribi manu propria ipsius abiurantis.glos.in c.conue-

nientibus.

nientibus.j.quęſt.vij. Et qualiter iudex debeat pronuntiare in ſententijs ferendis, vel pœnis iniungendis redeuntibus ad fidem, & hæreſim abiurantibus, dicas, quod non debet eos pronuntiare hæreticos, quia non ſunt. xxiiij. q. j. hæc eſt fides. vbi de hoc, & q. vltima, dicit Apoſto. & cap. qui in eccleſia. Nec pronuntiabit eos tales fuiſſe, quia modus iſte non eſt datus à iure; ſed dicet ſic, quia te inuenimus per tuam confeſsionem, vel probationes legitimas hæreticum, vel hæreticos adoraſſe, nũc autem ſaniori vſus conſilio, vis (prout aſſeris) ad vnitatem eccleſiæ corde puro, & fide non ficta redire, idcirco te in primis abiurata omni hæretica prauitate iuxta formam eccleſię, ab excommunicationis vinculis, quibus tenebaris aſtrictus, abſoluimus. ſi tamen ad eandem ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata ſeruaueris: & quia in Deum & ſanctam eccleſiam modis prædictis deliquiſti, ad peragendam pœnitentiam condignam, in perpetuum carcerem te detrudi volumus, & præcipimus ibidem perpetuo remanere. Nec miretur quis, quia dictum eſt ſic ſub conditione, nam cauſa delendæ quæſtionis expedit ſic dici, vt ſi quod ei imponitur, non ſeruaſſet, non cenſeatur abſolutus. Et hanc formam ponit Archi. in d. c. vt commiſsi. §. nec non. quem ſequitur Ioan. And. in nouel. dicens, quod quicquid dicat Archi. tamen inquiſitores noſtri temporis bene pronuntiant illum fuiſſe hæreticum, nec apparet, quid obſtet ſecundum eum.

Sed quoniam in hac forma præinſerta fit mentio de abſolutione, quæ ſibi impenditur à ſententia excommunicationis, quam incurrit propter incurſum hæreſis, quæro,
† an inquiſitores poſsint abſoluere hæreticum, etiam à ſen 45
tentijs, quas Papa die Iouis ſancta promulgat contra tales? Archid. in d. c. vt officium, in princip. tenet, quòd ſic, per illum tex. qui generaliter permittit eis abſolutionem. & idem ſequuntur ibi Ioan. And. & Domin. Et vlterius in eadem forma abſolutionis ponitur per modum conditionis, ſi iniuncta mandata ſeruaueris, &c. hoc eſt ſatis iuri conſonum, nam tales reuertentes errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi debent abiurare, & ſatisfactionem idone-

idoneam exhibere, vt dicit tex. in dict. cap. ad abolendam. §. præsenti.

Iuxta id verò, quod in huius principalis quæstionis tlie mate deducebatur, quæro, quæ pœna sit imponenda his, qui ab hæresi reuertuntur? & dicendum, quòd hoc residet in arbitrio Episcopi, & inquisitorum, qui in crimine hæresis inquirunt, vt secundum quod eis visum fuerit, satisfactionem iniungant tali conuerso, & pœnitenti, vt probat tex. in d. §. præsenti; bona tamen, quæ propter hæresim fuerant iudici seculari applicata, non restituuntur eis, nisi ex misericordia secus fiat, vt in c. vergentis, de hære.

Considerandum est, quòd cum aliquis reperitur legitime de aliqua hæresi publice diffamatus, & contra eum aliud non probatur, nisi infamia ipsa sola, sibi indicitur purgatio canonica, hoc est, quòd habeat bonos aliquos viros vij. x. xx. vel triginta, secundum quòd plus, vel minus, & in locis pluribus, vel paucioribus, magis, vel minus, in quibus fuerit diffamatus; qui sint suæ conditionis, vel ordinis, vt si diffamatus est religiosus, viri sint religiosi; si clericus, vel secularis, & illi clerici, vel seculares; si miles, & illi milites, qui purgent omni crimine, de quo est diffamatus; qui compurgatores debent esse homines fide catholici, & vita probati, qui & illius conuersationem, & vitam non tam moderno tempore cognouerint, quam antiquo, vt habetur extra, de pur. cap. inter solicitudines. Si autem se purgare noluerit, excommunicetur; quam excommunicationem si per annum sustinuerit animo indurato, ex tunc vt hæreticus condemnetur, iuxta cap. excommunicamus itaque. §. qui autem. Si autem se purgare decreuerit, sed in purgatione defecerit, hoc est, quòd purgatores tales, & tantos, prout est ei iniunctum, qui eum purgent, non inuenerit; pro conuicto habeatur, & sicut hæreticus condemnetur, vt habetur extra, de hæreti. capitulo, excommunicamus. §. adijcimus. & de purg. cap. cum
46 delictis. & cap. inter solicitudines, vbi habetur. † Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest nedũ ab officio, sed etiam à beneficio, donec se purgauerit, hoc primo. Et augetur ptopter hoc numerus compurgatorũ.

hoc

hoc secundo. Ex causa interdum post purgationem prę-
stitam suspenditur quis ad tempus. hoc tertio. & deficiens in
purgatione punitur, vt conuictus.

Item notabis, quòd quando delatus de hæresi processus
meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure pe-
ritorum, reperitur suspectus de hæresi vehementer; & hoc
est, quando delatus de hæretica prauitate non reperitur
legitime deprehensus nec confessione propria, nec facti
euidentia, nec testium productione legitima; sed sunt
magna, & grauia probata indicia contra eum; & talia per
consilium iudicata, quæ illum reddunt suspectum vehe-
menter de prædicta hæretica prauitate; circa istum talis
practica est seruanda. Talis namque debet, vt suspectus
vehementer de tali hæresi, abiurare illam hæreticam pra-
uitatem, ita quòd si postmodum relabatur, pœna relapsis
debita puniatur, hoc est, quòd tradatur brachio seculari
vltimo supplicio feriendus, iuxta. cap. accusatus, in princ.
de hære. lib. vj. & abiurabit publice, vel secrete secundum
quòd suspectus est habitus publice, vel secrete, & apud
plures, vel pauciores, & graues, vel leues, vt dictum est sta-
tim de illo, qui est suspectus leuiter de hæresi; & habet, vt
talis, hæresim abiurare.

## FORMA ABIVRANDI HAERESIM,
*quando delatus est suspectus vehementer.*

EGo † Petrus de tali loco, talis diœcesis, in iudicio 49
personaliter constitutus coram vobis venerandis
dominis Episcopo talis ciuitatis, & licentiato Petro
inquisitore hæreticæ prauitatis, in terris ditioni talis do-
mini subiectis, sacrosanctis euangelij positis coram me,
& proprijs manibus per me tactis iuro me credere
corde, & profiteor ore illam sanctam fidem catholicam,
& Apostolicam, quam sacrosancta Romana ecclesia do-
cet, profitetur, prædicat, atque tenet. Item iuro, me
credere corde, & profiteor ore, quòd, & explicetur ar-
ticulus catholicus contrarius illi hæresi, de qua vehe-
menter est suspectus, vt verbi gratia, si est suspectus de

pro-

processione spiritus sancti à patre,& filio; dicetur sic. Iurò me credere corde, & profiteor ore, quòd spiritus sanctus procedit à patre, & filio,& æqualiter, tanquàm ab vno principio,& non à duobus:& post abiuret hæresim contrariam sic. Et consequenter abiuro,abnego,& reuoco ipsam hæresim,quæ falso,& mendaciter affirmat, quòd spiritus sanctus non procedit à patre, & filio simul, tanquàm ab vno principio, sed à duobus. Item iuro, quòd nunquàm prędictæ hæresi credidi,nec credo,nec credam,nec illi adhæsi,nec adhæreo de præsenti,nec adhærere intendo; nec docui,nec docere intendo,nec docebo. Item iuro, & promitto,quòd talia,(& talia exprimantur) propter quæ habetis me suspectum de huiusmodi hæresi vehementer, nunquàm faciam,nec operam,vt fiant, dabo; quòd si aliquid de prædictis fecero in futurum(quod Deus auertat) pœnis de iure relapsis debitis prompto animo me submitto, paratus subire omnem pœnitentiam, quam pro his, quæ feci,& dixi,propter quæ habetis me suspectum de dicta hæresi vehementer,decreueritis mihi iniungere; & illam iuro, promitto pro viribus adimplere,& nullatenus contraire;sic me Deus adiuuet, & hæc euangelia sacrosancta.

Prędicta autem abiuratio fiat in vulgari,vt ab omnibus capiatur, nisi fieret solummodo coram personis ecclesiasticis,quæ linguam latinam intelligerent competenter. Si autem abiurauerit secrete, scilicet in palatio Episcopi, vel in capitulo fratrum, vel camera Episcopi, vel inquisitoris,quando scilicet factum non est publicum,modo consimili abiurabit.

48 † Facta autem prædicta abiuratione inquisitor poterit dicere ei,qui abiurauit,talia verba ei publice vel similia in effectu: Fili tu suspitionem,quam de te,& merito habebamus,purgasti per abiurationem,quam fecisti;volo tamen te reddere cautiorem. Caueas tibi deinceps, quomodo ages; nã si de cætero talia agas,vel dicas,propter quæ probetur, quòd incideris in futurum in hæresim abiuratam, sine misericordia pœna relapsus debita punieris,& vt relapsus traderis brachio seculari vltimo supplicio ferendus:

quare

quare super omnia elonges te à consortio hominum vita, & moribus ab alijs communiter dissidentium, ne te faciant recidere in relapsum.

Sit cautus notarius, quòd ponat in actis, quomodo talis abiuratio facta est per talem, vt per suspectum de hæresi vehementer, & non solum leuiter, ad hoc, vt si relabatur, sciatur, qualiter puniretur, scilicet pœna relapsis debita. Quibus peractis feretur sententia, seu pœnitentia in hunc modum.

Aliquando delatus, in hæresi non deprehenditur, nec confessione propria, nec facti euidentia, nec testium productione legitima, nec aliàs sunt inditia fortia, seu vehementia de illa hæresi contra eum, sed tantummodo modica, & leuia, tamen cogitur ipsam hæresim abiurare, per Doctores in c. accusatus, de hæreticis, in vj. vbi dicitur abiuraus in iudicio hæresim propter vehementẽ præsumptionem, si iterum labitur, licet non fuisset plenè probatum, relapsus dicitur. & de hoc vide Docto. in d. c. accusatus; vbi est materia abiurationis; & ibi omnes Doctores dicunt multa vtilia. Et quòd in crimine hæresis ex leui, & modica præsumptione potest procedi contra aliquem, tenet etiam Inno. in c. sicut. de simo. Et in d. c. accusatus. in §. sane, dicunt Docto. quòd diuinationes, & sortilegia non semper sapiunt hæresim. Inquisitores ergo non semper inquirunt de his, nisi quando sapiunt hæresim manifestam: & inuocator dæmonum si abiurauit hæresim coram iudice, si postea inuocauit dæmones, dicitur relapsus, pœnaq; relapsorum punitur. Et pocula amatoria dare, vel imagines facere causa pudicitiæ tentandæ non sapit hæresim. Et tu videbis optimum tractatum de lamijs, quæ vulgariter appellantur bruxæ, Ioannis Francisci, in volum. xij. tractatuum, fol. xlvj. vbi examinat, an lamiæ ad ludum dæmonum deferantur realiter, an imaginariè. Sed ista quæstio est decisa per tex. optimum in cap. Episcopi, xxvj. q. v. Et in d. tractatu sunt aliquæ quæstiones in materia hæresis, ibi videbis.

† Et notabis, quòd crimen hæresis extinguitur morte, quo ad pœnitentiam imponendam, non autem quo 49

ad pœnam respectu bonorum, vt in dicto c. accusatus. §. fi. vbi dicitur, quod ad finem confiscandi bona potest post mortem hæretici declarari hæreticus, & sententia non tribuit ius de nouo, sed declarat iam quæsitum. & intellige, quòd post mortem hæretici bona sua confiscantur, hoc vsque ad quadraginta annos. Nam postea abdicari non poterunt. glos. in dicto c. accusatus. §. porro. & bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata à tempore commissi criminis, in tantum quòd vendicantur bona à possessoribus nullo dato pretio, per quorumcunque manus trãsiuerint, nisi pretium, vel aliquid loco pretij esset in bonis hæretici optimus tex. & ibi Io. And. & Philip. Franc. in ca. cum secundum leges, de hæreti. in vj. vbi dicit tex. bona hæreticorum ipso iure decernimus confiscata. tamen bene requiritur, vt ibi notant doct. sententia declaratoria super hæresi. Sed lata sententia declaratoria super crimine hæresis statim fieri potest executio per iudicem secularem, qui bona hæreticorum apprehendere potest, absque alio processu, secundum Io. And. & Petrum de Ancha, imò etiã sine alio iussu iudicis ecclesiastici, cum ex sententia declaratoria sit inductum ius occupandi in hoc crimine hæresis, vt est tex. in d. c. cum secundum leges. † Itaque licet 50
crimen hæresis sit ecclesiasticum, tamen bona hæreticorum per iudices seculares confiscantur, vt dixi. & vide in cap. vergentis, de hæreticis. vbi dicitur, quòd bona hæreticorum confiscantur, & applicantur fisco Regio, vbi hæretici sunt vasalli. Et post mortem hæreticorum bona etiam publicantur, si apparet, ipsos in vita fuisse hæreticos: & filij puniuntur propter delicta parentum. text. in d. c. vergentis. & vide optimum tex. in dicto c. accusatus. §. in eo, de hæreti. in vj. vbi dicunt doct. per illum tex. quòd post mortem hæretici declarari potest, cum hæreticum fuisse ad finem confiscandi bona. Item ad alium finem secundum glo. ibi, vt memoria ipsius defuncti damnetur; & secundum damnationem effectus trahitur retro ad diem commissi criminis; & ex die commissi criminis videtur ei interdicta alienatio, de hoc vide Archi. in d. c. cum secundum leges.

Et illi dicuntur sponte venire, qui infra tempus gratiæ veniunt,

veniunt, si non fuerint corporaliter requisiti, vt per Archid in c. vt commissi, de hæreti. in vj. vbi illa decretalis comprehendit plura vtilia pro expediendo officio inquisitorum. & ibi videbis text. in c. vt officium, informantem inquisitores ad Deum, vt eius timorem hominum metui anteponãt in procedendo simul, vel separatim contra hæreticos, & suos fautores: & etiam in eos absoluendo, cum vere redierint. Instruit etiam inquisitores in modo examinationis testium, & in personis, quæ testificata scribere debeant. Diximus quid sit hæresis, & vnde dicatur, & quid hæreticus, & vnde dicatur; nunc dicamus, quis proprie dicatur hæresiarcha. Hæresiarcha proprie dicitur ille, qui gignit errorem. c. qui aliorum. xxiiij. q. iij. & dicitur hæresiarcha ab hæresi, & archa, quasi archa hæresis ad conseruandum errorem, & de hoc videbis in d. cap. qui aliorum. Multa diximus in materia hæresis, & alia multa per viam remissionis docemus. videbis etiam in ista materia vulgatam illam repetitionem domini Episcopi de Pati. videbis etiam librum illum intitulatum Directorium inquisitorum; vbi multa aurea, & gemmea inuenies in ista materia. De superstitionibus vide optimum tractatum Martini in volumine tractat. fol. cxxxij. Et de fortilegis. vide tractatum Pauli in fo. celiij. in volumine tractat. Alia quæ in materia hæresis desunt, supplebis tu, lustrando optimum illud compendium doctiss. fratris Alphonsi à Castro, ordinis minorum aduersus omnes hæreses, iam in lucem editum, & videbis directorium inquisitorum cum sua tabula.

## DE REGIBVS, ET PRINCIPIBVS, & de authoritate Regia. Cap. LIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Reges vnde originem traxerint.*
2 *Reges a Deo dati sunt, ad malefactorum vindictam, nec non ad bonorum laudem.*

3 Principibus ac Regibus obtemperandum est.
4 Honor principis, publico commodo præferendus est.
5 Tempore Noe, cœpit Deus creaturas suas regere per ministros,
6 Reges sunt de iure diuino, & à Deo procedunt.
7 Quod sit proprium Regis officium.
8 Reges iuxta antiquissimam & approbatam consuetudinem perpetui sunt.
9 Officium iudici simpliciter concessum, sine temporis præfinitione, an intelligatur perpetuum.
10 Rex, vtrum inuitis ciuibus, ciuitatem aliquam sibi subiectam vendere possit.
11 In Regnis & dignitatibus secularibus succeditur per filios, ordine genituræ.
12 Statutum, vel consuetudo dictans, quod primogenitus in regnum succedat, mortuo Rege & relicto primogenito muto à natura, secundo autem genito relicto habili, quia eorum succedere debeat.
13 Regum insignia quæ sint.
14 Literæ principis gemuatæ, habent vim & effectum clausulæ, motu proprio.
15 Regibus, & alijs dominis iurisdictionem habentibus, an curator dari possit, item an regi pupillo tutor dari possit, & nu. 16.
17 In Rege, quæ qualitates requirantur, & nu. 29.
18 Epistola principis an faciat ius in omnibus causis, remissiue.
19 Rex milites creare potest etiam extra regnum. Item, an ludeos & Saracenos ex regnis suis expellere possit.
20 Principes non habentes sufficientes redditus ad terræ custodiam, vel alia necessaria, à subditis adiuuari debent.
21 Rex vectigalia imponens, ex causa id agere debet, aliàs peccat.
22 Princeps exigens à subditis iniusta grauamina, an præscribat.
23 Tempore necessitatis, famis, vel guerræ, superindictum impo- potest.
24 Vtrum pro captiuorum redemptione, res sacræ & sanctæ ven- debent.
25 Rex filium suum quoad nomen Regem constituere potest, quoad regimen non item.

26 Reg-

26 Regis filius à patre grauatus, ad recuperandam terram sanctam, debeatne personaliter ire, vel mittere.
27 Rex immoderate donare non potest, ne regnum lædatur: Alienas etiam terras regni sui reuocare potest.
28 Quando coronatur Rex, iurare debet bona regni non alienare. Item & de non alienandis iuribus, aut rebus regni sui.
30 Quilibet Rex in regno suo est monarcha.
31 Quid à subditis Rex exigere potest.
32 Rex in temporalibus legitimare potest, & Papa in spiritualibus & temporalibus.
33 Licet Reges de iure maximam habeant authoritatem, homicidis pœnas remittere non possunt, nec aliquid in præiudicium populi sine eius consensu statuere.
34 Succedens in regno, vtrum donationes per prædecessores vel prædecessorem factas in enormem regni lesionem, reuocare potest.
35 Vicarius à principe electus in loco ipsius principis, an sit delegatus vel ordinarius.
36 Rex vel ciuitas iustum pretium frumento statuere possunt.
37 Reges vbi ponere debent felicitatem suam, & nu. 38. & 39.
40 In amore diuino ponenda est felicitas.
41 Rex volens rectè regere, ad tria solicitare debet.
42 Adhoc vt Rex à Tyranno distet, in multis excedere debet.
43 Decem sunt ea, quæ operari debet bonus Rex.
44 In consiliarijs quæ & quot requirantur.
45 Veri Reges à populo amandi atque timendi sunt.
46 Iustus pro iustitia nulli parcere debet.
47 Ciuitates & Regna sine iustitia durare non possunt.
48 Hesperus & Lucifer est vna atque eadem stella.
49 Prudentia alijs virtutibus perfectior est, & nu. 50.
51 Inter bona exteriora, maximus est honor.
52 Bonus Rex dicitur ille, qui curam subditorum suorum habet.
53 Decet homines esse humiles.
54 Nullus prudens esse potest, nisi bonus sit, & voluntatem rectam habeat.
55 Prudentiæ partes, quæ & quot sint.

1 IN tam excellenti materia antiquissima offert se quæstio, † vnde originem traxerint Reges, Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure, dixit, ex bellis ventum esse ad diuisionem gentium, & ex necessitate cogente: quia minor grauabatur à maiore, & pauper à diuite, & fortior debilem grauabat: ideo benignitas naturæ miserijs hominum solatium dando, Reges vel rectores instituit: itaque creati sunt Reges ex necessitate, quia omnia indigent capite, & homines faciles sunt ad dissentiendum, & ideo indigent Rege. & Bald. dicit, & sentit, ex iure gentium Reges originem traxisse; & etiam in tractatu schismatis dicit: Reges orti sunt de iure gentium, & in repetitione. l. C. de emanci. liberorum, dicit: Nouissimo iure gentium, quo omnes gentes vtuntur, introductum est, iurisdictiones transmitti, vt videmus in filijs Regum, Comitum, & Baronum. Nam omnia licita facit vetustas, vt ibi per Bald. allega. ad hoc multa iura. Et veritas ipsarum rerum introduxit; quia impossibile est viuere sine magistratibus, & sine iustitia. l. ij. §. post originem. ff. de iustit. & iure. & in auth. vt omnes obediant iudi. prouin. in princi. Paris etiam de Puteo, in tracta. de sindicatu in tit. de excess. Regum, tenet, quòd Reges orti sunt de iure gentium, notatur in l. j. ff. de iuris. omn. iudi. & in l. ij. de origine iuris, §. penul. sed dicunt, quia circa iurisdictionem multa sunt addita: ideo dicitur de iure ciuili, vt in l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. ita Barto. in extrauaganti. qui sunt rebelles.

2 † Sed ego dico, quòd Reges sunt dati à Deo ad vindictam malefactorum, & ad laudem bonorum, vt ex tex. in c. magnum. xj. q. j. vbi Ambrosius dicit: Magnum quidem est speciale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti; ne quis constitutionem terreni Regis putet esse non soluendam; si etenim censum filius Dei soluit, quis tu tantus es, qui putas esse non soluendo? Item Petrus Apostolus generaliter scribit omnibus in epistola j. cap. ij. estote subditi dominis vestris, siue regi, quasi præexcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.

norum. Item Apostolus ad Romanos, cap. xiij. Non est enim potestas, nisi à Deo. Et quòd reges sint dati à Deo, allego text. nunquam allegatum ad istum propositum, in c. non frustra sunt instituta potestas regis, & cognitoris, ius vngulæ carnificis, arma militis, disciplina dominantis, & cætera, xxiij. q. v. † Ideo regibus obtemperandum est, cum 3
generale sit pactum societatis humanæ obtemperare principibus, vt in c. quid culpatur, xxiij. q. j. & dicit Hieronymus in c. regum. xxiij. q. v. principibus, & potestatibus fidem, & reuerentiam seruari oportet; quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit. facit etiam, quod notatur in l. finali. C. de exactionibus tribut. libro x. Apostolus etiam ad Titum scribit iij. cap. Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse. & Esdræ iij. iiij. cap. dicitur: Rex autem super omnia dominatur, & præcellit, &c. Et principes sacerdotes cõstituebãt ex cõmissione diuina, prout habetur Exodi xxviij. de Moyse Hebræorum duce, qui constituit Aaron fratrem suum sacerdotem; & de Iuda Machabæorum duce, qui elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei, vt mundarent sancta, vt habetur in primo libro Machabæorum c. iiij. Et prælatus electus & confirmatus non debet administrare, donec fecerit regi reuerentiam. notatur in c. cum longe. & in c. lectis. lxiij. distinct. & in cap. Abbates. xviij. q. ij. vide Henric. in c. nobis. de iure patron. pro rege etiam orandum est exemplo Baruch, ca. j. vbi dicit: Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Baltasar filij eius, vt sint dies eorum, sicut dies cœli super terram, & cætera. Et Apostolus ad Timotheum, cap. ij. dicit: Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, & c. pro regibus, &c. † Et præferendus est 4
honor principis commodo publico, vt dicit Lucas de Penna in l. fina. in viij. & ix. colum. C. de locatione prædi. ciuili. libro xj. & Rex iuste habet plenitudinem potestatis; ideo mutat rerum naturas, & de nihilo facit aliquod, vt in cap. hæc quippe. iij. quæst. v. & in cap. j. de transact. & potest facere, quod ei placet, auferendo cui vult, vt ix. quæst. iij. nec ei potest quis dicere, cur ita facis? xx. di-

ſtinct. cap. in memoria. eſt enim apud eum pro ratione vo-
luntas. vt ff. de conſtitutio. princip. in l. prima. & cœleſte
arbitrium cenſetur habere, vt de ſumma trinitate, & fide
catholica. in l. j. in fine. Sed debet imitari Deum. in authen.
vt omnes obediant iudici prouin. §. arripiat. præſumitur
enim ſubeſſe cauſa in his, quę rex agit, eo quòd cor eius eſt
in manu Dei, vt de ſũma trinitate, & fide catholica. l. inter
claras. & l. non omnium. ff. de legib. & in lib. proverb.
Salomon. ſcriptum eſt. Sicut diuiſiones aquarum, ita cor
regis in manu domini; quocunque enim voluerit, inclina-
bit illud. Et Rex eſt lex animata in regno ſuo, Bald. in au-
thent. hoc amplius. C. de fideicommis. Felin. in cap. cum
non liceat. de præſcriptio. Ex lex animata potentior eſt ſi-
ne comparatione inanimata lege, vt in authent. de conſu-
libus. §. vltimo, coll. iiij. Et eſt notandum, quòd gentes
prius quàm Reges eſſent, regnabant in puritate prima, &
ſola natura. ideo dixit Bald. in l. ij. ff. de origi. iuris, quòd
in principio vrbis conditæ populus vrbis non habebat le-
gem, ſed habebat Regem: & quòd omnes Reges habent
ſupremam poteſtatem, vt dicit Innocentius in cap. cum P.
tabellio, de fide inſtrumen. & manu regia, id eſt, arbitrio
regio omnia gubernabantur: adduco etiam Hoſt. In-
nocen. Ioann. Andre. Abbatem in cap. licet ex ſuſcepto.
de foro competenti. vbi referunt à principio Deum creaſſe
cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, angelicam, &
humanam naturam, ſpiritualia, & tẽporalia, quæ in ſeip-
ſum regit, ſicut factor ſuam rem gubernare ſoler; & homi-
nem quoque fecit, præcepta dedit, & tranſgredienti pœ-
nam impoſuit, vt Gene. ij. cap. ex omni ligno, &c. Ipſis et-
am peccantibus pœnam impoſuit per ſe ipſum, id eſt Adæ,
& Euæ. Gene. iij. mulieri vero dixit, & cætera: & ibi, Adæ
vero dixit, & cætera. Qualiter etiam per ſeipſum Caim pu-
nuit. & Lamech, & quoſdam alios, Gene. iiij. & v. & ſic
5 Deus rexit mundum per ſeipſum vſque ad Noe; † & tem-
pore Noe cœpit Deus creaturas ſuas regere per mini-
ſtros, quorum primus fuit Noe, cui dominus gubernatio-
nem arcæ ſuæ dedit, per quam eccleſia ſignificatur. Gẽ-
ne. v. & vij. Nam Noe, & filijs rectorem, & legem dedit.

Gene.

Gene.ix.vbi licet non legatur, sacerdos fuit, & officium sacerdotis exercuit statim post egressum arcæ, antequam leges populo daret. Gene. viij. ædificauit autem Noe, & cætera. quod officium sacerdotis simul Abel, & Caim primo fecerant: in hac autem vicaria successerunt patriarchę, Reges, Iudices, sacerdotes, & alij, qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum. Et sic durauit vsque ad Christum, qui fuit naturalis Dominus, & Rex noster. de quo dicit Psalmista; Deus iudium tuum regi da. Itaque ex supradictis concludo, quòd si consideramus causam primariam, & immediatam, † Reges sunt de iure diuino, & 6
procedunt à Deo, cum sit Rex Regum; aut consideramus causam mediatam, & tunc sunt de iure gentium. & ad prędicta vide Oldra. consil. lxix. & Anchar. in consilio. cccxxxix. vbi dicit; Regna iure gentium distincta sunt, & Reges etiam iure diuino cœperunt: & vltra ea, quæ diximus, dicit in Dauid, Salomone, Saule, & pluribus alijs approbatis à Deo, de sacra vnctione. ca. j. versic. vnde: vbi enumerat text. aliquos Reges vnctos de mandato domini, & ibi text. tractat de vnctione Regum, ad idem prouerb. viij. per me Reges regnant. & in lege euangelica sunt multæ authoritates, vt supra dixi.

Et in dicto consilio dicit Ancharus, qualiter in regnis succedatur. Et Reges dicuntur quasi, in virtutibus alios regentes. text. in capitulo duo sunt genera. xij. quæst. j. Et † Regum proprium officium est facere iudicium, atque 7
iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, cap. Regum. xxiij. quæst. v. quoniam in iustitia Regis, exaltabitur solium eius. Iustitia vero Regis est, neminem iniuste per potentiam opprimere sine personarum acceptione, iuste iudicare, cohibere furta, adulteria punire, iniquos non exaltare, histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas, & prauè viuentes non sinere, ecclesias defendere, pauperes eleemosynis alere, iustos super regni negocia constituere, senes, & sapientes, & sobrios consiliarios habere, iracundiam differre, patriam fortiter, & iustè ab inuasoribus defendere.

Et prouincia, quæ non subest Imperatori, vt Hispania,

si linea,& domus regia deficeret in totũ,regnicolæ j.magnates,& procuratores ciuitatum regni,possent sibi eligere Regem.ita Corsetus in tractatu de potestate regia.ita Baldus etiam in l.ex hoc iure.per illum text. ff. de iusti. & iure.& Aluarotus in tit. quis dicatur Dux , vel Marchio.& vide Angel.in d.l.ex hoc iure.& vide Modernos.

8 Et † Reges de antiquissima,& approbata consuetudine sunt perpetui.sed officia non debent esse perpetua.& leges de officijs loquentes nolunt illa esse perpetua. C. de castrensianis ,& ministerianis. l. j. lib. xij. vbi dicitur; Castrensiani,& ministeriani officio finito per lapsum biennij alius subrogatur; ipse verò ad idem officium nullatenus eligetur,subaudi sine licentia principis, vt per Ioann. de Platea.in l.ij.& iij.de diuersis officijs.lib.xij.text.etiam in l.j.C.de decanis. libro xij. loquitur de biennio.est etiam text.in l.vnica de mensoribus.eodem libro.& vide text.in l.fina.C.de domesticis , & protectoribus. lib. xij. vbi text. secundum Odofredum intelligitur , quòd officium ibi durabat biennio;ideo si defunctus moriatur primo anno, hæres petet salarium biennij. facit text.in l. æternam. C. de murilegulis.libro xj. & ff. de officio proconsulis. l. ministe. & ff.de officio præsi.l. si forte. & ff.de origine iuris.l.ij. §. populo deinde aucto.& l.pridie.ff.de ferijs.facit text.in l.diem functo.ff.de assessori. sed nõ obseruatur,nec vnquam obseruatum fuit in toto orbe. facit text.in cap. in istis.iiij.distin.quem videas in §.leges.& non expedit Reipublicæ , vt summam potestatem habens sit perpetuus, vt in dicto §.populo deinde aucto.& non expedit Reipub. vt summam potestatem habens sit perpetuus,vt iam dixi, vitando viam ambitionis,vt l.j. C.de deca. libro xij. vt fuscilius corrigatur,si delinquat,vt C.de fuscep.pre.& archi. l.neminem, lib. x. item ne transeat ad hæredes , vt in auth. de defensoribus ciuitatum. §.fina.colla.ij.vbi legitur & vltra biennium defensoris officium minime durat.inde dixit Hostien.in cap.fina.de aliena.iudi.mu.cau.fac.quod secundum iura digestorum,honores,dignitates,& munera temporalia esse debent. ff. de mune. & hono.l. honores gerendorum.& adduco Ioan. de Platea.in d.l. neminem, dicentem,

dicentem; officiales non debent esse perpetui, sed annales, vel ad plus biennales. Nam officium susceptoris est annale, & ex consuetudine est biennale. Numerarij vero triennale est. C. de numerarijs. l. j. lib. xij. possunt tamen quandoque ex principis concessione esse perpetui. & vide Iasonem in l. sufficit. ff. de condi. indebi. † & in dubio intelliguntur perpetui, quando simpliciter conceditur officium sine temporis præfinitione, siue ad beneplacitum concedentis. l. iurisperitos. & ibi Bal. ff. de excusa. tuto. tenet etiam Ioan. de Platea. in d. l. neminem. de suscepto. pre. & archarijs. lib. x. †

Et quia sumus in materia officialiũ, dico, quòd officialis missus in prouinciam in aliquo officio, si lucratus est mille vltra officium, quòd fiscus potest auferre ei; quia præsumitur quęsiuisse de bonis fisci, quantũcunq; sit paratus reddere rationem. ista gloss. est singu. in l. defensionis facultas. de iure fisci, l. x. & ibi Platea. & facit ibi distinct. sed Bald. in authent. licentia. C. de Episco. & cleri. dicit, quòd est speciale in istis administratoribus publicis, quòd contra eos præsumatur; sed si non habet administrationem pecuniariam, aliud est. idem si habet administrationem pecuniariam, si tamen reddit bonum computum, vt per Plateam ibi. itaque gloss. in dicta l. defensionis facultas, dicit, quicquid officialis fisci habet, præsumitur in dubio quæsijsse de bonis fisci. & licet ibi Barto. teneat contra dictam gloss. tamen vide Bald. pro illa gloss. in l. si defunctus. C. arbi. tute. & in l. iij. C. de donatio. inter vir. & vxo. & in l. quisquis. C. si certum. peta. & in l. cum oporter. C. de bonis quæ libe. & in authen. licentiam. C. de Episco. & cleri. & in l. j. C. de hæredi. vel actio. ven. & in c. j. de contro. inter dominum, & fide. in vsibus feudo. vbi distinguit, quòd illa gloss. procedit, antequam officialis reddat rationem administrationis; sed postquam reddit rationem optimam finito officio, non procedit illa gl. vt per Barbatium in tractatu de præstantia Cardinalium, in decimo volumine tractatuum, in folio ccxlviij. & ibi dicit, fuit dictum Guil. de Cuneo in dicta authen. licentiam. allegat Ioann. de Imo. in c. inuestigandum. de peculio cleri. vbi loquitur

de

de vxore, si aliquid in vita viri acquirat; & de prælato ecclesiæ, & de filiofamilias existente in potestate patris; & ibi dicit, quòd in istis recurrendum est ad circunstantias. & optimus iudex considerabit. Et est maxima differentia, si officialis habet perpetuam administrationem, vel temporalem; quia tunc, vt in prælatis, præsumitur quæsiuisse de bonis administrationis. Et de officiali perpetuo, & de officiali negligenti, & quando delinquunt in officio, & quando culpa inducat suspẽsionem, vel depositionem, vide in l. contractus, de regu. iur. ff. in lectura mea. & hæredes officialis an conuincantur ex delictis defunctorum, vide in l. vna. C. ex delictis defunctorum, & cætera, & ibi docto. sed publica iudicia peculatus, & de residuis, & repetundarum aduersus hæredes exercentur. l. fin. ff. ad l. Iuli. pecula. & in l. ij. C. eo. Sed delicta, quæ respiciunt dignitatem, transeunt in successorem officij; quia eadem est dignitas. Barto. in l. j. ff. de priuatis delictis. docto. in cap. aduersus. §. cæterum. de immuni. eccle. nam succeditur honore, qui substituitur in honore: & reassumit causam prædecessoris in eo statu, in quo est. Felinus in ca. quia. V. de iudicijs. Si lis fuit cum defuncto contestata, vel aliquid ad hæredem peruenit, vide docto in dicta l. vna. & de suspensione vide Bart. in l. quod si forte. §. j. de solu. & docto. in cap. licet Heli, de simonia.

10 † Inuitis ciuibus non potest Rex vnam ciuitatem vendere, quia eorum interest non mutare dominum, vt per Innocen. in cap. auditis, de præscript. & per docto. in cap. dilecti. de maiori. & obedientia. Abbas in ca. finali. de causa posse. & pro. Sed donatio principis parui præiudicij valet. notant doct. in ca. ad audientiam, de præscrip. & vide Curti. in tractatu de potestate regia in v. col. & vide in l. prohibere. ff. quod vi, aut clam.

11 † In regnis, & dignitatibus secularibus succeditur per filios ordine genituræ, vt sic primogenitus debeat primo succedere, & eo defuncto sine sobole secundus; & sic deinceps. text. est ad hoc valde notabilis in cap. licet, & ibi Panorm. de voto. & in regno succeditur non per electionem, licet contrarium notet glo. in cap. Moyses. vij. dist.

vbi

vbi per illum textum dicunt Reges præficiendos per electionem, quemadmodum obseruatur in Imperio, vt in ca. venerabilem, de elect. & nota. in cap. ad Apostolicæ, in §. illi autem. per illum tex. de sen. & re iud. libro vj. gloss. enumerat electores Imperatoris. dic tamen, quòd consuetudine illud primum inoleuit, vt filij Regum succedant. quę quidem cõsuetudo iure comprobatur, scilicet per dictum cap. licet. & not. glo. j. in c. denique. xvij. quæst. j. quę dicit, ibi argumentum esse, quòd filij Regum de iure debent esse Reges. & facit hodie, quod habetur in ca. Imperiali, in §. præterea ducatus. de prohi. feud. alie. per Fede. & ibi per doct. Iac. Alua. in ij. nota. & in capitulo primo. de feu. marchi. in ij. not. & in ca. j. in §. fina. in j. nota. de alie. feu. & in §. titu. Episcoporum, vel Abbatum.

† Quid si statutum, vel consuetudo dictet, quòd primogenitus in regnum succedat, & moriatur Rex relicto primogenito penitus muto à natura, & alio filio secundo genito habili, an primogenit⁹ debeat succedere? dic, quòd si primogenitus est ita natus, quòd vitium sit naturale, & perpetuum, non succedat, sed secundo genitus; quia statutum, seu consuetudo debet intelligi de eo, qui naturaliter nascitur habilis. facit. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mune. ho. & facit. l. j. in versic. vnusquisque. & gloss. dicit, i. habilis. C. de sacrosanct. eccle. Sin autem ex accidenti efficietur demens, tunc dabitur curator, quia in persona sua radicatum est iam ius regiæ potestatis. de supplen. negli. præla. cap. grandi. & nota. per Archidiaco. ij. quæstio. vj. §. item obijcitur. & Ioann. Andre. in cap. cum inter. de elect. in nouel. Ita pulchrę dicit Baldus in cap. primo. in princip. in vltima colum. in versicu. quæro si consuetudo dictat, de suc. feu. refert, & sequitur Ioann. Aluaro, in §. mutus, circa finem, in versiculo quæro quid si statutum. in titu. Episcoporũ, vel Abba. Ego addo Baldum in authen. hoc amplius in ij. colum. C. de fideicõmis. vbi dicit, quòd si primogenitus sit insufficiens, potest secundo genito regnum dari, vt fecit Rex Dauid; nam consuetudo regni de præferendo primogenitum non debet interpretrari contra vtilitatem totius regni. C. de legi. l. 12

quod

quod fauore. & adduco Bald. in l. siquis prioris, in §. talem. C. de secund. nupt. in versiculo, sed pone. vbi determinat, quòd si filius primi matrimonij repudiat, vel efficitur frater minor, vt fecit beatus Ludo. qui erat primogenitus, & debebat succedere in regnum; tamé quia factus fuit frater minor, non fuit computatus in numero liberorum, nec habitus pro primogenito; quia non obstat alijs ille, qui est omnino inhabilis, vt. ff. de contra tabu. l. si post moté. §. si liberi. & not. glo. & doct. in c. imperialem, in §. præterea ducatus, in vers. ad alium transferat. de prohibita feud. alien. & ibi Bal. in vers. quærit glo. aliàs in §. insuper. facit quod not. Calderi. in consi. xcix. incip. eleganter. Notabis, quod regnum non diuiditur, quia omne regnum in seipsum diuisum desolabitur; hæc est propria natura regni. Bal. in l. si plures. C. de condi. insertis.

13 † Quæ sint insignia Regum, dic, annulus, qui significat fidem, de quo xxx. quæst. v. nostrates. & Luc. xxv. Item armilla, quæ est ornamentum manuum, signat bonam operationem, de qua Ezech. xvj. cap. Sceptrum, quod signat iustitiam. xcvj. dist. ca. Costantinus. & xxiij. q. v. Regum gladius, qui signat vindictam, ad Romanos. xiij. & xxiij. q. v. §. j. & cap. non solum. Purpura, de qua prælleg. c. Constantinus. vbi etiam de diademate, atque corona, de qua xiij. q. j. duo.

14 † Et literæ principis geminatæ habent vim, & effectum clausulæ motu proprio, vt est dictum singulare Bal. in l. nec damnosa. C. de preci. impera. offeren. quod est memoria dignum, secundum Roma. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. vbi ponit multa de verbis geminatis in repetitione illa. & de verbis geminatis vide Barr. in l. cum scimus, de agrico. & censi. lib. xj. & Feli. in c. si cautum, de fide instru.

15 † Regibus, & alijs dominis habentibus iurisdictionem an possit dari curator, dico, quod sic, istis de causis: primo, si nescit regnum suum defendere. Item si in eo non seruat pacem. Item si perdita nesciat recuperare. ita Inno. in cap. grandi. de supplen. negli. prælato. lib. vj. & Bal. in margarita sua, in verbo Rex.

16 † Et Regi pupillo an possit dari tutor, & demum curator

tor completata ætate puerili, ita vt per se non possit administrare iura regni, vel iudicare, vide docto. in dicto cap. grandi. de supplen. negli. prælato. libro sexto. Oldra. in cósilio lij. vbi cōcludit, quòd sic, in folio. xiij. in libro meo.

Curator Regi qua solemnitate detur, vide tex. & doct. in l. j. C. de tuto. & cura. illustrium, vel clarissimarum personarum.

† Quæ qualitates requirantur in Rege, dico, quòd in 17
Rege debet esse probitas, modestia, circunspectio circa subditos, debet esse oculis plenus, acta subditorum considerando. Item nobilitas, deuotio, probitas sanguinis, magnanimitas, potentia, dilectio erga subditos. Et Rex debet esse fortis, iustus, seuerus, grauis, magnanimus, largus, liberalis: hæc enim sunt laudes Regis. Sed iustitia Regis debet esse liquore misericordiæ temperata. Nam iustitia sine misericordia vertit verum principem in tyrannum. de hoc vide docto. in dicto cap. grandi. de supplen. negli. prælat. & de iustitia principis videbis notabilem tex. in cap. omnis. xlv. distinct. vbi litera dicit. Omnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat; sed per iustitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccati temperat pœnam, vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam verò per miserationem indulgeat. Qui Dei iustitiam oculis suis præponit, semper timēs, & tremens in omni negotio formidat, ne de iustitiæ tramite deuians cadat. Et nota, quòd in dicto cap. grandi, dicit Philippus Francus, quòd gerenti vicem Regis, vel alterius debet adhiberi idem honor, sicut Regi. de quo per Bald. in authentic. habita. C. ne fili. pro patre. & doctor. in l. ij. C. de officio eius qui vicem alterius gerit. † Epistola principis an 18
faciat ius in omnibus causis, vide doctor. in l. j. ff. de consti. princip.

De Rege Castellæ, Aragoniæ. habetur in c. quanto. de iureiuran.

De Rege Apuliæ, & Siciliæ habetur in cap. veritatis, de iureiurando. & in clementin. pastoralis. de sententia & re iudicata. Regina mortuo Rege appellatur Regina quo-

quousque secundo fuerit maritata. ista est opinio communis Bart. in l. quoties, C. de priuil. scholari, libro duodecimo.

Et Rex iurat in sua coronatione, iura regni sui illibata conseruare, gloss. in cap. fina. de eccles. ædifican. c. intellecto. de iureiurando. Et Rex habet fisci regalia, vt in c. quæ sint regaliæ, in vsibus feudorum. vbi tex. ad literam dicit: Regaliæ, armandiæ, viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quæ vulgo dicuntur telonia, monetæ, mulctarum pœnarumque compendia, bona vacantia, & quæ, vt ab ingnis, legibus auferuntur; nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur; & bona contrahentium incestas nuptias; condemnatorum, & proscriptorum, secundum quòd in nouis constitutionibus cauetur, angariarum, perangariarum, & plaustrorum, & nauium præstationes, & extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam, argentariæ, & palatia in ciuitatibus consuetis, piscationum redditus, & salinarium, & bona committentium crimen maiestatis, & dimidium thesauri in loco Cæsaris inuenti non data opera, vel loco religioso, si data opera totum ad eum pertineat.

19 † Et Rex potest creare milites, etiá extra regnũ. Bartol. in l. j. de dignita. lib. vj. ideo pulchrè dixit Bald. in lij. ff. de officio procon. quòd Episcopus extra suam diœcesim potest confirmare præsentatum à patrono, quia est voluntariæ iurisdictionis. An Rex possit expellere Iudæos, & Saracenos ex regnis suis, variæ sunt opiniones; sed concludendum est, Iudæos, & Saracenos viuentes pacificè tolerandos esse; Sixtus Medices Dominicanus hanc rem copiosè tractat in suo tractatu de fœnore Hebræorum libro primo, cap. ij. iij. & inde. Si verò pericula, scandala, machinationes, & enormia contra fidem Christianam perpetrarent, nullatenus sunt tolerandi. & sic possunt concordari opiniones Doctorum. & vide Abba. in c. quod super his, de voto. Et de hoc vide sanctum Thomam in opusculo, xxj. ad Ducissam Brabantiæ. vide Franc. Curt. in tractatu

suo de potestate Regia, in vltima parte tractatus, in quæstio. xviij.

Dixi, quòd Rex habet fisci regalia; nunc adduco beatum Tho. in dicto opusculo. xxj. ad ducissam Brabantiæ: & quia verba sunt gemmea, de verbo ad verbum sententiam tanti viri recitabo. Quærebatis, si liceat vobis facere exactiones in vestros subditos Christianos. In quo considerare debetis, quòd principes terrarum sunt à Deo instituti, non quidem, vt propria lucra quærant, sed vt communem populi vtilitatem procurent. In reprehensionem enim quorundam principum dicitur, Eze. cap. xxxiiij. Principes eius in medio eius quasi lupi rapaces positi ad effundendum sanguinem, & ad quærendas animas, & auaritiæ lucra sequenda. Et alibi dicitur per quendam prophetam; Veh pastoribus Isra. qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur à pastoribus; lac commedebatis, & lanis cooperiebamini: quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Vnde constituti sunt redditus terrarum principibus, vt ex illis viuētes à spoliatione subditorum abstineant. Vnde in eodem propheta domino mandante dicitur; quòd principi erit possessio in Israel, & non depopulabuntur vltra principes populum meum. † Contingit tamen aliquando, quòd principes non habēt sufficientes redditus ad custodiam terræ, & ad alia, quæ imminent rationabiliter. Et in tali casu iustum est, vt subditi exhibeant, vnde possit communis eorum vtilitas procurari. & inde est, quòd in aliquibus terris ex antiqua consuetudine domini suis subditis certas collectas imponunt, quæ si non sunt immoderatæ, absque peccato exigi possunt; quia secundum Apostolum nullus militat stipendijs suis. Vnde princeps, qui militat vtilitati communi, potest de communibus viuere; & communia negocia procurare per redditus deputatos; vel si hi desunt, aut sufficientes non fuerint, per ea, quę à singulis colliguntur. Et similis ratio esse videtur, si aliquis casus emergat de nouo, in quo oporteat plura expendere pro vtilitate communi, vel pro honesto statu principis conseruando; ad quæ non sufficiunt redditus proprij, vel exactiones consuetæ; puta,

si hostes terram inuadant, vel aliquis grauis casus eme-
gat. Tunc enim & præter solitas exactiones possent licite
terrarum principes à suis subditis aliqua exigere pro-
litate communi: si vero velint exigere vltra id, quod est
stitutum, pro sola libidine habendi, aut propter inord-
tas, & immoderatas expensas, hoc eis omnino non lic-
vnde Ioannes Baptista militibus ad se venientibus dix-
Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis: & conn-
ri estote stipendijs vestris. Sunt enim, quasi stipendia pr-
cipum eorum redditus, quibus debent esse contenti, v-
vltra non exigant, nisi secundum rationem prædictam, s-
si vtilitas est communis. Et adde, quod ex publica ca-
princeps potest res priuatorum capere. l. item si verbe-
tum. §. j. & ibi Ang. & Odof. ff. de rei vendi. vbi fundus re-
rij datur militibus, & tex. in l. lucius. ff. de euictio. Bar.
proœmio. ffrum. gl. & doct. in l. fin. ff. si cont. ius, vel v-
pu. & docto. in l. conuentionem. ff. de pact. & in ca. quæ
ecclesiarum, de consti.

21 † Et adde, quòd reges possunt imponere vectigalia
causa, alias peccant. ita Innoc. in ca. innouamus. de cr-
sibus. & propter iustam guerram imminentem potest p-
ceps imponere onera suis subditis, si non habet alium-
non vnam prouinciam, vel ciuitatem onerando, sed o-
nes æqualiter: nisi proptum periculū immineret. ita A-
ri. in l. neminem. C. de sacrosanctis ecclesijs.

22 † Et si princeps grauamina iniusta exigit à subditis n-
præscribit. Inno. in cap. diligenti. de præscrip. sed si me-
principis non sufficit, princeps potest imponere subsi-
subditis, l. ab hostibus. §. si titio. ff. de leg. j. Bal. in c. com-
rente. de officio ordi. & vide docto. in l. vectigalia. C. de
vectigalia. & vide Speculato. in tit. de causa posse. & pro-

23 quia verum. † Et tempore necessitatis, vel famis, vel gu-
ræ potest imponi superindictum. tex. & glo. in l. j. de s-
indicto. & si tempore guerrę mādat princeps, vt fiant
ri, vel castra, onus imponitur pro modo patrimonij,
per capita. l. per bithinia. C. de immu. ne. con. & ibi
Bar. quis tenetur reficere vias publicas.

24 † Item pro redemptione captiuorum etiam res sacra-

sanctæ debent vendi.l.sancimus.C.de sacrosanctis eccl.ca. sicut.xij.q.ij.& c.aurum.& vide infra.in c.lxiij.& de bello in Saracenos videbis infra.in c.de bello. † Et Rex potest filium suum constituere regem quò ad nomen,& non quò ad regimẽ,vt per Arch.in c.plerunque,§.item obijcitur.ij. q.vij.Bal.in præludijs feudorum.in versi.aliqua.Sed pauca de principe dicamus.& vide And. de Iser.in titu.quibus mo.feu.amitta.& de hoc vide infra.in c.lxj. 25

Sed in contractibus priuatorum,puta in pignoribus,& obligationibus,ei datur prosecutio rei obligatæ secũdum iustitiæ debitum, cui primo noscitur obligata, vt in l. si fundum. C. qui potio.in pigno. habeantur, & tamen ex causa in pluribus casibus lex inanimata priori creditori iustitiam tollit;& dat eam secundo, vt notat Dyn. de regu. iur.in regula,qui prior.lib.vj.Item maior est potestas principis,quam populi, etiam Romani, vt in l.Barbarius Philippus.ff.de officio præto.Item nulla comparatio est potestatis iudiciariæ ad regiam potestatem,à qua potestates reliquæ progrediuntur; sed iudex accipit iusto precio rem priuati eo inuito in casibus, vt. ff. quemadmodum serui. amit.l. si locus. §. finali.multo fortius Rex potest auferre bona subditorum,pro quibus soluturum se precium debitum pollicetur;ne aliàs ipsius maiestas,& dignitas mutilari,seu minui videantur,cum sit caput Reipublicæ, & omnium subditorum,vt dicit Lucas de Penna.de consulibus. l.iij.lib.xij.Et sic successio in regnis, & principatib.omni iure primogenito defertur,& tamẽ ex causa hęc prærogatiua sibi tollitur,& defertur secundo genito.Sed Rex nõ potest priuare filiũ regno,quando regnũ defertur per successionem, & consanguineos.tenent doct.in c.fi.de supplen. negli.prælato.Sed quando primogenitus est insufficiens, rex pater potest dare regnum secundo genito. Bal. in authen.hoc amplius. ij. colum.in ver. quæro an filij Regis. & vide Oldra.in consilio. xciiij. quod incipit eleganter, vbi dicit;quòd Pater rex potest ex causa filium primogenitum priuare successione regni; & sic patet in sacræ scriptura Genes. xlix. vbi ad litteram dicitur, quod Ruben fuit primogenitus Israel, sed cum violasset thorum

patris sui, data sunt primogenita eius per patrem filijs Io-
seph; & non est reputatus ei in primogenitum. & etiam
habetur iij. Regum c.j. quòd Dauid Rex prætulit in reg-
num Salomonem filium suum minorem Adoniæ filio suo
maiori ipso Salomone. facit ad hoc tex. in c. licet, de voto.
vbi patet, quòd per impositionem onerum à patre, & co-
rum nõ impletionem per filium primogenitum, idem pri-
mogenitus iure primogenituræ priuabitur. ista adde ad
26 ea, quæ superius diximus. † Et dico, quòd filius Regis gra-
uatus à patre ad recuperandam terram sanctam, debet per-
sonaliter ire non mittere, ita Bald. in l. vna. §. ne autem, C.
de caduc. tollen per tex. in d. c. licet, de voto. Item est no-
tandum, quòd proprium est Regis donare. Inno. in c. fina.
de supplen. negligentia prælatorum. Et donans castellum
videtur donare iurisdictionem, quam habet in eo, Bald. in
l. monumenta. C. de legi. Sed non potest concedere regu-
lia in præiudicium successoris; quia non potest iura regni subuertere, vel minuere. Bartol. in l. prohibere. §. pla-
nè. ff. quòd vi, aut clam. Cinus in l. digna vox. C. de legib.
Bald. in l. pen. C. de bonis, quæ liberis. Sed alienare mo-
deratè, dum tamen non lædatur dignitas regia. Inno. in
cap. intellecto, de iureiurando. Bald. in margarit. in ver-
bo, Rex. & Oldra. in consilio xciiij. quod incipit, elegan-
27 ter dicit. † Rex non potest immoderatè donare, vt lædá-
tur regnum, & vide Barto. in l. si finita. §. primo. ff. de cri-
mno infecto. adde ad ea, quæ superius dixi. Et Rex alie-
nans terras regni sui potest reuocare alienationem suam,
sicut successor suus posset. Paul. de Cast. in consilio lxxij.
incipiente quia frustra. Et Andreas de Isernia. in iij. con-
stitutio. Neapolitana dicit, quòd nullus sine volunta-
te Regis debet tenere, aut alienare bona committentes
um crimen læsæ maiestatis; & quia superius dictum est,
quòd Rex non potest regalia concedere in præiudicium
successoris, dicit ipse Andreas, quòd regalia nomen est
generale fiscalia, & patrimonialia comprehendens, quæ
omnia dicuntur Regis, & sunt, vt C. de quadrienna. pre-
script. l. finali. & in l. apud Iulia. §. vltimo, de legibus. &
quia oportet scire, quæ veniant appellatione regalium,
vide

vide text.in cap.j. quæ sunt regalia, in vsibus feudorum. & vide Archidiacon.& Ioan Andr.in cap. generari. de electio. libro vj. & benè potest Rex alienare, quando alienatio non esset in graue præiudicium regni, & dignitatis regalis. vt notatur in cap. intellecto. de iureiuran. sed si est graue præiudicium, non potest alienare. † Et Rex 28
quando coronatur, debet iurare non alienare bona regni, ex quo infertur, quòd Rex non est verus dominus regni, sed administrator. notat Abba. in cap. intellecto, de iureiurando. hinc est, quod glos. notabilis in cap. Moyses, viij. q. j. arguit per illum text. Regem eligendum esse per electionem, sicut Imperatorem, xciij. distinct. cap. legimus, licet glos. arguat contrarium. vij. quæst. j. cap. denique. & xxxiiij. quæst. j. cap. fina. de consuetudine seruatur hoc vltimum in tota Christianitate. ita Abb. in dicto cap. intellecto. & ita probatur in dicto cap. licet, de voto. Cardina. etiam in dicto cap. intellecto. de iureiurando dicit, quòd Reges non possunt facere alienationes in præiudicium regni. & Antonius de Butrio in d. c. dicit, principem in dignitate nihil posse alienare in præiudicium regni, vel dignitatis, aut honoris. Et notatur etiam ex illo text. quòd quilibet Rex in coronatione præstat iuramentum de non alienandis iuribus, aut rebus regni. Et nota, quòd si alienauit, & iurat, iuramentum non est obligatorium: & in tali casu potest venire contra alienationem suam, & reuocare, sicut potest successor suus. vide Speculat. in tit. de instrumentorum editio. §. nunc autem. & vide etiam Abba. in cap. intellecto, de iureiurando. & vide Speculat. in particula de impugnatione priuileg. in fine. & dicit Anton. in cap. allegato, quòd potest donare Rex, dummodo non sit in præiudicium regni, & contra honorem; quia tunc non præiudicat, nec regnum dirimit. Rex etiam testando non potest priuare filium aut fratrem regno: quod hodie defertur per successionem. ita Innoc. in cap. grandi. de supplen. negli. prælatorum. & Bal. in margarita. in verbo, Rex. ver. j. & rex auctoritate regia potest donare filijs, & non emancipatis. Bald. in c. item sacramenta. in vj. col. de pace iura. firman. & in prælu. feud. in xvij.

col. & in l. frater à fratre, in penul. col. & Alex. in l. quanquàm. C. de testamen. mil. dicit, quòd Rex potest donare filio in potestate auctoritatem Regis; sed si vult, quòd donatio sua valeat, exprimere debet, se facere regia auctoritate, & omnino vide ibi Alex. Et Rex potest cum proprio filio dispensare. Abbas in c. per tuas. qui filij sint legit. Et de hoc dicemus ad finem. Item Rex potest filium suũ constituere regem, quoad nomen, non quo ad regimen. Andr. de Iser. in titu. quibus modis feud. amitta. & Bald. in prælud. feud. xiiij. col. Sed non potest alienare castellum, vel ciuitatem inuitis hominibus ciuitatis, vel castelli. Bal. in c. j. versi. quæro an dominus. Si de feudo fuerit controuersia. hoc in c. dilecti. de maior. & obed. & vide Fel. in c. ad audientiam. de præscript. vbi dicit, quòd inuitis ciuibus non potest Rex vnam ciuitatem vendere; quia eorum interest non mutare dominum. allegat Inno. in c. audientia. de præscript. & ibi etiam dicit Felin. quòd alienationes Regum non valent etiam iuratæ, si tendunt in magnam diminutionem. allegat Barto. in dicta l. prohibere. §. fina. ff. quòd vi, aut clam. secus si non tendunt in magnam diminutionem, per. c. Abbate. de senten. & re iudic. in vj. vnde dixit Bald. in d. c. intellecto, quòd iurisdictiones supremæ sunt sacrum sacrorum; ideo non sunt in marsupio principis, nec potest vrbem habere venalem. & ibi dicit Bal. Rex debet esse tutor regni, & salutem reipublicæ tueri. de hoc
29 diximus supra. † Item Rex debet esse gloriosus, & ideo coronatur in signum gloriæ. Et debet æquum ab iniquo discernere. Item debet capere consilium pro republica. sicut pater pro filijs suis. Item debet habere omnes legis virtutes. Item esse melior lege. scripta, vt C. de his, qui ad ecclesi. confu. l. j. Item est notandum, quòd Rex potest condere leges, & in regno suo dicitur Imperator. Bald. in l. exemplo. C. de probatio. & Oldra. in consi. ccl. dicit, quòd Rex in regno suo assimilatur Imperatori. Bald. in l. receptum. C. de constitu. pecu. Andr. de Iser. in lectu. consti. in constitutione, cum constitutiones, fol. iij. dicit, †
30 quilibet Rex est monarcha in regno suo, etiam contra legem possessionam: sed non potest statuere, quòd ego soluam, quod alius

alius debet: quia re mea me inuito sine mea culpa priuari non possum, per ea, quæ notantur in l. fina. in glo. j. C. si contra ius, vel vtil. publ. & vide Ange. in consilio cxxxix. & Alexan. in consi. lxvj. & Barto. in tractatu de regimine ciuitatis dicit, quòd Rex debet esse bonus, fidelis, Christianus, iustus, non pomposus, nec subditorum grauator, non luxuriosus, non auarus, non superbus. Alia autem debet facere Rex, quæ ponuntur in c. Regum, xxiij. quæst. v. sed ea, quæ ibi ponuntur, ad prædicta aptantur. Et princeps potest iudicare secundum veram, & iustam conscientiam, vt per Barto. in l. j. C. vt quæ desunt a duo. par. iudex su. Cauere igitur debet princeps, ne sua conscientia sit male formata. c. cùm æterni tribunal. de sepult. & re iudi. in vj. Et princeps semper intelligitur motus iusta causa, adeo vt non admittatur probatio in contrarium. ita Cynus in l. rescripta. C. si contra ius, vel vtil. publi. Et successor in regno tenetur stare infeudationi prædecessoris. Bald. in cap. j. qui feudum dare possunt. & Docto. in cap. nouit, de iudicijs.

† Et quia diximus, quæ Rex facere debeat, & qualis esse 31
debeat, nunc dicamus, quid à subditis exigere possit; & dicit Barto. in dicto tracta. quod potest exigere expensas maiestati regiæ congruentes. & allegat capitul. primum. quæ sint regalia. in vsibus feud. vbi dicitur, quod ad Regem pertinent omnia tributa, vectigalia, & census publici, quæ ibi specialiter nominantur. addit etiam Bar. quòd ad Regem etiam pertinet ex causa necessaria imponere collectas, vt in dicto cap. j. Et de iure digestorum probatur, quod reges habent omnem potestatem, vt ff. de orig. iur. in l. ij. §. initio. Et etiam non recognoscens superiorem potest concedere pedagia; quod Imperator potest, cùm Imperatori data sit potestas à populo. tenet Hostien. in summa. in §. quibus causis, argum. l. ij. §. deinde. ff. de orig. iuris. & ibi dicit; Exactiones pedagiorum, & salinarum, ac guidagiorum reprobatæ sunt, nisi ab Imperatore, vel Rege sint concessæ, vel alias ex longissima consuetudine, cuius non exstet memoria. & de hoc omnino vide Hostien. Sed tu vide in isto puncto multa,

32 quæ ex mente ſancti Thomę ſuperius dixi. † Nota etiam quòd Reges poſſunt legitimare in temporalibus, & Par in Spiritualibus, & temporalibus, Petrus de Bella perti. i. de iu. aur. annu. Et an tutela regia firmatur xiiij. anno, an poſsit ante xxv. annos adminiſtrare, vide Oldra. in con ſilio lij. vbi dicit, quòd minores non debent admitti Rempublicam adminiſtrandam ante xxv. annos; nam con ſtat, quòd fragile eſt, & infirmum huius ætatis conſilium, multis captionibus, & multorum inſidijs expoſitũ; pra ſumptio enim violenta eſt contra iuuenes. & Salomon, cet tria ſibi difficilia eſſe dicat, fatetur tamen ſe quartum ignorare, ſcilicet viam viri in adoleſcentia. vt prouerb. ij. & merito; quia dicitur prouerb. xxij. Stultitia colligata in corde pueri. & dominus comminans peruerſis regionibus ait, Eſa. cap. iiij. Dabo pueros principes eorum. Et ſapiens ille compatiens terræ ait Eccleſia. x. Veh terræ, cuius Rex puer eſt, & principes eius mane comedunt: nec eſt eadem ratio in Rege, quæ in alijs priuatis, cum officium ſuum ſit iuſtitiam exercere, vt in cap. regum. xxiij. quæſt. v. & vide ibi Oldra. in dicto conſilio lij. & de Rege pupillo vide Bald. in l. finali, C. de teſta. mili. & Rex non potest regnum ſubijcere ſeruituti. Oldra. in conſilio. xxiiij. Et Reges ſubiecti eccleſiæ Romanæ debent eccleſiam tueri, vt in cap. de forma. xxij. quæſt. v. & Card. in clementi. j. de iureiuran. Et Rex poteſt priuari regno per Papam ex cauſa, vt in cap. licet, de voto. & vide Innocen. ca. fina. de ſup plen. neg. præ. & de hoc vide ſupra in cap. xvj. Et Rex Francorum, ac Hiſpaniarum, quia non recognoſcunt ſuperiorem, poſſunt filios proprios legitimare, vide Iaſon. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, de liber. & poſthumis. Sed nota, quòd exempti ab Imperatore ſubſunt Papæ. ita Felinus in capitul. nouit. de iudici. & Rex Franciæ eum de tali non recognoſcit.

33 † Sed licet Reges habeant de iure maximam auctoritatem, vt dictum eſt; non tamen poſſunt remittere pœnam homicidijs in præiudicium reipub. & conſanguineorum occiſi, quorum punitio eis eſſet conſolatio, vt. ff. de pœnis l. capitalium. §. fina. Et de alijs exceſsibus Regum, & prin-

cipum

cipum vide Parid. de Puteo, in tractatu de syndic. vbi ipse scribit de excessi. regum, & principum. Neque potest aliud statuere in præiudicium populi sine eius consensu. Anto. docto. in cap. quanto. de iureiurando. Et pro complemento capituli quæro, an Rex alienans terras regni sui possit venire contra alienationem suam, & reuocare, sicut posset successor suus? respondeo, quòd sic, secundum Paulum de Cast. in consil. lxxij. incipien. quia frustra, in versiculo, circa secundum dicendum est. argum. cap. intellecto. de iureiurando. & xij. quæst. ij. cap. non liceat Papæ. quia non potuit hoc facere sine consensu omnium principum, & populorum regni; est enim istud ius publicum totius regni. Vnde quod omnes tangit, ab omnibus comprobari debet. regula, quod omnes. de regulis iuris, libro sexto. cap. ad hæc, in fine. de offic. Archidiac. l. vltima. C. de autho. præstan. & ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. & in l. in diem. Ex occupatione enim, seu alienatione, vel donatione terrarum regni totum regnum, & regnicolę læduntur, etiam si facta esset religiosis, aut ecclesiæ, quæ cum sit cultrix, & altrix iustitiæ, non patitur quicquam iniustum in se, aut in alium fieri. textus est notabilis. in capitulò primo. in §. sed diuersum. & ibi Baldus in vj. nota. de alie. feud. in vsibus feudorum.

† Et successor in regno potest reuocare donationes factas per prædecessorem, seu prædecessores in enormem lę- 34
sionem regni, vt voluit Specu. in tit. de instrum. edi. §. nũc autem. in vlti. colum. in versic. quòd si Imperator, vel Rex. & ibi Bald. in additio. in ix. col. in versi. quòd si Rex. & vide Oldra. consil. cxiiij. eleganter in vlti. colum. Et contractus, vel epistola principis habet vim legis. Iaso. in l. ciuitas. ff. si certum peta. Sed regulariter successor in regno tenetur stare infeudationi prædecessoris. Bal. in ca. j. qui feu. da. pos. docto. in cap. nouit. de iudicijs. Sed quid dicemus, quando facit princeps locum tenentem? dic, quòd locum tenens principis omnia potest, sicut ipse princeps, secundum Bart. in l. j. §. à præfecto. ff. de legat. iij. & in l. ij. post glos. ibi. C. de officio eius qui vicem alterius gerit. ponit Alexan. in rubrica. ff. de officio eius, cui. man. est iurisd.

Tamen magistratus ab imperatore creati non posse
regulariter constituere vicarios.in authen. de defenso.
uitatum.§.nulla. & Alexan.in d.rubri. ff. de officio.eu
cui man.est iurisdictio.

35 † Sed aduerte,quòd si eligitur vicarius à principe in
eo ipsius principis;puta in vrbe Romana,iste non est de
gatus,sed ordinarius.ita proprie loquitur text.in cap.
& ibi Inno. de officio vicarij. & gloss. in c.perlectis.
distinct.& in c.ij.de officio vicarij.in vj. & vide Hostien
Ioan.Andr.in ca.ij.ne præla.vices suas.Nam princeps
qui dare potest iurisdictionem ordinariam. l.j.§.cum
bem.de officio præfecti vrbis.& plene in l.moræ.ff.de
risdict.omnium iudic. maxime quia hodie ex stilo
rum locum tenentium apponuntur illa verba;ponen
vos in locum,& ius nostrum.Ex quibus verbis talis loc
tenens videtur constitutus,vt procurator in rem suam,
proprio iure exercet officium vtiliter: quicquid ad pote
pem pertinet,vt in casu singulari.in l.qui quadringenta
ad Trebellia.& ibi docto.& in specie videbis ibi Imol
Et locum tenens habet locum sessionis eius principal
fina.xciij.distinct.

Et locum tenens potest omnia, quæ potest is,cuius
cum tenet.Sed vnus locum tenens non potest facere alt
locum tenentem.ita Bald.in l.j. §. à præfecto. ad finem
de legat.iij.Sed honor, qui debetur regi,non debetur
vicario,vt per Bal.in l.sed si hac.§,semper.ff. de in ius
can. Et Rex nullum debet promouere ad officium con
nens exercitium iurisdictionis pecunia data, vt per glo
& docto. in l. fina. C. ad l.Iuli. repet. Et accedens ad p
uincias regendas iurare debet forma in illa lege scripta
ibi dicit Salycetus,contrarium seruatur in hac misera
lia.& ibi in l.iubemus,dicitur,quando officio durante
ficialis conueniri possit. Si autem loquamur de offic
quæ sint sine exercitio iurisdictionis,in his non videtur
quòd aliquo iure sit prohibitum pro illis pecuniam
uenire,& contractus de illis celebrare. Et officium dic
finitum per aduentum successoris in prouincia.ita Bar
in l.j.ff.de offici.præfec.Augusti.Et princeps potest ad

tum reuocare citra grauamen, per tex. in l. titius. ff. de obsequijs. vbi pecunia pro assequendo beneficio, vel priuilegio potest reuocari per concedentem. & in his iurisdictionalibus, siue in vim priuilegij, vel concessionis, siue in vim contractus transeant, ad nutum sunt superiorum. & hoc est, quod dicit Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi. Itaque possunt ad nutum reuocari per principem. Sed princeps tenetur, & est obligatus ad restitutionem recepti sub nomine pretij. tex. singu. de prohibita feudi alienatione per Fredericum, in princi. ver. nos autem. sed vi. omnino Bal.

Sed quid dicemus in quotidiano dubio; datum fuit officium pro se, & filio: filius est indispositus, vel inhabilis ad exercitium dicti officij, poteritne reuocari? dic, quod sic. quia iusta est causa remotionis; sed est sibi de consimili beneficio prouidendum, iuxta notata per gloss. in cap. vnico, an mutus, vel alias imperfectus feudum retineat, in vsibus feudorum. hæc sufficiant pro complemento capituli.

Et quia superius dixi per viam remissionis de excessibus Regum, dico nunc, quod in tractatu de syndicatu Paridis de Puteo, inuenies de excessibus regum, principum, & Ducum, & Imperatorum. & videbis de excessibus militum, & de excessibus consiliariorum Regum, & de excessibus aduocatorum; & inuenies de excessibus potestatum, terrarum, suorumque officialium, iudicum, assessorum, nunciorum, syndicorum, familiarium eorundem, & de eorum potestate; & inuenies de potestate, & officio syndicatorum.

† Et Rex, vel ciuitas possunt iustum pretium statuere frumento. Bart. in l. fin. ff. ad l. Iuli. de annona. & coguntur iusto pretio vendere. Bart. in l. annonam. ff. de extraordinarijs crimi. vbi legitur; debetis custodire, ne dardanarij vllius mercis sint. & in l. ij. de annona. non permittitur societas, vt annona carior fiat. & ibi statuitur aduersus eum, qui contra annonam fecerit. & videbis textum in l. in dardanarios. ff. de pœnis. Sed aduertant reges, quia Iacobus dicit in epistola. cap. ij. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam. 36

Et

Et ſapientiæ.vj.legitur, Iudicium duriſsimũ in his, q
præſunt, fiet. & princeps in dubionõ videtur vti plen
dinepoteſtatis: quod intellige verum, quando actus, q
facit, poſſunt valere abſq; plenitudine poteſtatis: ſecus,
actus non poſſunt valere abſque plenitudine poteſta
quia tunc in dubio videtur vti plenitudine poteſtatis.
Pau.de Caſt.in conſil.ccccxiiij.Alex.in l.quanquam.C.
teſtamentis.Sed imperator non debet vti plenitudine p
teſtatis in præiudicium ſubditorum. l. j. §. cum autem.
ibi Bald.C. de caducis tol.Vltimo notabimus, quod hoc
principis eſt, ac religioſi, eccleſias contritas, atque confu
ſas reſtaurare nouaſque ædificare, & Dei ſacerdotes h
norare, ac tueri, vt in cap.fin.xcvj.diſtinct. & dixi in tra
de eccleſiaſtica libertate. & Rex, qui habet plenariam p
teſtatẽ in republica, ſi ille, qui paſſus eſt iniuriã, velit e
remittere, poterit reum licite abſoluere, ſi hoc publicæ u
litati viderit non eſſe nocumentum. ſanctus Tho. in ij.
quæſt.xxxvij.ad finem. non ſic in alijs iudicibus. quod n
ta bene.

## IN ISTO §. MVLTA DE AVCTO-ritate regia, & multa vtilia dicuntur.

SVperiori capitulo ſcripſimus de Rege, & regia dig
tate, nunc aliqua ex varia lectione doctiſsimorum v
rorum de regimine principum, & Regum, Deo p
37 mo maximo opitulante, dicemus † & vbi Reges debe
ponere ſuam felicitatem; quia non decet regiam maieſta
ſuam felicitatem ponere in voluptatibus, nec in gloria, v
in fama, nec in ciuili potentia, nec in robore corporali, v
in pulchritudine; vel in alijs bonis corporis; ſed in amo
Dei, & in actu prudentiæ eſt ponenda felicitas; duas autẽ
felicitates philoſophus poſuit, vnam politicam, aliam co
templatiuam. Tamen, vt appareat, quomodo deceat r
giam maieſtatem ponere ſuam felicitatem in actibus pr
dentiæ, ſciendum, quòd decet regiam maieſtatem ſuam f
licitatem ponere in ipſo Deo; quod triplici via docetur

mus. Rex enim est homo, est Dei minister, Aposto. ad Ro-
ma. ca. xiij. est etiam rector multitudinis. Inquantum au-
tem est homo, participat intellectum, & rationem; cum er-
go bonum rationis non sit aliquod bonum particulare,
quod est bonum secundum sensum; sed bonum rationis
sit bonum vniuersale, & intelligibile; decet regiam maie-
statem eo ipso, quòd homo est, & rationem participat, po-
nere suam felicitatem in bono maxime vniuersali, & ma-
xime intelligibili: hoc autem est ipse Deus, qui est maxi-
me bonum vniuersale, quia est bonum omnis boni; in eo
enim omnis bonitas reperitur: est etiam bonum maxime
intelligibile, quia est maxime simplex, & maxime à mate-
ria separatum. † Secundo decet Regem suam felicitatem 38
ponere in ipso Deo, non solum quia homo est, sed etiam
quia speciali modo Dei minister est. Nam illud, quod ha-
bet aliquid per participationem, & imperfecte, est instru-
mentum, & organum eius, quod habet illud essentialiter,
& perfecte: quia ergo bonum regiminis, & potentiam re-
gendi habet principaliter & perfecte solus Deus, oportet
ergo, quòd quicunque imperat, siue regnat, sit diuinum
organum, siue sit minister Dei. Quare si minister suam
mercedem, & suum præmium debet ponere in suo domi-
no, & debet eam mercedem expectare ab ipso domino: de-
cet regem, qui est Dei minister, suam felicitatem ponere
in ipso Deo, & suum præmium expectare ab ipso. † Ter- 39
tio, hoc decet regem ex eo, quòd est multitudinis rector,
nam regens debet intendere commune bonum. In eo er-
go debet rex suam felicitatem ponere, quod est maxime,
& commune bonum; huiusmodi autem est (vt dicebatur)
Deus ipse. rex ergo, tum quia est Dei minister, tum etiam
quia habet intellectum, & tum quia intendit bonum com-
mune, debet suam felicitatem ponere in Deo, cui seruit,
qui est bonum maxime intelligibile, & maxime vniuersa-
le, & commune. Si ergo rex in Deo debet ponere suam
felicitatem, oportet ipsum huiusmodi felicitatem ponere
in actu illius virtutis, per quem maxime Deo coniungi-
mur: huiusmodi autem est actus dilectionis, siue charita-
tis. Nam amor, & dilectio maxime vim vnitiuam, & con-
iuncti-

40 iunctiuam habent. † In amore ergo diuino est ponendi
licitas. Sed cum probatio dilectionis sit exhibitio oper
& ex hoc aliquis probetur esse dilectius alterius, si ag
quæ ipse vult; si rex est felix diligendo Deum, debet co
dere, se esse felicem operando, quæ Deus vult. Ma
me autem Deus requirit à Regibus, & principibus,
per prudentiam, & legem populum sibi commissum iu
& sancte regant. regibus ergo, & principibus ponend
felicitas in actu prudentiæ, non simpliciter, sed vt ell
peratus à charitate: propter quod in ipso actu charit
per quam immediatius coniungimur ipsi Deo, magis
ponenda felicitas, quàm in actu prudentiæ; licet in hu
modi actu modo, quo, dictum est, aliqualiter felicitat
ponenda.

Magnum autem esse præmium Regis, & magn
eius felicitatem, si per prudentiam, & legem recte re
populum sibi commissum, ex multis dicere possum
Deus enim remunerator est omnium bonorum: & q
non remunerat nisi ex amore, cum semper amor fi
similes, & conformes, oportet esse similem, & conf
mem Deo, qui ab eo remunerari desiderat; quanto
go quis magis gerit imaginem eius, & plus se con
mat ei, maius meritum ab ipso suscipiet: & eo ip
quòd rex studet per legem, & prouidentiam suum r
num regere, quomodo Deus totum vniuersum reg
& gubernat, Rex maxime conformatur ei: Ergo
spectu Dei, à quo præmium expectatur, est magna m
ces regis, si regnum suum recte regat, quia ex hoc
Deo maxime conformatur. Reges ergo, si bene reg
gentem sibi à Deo commissam, consequentur merced
magnam; quia pro bono gentis suæ, & pro bono tota
41 taliter se exponunt. † Decet autè ipsum regem volen
recte regere (quantum ad præsens spectat) ad tria solici
ri. Primo, vt ametur à populo. Secundo, vt cura pera
procuret commune bonum. Tertio, vt corrigat, & pun
mouentes seditiones, & turbantes populum. Si abunde
beneficijs tribuendis, diligetur à populo. Si excellu
actionibus virtuosis, procurabit commune bonum; q
fi

si virtutis est tendere in bonum, eius erit magis tendere in maius bonum: bonum ergo commune, quod diuinius, quàm aliquod bonum singulare, est, magis procurabit vir bonus, & studiosus, quàm bonum aliquod proprium, & priuatum. † Expedit etiam regi abundare in ciuili potentia, vt possit corrigere volentes insurgere, & turbare pacem regni, & possit debellare extraneos perturbatores regni. Itaque rex in multis alijs debet excedere, vt differat à tyranno. Tangunt docto. quatuor differentias inter tyrannum, & regem. Prima est, quia rex respicit bonum commune, Tyrannus vero bonum proprium; Nam regnum est principatus rectus, Tyrannis vero est dominium peruersum, quia peruerse dominatur, qui spreto bono communi intendit bonum proprium. Item Tyrannus intendit bonum delectabile, Rex vero bonum honorificum. Nam sicut inenarrabile est quanto quis delectatur in bono proprio, sic quasi inenarrabile est quantus honor sequitur, & quanto honore est dignus intendens commune bonum. Quare si Tyrannus intendit bonum proprium, & priuatum, sequitur, quòd eius intentio versetur circa bonum delectabile. Item intentio Tyranni est circa pecuniam, qui spreto communi bono non curat, nisi de delectationibus proprijs, & sua intentio semper versatur circa pecuniam, credens se per eam posse in Tyrannide sustentari. Sed regis intentio versatur circa virtutem, & vt ciues sint virtuosi, vel studiosi, quia ex hoc maxime resultat bonum honorificum, & commune. Item Tyrannus non curat custodiri à ciuibus, sed ab extraneis, rex vero vult custodiri à ciuibus, & vasallis, & à genitis in proprio regno. Nam Tyrannus eo, quòd spreto communi bono non curat, nisi de delectationibus proprijs, videns se esse onerosum, & tædiosum ijs, qui sunt in regno, totam suam custodiam corporis committit extraneis: sed rex è conuerso eo, quòd videat se maximam curã habere de bono regni, & communi, maxime confidit de his, qui sunt in regno: ideo facit se custodiri à proprijs, nõ ab extraneis. Itaq; tyrannis est pessimus principatus; ideo summe debent cauere boni Reges, ne eorũ dominium in

4 tyran-

tyrannidem conuertatur. & videbis circa tyrannidem optimum tractatum Bartoli. vbi multa optima de tyranno descripsit.

43 † Narrare autem possumus decem, vltra ea, quæ dixi-mus in superiori capitulo, quæ debet operari bonus re- est autem primum quod spectat ad verum regem facere vt maxime procuret bona communia, & regni, reddi- studeat expendere in bonum commune, vel in bonum regni. Item spectat ad rectum rectorem regni non solum redditus, & oblationes ordinare in bonum commune regni, sed etiam bona communia, & iura regni debere- xime custodire, & obseruare. Tertio decet regem non ostendere se nimis terribilem, & seuerum, nec decet se- mis familiarem exhibere, sed debet apparere persona gra- uis, & reuerenda, quòd congrue sine virtute fieri non po- test, ideo verus rex vere virtuosus existit. Item spectat regem nullum subditorum contemnere, nulli iniuriari nec in filiabus, nec in vxoribus, nec in persona, nec in quibus alijs: & si contingeret aliquem ex regno ipso parui facere, non propter contumeliam, vel propter a- quam libidinosam voluntatem explendam, sed propter bonum commune, & iustitiæ, ipsum punire debet; & non præcipitanter, vt in c. Deus omnipotens. ij. quæst. j. sed ma- mine liquidato non debet sententia differri, vt in dict. Deus omnipotens, & in l. cum reis. C. de pœnis. & sic ex- actissimus Cajetanus, declarat Psalmum. C. ibi. In mane no interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Ipse ibi Dauid declarat dispositionem suam circa exercitium iustitiæ per se, & per alios ministros.

Et Rex non debet abscondere faciem suam à pau- negotiatore, diuertendo vultum aliò: & propterea pau- clamans in Psal. Cj. petit à supremo principe; non auer- faciem tuam à me; in quacunque die tribulor inclina- me aurem tuam.

Item Rex debet facere, vt dixit Dauid in d. Psal. Oc- mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum. Ambulans in immaculata hic mihi ministrabat; vbi Dauid de-

dispositiones suas rectas respectu ministrorum; prima est, quod elegit fideles ministros, & fideles consiliarios, vt sedeant secum. Oculi, inquit, mei non cęco intuitu, nec aliena relatione, sed oculi mei erunt in fidelibus terræ, in ijs, qui fideles inueniuntur in terra, ad sedendum mecum, pro consilio, pro iudicio, & alijs publicis negotijs. Ambulans in via perfectionum ipse seruiet mihi: hæc est secunda conditio ministrorum, studium ad bonos mores. Tales enim oportet esse ministros regios, vt & in seipsis virtutibus præditi eum Rege, & populo fideliter agant. Sed humana electio quantumcunque oculata, quandoque fallitur; ideo si aliquando contingit Reges errasse in electione ministrorum, etiam si videantur errasse, non sustineant illos; ne dicant gentes; malunt regimen malum, quam apparere errasse; quia contra hoc vitium dicit Dauid in d. psalmo. ca. quod nec faciens, nec loquens dolum firmabitur secum: dicendo firmabitur, significat, quod quamuis ascitus fuerit, comperto, quod mendax est, non firmabitur. Et dicendo non sedebit, significat, quod quamuis ascitus ingressus fuerit, comperto, quod est dolosus, non quiescet, sedé- do in medio domus Regiæ, hoc est, in publico officio. Ideo decet Regiam maiestatem quærere tales consiliatores, qui sint boni, & amici, & sapientes. † Itaque ista tria quæren- 44
da sunt in consiliarijs, videlicet bonitas, amicitia, sapientia. Sexto decet verum regem diligere nobiles, & barones, & alios, per quos bonum statum regni conseruare potest, vt sunt homines sapientes, & literati.

Decet etiam Regem esse moderatum in cibis, & veneris, ne à subditis habeatur in contemptu. Septimo decet verum Regem ornare, & munire ciuitates, & castra existentia in regno, vt appareat magis esse procurator communis boni, quàm tyrannus, quærens vtilitatem propriam. Octauo decet verum regem (vt ait philosophus) sapientes, & bonos etiam extraneos adeo honorare, vt putetur non sic honoratos esse à ciuibus proprijs, si inter ipsos existerent; quod tyranni non faciunt. Nono, decet verum regem per vsurpationem, & iniustitiam non dilatare suum dominium. Decimo, & vltimo decet veros, & bonos reges

bene se habere circa diuina: populus enim (vt recitat philosophus) omnino est subiectus Regi, quem credit deicolam, & habere amicum Deum; existimat enim populus talem Regem semper iuste agere, & nihil iniquum exercere. Possumus tamen ad hoc aliam meliorem rationem adducere, dicentes, quòd si rex habeat amicum Deum diuina prouidentia, cui omnia sunt nota, & eius potestati cui nihil potest resistere, continget eum, vt expedit futuri semper in suis actibus prosperari. Immo propter ipsius actitatem Regis multoties Deus multa bona conferret astantibus in ipso regno. Diximus, quòd decet regiam maiestatem bene se habere circa diuina, quia hoc debet esse finis, & complementum aliorum; ad hoc enim sunt singula ordinanda. Verus ergo Rex secundùm veritatem talis est, ne se habet erga diuina. Tyrannus vero non talis est, sed simulat se talem esse: Sed expedit optimum Regem particularem rectam, aut per legem naturalem, quam Deus imprefsit in mente cuiuslibet hominis, dirigere legem positiuam, & esse super istitiam legalem, vel positiuam, & non obseruare legem positiuam, vbi non est obseruanda. Ex hoc autem patere potest, quomodo seueritas & clementia possunt simul stare cum iustitia secundum text. & gloss. in cap. omnis, qui iuste iudicat. xlv. dist.

45† Reges veri debent amari, & timeri à populo; & non amentur à populo boni reges, tria potissime in se habere debent. primo quidem debent esse benefici, & liberales. Secundo debent esse fortes, & magnanimi. Tertio Reges debent esse iusti, & æquales. Primum autem sic patet. Nam vulgus non percipit nisi sensibilia bona; ideo beneficos, & æquales in numismata, & in ea, quæ possunt numismate mensurari, amat, & reueretur. Ideo dicitur in libro ij Rethori. in capitulo de amore; quod populus amat & honorat beneficos in pecunia, & liberales. Secundo vt Reges amentur in populo, debent esse fortes, & magnanimi, & potentes (si oporteat) seipsos pro bono communi, & defensione regni exponere. Nam populus valde diligit fortes & magnanimos exponentes se pro bonis communibus; credit enim per tales salutem consequi; ideo

citur cap. ij. Rethori. quod diligimus beneficos in salutem, id est, eos, qui possunt nobis benefacere nos saluando, & liberando, ideo diligemus reges fortes. Tertio, vt Reges diligantur à populo, decet eos esse iustos, & æquales. Nam maxime prouocatur populus ad odium regis, si videris ipsum non obseruare iustitiam. & ideo dicitur. cap. ij. Retho. quòd iustos maxime diligimus. Viso quomodo Reges debeant se habere, vt amentur à populo, videre restat, quomodo se habere debent, vt timeantur ab eis: potissime autem timentur potentes (vt patet in cap. ij. Rhetori.) propter punitiones, quas exercent in subditos. In punitione tria sunt consideranda, videlicet punitionem ipsam, personam punitam, & modum puniendi. Quantum ergo ad punitionem timentur Reges, si contra delinquentes inexquisitas crudelitates exerceant. Secundo timentur Reges non solum ratione punitionis diræ, sed etiam ratione personarum punitarum. †Nam iustus 46
pro iustitia nulli parcere debet, quia bene operans nulli parcit; quia nec pro patre, nec pro filio, nec pro amico dimittendum est operari iuste, & bene. Itaque ratione personarum punitarum timentur reges, quando nec amicis, nec alijs parcunt, si viderint eos facinorosa crimina facere. Timet igitur tunc quilibet ex populo mala facere, cogitans, se non punitionem euadere. Itaque decet reges seuerius se gerere contra amicos, si contingat eos crimina committere, quàm contra alios. Timentur reges etiam ratione modi puniendi, quod fieri contingit, cum ad eorum iudices, & præpositos latenter, & caute se gerunt in punitionibus exequendis, & in iustitia facienda.

Viso quomodo reges se habere debent, vt amentur, & quomodo, vt timeantur, de eui patere potest, quod licet vtrunque sit necessarium; amari tamen debent magis appetere, quàm timeri; quia malè terrore, veneratio acquiritur; longe enim melius est amor ad obtinendum, quod velis, quàm timor. Nam timor abit, si recedat, manet amor. Sed vtrunque est necessarium amari, & timeri; nam non omnes sunt adeo boni, & perfecti, quòd

solo amore honesti, & boni communis, & ex dilectio
regis, cuius est intendere commune bonum, quiescant
le agere; oportet enim aliquos inducere ad bonum, &
trahere à malo timore pœnæ. ideo dixit Iurisconsul
Oportet bonos prouocare per præmia, & malos per
nas insatiabiles totaliter extirpare, & alibi; bonos non
lum metu pœnarum, sed præmiorum quoque exho
tione efficere cupientes; eligibilius tamen est magis am
quàm timeri.

47 † Ideo maxime decet Reges esse iustos, & in suo re
iustitiam obseruare; quia sine iustitia ciuitates, & regn
rare non possunt: est enim Rex, quædam lex, & lex est
dam Rex. Nam lex est quidam inanimatus princeps;
vero est quædam animata lex. Quantum ergo anima
inanimatum superat, tantum rex, siue princeps de
superare legem. Debet ergo esse tantæ iustitiæ, &
tæ æquitatis, vt possit ipsas leges dirigere, cum in
quo casu leges obseruari non debeant. Maxime ergo
ges studere debent, ne sint iniusti, & inæquales: qui
rum iniustitia, & inæqualitas tollit ab eis regiam d
tatem; quia decet, vt dixi, regiam dignitatem esse
ctam, & æqualem. Cum ergo rex sit, vt diximus,
dam animata lex, & quædam animata regula agendor
ex parte ipsius personæ regiæ maxime decet ipsum ser
iustitiam. Nam iustitia est quoddam magnum bonum
præclarum: ideo dicitur, quod præclarissima virtu
videtur esse iustitia, & neque hesperus, neque lucife
admirabilis est, sicut ipsa.

48 † Hesperus enim, & Lucifer est vna, & eadem
quæ est valde pulchra, & clara; & propter sui pulch
dinem communi nomine appellatur Venus. hæc a
stella aliquando præcedit solem, & tunc apparet in
ne, & dicitur Lucifer; aliquando vero sequitur ipsum
tunc apparet in sero, & dicitur Hesperus. Est ergo
tio nostra dicere, quòd Venus, quæ est tam pulchra
la, non sit ita pulchra, necita præclara, sicut est iusti
ergo decet reges habere clarissimas virtutes, decet eo
seruare iustitiam. Iustitia enim non solum est perfect

tus in se, sed si sit in Regibus, ostendit eos esse perfecte bonos. Ideo dicitur; principatus virū ostēdit: propter quod & prouerbialiter dicitur; si quis vult cognoscere virum, ponat ipsum in aliquo principatu. Iustitia ergo (quia est ad alterum) innotescit perfecta bonitas. † Nam excepta pru- 49
dentia, quæ alijs virtutibus perfectior est, quia est earum directiua, omnes aliæ virtutes morales, quæ perficiunt hominem in se, se videntur habere ad iustitiam, quæ perficit hominem in ordine ad alterum. principatus itaque virum ostendit, vt dixi. Decet ergo reges, & principes esse iustos, tum quia debent esse regula agendorum, tum quia iustitia est præclara virtus; tum etiam quia ex ea manifestatur perfectio bonitatis. Hoc decet etiam reges ex magnitudine malitiæ, quæ ex iniustitia consurgit. Nam vt dicitur. v. Ethi. sicut melior est, qui non solum est bonus in se, sed etiam bonitas, sua se extendit ad alios, sic peior est, qui non solum malus est in se, sed etiam malitia sua se extendit ad alios: & quantum ad plures se extendit malitia eius, tanto peior existit. Tanto igitur summopere studere debent reges, & principes, vt seruent iustitiam, & iniustitiam vitent, quanto ex eorum iniustitia potest consequi maius malum, & potest inferri pluribus nocumentum. Itaque prudentia, & iniustitia principaliores sunt virtutibus moralibus; quia prudentia est in intellectu, iustitia in voluntate. Virtutes enim morales sunt in appetitu sensitiuo, vt in irascibili, & concupiscibili, Appetitus autem sensitiuus deficit à voluntate, & intellectu, ideo prudentia & iustitia sunt virtutes principaliores. † Est autem prudentia, vt dixi, principalior iusti- 50
tia, quia ipsa est directiua omnium aliarum virtutum. Fortitudo autem, & temperantia, licet non sint adeò principales, sicut prudentia, & iustitia; tamen inter virtutes principales computantur. Est autem fortitudo principalior temperantia, quia fortitudo magis ordinatur ad bonum commune, vt ad tuitionem regni, & ad defensionem patriæ. Temperantia vero magis ordinatur ad bonum proprium, vt ad moderationem sui ipsius: bonum autem commune diuinius est bono proprio. Itaq; tempe-

rantia inter virtutes principales vltimum gradum tenet. Sciendum ergo, quod fortitudo media est inter timores, & audacias, quia qui omnia timet, non est fortis, nec qui omnia audet, sed qui timet timenda, audet audenda. Rex magnificus est excellenter liberalis, idem est enim esse magnificum, quod esse abundanter liberalem. Nam magnificentia est quædam perfectio, & quidam ornatus liberalitatis; sicut magnanimitas est quædam perfectio, & quidam ornatus omnium virtutum. Et magnanimitas est media inter pusillanimitatem, & præsumptionem; & magnanimitas est circa honores, circa diuitias, & vniuersaliter circa omnia fortunia, & infortunia; non tamen est æque principaliter circa ista. Nam magnanimitas principaliter est circa honores, & non circa honores quoscunque, sed honores magnos. Ex consequenti autem est circa diuitias, & principatus, & circa fortunia, & infortunia.

51 † Nam secundum philosophum inter bona exteriora maximus est honor: diuitiæ enim, & alia exteriora bona non sunt tantum bonum, sicut honor. Recitat autem philosophus multas proprietates magnanimi, quas reges habere debent. Prima proprietas magnanimi est bene se habere circa pericula. bene autem se habere circa ea est, non esse amatorem periculorum, neque se exponere pro paruis periculis, sed pro magnis, vel pro ijs, ex quibus potest consurgere magna vtilitas. & tunc non parcat vitæ. Item competit magnanimo regi bene se habere circa retributiones. Item decet magnanimum regem esse veridicum, & vt non sit rei curæ, quòd laudetur, nec quòd alij vituperentur: decet enim reges, se non exponere pro quibuscunque periculis, nisi pro negocijs arduis, vt pro defensione fidei, vel pro tuitione regni. Si vero occurrat casus adeo arduus, quòd rex gentem suam, vel etiam seipsum debeat exponere periculis, ita debet esse constans, & magnanimus, vt pro bono diuino & communi paratus sit vitam exponere. Decet etiam reges non curare, vt laudentur ab hominibus: Nam positi in dignitatibus multos habent adulatores. Si autem talibus adulatoribus credant, con-

contingit eos non agere secundum legem, & rationem; sed secundum passionem, & voluntatem. Tanto igitur reges, & vniuersaliter omnes existentes in dignitatibus minus debent curare de laude hominum, quanto plures habent adulatores, qui eos laudando conantur peruertere. Non decet etiam reges esse plangitiuos, vel deprecatiuos pro exterioribus bonis. Omnes ergo assignatæ proprietates in præsenti, & superiori capitulo competere debent regibus. Quare decet eos esse magnanimos.

52 †Item notate, quòd ille bonus Rex est, qui curam subditorum habet, vt bene operentur, quemadmodũ pastor ouium; quia regnum non est propter regem, sed Rex propter regnum: quia ad hoc Deus prouidit de eis, vt regnum regant, & gubernent, & vnumquemque in suo iure conseruent, & hic est finis recti regiminis. Finis itaque boni regis est, vt regimen prosperetur, ita quòd homines conseruentur per regem. Sed quia nemo militat stipendijs suis vnquam, & quodam iure naturæ de suo labore vnusquisque debet reportare mercedem, hinc habemus, quòd licet regibus à suis subditis tributa percipere, & annuos census. Vnde cum Apostolus in cap. xiij. ad Romanos probasset, omne dominium à Deo esse prouisum, vltimo persuadet eisdem retribuere pro labore, ideo, inquit, & tributa præstate: Ministri enim Dei sunt in hoc ipsi seruientes. Concludendum est ergo, legitimum Regem secundum formam in Deuteronomio traditam sic debere regere & gubernare.

Itaque ex supra dictis notate, quòd Reges suis debent esse stipendijs contenti, nisi in duobus casibus, videlicet ratione delicti, vt ff. de iure fisci per totum titulum; & pro bono communi sui regiminis; & pro bono Reipublicæ potest exigere, sicut pro defensione regni, vel pro quacunque alia causa pertinente rationabiliter ad bonum cõmune sui dominij. Ratio est in promptu, quòd omnia necessaria ad communem conseruationem humanæ societatis erunt de iure naturæ. Sic igitur supposito legitimo dominio regali potest Rex exigere à subditis, quod ad bonũ ipsorũ requiritur. Et ideo concludẽdũ est, quòd istis casib.

potest Rex legitime exactiones necessarias exigere à subditis;& talliæ,ac census, siue tributa imponi, dummodo non transcendant necessitatis metas. Vnde Augustinus exponens illud Matthæi,reddite, quæ sunt Cæsaris,Cæsari,inquit,Quod Cæsar præcipit,ferendum est;quod imperat, tollerandum. ita sanctus Thomas in tractatu de regimine principum, libro quarto. cap. xj. hæc adde ad ea, quæ in isto articulo dixi, in superiori capitulo.

Sed meo iudicio optimi Reges debent sic quærere opera honore digna, non vltra quam ratio dictet, sed vt decet eorum statum: debent enim agere bona opera,& honore digna boni gratia, non vt ostendant se,& vt videantur excellere. Secundo decet eos esse humiles ratione operum fiendorum. Nam superbus quærens suam excellentiam, vltra quàm debeat, vt plurimum tendit
53 ad ea,quæ proprias vires excellunt. † Ideo decet homines esse humiles, vt considerato proprio defectu,vel propria facultate,non tendant in ardua, vltra quàm debeant. Vt plurimum enim superbi, & vltra rationem excellentiam quærentes,se & alios exponunt periculis,non volentes adimplere,quod inchoant. Tanto ergo reges,& principes debent à se superbiam remouere, quanto peius est communia bona periculis exponere. Superbus enim dominus,vt plurimum perichitator efficitur populorum.

Itaque pro complemento præsentis capituli dicemus, quòd reges,& principes non sufficit esse sapientes, continentes,& temperantes, fortes,& iustos,sed decet eos quodammodo esse diuinos; quia virtutes competentes, eis possunt exemplares dici;quia ipsi aliorum debent esse regula,& exemplar. Tantæ enim bonitatis debet esse princeps, vt quilibet suus subditus accipiat inde formam viuendi; & cognoscat defectum suum videns vitam,& perfectionem principantis. Quare reges,& principes non solum destabile esse debet,eos turpia operari, sed etiam nominare & audire turpia, nefas esse debet. Bene ergo eis competunt exemplares virtutes, quibus secundum Plotinum nefas est turpia nominari: sed cum tantæ bonitatis nullus esse possit absque Dei gratia,& eius auxilio;quanto reges,

&

& principes alios excellere debent, tanto ardentius decet eos diuinam gratiã postulare. In hoc ergo eliditur Philosophorum elatio volentium, quod ex puris naturalibus possemus omnia mala vitare, & perfectam bonitatem acquirere. & de hoc vide supra in sermone Episcopali. ca. I: Et decet regem esse prudentem, quia prudentia est respectu agibiliũ.† Sed nullus potest esse prudẽs, nisi sit bonus, 54
& habeat voluntatem rectam; quia est recta ratio agibiliũ. & prudentia est virtus intellectualis directiua virtutum moraliũ; quia per prudentiam recte dirigimur in bonum finem, in quem inclinant virtutes morales.† Et partes pru- 55
dentiæ sunt octo. Memoria, prouidentia, intellectus, ratio, solertia, docilitas, experientia, & cautio. & ille dicitur esse prudens, qui est sufficiens dirigere se, & alios in aliqua bona, siue in aliquos bonos fines. Rex ergo prudens maiorem partem vitæ suæ debet expendere in cogitando, quæ possunt esse regno suo vtilia; quod non sic intelligendum est, vt nullas recreationes corporales habere debeat; Sed debet eis adeo moderate vti, vt non impediatur in regimine regni sui. Nam semper debent suum regimen conformare regimini retroacto, sub quo regnũ tutius, & melius regebatur. de hoc vide doctissimum Aegidium Romanũ in libro de regimine principum, in ij. parte libri. j. vbi multa videbis.

## DE IMPERATORE. ET EIVS AVthoritate. *Cap. LV.*

### SVMMARIVM.

1 *Quæ & quot requirantur, ad hoc vt quis dicatur bene regere.*
2 *Quot & quibus modu probari possit, Imperium esse à Deo.*
3 *Romanorum Imperator, vniuersalis Christianorum dominus seu protector est, & hoc ratione protectionis & iurisdictionu. Ipsius enim est leges condere, tollere, ac corrigere. Item dicitur pater & anima legum, ac etiam lex animata in terris, & nu. 4.*
5 *Deo excepto ac eius vicario, scilicet, Domino Papa, Imperator communis hominum pater dicitur.*

6 *Papa vbique habet plenam ac liberam dispositionem beneficiorum.*

7 *Imperator vtrum facultatem habeat, tollendi ius alteri quæsitum.*

8 *Vbi Imperator, ibi nobilium multitudo præsumitur.*

9 *Vtrum Imperator, possit sine culpa vassallum feudo priuare, remissiue.*

10 *In qualibet Alemaniæ ecclesia, Imperatori potestas data est, nó canonicum recipi facere.*

11 *Rex Franciæ vtrum Imperatorem recognoscat.*

12 *Hispaniæ Reges subsintue Imperio.*

D Iuristam pertinet inuestigare, quis modus regendi sit melior, ita Bar. in tra. de regimine ciuitatis in princ. Hoc præmisso; Monarchia, seu vnius Regis regimen est optimum, eo quod ibi perfectissime vnitas reperitur.† Sed in quolibet bene regente tria requiruntur. Primo, perfecta ratio ad discernendum, vt sciatiustum ab iniusto, licitum ab illicito separare, vt ff. de iustitia & iure. l. j. Secundo debet habere rectam intentionem, vt est tex. in c. omnis. xix. dist. Tertio debet habere stabilitatem. Ista omnia probantur ex definitione iustitiæ, dum dicitur, quod est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens, vt in princi. instituti. & in l. iustitia. ff. de iusti. & iure. Ex his tribus sunt tria argumenta contra tenẽtes oppositum. Et sic expedit populo, & regno, & toti orbi regi per Imperatorẽ, pro vt bonus est habens dictas conditiones. Ita Bar. allegando Aegid. Ro. in d. tra. de regimine ciuitatis. Et non sine causa arbitrium, seu arbitralis potestas Imperatoris procedit à Deo, & est vniuersalis dominus. ita Bald. referendo alios docto. antiquos in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fide catho. & allegat authen. de non alienan. §. sin minus igitur. colla. ij. & vide text. in authen. de fide instru. §. quia vero. & C. de vete. iure. enucle. l. ij. §. si quis, & in authent. de consulibus in fi. in l. in nomine domini. de officio præfect. & in authent. quomodo oportet Episco. vbi a probatur, quod Imperium immediate est à Deo.† Et quod

Impe-

Imperium sit à Deo, tripliciter probatur. Primo permissiue; Secundo approbatiue; Tertio formaliter, & effectiue. dico primo, quòd permissiue; nam hoc est permissum à Deo propter bonum vniuersale; quia entia nolunt male disponi, nec bonum est pluralitas principatuum. Vnus ergo princeps. vt ait Aristo. xij. metaphy. ad finem. Hoc enim permissum est à Deo sub ratione finis, vt mundus optimis legibus regatur. nam secundum physicam regulam; cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est, omnia enim rectificat finis. iustum est enim à fine dominari omnia secundum philo. Secundo dixi, quòd Imperium est à Deo approbatiue; Christus enim approbauit Imperium, dum dixit. imago Cæsaris reddatur Cæsari, vt habetur in euangelio. Nisi enim approbasset, illa imago non esset Cæsaris, nec deberet restitui iniusto, & violento creditori; quia violentus possessor non fuisset defensus à Deo in impropria possessione; licet aliqui dicant, quòd ad euitandum scandalum fecit: quod non approbo; quia deterius erat defendere violentum possessorem in violenta possessione. Sed Christus, vt permisit finem Regum Israelis, ita surrogauit Romanos in potestate Imperij: quia manifestè appa-ret, Romanos monarchiam Christianam occupasse, & hoc non sine domini voluntate; quia vt ait Apostо. ad Romanos. cap. xiij. Non est enim potestas nisi à Deo; quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Et etiam Daniel prophetauit in visionibus suis monarchiam Assyriorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum, quod non prophetatum fuit sine voluntate Dei. Tertio dico, quòd Romanum Imperium à Deo est formaliter, & effectiue; nam cum tota collectio Christianorum hoc teneat, licet quædam regna de facto non obediant, non est putandum aliud, nisi quòd etiam ipse Deus hoc disponat, qui est caput illius collectionis. Et post Deum Imperator Apostolicus hoc approbat, vt in cap. venerabilem. de electione. & ibi docto. † Ex quibus apparet, quod Imperator Roma- §
norum est dominus seu protector vniuersalis Christianorũ. & vide Abba. in c. nouit. de iudi. qui dicit communem esse opinionem, quòd Imperiũ à Deo sit; & à Papa immediate,

qui

qui est Vicarius filij Dei. vide Cardin. in c. ecclesia, de iure. & in clemen. fin. de censibus. & in clemen. j. §. cæterum. dicit, quòd Imperator recipitur in filium Papæ. Et Imperator etiam dicitur Vicarius Christi in temporalibus. Bald. in l. j. C. de iure aur. annulo. & Imperator vnicus debet esse in orbe, qui præsit cunctis regibus. text. in l. deprecatio. ad l. Rhodiam, de iactu. & in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscript. & in l. leges. C. de legi. & Cardina. in clemen. j. §. fina. de iureiurando. vide Abb. allegantem multa iura in c. nouit, de iudi. & in c. venerabilem. de electio. Sed Bartholomæus Cassaneus in catalogo gloriæ mundi, in v. parte. & in xxviij. consideratione dicit, quòd Itali tenent, quòd Imperator est dominus totius mundi. & recitat opiniones Legistarum, & Canonistarum; & refert aliquos Docto. tenentes contrarium, & nihil dicunt ad propositum. Et ipse recitat in loco iam allegato totam scholam Cæsaream, & Pontificiam tenentem opinionem, quòd Imperator sit dominus totius mundi: & nihil respondendo asserit contrarium concludendo, quòd regna, & imperia originem habuerunt à violentia. Et ego vltra prædicta allego contra dictum Bartholomæum Cassaneum opinionem Hieronymi canonizatam in c. in apibus. vij. q. j. vbi ecclesia, quæ errare non potest, approbando opinionem totius scholæ, canonizauit (vt dixi) verba Hieronymi in d. c. & sunt hæc. In apibus princeps vnus est, & grues vnam sequuntur, Imperator vnus. quæ verba sufficiunt vltra prædicta ad confundendam opinionem dicti Bartholomæi Cassa. optimus tex. ad hoc. in c. futuram ecclesiam. xij. q. j. vbi Melchiades Papa sic inquit; Futuram ecclesiam Apostoli in gentibus præuidebant. idcirco prædia in Iudæa minimè adepti, sed precia tantummodo ad fouendos egentes. At verò cùm inter turbines, & aduersa mundi succresceret ecclesia, ad hoc vsque peruenit, vt non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerēt: E quibus vir religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, dedit licentiam per vniuersum orbem suo de gentibus Imperio

non

non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi eccle-
sias; & prædia constituit rribuenda. Denique idem præfa
tus princeps donaria immensa contulit, fabricam templi
primæ sedis beati Petri instituit, adeo vt sedem imperia-
lem relinqueret, & beato Petro, successoribusque suis
profuturam concederet. hæc ille sanctus Melchiades Pa-
pa.† Et intellige, quòd Imperator sit dominus totius mun 4
di ratione protectionis, & iurisdictionis secundum glo. &
Docto. in princ. fforum. Domini verò rerum sunt singu-
lorum. Sed ipse est princeps totius orbis, & ipsius est le-
ges condere, ac tollere, ac corrigere. l. j. & ij. C. de veteri
iu. enucl. vnde etiam dicitur pater legum, cui sunt leges
subiectæ, vt in auct. de incœstis nuptijs. §. dubitatum. col.
la. ij. Et appellatur pater, & anima legum, vt nota. in auct.
de fide instru. colla. vj. Et dicitur lex animata in terris, vt
in auct. de consuli. §. fina. colla. iiij. † Item Imperaror post 9
Deum eiusque vicarium, s. dominum Papam, dicitur com
munis hominum pater, vt in auct. neq; virum, §. quod ex
dote. in fine. colla. viij. & in auct. de fide instrum. §. j. dici-
tur, quòd imperium Deus de cœlo constituit, & Bart. in
l. non ambigitur. ff. de legi. & in l. fin. C. de legi. dicit, quòd
Imperator solus potest leges condere, & appellatur Ponti-
fex. Cardinalis in dicta Clemen. j. §. cæterum. Item ipse
Imperator ex causa potest ttansferre rerum dominia, vt no
tatur in l. item verberatum. ff. de rei vendica. & in c. j. de ho
micidio, lib. vj. & potest tollere actionem, & exceptionem.
ita Alex. post gloss. in l. iij. §, si is pro quo. ff. quod quisque
iuris. & in rub. ff. si cert. peta. Et potest tollere ea, quæ sunt
de iure ciuili, secundum Alex. vbi supra: & cum clausu-
la, non obstante; vel cum clausula, ex certa scientia. Et po-
test tollere dominium ex sententia quæsitum: quod est de
iure ciuili. Alexan. in j. constitutio. fforum. §. omnem. & est
supra ius ciuile. c. proposuit, de concessione præben. Vn-
de Imperator potest tollere ius ciuile. Inno. in cap. quæ in
ecclesiarum, de constitu. & Pau. de Cast. in consi. cv. Et po
test confirmare contractum nullum ex defectu iuris posi-
tiui, quando de præiudicio alicuius non agitur, Paulus in
dicto consilio. Et potest delegare causam, quod sententiam

sic

sic proferat. Bal. in c. j. si de inuestitu. lis oriatur inter dominum, & vassallũ, sicut Papa potest. notatur in c. Rainutius. de testamen. Sed sine causa Imperator non potest auferre bona priuatorum, nisi ex causa publicæ vtilitatis, vt in allegata. l. item verberatum. §. j. ff. de rei vendicatio. & ibi Bar. & l. Lucius. ff. de euictioni. & Cardina. in clementi. ij. ver. cæterum. de re iudica. & plenius per Alexan. in j. constit. fforum. & in consi. xciij. in iiij. parte. & in rub. ff. si certum pet. & in cons. cxxxvj. in j. parte. Et ibi dicit, quando præsumatur causa iusta. & Abb. in c. venerabilem. de electio. & Pau. in consi. cv. & doc. in l. fi. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. Pau. de Cast. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & in l. si hæredis seruus. de lega. j. Bal. & docto. in l. rescripta. C. de preci. Imperatori offeren. & in j. constitu. Codicis. §. quibus. Ioan. And. in c. j. de summa trini. & fide catho. in vlt. nouella. Inno. in c. quæ in ecclesiarum de cõsti. hoc intellige si sit consuetudo, quod auferat ob necessitatem; quo casu debet soluere preciũ; intelligein necessitate priuata. & ita loquitur tex. in l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædiorum, & vide ad hoc etiam tex. in l. si locus. §. j. ff. quemadmodum serui. amitta. Sed ex causa publicæ vtilitatis conseruandæ tunc Imperator non tenetur soluere precium rei; quia propter publicã vtilitatem clericis potest imponi onus collectarum, quando publica vtilitas non potest conseruari sine subsidio clericorum; & sic generales immunitates, & priuilegia non extenduntur ad casum, in quo necessitas soluendi imminet gratia publicæ vtilitatis conseruandæ, quia tunc domus regia, nec sacrosancta ecclesia liberatur. allego ad hoc bonum textũ in l. j. C. vt nemini ab empti. speci. lib. x. & etiam allego optimum tex. in l. nullus. ij. in ordine. de cur. public. lib. xij. vbi Bart. dicit. Nota istam legẽ contra clericos, vt propter istam societatem, quæ venit in comitatu depredando, current do, & occidendo, vt possint clerici grauari ad data, & collectas, vt contra dictas gentes reparetur. Et fauore publicæ vtilitatis multa conceduntur. Bar. in l. si alius. §. sit autem. ff. quod vi. aut clam. & in l. ij. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Et sic iste punctus remanet expeditus.

† Et

† Et ad propositum Papa vbiq; habet plenam, liberam- 6
que dispositionem beneficiorum. Card. in clemen. j. ne
lite penden. Et in tantum pertinet, quod potest quem pri-
uare suo beneficio sine causa. notatur in c. per principalem.
ix. q. iij. & in c. j. x. distin. & in c. omnis. xij. q. j. quia voca-
tus est in plenitudinem potestatis. vide Abbatem in c. trā-
slato. de cōstitutionibus. Imolam in c. ad supplicationem.
de renuncia. Dominic. in ca. in istis. iiij. distin. & in c. j. x.
dist. & dicit Dominicus in c. si gratiose. de rescrip. lib. vj. in
penul. columna. quòd Papa in titulis beneficialibus habet
voluntatem pro ratione.

Et † vt ad materiam nostram redeamus, Imperator po- 7
test tollere ius alteri quæsitum. Paul. de Cast. in consi. cv.
& consi. ccxxx. & Specular. in tit. de lega. §. iiij. ver. sed nūc
quid legatus. intellige cum causa. Paul. de Castr. in consil.
clvj. Inno. in c. nouit, de iudi. & vide ibi Abb. in c. sugge-
stum, de decimis. & Pau. in consi. ccxvj. Item Imperator
potest concedere minori administrationem suorum bo-
norum, non alius inferior. Bar. in l. iij. de mino. Item Impe-
rator debet iudicare secundum conscientiam suam. Bar. in
l. vnica. C. vt quæ desunt aduo. Sed licet habeat dominiū
generale, non habet particulare. Bar. in extrauaganti, ad re
primendum. ver. totius orbis. Alex. in consi. lxxvj. in ij. par.
Abba. in c. venerabilem. Et Imperator solus potest man-
dare, sic facias. Sed inferiores mandant, iustitiam facias.
Inno. in c. significantibus, de officio delegati. & Bal. in c.
j. si inter domi. & vassalum lis oriatur. Et an Imperator
possit tollere ius succedendi, dic, quod non. vide Paul. in
consi. cclxxxiiij. incipienti. in facto præsenti non intendo
adulari. Sed quando Imperator incipit cognoscere de cau-
si, omnibus alijs iudicibus censetur impositum esse silen-
tium. Inno. in c. cum M. Ferra. de consti. Bal. in c. adhæc. de
pace iura. firman. Et curia Imperatoris dicitur communis
patria, in qua potest quilibet conuenire. glo. & doct. in c.
fin. de foro compet. Sed Imperator non potest permitte-
re vsuras, vt in c. non licet. x. dist. Et licet sit solutus legibus
vt in l. princeps. ff. de legi. de æquitate debet viuere legib⁹,
vt in l. digna vox. C. de legi. & in l. ex imperfecto. C. de
testam.

testam.vbi dicitur;Nihil tamen tam proprium Imperij est, quàm legibus viuere. Et licet sit solutus legibus, non tamé est solutus moribus,& ratione Bald.in l.ij. C. de seruituti. & in l.princeps.iam allegata.

8 † Et vbi est Imperator,præsumitur esse multitudo nobilium,vt in l.omnium.& ibi Bar. C. de testa. Sed debet recordari de his,quæ gessit,vel concessit,vt in l.j.& ibi Bal. C.de euictio.Item Imperator & Papa possunt priuilegiare contra iura;inferiores non:& etiam legitimare. Bal. in l.j. C.de iure aureorum annulo.Intellige quo ad temporalia per.cap.per venerabilem.qui filij sint legi.Bar.in auct.qui. mo.na.fi. legi. §. penult. Et potest reuocare priuilegium suum sine causa,licet alteri sit ius quæsitum. Bal. in l. qui se patris.C.vnde liberi.vide Alex. consi.cj.j.parte. nisi pro eo habuerit pecuniam. Bar. contrarium not. in l.titius. ff. de obsequijs à liberis. Cardi.in clem.j.de testibus.per l.ij. C.de officio præ.preto. Et excelsitudo Imperatoris est in temporalibus;Papæ vero in temporalibus,& in spiritualibus.Cardi.post gl.in clem.j.de iureiurán.

Non tenetur Imperator scire singulares consuetudines;sed nec præsumitur eas scire.not.in c.j.de consti.in vj. Bal.in auct.nauigia. C. de furtis. Et Bar.in l. præscriptionem.C. si contra ius, vel vtili. publi. Et Imperator potest præscribere contra quemcunque.Bal.in l.ij.C.de serui. & aqua.Et simplici verbo ei creditur, vt in ca. nobilissimus. xcvij.distinct. & Pau.de Cast.in consi.xxxiij. Et creditur in facto proprio,& sine die,& consule.Bal. in l.ex his. vlti. colum.C.de testa.militum.& Pau.in d. consi. vide etiam Cardin.in clem.ij.de reiudi.Et potest etiam testari, & testamentum reuocare. l.cum hæredes. & ibi Bal. C. qui te-

9 stamen. facere possunt.† Et non potest diuestire vassallum de feudo sine culpa.glo.& ibi Bal.in ca.j.§.notandum.qui feud.dare pos.& in c.j.de iure nat. q̃ egò crederem esse verũ,nisi feud.esset precariũ. Et potest punire subditum de delicto vbicunque commisso, quia est dominus mundi. Bal.in l.fina.C.de eunuchis.Et potest confiscare bona subditi etiam pro delicto commisso extra territorium. Bal.in l.fin.C. de commerti. merca. Et non potest inuadenti ca-

strum

strum alterius, confirmare inuasionem in præiudicium domini castri. Bal. in cap j. de naturali feu. & in l. authoritatem. C. vnde vi. Sed bene potest absoluere subditos Regis à fidelitate. vide glo. & Cardin. in cle. ij. de re iudic. Sed licet possit supplere defectum iuris positiui, non potest auferre defensionem, & alia iura naturalia. Cardi. in clem. ij. §. cæterum. de re iudic. & in clem. eadem dicit Cardin. quod supplet omnem defectum solemnitatis omissæ, si aliàs rite, & recte procedit. Et idem dicit in Papa in suo foro per. cap. j. de transactioni. & per. c. hoc quippe. iij. q. vij. Imperator etiam restituit ad famam, etiam in terris ecclesiæ. Bal. in margari. verbo. collegium. ver. j. per totum. Alexan. in l. infamem. de public. iudi. † Et potest in qualibet 10 ecclesia Alemaniæ facere recipi vnum canonicum. Specul. in tit. de præben. versi. item nota, quod Imperator. & ibi Bal. in additio. Et Imperator potest esse iudex in causa propria, & fisci. l. proxime. & ibi Bart. ff. de his, quę in testa. dele. Bar. in l. & hoc ita. §. libertus. de hæred. instit. Bal. in l. cũ antiquioribus. & in l. & est receptum. de iurisdi. om. iudi. & ibi dicit Alex. idem esse in Rege Francorum. Sed omnes Reges tenentur ad tributum Imperatori, etiam pro capite suo, nisi probent se esse exemptos. glo. in cap. Adrianus. lxiij. dist.

Et vltimo nota, quod Reges Hispaniæ non subsunt imperio, quia regnum ab hostium faucibus eruerunt. gl. in c. Adrianus. ij. in ordine lxiij. dis. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. vbi dicit; In Hispania si in totum deficeret progenies regia; regnicolæ possent eligere Regem, de iure gentium. & vide Oldra. in consi. lxix. Tamen Abbas in cap. nouit. de iudici. dicit; quòd Rex Franciæ etiam non recognoscit Imperatorem; sed de facto, & omnes tenent. Et in c. per venerabilẽ, qui filij sunt legitimi. & Specu. in tit. de appell. §. videndũ, tenet etiã, & Nicol. de Neap. disputauit tale in tit. de patria potestate. instit. vbi videbis, & vide Bar. in l. infamẽ. ff. de pub. iudi. licet Imperator sit superior, & dominus omnium prouinciarũ, vt in cap. Adrianus. lxiij. dist. & omnium nationum. item omnium Regum, vt in c. inapibus. vij. quæst. j. & cap. futuram. xij. quæst. j. Paris de

Puteo in tractatu de syndica, scribendo de excessibus Imperatoris dicit; Imperator excedit xj. modis; ad quem me remitto. Et quia in electione Romani Pontificis excedebant, fuit sublata potestas eligendi, vt in cap. quia sancta verum. lxiij. distin.

## DE IMPERIO, ET DE TRANSLATIONE Imperij ad Germanos. Cap. LVI.

### SVMMARIVM.

1 Per quem, & quæ de causa, Imperium ad germanos translatum fuerit.
2 In actu Imperatoris quæ & quot requirantur.
3 Tria recipit ab ecclesia Imperator. Item & quotuplici corona coronetur, & à quibus personis sibi corona imponatur.
4 Quo tempore translatum fuerit Imperium a Græcis in Germanos, in persona Caroli.
5 Papa in specialem filium Imperatorem recipit.
6 Romanorum Rex, antequàm in Imperatorem coronatus fuerit, vtrum administrare possit.
7 Quanta fuerit Caroli. V. Imp. clementia, ignoscendo illis, qui in ipsum rebellionem commiserant.
8 Qui fuerit primus, & secundus Imperator.
9 A Christo Imperium approbatum fuit.
10 Imperator Constantinopolitanus vniuersalis erat Imperator tam Romanorum quam aliarum prouinciarum.
11 Reges à quo debent coronari. Potest etiam Imperator eligi de omni natione. Item liberalis, gratiosus, & non auarus esse debet, & per Papam in aliquibus corrigi potest.
12 Vacante Imperio, cui nam competat iurisdictio in temporalibus.

1491

IMperium de cœlo Deus constituit, vt in difficilib. quæstionibus, & negocijs disponat, & bonas decisiones apter, secũdum naturæ veritatem. Ita Speculator in procœmio, versi. cæterum. & vide Felyn. in ca. nouit de iudic. Et † est notandum, quòd Imperium fuit translatum ad Germanos per Papam Stephanum tertium, ex causa, quia Imperator Græcorum, seu Constantinopolitanus noluit defendere ecclesiam Romanam tunc oppressam ab Astulpho Rege Longobardorum. ita Abb. in cap. per venerabilem. de electio. vbi dicit, quòd Papa priuauit dictum Imperatorem Græcorum, & imperium transtulit in Germanos, dando potestatem septem principibus Alemaniæ, quorum tres sunt prælati, cæteri vero laici: quos notat gloss. in cap. ad Apostolicæ, de re iudic. lib. vj. & isti nunc appellantur electores Imperij. Et vnus est Archiepiscopus Maguntinus, Alius Colonien sis, Alius Treuerensis. Et quatuor laici. Vnus est comes Palatinus, Alius dux Saxoniæ, Alius Marchio Brandeburgensis, & Rex Bohemiæ, olim dux. Et ibi Dominicus dicit, quòd electio Imperatoris spectat ad electores de iure, & consuetudine antiqua. allegat text. in ca. venerabilem. de electione. Item est notandum, quod si electores imperij sunt negligentes in eligendo Imperatorem, Papa eos debet monere, vt infra certum terminum eligant. & tunc eis non eligentibus ad Papam deuolueretur electio. doct. in dict. cap. per venerabilem. Et notat in cap. cum ecclesia, de electione. † Et quatuor exiguntur in actu 2
Imperatoris, primum est personæ approbatio. Secundum inunctio. Tertium consecratio. Quartum Imperij coronatio. Et primo eligitur in Regem Romanorum. Secundo electio cum decreto præsentatur Papæ. Tertio examinata electione, & persona approbata in Regem assumitur. Quarto promouendum in Imperatorem pronunciatur. Hæc omnia approbantur secundum Ioann. de Imo. ex tex. in clem. Romani principes. de iureiurando. & ibi dicitur, † quòd Imperator tria recipit ab ecclesia, s. vnctionẽ, consecrationem, & diadema imperij. glo. quærit in d. clemen. quotuplici corona coronetur Imperator; & respõdet, quòd

triplici. Prima est ferrea; secunda argentea; tertia de auro puro. Primam recipit ab Archiepiscopo Colonienſi Aquisgrani eiusdem diœcesis. Et quia ferrea est, & ferrum significat fortitudinem, designat dicta corona, quòd debet esse fortis conculcando rebelles, & infideles. Secundam recipit ab Archiepiscopo Mediolanensi, in ciuitate Modicinen. Et dicta corona est argentea, quæ significat munditiam, & claritatem; quia ita debet esse, qui præest imperio mundus à vitijs, & clarus virtutibus. Tertiam recipit in ecclesia sancti Petri à Papa, ad altare sancti Mauritij: quia autem aurum est omnibus metallis preciosius, & excellentius, dicta corona est aurea, & designat Imperatorem debere esse in potentia, & Iustitia excellentiorem alijs Regibus, & principibus, & debet esse catholicus. Et corona Imperij datur in signum victoriæ, & magni muneris temporalis. Et interdum est signum regni spiritualis. Sed aliqui dicunt, quòd prima est argentea, secunda ferrea; & sic hodie seruatur. de hoc vide Cardin. in d. clemen. versi. vlti. Et ita fuit obseruatum in coronatione nostri inuictis-
4 simi Imperatoris.† Et est notandum, quòd in persona Caroli fuit facta translatio Imperij à Græcis in Germanos, Anno domini. Dccl. secundum Cardina. in clemen. j. de iureiuran. sed Bertachinus in parte, Imperium, dicit, quòd fuit anno domini. Dcclxiiij. quo tempore fuit Stephanus Papa tertius, qui imperium Carolo infulauit: sed diadema recepit anno domini. Dcccliij. quo tempore fuit Leo Papa tertius à Romanis captus, & excæcatus, & incarceratus; qui cum Dei miraculo sanus euasisset, ad Carolum Magnum perrexit. Ab eo honorifice susceptus Papa Carolũ secum Romam duxit, cuius præsidio suos inimicos puniuit, & Carolo diadema imperij concesit; in quem prius Stephanus tertius imperium transtulit; postquàm in Frãcia annos quattuor, & triginta regnasset; ex Pipino patre, & Berta matre natus imperauit annis quattuordecim. Aquisgrani obijt, & sepultus est. Item Imperator vngitur sacro oleo, vt in c. vno. de sacra vnctione; & per Cardinalem Hostiensem, qui super hoc est priuilegiatus, vt notat Hostien. in d. c. venerabilem. Sed Cardi. in dicta clementi. j. ver.

ver. nos itaque, dicit, quod Papa suis manibus consecrat Imperatorem, & inungit; & ei coronam imponit: quod intelligitur, si est præsens Romæ, alias hoc fit per manus legatorum Papæ. † Et Papa recipit Imperatorem in speciale 5 filium, vt notat. in c. j. de verbo. signifi. & dicit Cardina. in dicta clemen. in. §. cæterum, quòd proceditur hoc ordine in promotione Imperatoris. Primò eligitur in Regem Romanorum, deinde electio cum decreto Papæ præsentatur, de cuius substantia vide ad hoc. lxi. dist. c. Episcopus. Et formam decreti ponit Spec. de electio. §. j. ver. celebrata igitur. vide etiam Card. in d. clem. ver. itaque. Tertio examinatione canonica per Papam facta, & persona approbata in Regem à Papa sumitur. Quarto promouendus in Imperatorem pronunciatur. Quinto inungitur. Sexto consecratur. Septimo Imperator coronatur. ita Cardina. in dicta clemen. in. §. cæterum. in principio. Et Imperator iurat seruare fidem catholicam; & debet astringi iuramento de hæreticis persequendis, vt in auth. statuimus. de Episco. audien. & c. ad abolendam. de hæreticis. Et est notandum, quòd quando Imperator consecratur, non suscipit ordinem, vt aliqui intelligunt. de hoc vide in c. Valentinianus lxiij. dist. & ff. de rerum diuisio. l. sacra. Et ideo consecratio quoad hoc sumitur improprie. Et de supradictis nota Imperatorem fore Papæ subiectum, tanquam suscipiente ab illo dignitatem. Et est notandum, quòd Imperator iurando tangit sacra, & sic corporaliter iurare debet: & iurabit, vltra superius iam dicta, quòd debet esse defensor ecclesiæ. Solent docto. mouere quæstionem † an Rex Roma 6 norũ antequàm sit coronatus in Imperatorem possit administrare, & dic, quòd sic potest administrare, prout arguit gloss. in dicta clemen. in vers. porro, in verbo, Reges. Ex quo habes vnum admirabile, quòd duo ministrent, tãquam Reges Romanorum. & vide Cardi. in clem. j. de iureiuran. vbi ipse dicit, quod potest administrare. vide etiã Io. de Imo. in dicta cle. vbi ipse affirmat prædictam opinionem, & allegat multa iura. Abb. in c. venerabilem. de electio. quærit, nunquid electus in Imperatorem possit illico administrare antequam coronetur, & approbetur, & di-

cit; Olim erant variæ opiniones, sed hodie receptum est consuetudine, vt statim administret: & si plures sunt electi in discordia, quilibet administrat; sed validitas gestorum dependet à futuro euentu, & Specula. in titu. de rescripti præsentatione. §. ix. ver. item quod obtentum est ab Imperatore nondum coronato, tenet, quòd Imperator etiam ante confirmationem aliquam, ex sola principum electione, verus est Imperator, & potest administrare, Et ibi dicit, quòd valet donatio facta per Rodulphum Regem Alemaniæ nondum coronatum, quæ donatio fuit facta ecclesiæ Romanæ de ciuitate Bononia & eius districtu, ac de tota Romandiola. Bar. etiam in extrauaganti, ad reprimendum, in v. colum. dicit; Nota diligenter, quòd Imperator ante coronationem habetur generalis dominus; hi enim esset priuata persona, in eũ facientes non inciderent in l. maiestã. Et sic potest administrare, & dare priuilegia. Et sic cessat disputatio Iacobi de Aretio, quam ponit Cynus in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. Potest etiam facere concessiones, vt patet ex literis domini Caroli
7 Imperatoris communi Perusij. † Et etiam Carolus noster Quintus Romanorum Imperator cõdidit constitutioné, & nouam legem ante coronationem, parcendo illis, qui contra eum commiserant rebellionem; & in promulgatione dictæ legis clementia sua manifesta fuit. Bald. etiam in titulo de pace Constan. §. hoc quod nos, dicit, quòd Imperator ante coronationem potest concedere priuilegia. Sed omnimodo vide Philipp. Corne. in iij. volu. in j. consilio. vbi dicit, quòd legitimatio Imperatoris nondum coronati valet; & etiam potest concedere rescripta, reprobando Salice. Et dicit istam esse communem opinionem legistarum: allegat etiam plura fundamenta, & dicit, Item põdero, quod illa omnimoda potestas in Cæsarem primum Imperatorem, extitit translata, vt in authen. vt præponatur nomen Imperatoris, in princip. colla. v. vbi probatur, †
8 quòd Cæsar fuit primus Imperator, & Octauianus Augustus fuit secundus; à quibus omnes posteri Imperatores denominati fuerunt, vt probatur in proœmio. ff. rum, super rubr. & in proœ. C. super rubr.

Et

Et de isto Octauiano loquitur illud Euangelicum: Exiit edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Et est notorium, quòd Cæsar coronam nunquã assumpsit, & habebat omnimodam iurisdictionem. † Et Christus, qui approbauit Imperium per illa verba, dum dixit; quæ sunt Cæsaris, reddite Cæsari, nec coronauit Tiberium, tunc tertium Imperatorem, sed sibi concessit Imperium sub nomine Cæsaris, qui nunquam extitit coronatus. Et licet Papa (vt iam dictum est) approbauit potestatem Imperialem, non reperitur legibus antiquis, quòd Imperator coronetur à Papa. † Etapparet, quòd Imperator Constantinopolitanus erat Imperator vniuersalis tam Romanorum, quàm aliarum prouinciarum. Sed non veniebat Romam pro corona, sed ad sui beneplacitum assumebat. Cum hoc tamen semper potestas confirmandi fuit apud Dominum Papam, qui est vicarius filij Dei: verumtamen quoniam Imperatores illi priores infideles fuerunt, id non cognoscebant. Primi verò illi Christiani post Constantinũ paulatim eruditi sunt, vt denique cognoscerent fontem authoritatis suæ Deum, permanum summi Pontificis, cuius Imperator est ouis, sicut alii Reges, & omnes Christiani populi sunt oues pascuæ eius. Et ita denique Pontifices exercere cœperunt antiquam constituendi & coronandi Imperatoris facultatẽ. De alijs me remitto ad dictum Philippum Corne. in dicto consilio, in quarta columna. Et Iustinianus Imperator in l. bene à Zenone, C. de quadrienali præscriptione, condidit illam legem, quæ sui natura nulla negocia præterita terminabat, nisi quatenus legislator volebat ad præterita specialiter trahi: voluit, quòd ad præterita vsque ad insulas susceptas traheretur, prout expressit ita standum. Nam etsi ad præterita per annum, vel biennium, idem dicendum fuisset, quod etiam ad præterita traheretur; nulla ratio arctabat, quòd traheretur ad alienationes ipsius legis conditoris, & ad alienationes successorum, quàm ad alienationes prædecessorum principum. Et tamen non trahitur ibi nisi ad alienationes factas, postquàm ipse legislator suscipit insulas, vt est ibi expressum in fine literæ.

Vnde patet, quòd non ad omnia præterita trahitur, sed quatenus placuit legislatori: nec enim vrgentem rationem habemus, quare voluit ad præterita trahi, nec quare illud præteritum tempus limitauit, sed succedit illud, quod habetur in l. quod principi placuit. & in l. non omnium. ff. de legi. & vide de hoc etiam prædictum Phili. Corne. egregie loquentem in j. volu. consi. clxxviij. Et sic nostra quæstio remanet expedita.

11 † Item Imperator debet coronare omnes Reges, vt est glo. singularis is in cap. in apibus. vij. quæst. j. Et potest Imperator eligi de omni natione. Abb. post Cardin. in clem. venerabilem. de electio. & debet esse liberalis, & gratiosus, & non auarus. Bal. in l. & in legatis. in fine. C. ad l. falcidi. & in l. vnica. §. fin. C. de cadu. tollen. Et in aliquibus potest corrigi per Papam. Inno. in c. j. de officio ordinarij. Abb. post gloss. in cap. venerabilem. de electio. & vide text. in c. ad Apostolicæ. de re iudic. Item Imperator non appellat alium quem dominum. Bald. in l. secundum. C. de contrahen. & commi. stipu. & nō potest Imperator concedere priuilegiū omnimodæ exemptionis, quia videtur destruere Imperium, Abbas in cap. cum non liceat, de præscrip. Sed potest concedere gratiam de plenitudine plenæ potestatis, ex causa, quæ præsumitur ex clausula, ex certa scientia, Abb. in cap. olim de re iudic. Sed Imperator non solum potest delegare causas ciuiles, sed etiam criminales. ita Inno. in c. in Archiepiscopatu. de raptori. & potest tollere solemnitates iuris. Speculato. in titu. de lega. §. iiij. versic. sed nunquid legatus. Sed tenetur seruare conuentiones, & pacta, & contractus. Cin. & Bart. in l. digna vox. ff. de legi. Sed non arctatur ad ferias. Specula. in titu. de feri. §. j. versicu. est autem. Et Imperium, & Papatus simul esse possunt, quia vnum subordinatur ad alterum. Cardin. in clemen j. §. fin.

12 in §. de iureiurando. † Et est notandum, quòd vacante Imperio iurisdictio eius competit Papæ etiam in temporalibus, vt in cap. licet ex suscepto, de foro competenti. Cardin. in clemen. ij. §. fina. de re iudicata. hoc est verum in Papa, non autem in legato eius. Cardina. vbi supra. & quomodo hoc intelligatur, vide supra in isto Speculo. Et quibus

bus modis Imperator cassetur, vel deponatur, vide Hostien. in cap. mihi, de iureiurando. & notat. in cap. ad Apostolicæ, de re iudicata. vide textum in cap. alius. xv. quæst. vj. & vide gloss. in cap. si Papa. xl. distinct. & vide supra in cap. xvj. Et sic ad honorem Dei remanent expeditæ materiæ præsentis Speculi nostri. Et si electores sunt negligentes, vel discordant, electio Imperatoris deuoluitur ad Papam. & multa de Imperatore videbis in tractatu de Imperatore Castaldi Perusini, qui multa scripsit, licet confuse, & inordinate. & de excessibus Imperatorum videbis Paridem de Puteo in tractatu de syndicatu. Et an Imperator habeat potestatem suam à Deo immediate, an mediante summo Pontifice, vide Michaelem in suo tractatu de regimine mundi, in secunda quæstione principali, in decimo volumine tractatuum, folio. ccx. & vide in capitulo xvj.

## DE CATHOLICIS, ET RELIGIOSIS *ritibus, qui in religione Christiana versantur.* Cap. LVII.

### SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit monachorum genus, asserens se Christum sequi, remissiuè.*
2 *Religiosorum regulæ quæ & quot sint.*
3 *Humiliatorum ordo vnde originem traxerit.*
4 *Trinitatis ordo quo tempore inceperit.*
5 *Militares ordines sintne ab Ecclesia comprobati, & qui sint.*

ANtoninus Archiepiscopus Florētinus in sua summa in tertia parte, tit. xvj. c. j. & ij. colligit triplex esse monachorum genus, qui se Christum sequi dicunt. 1

Primi sunt Serobitæ in libertatis spiritu discurrentes, & degentes, qui in Chalcedonensi concilio reprobati fuerunt, vt cap. quidam monachi. xvj. quæst. j.

& ca. qui vere. vbi dicitur; Monachi, qui sunt in ciuitatibus, Episcopo debent esse subiecti.

Secundi dicti fuerunt Anachoritæ eremitici, ac solitarij victus assertores, exordium ducentes ab Helia Thesbite propheta, de quo iij. Regum. xvij. vel vt alijs placet, à D. Ioanne Baptista, qui primus à Christo nato fuit eremi cultor ab vnguiculis, à quo puto Paulum eremitam imitationem vitæ hausisse, quem Anachoriticæ sanctimoniæ authorem omnes profitentur. de quibus traditur. xvj. q. j. ca. qui vere. & subsunt Episcopis. xciij. distin. c. nulla ratione. & gaudent clericorum priuilegio; possuntque ad monachorum vocari prælaturam. de elect. c. cum monasterium. vnde potest eremita facere testamentum. xix. quæstio. iij. §. sed alius est. de hac vita Anachoritica participant Carthusiani, & Camaldulenses.

Tertij vero sunt vocati Cœnobitæ, quasi in vnum conuenientes, viuentesque in congregatione; & videntur exorti ab Heliseo, qui cuneum constituit prophetarum. iiij. Regum. vj. Renouati autem fuerunt à Christo in discipulis, Matthæi. v. Verùm post Christum primus in Orientali plaga Cœnobitarum gregatim agentem fuit Basilius magnus; Benedictus verò in Occidentali ecclesia.

Sed quemadmodũ orbis est quadrifidus, quatuor item Euangelistæ, & quatuor Doctorum ecclesiæ vertices, quatuor item flumina è Paradiso terrestri scaturientia. † ita religiosorum quatuor sunt regulæ principales; ad quarum præscriptum omnes aliæ sunt appendices, præter Carthusianam, quæ nullam ex quatuor agnoscit, sed habet proprias formulas. & est ab ecclesia approbatissima. Sunt autem hæ quator scilicet Basilij, Benedicti, Augustini, atque Dominici & Francisci Assisinatis. Quatuor ordines mendicantes sunt. Prima sancti Dominici; Secunda sancti Francisci; Tertia sancti Augustini; Quarta Carmelitarum.

Ordo igitur Basilij, cuius ipse caput, fuit primus, sub quo militant monachi Græcę & Orientalis ecclesię, & aliquando Carmelitæ vsque ad Albertum, Patriarcham Hierosolymitanum, qui traditiones eorum sub Honorio. IIII.

immuta-

immutauit, anno M.cclxxxvj. Veruntamen Honorius, qui à Sultano illos excepit electos, ordinem comprobans interpolauit, dicauitque nomini virginis Mariæ, sed ita vt pallium in album commutarent. dicti Carmelitæ à Carmelo monte habitatione Heliæ, & Helisei nobili, quem primum incoluisse feruntur.

Ordo Benedictinorum fuit secundus, ab authore diuo Benedicto Nursino, monasterij montis Casini regulatore, & Abbate, anno salutis. D xxxiiij. sub Bonifacio primo, tempore, quo Iustinianus Imperator Romanorum leges in epitomas posuit. Sub hac regula militant innumeri monachi, & maximè nigri, de quibus in c.j. in princi. & ibi Io. And. in cle. de sta. mo. qui aliquando laxati vitæ austeritatem, iterum recepti sunt in congregationem sanctæ Iustitiæ cum exemptionibus, & constitutionibus per Eugenium. IIII. confirmatis.

Cluniacenses habent suum authorem Bernonem Gallum anno D cccxij. sub Conrado primo Impera. & Anastasio. III. sedente.

Grandimontenses emersere anno. M. lxxvj. sub Gregorio VII. Pontifice, & Henrico. IIII. Henrici filio, Imperatore, instituti per Stephanum Auernum apud Gallos in mõte Mureto.

Carthusienses prodiere anno. M. lxxxvj. sub Victore. III. Ponti. & Henrico, IIII. Imperat. quos formauit Bruno Colonien. canonicus aliquando apud Carnotum.

Cistercienses ex quodam Ardingo Anglico prouenere, monacho cœnobij Molismensis anno. M. xcvij. xj. anno Pontifi. Vrbani. II. qui miris sunt donati priuilegijs, & quorum decus fuit D. Bernardus Abbas Claraual-lium.

Præmonstratenses in Lingonen. diœcesi Norbertum Lotharingum authorem constituunt, anno Dom. M. cxx. sub Calisto. II. Pont. & Henrico. V. Imperatore, qui nonnihil mutuati sunt ex regula diui Augustini.

Camaldulenses initiati per Rommaldum Rauennatem in Appennino sub Benedicto. IX. Papa, & Conrado. II. Impera. anno. M. xxxiij.

Monachi

Monachi vallis vmbrosæ, suum authorem profitentur Ioannem Gualbertum Florentinum anno. M. lxx. sub Alexandro. II. quos postea Gregorius. VII. probauit. institui in radicibus Appennini.

Cœlestini instituuntur per Petrum de Murrone, aliquando Papam Cœlestinū. V. qui se Papatu abdicauit, & religionem instituit, anno. Mccxcv. Bonifacio. VIII. sibi succedente.

Cluniacenses prodeunt sub Anastasio. III. in Masticensi Burgundiæ pago anno. Dcccxv. nonnulli dicūt à Guilielmo Aquitaniæ duce fuisse inchoatos circa tempora Hadriani. III. sunt qui putent hos esse Chuniacenses.

§ † Ordo Humiliatorum octauus est in Germania temporibus Clementis. III. Pon. ex eo, vt arbitror, nomen ducens, quod ad Frederici. I. Imper. pedes indusijs albis vestiti de postliminio agentes prostrati iacuissent. Sunt qui dicant Mediolanenses fuisse ab Henrico. III. Impe. exilio multatos, & ab Innocentio. III. probatos; qui semimonachos agunt, & hi creduntur, qui & Syluestrini, seu ordo Montis sani.

Sunt in Benedicti familia permulti alij Ordines, veluti Fontis Ebrandi, Vallis caulium, & cætera, & hi omnes diuerso amiciuntur indumento, differuntque in traditionibus, & statutis, suntque omnes exempti, præter Syluestrinos.

Successit tertius Ordo, scilicet. D. Augustini Afri, euāgelicæ veritatis summi illustratoris, qui renouauit Canonicorum ordinem, institutum prius ab Apostolis in monte Syon, circa annum. cccxxx. amictum linea tunica. Augustini normam multi alij ordines subiere, maximè Mendicantes, præter Minores, & hi sunt.

Dominicani, seu prædicatores, qui primum mendicantium locum obtinent, à B. Dominico Calaguritano professionem faciunt, quos Honorius. III. confirmauit Pontifi. sui primo anno, & humanæ salutis. M. ccxvj. Impera. Frederico. II. quorum ordo est trimembris, & Deo dicatas virgines recipit, quas vestitas de pœnitentia vocant. qui ordo quàm eximius sit scientia, omniumq; virtutum

copia

copia in ecclesia Dei, est adeo omnibus clarum, vt testimonio nostro non egeat.

Eremitani, quos vulgus Augustinianos vocitant, tertium inter mendicantes locum sunt nacti, quia primordio ex pluribus ordinibus simul coacti sub Augustini obseruatione sunt cum baculo, & zona pellicea, ab Alexan. IIII. probati. Sūt qui huius vitæ generis tribuāt initia Guilhelmo cuidam Aquitaniæ duci anno. M. clviij. & vocantur Guilielmitæ. Alij dicunt hunc ordinem aliquando collapsum, iterum instauratum fuisse sub Innnocētio. III. Ponti. & Ottone. IIII. Impe. ad annum Domini M. ccxiiij. hoc tamen pro confesso habetur, hunc ordinem Parisijs aliquando repudiatum fuisse ab Honorio. IIII. probatum.

Ordo Seruorum B. Mariæ ortum habuit à quodam Philippo Thusco Florentino sub Martino. IIII. anno M. celxxv. quem sub Augustini ordine postea Benedictus. XI. & Vrbanus. VI. probauere, sacculum gestat, & mendicat, habetque suam tripartitam regulam, etiam vt mulierem sexum admittat.

Brigidani sunt instituti à B. Brigida Suetia tempore Vrbani. V. Pontificatus sui anno. V. & reparatæ mortalitatis. M. cclxvj.

Iesuati Senis oriuntur sub Vrbano. V. anno. Mcccl xv. B. Ioanne Columbino Senensi authore. Teguntur albo colore, & scortea zona, sed pallio camusino, nudis pedibus, cum socculo ligneo, Apostolici ab initio clerici nuncupati.

Canonici regulares. S. Georgij Venetijs vitæ institutum sunt aggressi sub Gregorio. XII. quorum princeps fuit Laurentius Iustinianus.

Montoliuetenses prodiere anno. M. cccc vij. sub schismate trium Pontificum, & eorum caput fuit Bernardus Ptolomeus apud Senas, quorum ordo Gregorius. XII. probauit.

Hieronymitani authorem habuerunt Redonem Montisgranelli comitem apud Fesulas, Gregorio. XII. probante, & interpolati per Eugenium. IIII.

Con-

Congregatio Eremiticæ pietatis parum habitu differens ab Hieronymitanis auſpicatur per quēdam Petrum Piſanum Hetruſcū, ſub Gregorio. XI. & geſtat ex capulari amictu laciniam pendētem, atque in humeros reiectam. Aliqui hos vocant Eremitas. S. Honophrij conſtituunt apud Vrbinum.

Cruciferi conſtituuntur ſub Cleto. iij. à Petro Pontifice per cœleſtem nuntium, & illuſtrantur per Cyriacum Hieroſolymitanum antiſtitem, & approbatur per Innocentium. III. & iterum per IIII. & induerunt tunicam ceruleam Pontificatu Pij. II.

Scopetitij. S. Seruatoris Stephanum Bononienſem profitentur inuentorem anno. M. cccc. x. ſub Gregorio XII.

Antoniani ab authore ſuo Antonio Aegyptiaco ducūt originem apud Thebaidam ſub. S. Syluestro, & Conſtantino, circa annum. cccxx. habent pro inſignio ſignum Tau.

4 † Ordo Trinitatis ſub Innocentio. III. incepit, Ioanne Marenſe, & Felice Anachorita authoribus. pallio amicitur candido, cerulea & rubenti cruci inſignito, quos Innocentius vocari iuſsit, de Redemptione captiuorum.

Sunt alij multi religioſorum ordines ſub. S. Auguſtini regula, quorum origines, & authores cum hæc curſim ſcriberemus, erant nobis incognitæ, vt ſunt Seruitarum, Fratrum Heremitarum, B. Ioannis Hieroſolymitani, Cruciferorum cū ſtella, Fratrum S. Petri cōfeſ. de Magella, Fratrum Dominici Sepulchri, Fratrum Valliſchollarium, Victorianorū, Fratrum. S. Gilberti de Sempingam, Fratrum. S. Pauli eremitæ, Fratrum de pœnitentia, Coronatorum, Hoſpitaliorum, & aliorum permultorum. Et hi omnes differunt inter ſe veſte, & vitæ præceptis.

Reſtat quarta primæ diuiſionis regula, quæ eſt B. Francisci Aſsiſinatis, cuius ordo Seraphicus, tanquam ſydus in terris illuxit ſub Innocentio. III. Pontificatus ſui. viij. anno. & ſalutis humanæ. M. ccvj. Sed quia poſt ordinem Dominicanorum fuit confirmatus, ideo ſecundum tenet Mēdicantium locum, & euangelicam profitetur normam; ex cuius gremio, velut ex equo Troiano, innumeri veræ fidei

pugiles

pugiles prodiere, signiferum Iesu Christi ad stigmata sequentes. Ordo hic est trifidus, vt Mendicantium, nempe Minorum, Pauperum, & Pœnitétium; & in duplici differentia Deo dicatas habet Virgines. de quo in cle. cũ ex eo, de sen. excom. in cle. j. de reli. do. in extraua. exiui. Barth. Soci. in cons. cclv. incip. omissis multis, &c.

Ordo Minimorum est recés institutus à Beato Francisco de Paula Brutio. prædicti. S. Francisci decreta, & humilitatem æmulatus.

Mulieres item religiosas pauci sunt ordines, qui non recipiant, & in eorum obseruationibus alant. Canonissæ B. Augustini Diuam habét Monicam. Moniales S. Benedicti D. habent Scholasticam, Benedicti sororem. Sorores B. Dominici gaudent D. Clara, & Catherina Senens. Sorores. D. Francisci D. Claram Assisinatem agnoscunt. & sic de reliquis. Inter quas aliæ mitiorem habent regulam, aliæ verò strictiorem. Sunt tamen Canonissæ aliquæ nullam profitentes regulam, quæ reprobantur per. c. pernitiosam, xviij. quæst. ij. Sunt etiam Beguardi, & Beguinæ indutæ cuculla sine regula, & obedientia, quas damnat cle. ad nostram, de hære. Sunt & aliç bene receptæ, vt pœnitentes B. Magdalenæ, B. Hieronymi. B. Damiani, inclusæ, muratæ, &c. Qualiter autem visitari debeant religiosæ, & Moniales traditur in cle. attendentes. de stat. monach.

§ Sunt item & ordines militares ab ecclesia comprobatiç vt sunt milites S. Ioannis Hierosolymitani, Milites sanctæ Mariæ Teutonicorum, Milites S. Iacobi de Spata, Milites Iesu Christi, Milites Calatrauæ, Milites B. Mariæ de Muntesia, Milites Alcantaræ, Milites de Redemptione, Milites. S. Georgij, Milites. S. Lazari, Milites. S. Sepulchri, Milites. S. Thomæ. Templariorum, & Fratereulorum militia est abrogata. Et hæc sunt, quæ dum prælia currerent, pauca potui quã breuissimè seligare, maximè ex diuo Hieronymo, Eusebio, Palmerio, Vincentio, Antonio, Platina, Ioanne Andreæ, Sabellico, & Volaterano, quod bene verant omnes oro, potissimum qui de Christiana religione sincerè sentiunt.

AN

# AN DOCTORIBVS ECCLESIAE, SIue ipsi Ecclesiæ sit magis credendum, quam canonicæ scripturæ. Cap. LVIII.

## SVMMARIVM.

1 Quibusnam magis credendum sit, Ecclesiæ doctoribus, vel ecclesiæ, an vero scripturæ canonicæ.
2 Scientia mediante fides in nobis gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur; & num. 4.
3 Doctoribus minime credendum est, nisi scripturæ sanctæ vel ecclesiæ authoritas vel manifesta ratio eorum dictum roborat.
5 Veteris testamenti authoritas xliij. libris terminatur, Noui autem quibus & quot terminetur.
6 Spiritus sancti regimine & gubernatione mediante, ecclesia errare non potest.
7 Aliquid ab ecclesia receptum fuisse, quot & quibus modis dici potest.
8 Post diuinas scripturas, quotuplex sit opusculorum gradus.
9 Sanctorum patrum opuscula à quo authoritatem receperint.
10 Liceatne de sacra scriptura disputare, remissiue, & nu. 11.
12 Dæmoni an facultas data sit, aliquo modo cogitationes hominum scire, item quibus & quot modis agnosci possit hominum cogitatio.
13 Rationalis creaturæ voluntas soli Deo subiacet.

1 AN †doctoribus ecclesiæ, siue ipsi ecclesiæ sit magis credendum, quàm canonicæ scripturę? Prima facie videtur, quòd sic; & primo. Scriptura canonica, vt puta in euangelio contenta, videtur accipere authoritatem ab ecclesia, ergo videtur, quòd ecclesiæ sit magis credendum: dicit Augusti. contra epistolam fundamenti; Ego euangelio nó crederem, nisi me ecclesiæ catholicæ commoueret authoritas. Secundo sic. dicit Augusti. primo de trinitate, † quod 2 per

per scientiam gignitur, in nobis fides nutritur, defenditur,& roboratur;sed ea,per quæ fides gignitur, nutritur, defenditur,& roboratur, videntur esse altioris authoritatis;ergo scientiæ,siue doctrinæ sanctorum doctorum, per quas fides nutriri dicitur,magis credendum est. Item fides est ex auditu, vt habetur ad Roma. x. ergo fides pendet ex prædicatione,& doctrina doctorum,& prædicantium.igitur,&c. In oppositum est tex.in cap. noli.ix.dist. Vbi litera Augusti.dicit:Noli meis literis,quasi canonicis scripturis, deferuire,sed in illis & quæ non credebas,cum inueneris, incunctanter crede;in istis autem quod certum non habebas,nisi certum intellexeris, noli firmum tenere. Sed respondendo ad tex.in d.cap.noli, dico, quòd scriptura sacra,quæ in præsenti loco dicitur canonica,est multo maioris authoritatis, quàm doctrina quorumcunque sanctorum;& ita magis credendum est canonicæ scripturæ, quã doctrinæ quorumcunque doctorum. quod ex multiplici capite ostendimus: primo sic.Illi doctrinæ est magis credendum,quæ est maioris authoritatis,sed scriptura canonica est maioris authoritatis,igitur,&c. Et tex.in d.c.noli, dicit, quòd his,quæ in canonicis scripturis continentur, immediate est credendum, cum sciuntur in ea contineri; hoc autem non habent scripturæ aliorum doctorum, sed opus est,vt examinentur,si sunt vera. Item regulæ est præferendum magis, quàm regulatis, & scriptura sacra est lumen, & regula,ad quam, & secundum quam omnes doctrinæ doctorum ecclesiæ veniunt dirigendæ, & examinandæ, secundum illud psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen semitis meis; ergo sacra scriptura est anteferenda omnibus doctrinis quorumcunque. Item propter quod vnumquodque tale,& illud magis,vt in authen. multo magis. C. de sacrosan.eccle. † Sed nulli doctori creditur,nisi quatenus dictum eorum, aut scripturæ sanctæ,aut ecclesiæ authoritas, aut manifesta ratio roborat;dicit enim Hieronymus; suspecta debet haberi omnis veritas,quam non confirmat sacræ scripturæ authoritas. Sensus tamen dubius sacræ scripturæ, eiusque interpretatio, semper apud ecclesiam, vel etiam solum summum

Pontificem seruata est, vt ait Aug. lib. primo de moribus ecclesiæ, cap. primo. vide in cap. cum Marthæ, de cele. miss. & xxiiij. quæst. j. cap. quoties. Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd ecclesiam dare authoritatem euangelio, sicue sacræ scripturæ, potest intelligi dupliciter; vno modo sic, quòd scriptura habeat authoritatem ab ecclesia, & sic non est verum, quia authoritatem habet à Deo immediate, à quo edita est. Alio modo potest intelligi, ecclesiam dare authoritatem sacræ scripturæ declaratiue, quia videlicet declarat fidelibus hanc esse scripturam sacram; & sic potest dici, ecclesiam dare scripturæ sacræ authoritatem declaratiue, definiendo hos libros pertinere ad sacram scripturam, scilicet quatuor euangelia, & non euangelia Nazareorum, vel Nicodemi; sicut si aliquis ignoret, vtrùm iste lapis sit saphirus, non propter hoc diceretur sibi dare virtutem, quam habet saphirus: ita recte, licet declaret ecclesia, quòd isti libri sint de canone, non tamè propter hoc sequitur, quòd isti habent authoritatem ab ecclesia. & ideo quod Augustinus dicit, non crederem euangelio, vt dixi, &c. sane est intelligendum, quòd in veritate ecclesia sequitur euangelium, non euangelium ecclesiam: vnde potior est authoritas euangelij, quàm ecclesiæ, per se, & dicere recte: scilicet cum scitur dictum in euangelio contineri, sed distinguere vel eligere verum euangelium à non vero, hoc ecclesia facit à spiritu sancto edocta. & quantum ad hanc euangelij finceram electionem loquitur Augustinus. Non ergo dicit illud Augustinus eo, quod euangelium pertineret ad sacram scripturam, vel non, nisi ecclesia instinctu spiritus sancti hoc declarasset. Sed discretio veri euangelij à non vero pertinet ad ecclesiam: Nam licuit aliquando recedere, & non adhibere fidem quibusdam libris sacris, quemadmodum habet Eusebius in histo. ecclesiast. lib. iij. cap. iij. quia ab ecclesia tunc recepti non erant. Vbi vero recepti sunt ab ecclesia sacri codices, ab eis resilere non licet. Maxima est ergo ecclesiæ authoritas, cuius robur est ab eodem fonte, à quo est euangelium, qui est filius Dei; qui semper ecclesiæ assistit vsque ad consummationem seculi; ipsam instruens per spiritum veritatis.

Item

Item † sacra scriptura non gignitur, & roboratur principaliter per scientiam, aut doctrinam alicuius doctoris, sed ab ipso Deo, à quo est edita, sed tantum per modum cuiusdam exterioris persuasionis: sicut quandoque scientia naturalis persuadet, & etiam ostendit esse vera aliqua, quæ in sacra scriptura continentur; sed non propter hoc sequitur, quòd in authoritate dependeat ab illa, nec quod magis propter hoc credendum sit scientiæ naturali, quàm sacræ scripturæ. Ideo Augustinus super Gene. ad literam dicit; Maior quidem est sacræ scripturæ authoritas, quàm omnis humani ingenij perspicacitas. Et notabis, quòd litera Augu. in d. c. noli, dicit: Noli meis literis deseruire quasi canonicis scripturis, id est, quæ continentur in canone noui, vel veteris testamenti. Itaque Augustinus vocat scripturas noui, vel veteris testamenti Canonicas: ergo scripturam vocat libros noui, & veteris testamenti, quos ipse Augustinus enumerat in secundo libro de doctrina Christiana. cap. iij. dicens; Totus autem canon scripturarum, in quo istam considerationem versam dicimus, libris his continetur; Moyse, id est, Genesi, Exodo, Leuitico, Numeri, Deuteronomij, & vno libro Iesu Naue, vno Iudicũ, vno libello, qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere. Deinde quatuor Regnorum, & duobus Paralipomenon, non consequentibus, sed quasi à latere adiunctis simulque pergentibus: hæc est historia, quæ sibimet annexa tempora continet, atque ordinem rerum. Sunt alij tanquam ex diuerso ordine, qui neque huic ordini, neque inter se connectuntur, sicut est Iob, & Thobias, & Hester, & Iudith, & Machabeorũ libri duo, & Esdræ duo, qui magis videntur subsequi ordinatã illam historiam, vsque ad Reges, vel Paralipomenon terminatam; deinde prophetæ, in quibus Dauid vnus Psalmorum, & Salomonis tres, Prouerbia, Cantica canticorũ, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri, vnus, qui Sapiẽtia; alius, qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicũtur. Nam Iesus filiũs Syrach eos scripsisse constantissime perhibetur: qui tamen quoniã in authoritatẽ recipi meruerũt, inter propheticos numerãdi sunt. 4

Reliqui sunt eorum libri, qui propriè prophetæ appellabantur. xij. prophetarum libri, singuli qui connexi sibimet, quoniam nunquàm seiuncti sunt, pro vno habentur: quorum prophetarũ nomina sunt hæc: Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias; deinde quator prophetæ sunt maiorum voluminum, Esaias, Hieremias, Daniel, Ezechiel. † His xliiij. libris veteris testamenti terminatur authoritas. Noui autem quatuor libris euangelij secundum Mattheum, secũdum Marcum, secundum Lucam, secundũ Ioannem, xiiij. Pauli epistolis ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalon. duabus, ad Colossenses, ad Timo. duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebreos; Petri duabus, tribus Ioannis, vna Iudæ, & vna Iacobi, actibus Apostolorum libro vno, & Apocalypsis Ioannis libro vno. In his omnibus libris timentes Deum pietate manuerunt quærunt voluntati Dei inseruire. j. assentire, vel fidem habere, siue obedire in illis, scilicet canonicis scripturis; & non licet dubitare de his, si vera sunt, vt in ca. quis nescìat. ix. dist. Sed secundum tempora illa, scripta Augustini, & aliorum sanctorum Patrum non erant authentica, sed hodie iubentur omnia teneri vsque ad vltimum iota, vt in cap. sancta Roma. ecclesia. xv. distinct. Sed hoc non videtur verum, quia Augusti. in cap. negare. ix. distin. dicit ista verba; negare non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possunt iusto iudicio, & nulla temeritate culpari. Cæterũ quomodo est possibile, quòd dicta Augustini, & Hieronymi iubeantur teneri vsque ad vltimum iota; cum in multis contraria dixerint. Approbata itaque sunt dicta eorum nõ tamen vniuersaliter, sed ea, quæ de fide catholica, & condemnatione hæreticorum scripserunt; vnde quinta synodus in approbatione illorum ita habet; Sequimur per omnia sanctos patres, & doctores ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, Augustinum, Theophilum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Probum, & suscipimus omnia, quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorum exposuerunt.

runt.hæc in d.canone. Ex quibus patet, quòd etiam secundum tempora nostra congrue ita intelligi debeat. Sed de opusculis sanctorum patrũ, quæcunque in ecclesia recepta sunt, & ab ecclesia approbata, dicamus sic. † Ecclesia errare non potest, cum à spiritu sancto regatur, & gubernetur, ergo opuscula sanctorum patrum, quæ ecclesia recipit, oportet absque omni suspitione falsitatis esse confiteri; alias autem si falsa sunt, aut dubia de veritate, ecclesia illa recipiendo erraret, quod esset inconueniens; ergo, &c. Itẽ oppono de tex. in d.c. sancta Romana ecclesia. xv. dist. vbi opuscula, & tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiarunt, nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt, legendi suscipiuntur, & tamen clarum est, quòd non omnium eorum opuscula sunt approbata, vt non liceat ad oppositum opinari; ergo non omnia opuscula recepta per ecclesiam sunt approbata per eam. Respondeo de mente doctorum, † quòd tripliciter potest dici aliquid receptum ab ecclesia; vno modo per approbationem, prohibendo, ne quis præsumat contrarium sentire; hoc modo sunt recepta ab ecclesia quatuor vniuersalia concilia; de quibus in cap. sicut. xv. dist. de isto etiam modo receptionis habetur in d. cap. sancta Romana ecclesia. vbi dicitur; Opuscula Leonis Papæ ad Flauianum Episcopum Constantinopolitanum, cuius textum si quispiam vsque ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Secundo modo etiam aliqua sanctorum patrum opuscula recepit ad vsum lectionis, siue ad expositionem sacræ scripturæ, sicut opuscula sanctorum patrum in commentis, siue in homelijs sacræ scripturæ; siue ad doctrinam morum, sicut sunt opuscula sermonum sanctorum patrum; siue ad commemorationem gloriæ triumphorum sanctorum martyrum, & vitæ glorioſorum virorum, sicut sunt opuscula gestorum, & hystoriarum sanctorum, & vitæ patrum: hæc autem opuscula, licet ab ecclesia sint recepta ad vsum lectionis, & cum veneratione eis vtatur, tanquam probabilibus; non tamen sunt approbata, vt non liceat aliter sentire, aut exponendo, aut interpretando aliter, quàm

ipsi opusculorum authores senserint, aut interpetrati fuerint; vnde Augusti. in epistola ad Fortunatum; & habetur in cap. neque. ix. distinct. vbi dicitur; Non debetur par reuerentia canonicis scripturis, & expositionibus earum, vt nobis non liceat aliquid in eorum scripturis improbare, si forte inuenerimus, quòd aliter senserint, quàm veritas habeat, talis ego sum in scripturis aliorum, quales volo esse intellectores mearum. ita Augusti. in dicto. cap. neque ix. distin. Tertio modo dicuntur aliqua ab ecclesia recepta per dispensationem, quò ad legendum inter fideles permissa, sicut sunt opuscula doctorum, non modo fidelium, sed etiam paganorum, sicut Platonis, Aristotelis; & hoc in obsequium sacræ scripturæ; sunt enim seculares scientiæ ancillæ diuinæ sapientiæ, iuxta illud Prouerb. viij. Vocauit ancillas suas ad arcem. Leguntur ergo à fidelibus, vt quæ vtilia in eis inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis de-
8 uoti conuertant, vt in cap. turbat. xxxvij. distinct. † Triplex est gradus opusculorum post diuinas scripturas: in primo sunt canones sacrorum conciliorum, & decretales summorum Pontificum, ac doctores sancti, qui authoritate Romanæ ecclesiæ canonizati sunt, & eorum opuscula approbata, vt sunt multi nominati in dict. cap. sancta Romana ecclesia. In secundo gradu sunt doctores, & cæteri prudentes, & catholici, sed nó canonizati, vt sunt Isidorus, Beda, & cæteri. In tertio gradu, & infimo sunt philosophi, doctoresque gentilium: nam etsi Catholicæ fidei veritatē ignorauerunt, mira tamen, & præclara quædam dixerunt de creatore, & creaturis, de virtutibus quoque, & vitijs; quæ etiam fide catholica & ratione humana probantur esse vera. itaque quo ad ea, quæ scripserunt doctores sancti de alijs materijs, quàm de materia fidei, non dicuntur approbata: quod maxime ex eo monstratur, quòd isti sancti in huiusmodi rebus sæpe ad inuicem contrarij, & discordes reperiuntur. Discordant Hieronymus, & Augustinus in eo, quòd Paulus Petrum reprehendit, ad Galatas cap. ij. & in cessatione legalium; discordant etiam de authoritate. lxx. interpretū. Discordat etiam Beda super primum Regum dicens, Samuelem fuisse sacerdotem, quod non ne-

gat

gat Augusti.in libro de quæstionibus noui,& veteris testamenti,q. xlvj. & Hieronymus contra Iouinianum, negat hoc;& Augusti. negat Samuelem sacerdotem,affirmat autem contrarium in epistola contra Faustum. ca.xxxv.scilicet quòd reprobato Hely translatum sit sacerdotium in Samuelem,sicutà Saule translatum est regnum in Dauid. Hieronymus etiam de bigamo post baptismum ordinando cæteris aduersatur; quos sibi præferendos tanquam altius videntes dicit Augusti.in libro de bono coniugali. cap.xvij.Et sic de multis alijs,sicut de Cypriano,qui apud hæreticos negauit vera esse sacramenta. de quo de consecrat.distin.iiij.cap.quomodo. Ideo licet opuscula sanctorum patrum suscipienda sint,non tamen in omnibus,vt in cap.noli.ix,distin. vt superius diximus. † Itaque opuscula sanctorum patrum non recipiunt authoritatem ex authoritate dicentium, sed ex approbatione ecclesiæ, aut quia sacræ doctrinæ,aut rationi consona esse videntur;sed diuinæ scripturæ habent authoritatem ex parte dicentis, videlicet ipsius Dei;& de hoc videbis tex.in cap.ego solis. ix.dist.vbi Augusti.ad Hieronymum sic dicit,ego solis eis scriptorum,qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem,honoremque referre,vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere; aut si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud existimo, quàm mendosum esse codicem,vel non esse assecutum interpretem, quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego,vt quantalibet sanctitate, quantaue doctrina polleant,non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt,sed quia mihi per alios authores,vel canonicas,vel probabiles rationes, quòd à vero non abhorrent,persuadere potuerunt. Etenim notabis, quod sacrosancta Oecumenica,& generalis Tridentina synodus in spiritu S.legitime cõgregata suscipit,& veneratur omnes libros integros cũ omnibus suis partibus,prout in ecclesia catholica legi consueuerũt,& in veteri vulgata latina editione habẽtur;&si aliquis libros ipsos nõ susceperit, anathema sit. Sunt vero infrascripti Testamẽti veteris, quinque Moysis.i. Genesis, Exodus,Leuiticus,Numeri,

Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Ruth, Quatuor Regũ, duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Neemias, Tobias, Iudith, Hester, Iob, Psalterium Dauidicum centum quinquaginta psalmorum, Parabolę, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapiẽtia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetæ minores, id est, Oseas, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus, & secundus.

Testamenti noui quatuor euãgelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Actus apostolorum à Luca euangelista conscripti, quatuordecim epistolæ Pauli ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colosenses, duæ ad Thessalonicenses, duę ad Timotheum, ad Titum ad Philomonem, & ad Hæbreos; Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna, & Apocalipsis Ioannis Apostoli. Itaque si quis libros prædictos integros cum omnibus suis partibus, prout in veteri vulgata latina editione habẽtur, pro sacris, & canonicis nõ susceperit, & traditiones prædictas sciẽs & prudẽs contẽpserit, anathema sit: vt in d. j. decre. iiij. fess. d sacræ œcumenicæ, & Tridentinæ synodi, diximus. Et sic testant omnia scripta, & dicta præpositi Alexadrini de se. Sed vide tex. notabilẽ in c. si ad scripturas. ix. disti. vbi Augustin. ad Hieronymum scribit; Nihil authoritatis, aut ponderis remanebit in sacra scriptura, si aliqua ibi admissa fuerint mẽdacia, etiam officiosa. j. vtilia alicui, & nulli nociua: illud enim est officiosum mendacium, quod alicui prodest, & nulli obest. Et propleniori intelligentia quæritur, vtrum in sacra scriptura aliqua falsitas possit subesse, vel ei admiscери? Sed contra omnia, quæ possent dici, est tex. in d. c. si ad scripturas; qui est diui Augusti. Item est illud Psal. Omnia mandata tua veritas. Item sacra scriptura habetur ex reuelatione diuina: spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines, ij. Petri. cap. j. & Iob. ca. xiij. dicitur; spiratio omnipotentis Dei est, & Eccle. j. Fons sapientiæ verbum dei in excelsis.

Vnde

Vnde de sanctis prophetis, & Apostolis, per quos nobis sancta scriptura data est, dicitur in psal. Illuminas tu mirabiliter à montibus æternis. j. per Apostolos, inquit glo. quare dicitur Sapientiæ, vij. quòd inexinguibile est lumen illius. Item patet ex parte principiorum, quibus innititur; qui sunt articuli fidei, cui falsum subesse impossibile est. 10
† Disputare, an sit licitum de sacra scriptura, vide tex. August. in c. si quis nesciat. ix. distin.

Sed sacra scriptura, siue ius naturale, in ea contentum, præfertur omnibus scripturis aliorum doctorum, & Episcoporũ. Ratio est, quia de scriptura sacra non licet dubitare, aut disputare, vtrum verũ, vel rectũ sit, quicquid in ea constiterit esse scriptum; de Episcoporum autem, siue doctorum literis dubitare licebit, & eas reprehendere, si quid in eis à veritate deuiatum esse repertum fuerit, vt in d. c. quis nesciat. † Itaque de scriptura sacra non est licitum di- 11
sputare, siue de fide; intellige, tanquam de ea dubitando; sed disputare licet de sacra scriptura, & de fide ad confutandum errores, & defendendum eam contra hæreticos, & ad exercitiũ, gratia illucidationis maioris veritatis eorum, quæ in sacra scriptura continentur, assignando ad ea rationes, & similitudines ad fidei confirmationem: & hoc laudabile est, & meritorium; dicit enim ipsa sapientia Eccle. xxiiij. Qui elucidant me, scilicet fideliter, & vtiliter exponendo, vitam æternam habebunt; & Dani. xij. Qui docti sunt, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et ideo prim. Petri. cap. iij. dicitur; parati omni poscenti vos rationem dare de ea, quæ in vobis est, fide. Et inde sacri theologi disputant de multis, & de trinitate, & de articulis fidei, vt per Sanctum Thomam in secunda secundæ, & Albertum magnum in sua summa in prima parte, & vide Cardinalem sancti Sixti in d. c. quis nesciat. Et allego tex. in c. negare. ix. dist. ad ostendendum literas canonicas præstantioris authoritatis esse literis quorumcunque aliorum doctorum, quantuncunque sanctorum; & per consequens præferendas esse omnibus alijs: quia si in opusculis Augustini, & maiorum, vt ipse testa-

tur, sunt multa, quæ iusto iudicio, & nulla temeritate possunt culpari, hoc impossibile sit inueniri in literis canonicis; quia in illis nihil nisi verũ, nihil culpabile continetur, vt in d.c. quis nesciat. itaq; manifeste apparet ex excellentia authoritatis canonicarum scripturarum super omnes alias literas.

Et Augustinus in d.cap. negare, humiliter loquitur; & credẽdum est, quòd vere. vnde fecit librũ Retractationũ, in quo multa retractauit, vt. xxij. quæst. vj. c. vides. & xxvj quæst. iiij. cap. quodam loco. & xij. quæst. j. ca. certe. vbi littera dicit: Certe ego sum, qui statueram nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere, aut si vellet à proposito recedere, recte illi clericatum tollerem: ecce in cõspectu Dei, & vestro muto consilium. &c. & in d.cap. quo-
12 dam loco. xxvj. q. iiij. dicit Augusti. † Quod dæmon non potest aliquo modo scire cogitationes hominum. & iij. Regum ca. viij. dicitur. Tu solus nosti corda hominum. Tu dic, quod cogitatio hominis potest cognosci dupliciter. vno modo in solo effectu, & tunc est conclusio, quòd & dæmon, & alius homo potest cognoscere cogitationes hominum, non solum per actum exteriorem, sed etiam per signa exteriora faciei, vel signa cordis, quòd diuersimode mouetur secundum diuersitatem affectionum; vt etiam medici per aliquas affectiones, vel pulsum cognoscere possunt: & multo magis Angeli. Hinc est, quòd hoc modo multæ cogitationes, & affectiones nostræ cõprehendi possunt à malignis spiritibus: sed hæc cognitio magis est coniecturalis, quam certæ scientiæ. Alio modo possunt cognosci cogitationes, prout sunt in intellectu, & affectiones, prout sunt in voluntate: & tunc nõ cognoscunt cogitationes hominum, sed solus Deus per illud. j. ad Corinth. c. ij. Nemo scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in illo. Itaque internas cogitationes nostras diabolum nõ
13 videre certũ est. † Et volũtas rationalis creaturæ soli Deo subiacet, & ipse in ea solus operari potest: ideo quæ in volũtate sunt, vel ex volũtate dependent, soli Deo sunt nota: quòd si Deus voluntati rationalis creaturæ dedit dominium, siue arbitriũ, cui nulla præsidet nisi diuina potẽtia, &

& sapientia: ideo nulla humana creatura, aut angelica potest conscientiæ humanæ scire secreta, nisi per signa, vel coniecturas, vel nisi nouerit de reuelatione, aut hominis detectione, & denuntiatione. Sed non tradas obliuioni, quòd sacrosancta Tridentina synodus suscipit omnes libros noui, & veteris testamenti, vt in vetteri vulgata latina editione habentur, vt dixi; & vt late in isto ca. continetur.

## DE CELEBRATIONE CONCILIORVM *Vniuersalium in ecclesia Dei: & multa optima, quæ possunt addi ad Capitulum de generali concilio indicendo supra in isto Speculo, hic tractantur.* *Cap. LIX.*

### SVMMARIVM.

1 *Canones generalium conciliorum, quo tempore principium habuerunt.*
2 *Concilium quare dicatur vniuersale.*
3 *Generalium conciliorum celebratio an sit necessaria.*
4 *Quantam afferat vtilitatem vniuersalium conciliorum celebratio. & nu. 6.*
5 *Quod à pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur.*

CAnones †generalium conciliorum à tempo- 1
ribus Constantini ceperunt, vt in c. canones. xv. distin. Et vniuersale concilium vno modo dicitur vniuersale ab vniuersitate orbis, quòd scilicet Papa cum Episcopis de toto orbe Christiano celebrat, quod plenarium concilium iuxta beatum Augustinum appellamus. †Alio modo dictum 2
est cõcilium vniuersale ab vniuersitate authoritatis, quia scilicet tãtæ authoritatis est, vt de vniuersalibus rebus tractet, & omnes fideles ad legũ suarũ obseruantiã astringat.

Et

Et hoc est, quòd Papa celebrat cum prælatis alicuius prouinciæ, aut prouinciarum; etsi non de toto vniuerso christiano euocentur: Qua diuisione memorata dicendum videtur, quod si fiat sermo de concilijs vniuersalibus primo modo, quæ plenaria dicuntur, quo tempore inceperunt, tunc dicendum est, quod talium conciliorum celebratio proprie à tempore Constantini Imperatoris inceperit. Si vero fiat sermo de concilijs vniuersalibus, secundo modo dictis, tunc dicendum est, quòd non à tempore Constantini inceperunt, sed multo tẽpore ante celebrari ceperũt, quia post tempora etiam Apostolorum ante tempus Constantini plura concilia celebrata fuisse antiquæ historiæ nos docent. Vnde tempore Victoris Papæ super quæstione, qua scilicet die paschalis solennitas celebranda foret, vt ex historia ecclesiastica colligitur, lib. v. tres synodos legimus celebratas. vna in Alemania, in qua iussu eiusdem Papæ nimia multitudo Episcoporum congregata est. Secunda synodus tempore eiusdem Pontificis etiam ipso præsidente celebrata est Romæ super eadem materia; de qua synodo scriptum est in. c. celebritate. de consecra. distinct. iij. Tertia synodus celebrata dicitur fuisse in Cæsarea Palestinæ, vt in eodem. c. eccles. hist. habetur. Cui, vt frater Martinus in historia summorum Pontificum dicit, eundem Papam Victorem interfuisse constat. Cæterum tempore Cornelij Papæ, qui præcesit tempora præfati Constantini leguntur duo concilia celebrata contra Nouatum presbiterum, qui negabat lapsos per pœnitentiam posse salutem consequi: quorum vnum celebratum est Rome, quod dicitur fuisse celeberrimum, vt refert Cæsarienſis lib. vj. ecclesiasticæ historiæ. in quo præfatus Nouatus damnatus est. Definitum est inter alia eos, qui lapsi sunt, per pœnitentiæ sacramentum posse consequi medelam salutarem. Secundum Concilium super eadem materia celebratum est authoritate eiusdem Cornelij Papæ, de quo florentissimæ memoriæ Dyonisius Alexandrinus commemorat in epistola ad præfatum Papam. Præterea tempore Dyonisij Papæ duo leguntur celebrata præclara concilia contra Paulum Samosatenum afferen-

tem,

tem, Christum tantum hominem fuisse. Primum celebratū est Antiochiæ; in quo Apostolicæ sedis legatus fuit Episcopus Hostiensis, vt ex sexto libro ecclesiasticæ historiæ habetur. Secūdum etiam celebratū est Antiochiæ, in quo præfatus Paulus arguitur, manifesteque conuincitur. Ité tempore Marcellini Papæ, qui iussu Diocletiani, & Maximiani Imperatorum compulsus, deorum templum ingressus est, metuque pœnarū idolis thura obtulit, congregata est Romæ solennis synodus; de qua in ca. nunc autem. xxj. dist. Et de Papa Marcellino diximus in ca. de concilio generali indicendo supra in isto speculo. Ista sufficiant ad ostendendum, quæ concilia generalia, & quæ non à tempore Constantini Imperatoris incepisse dicantur.

† Et notabimus, quòd celebratio conciliorum generalium est necessaria, & vtilis: quia, vt dicitur prouerbiorum xxj. ibi salus, vbi multa concilia. & Augusti. ad Ianuarium dicit, vt in cap. illa. xij. distin. quòd plenariorum conciliorum est in ecclesia saluberrima authoritas. † Ad quinque, inter multa alia, celebratio vniuersalium conciliorum est vtilis, & necessaria. Primo quidem valet celebratio vniuersalium conciliorum ad conseruandam Christianam religionem in vnitate fidei, quæ primum vinculum est societatis Christianæ, vt dicit beatus Chrysostomus. Hanc vtilitatem conciliorum vniuersalium assignat beatus Isidorus in d. ca. canones. ita dicens; Canones generalium conciliorum à temporibus Constantini ceperunt; in præcedentibus namque annis persecutione feruente docendarum plebium minime dabatur facultas: vnde Christianitas in diuersas hæreses scissa est; quia non erat Episcopis licentia conueniendi in vnum: ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Secundo valet ad faciliorem, & firmiorem elucidationem veritatis in dubijs; faciliorem quidem. † quia quod à pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur, vt ait Inno. in cap. de quibus, de baptis. firmiorem etiam dicimus, quia tanto firmius, siue grauius est iudicium, quanto plurium sententijs confirmatus, & plane cum congregato tantorum patrum approbatur consensu. vnde in cap. extra conscientiam. dist.

3

4

5

distinct.lxiiij.dicit Innocen.Integrum iudicium est,quod plurimorum sententijs confirmatur. Planecum congregatio tantorum patrum ecclesiæ, quibus ait dominus in euangelio.Matt.v.vos estis lux mundi; nil aliud esse videtur,quàm multorum luminarium congregatio. Vnde bene conuenit illud ecclesiastici.xj. Species cœli.j.ornatus ecclesiæ,gloria stellarum.j.doctorum mundi illuminans, vbi gloss.ordinaria ita dicit;Species cœli. j. ornatus ecclesiæ,sanctorum plenitudo, quos Deus excelsus ordinauit, vt prædicatione euangelij mundum illustraret. Tertio conciliorum vniuersalium celebratio vtilis est ad culturam agri dominici,vt in cap. frequens. concilij.Constantiensis.Sunt quidem patres in concilio congregati ministri operarij agricolæ illius, de quo dominus ait,Ioan.xv. Pater meus agricola est, quorum ministrorum officium est,errores ceu vepres de agro dominico euellere;plantare fidem,& euulsis vitiorum radicibus virtutes inserere, atque sanctimoniam. Quarto celebratio conciliorum vniuersalium vtilis est ad tyrannorum, & infidelium superbiam humiliandam, vt dixi in titulo de concilio generali supra in isto speculo. vbi videbis. Quinto vniuersalium conciliorum celebratio ad omnium quasi scandalorum, quæ suscitantur in ecclesia,extinctionem: itaque vt exempla nos docent, vltimum refugium est ecclesiæ in omnibus magnis angustijs suis recurrere ad congregationem concilij generalis.Et omnia contenta in isto capitulo adde ad ea, quæ diximus in capitu. de generali concilio indicendo,supra isto speculo. & dic vt ibi dixi.Et Papa extra crimen hæresis non potest accusari. & ista est veritas. Et data negligentia videbis Felinum in cap.j. de maiori.& obedientia.omnia contenta in isto capitulo scripsimus de mente doctorum iuris Pontificij; ideo notate bene. & videbis supra xvj.capitulo.

Et aduertant beati sacri summi Romani Pontifices circa assiduam congregationem conciliorum generalium; & aduertant Imperatores, & Reges; & aduertant Reuerendissimi Cardinales, & sanctissimi Episcopi:

6 † Nam continua congregatio particularium capitulorum, &

& congregatio capitulorum prouincialium, & congregatio generalium capitulorum viris bonis religiosis seruat omnem religionem indemnem. Itaque capitula generalia sanctæ religionis sunt munimenta, & fortissima propugnacula omnium sacrarum religionum, vt ex euidentia facti omnibus notum est.

## AN ASTROLOGIA SIT ARS PROHIBITA, & de sorte & diuinatione, & Sortilegijs, & de Ludo, & Ventura, & de augurijs. Cap. LX.

### SVMMARIVM.

1 Astrologiæ ars an prohibita sit remissiue, & nu. 2.
3 Liceatne astrologis imagines facere.
4 Virtus cœlestium corporum ad immutanda inferiora corpora se extendit.
5 Hominis voluntas sitne subiecta astrorum necessitati.
6 Astronomia apud catholicos in dissuetudinem abijt.
7 Sors an sit prohibita, & num. 14.
8 Incantatores sortilegi, tanquam Christi inimici insequendi sunt.
9 Diuinatio, & Prophetia, vtrum inter se differant.
10 Diuinationum genera quæ & quot sint, & nu. 12. 13.
15 Chiromantia sitne de iure prohibita.
16 Sors licet in se bona sit, attamen idololatriæ causa prohibita est.
17 Arilogij inuentor quisnam fuerit.
18 Quod incipiens opus aliquod die tali, non habebit bonum effectum, à quibus tale dictum emanauerit.
19 Testator hæredem instituens hoc modo: Ne in die reuolutionis lunæ hæres adeat hæreditatem, & si adeat, eam amittat, vtrũ talu voluntas seruanda sit
20 Sanctorum animæ non fauent illicite interrogantibus.
21 Liceatne dæmonem ad aliquid faciendum interrogare.
22 Quando quis aliter se tueri non potest, non solum vulnerare verum etiam occidere ei licet.

23 Incantat

23 *Incantationes, ad bonum non autem ad malum faciendum, concedentur.*
24 *Reges, qui ad Christum adorandum venerunt, cur Magi appellati fuerunt.*
25 *Sortilegi proprie qui dicantur.*
26 *Sortilegiorum quot sint species.*
27 *Mulier ad credendum debilis ac facilis.*
28 *Sortilegij effectus quidnam requirat.*
29 *Vtrum diuinatio, quæ per dæmones fit, vel per astra, per somnia, siue per auguria & sortes licita sit, remissiue.*
30 *Ludorum quisnam pernitiosus sit, & quis prohibitus.*
31 *Ludus à quo inuentus fuerit.*
32 *Consuetudo peccati nutritiua non valet, neque præscribit.*
33 *Aleator similis est Reipublicæ hosti.*
34 *Scachorum ludus an sit licitus.*
35 *Vtrum illud quod in scachorum ludo vel alio, qui consistit & sit experiendæ virtutis gratia, restitutioni subiaceat, limita.*
36 *Quando dicatur quis ludere ex auaritia.*
37 *Ventura vtrumne prohibita sit, & num.* 39.
38 *Finis in omnibus rebus considerandus est.*
40 *Lucrum, ad bonum finem & cum bono ordine appetere, sine à iure prohibitum.*
41 *Sors, quoad scientiam, non est quid mali, sed quoad exercitium.*
42 *Duo de Papatu contendẽtes, data probationum paritate, vtrum sorti locus sit.*

1 ALiqui † docto. vt Hostien. in summa, in tit. de Sortileg. §. in quo casu tenet, dicunt astrologiam esse prohibitam per tex. in cap. illud, ver. neque hoc genere, xxvj. quæst. ij. & in ea. igitur, ea. cau. quæst. iij. quod verum intelligo, quantum ad hoc, vt astra dicantur necessitare; sed quia tum ad hoc, vt dicantur inclinare homines, non crederem astrologiam esse prohibitam; tanquam superiora sint signa rerum, non autem causæ, per id, quod dicit glos. in cap. non licet xxvj. quæst. v. quod fuit de mente Sancti Thomæ in ij. ij. quæst. xcv. Vnde dicit Archi. in cap. non observetis. xxvj.

xxvj.q.ij.quòd si quis vtiliter considerat tempora Lunæ, puta vt sibi minuat sanguinem, vel medicinam capiat. vel ligna incidat, & similia, non est peccatum: nam videmus ligna incisa in defectum lunæ corrumpi: & ideo moderni astrologi concludunt cum Ptolomeo dicente in Centiloquio; Sapiens dominabitur astris. Vnde dicit Anto. in c. j. de Sortilegijs; contra inclinationem corporum supercœlestium homo potest operari per rationem, cui obediunt vires sensitiuæ: & allegat phi. in j. ethic. & in iij. de anima. & ita procedit, quod dicit Archi. in c. siquis clericus. xxvj.q.v. volens, quòd siquis consideratione astrorum vtatur ad præcognoscendum futuros casus, vel futuros euentus, vel etiam ad præcognoscendum futura opera hominum per certitudinem; procedit hoc ex vana, & falsa opinione; tunc operatio dæmonis se immiscet, vnde erit diuinatio superstitiosa, & illicita. Si vero aliquis vtatur cõsideratione astrorum ad præcognoscendum futura, quæ ex cœlestibus causantur corporibus, puta siccitates, & pluuias, & alia huiusmodi, & tunc non erit illicita diuinatio: & hoc dicit tenere sanctum Thomam. Nec obstat, si allegaretur illud philosophi, necesse est inferiora corpora à superioribus gubernari, quia intelligi debet, cum moderamine inculpatæ necessitatis propter libertatem arbitrij, quam habet homo à prima causa; contra quam astra, quæ sunt causæ secundariæ, & inferiores, operari non possunt. facit tex. in c. inferior. xxj. distin. & c. cum inferior. de mag. & ideo dixit Archi. in d. c. non licet, quòd corpora inferiora reguntur ex vi corporum superiorum, diuina potentia hoc operante, allegat. c. nasci. & c. dominus. lxv. distinct. & c. nec mirum, xxvj.q.v. Et ex hoc infertur, quòd astra non influunt in animam, cum philosophus solum dicat de corpore arg. c. nonne. de præsu. l. cum prætor. de iudi. quod expresse tenet S. Thom. in loco præallegato, cum astra sint corporea, & anima sit incorporea. Dicit enim, quòd subtrahuntur causalitati cælestium corporum actus liberi arbitrij, quod est facultas voluntatis, & rationis; intellectus enim, siue ratio non est corpus, nec actus organi corporei, & per consequens nec voluntas, quæ est in ratione;

one; vt patet per philosophum in iij. de anima: nullum autem corpus potest imprimere in rem incorpoream; vnde impossibile est, quòd corpora cœlestia directe imprimant in intellectum, & voluntatem: esset enim ponere intellectū non differre à sensu, quod est contra Arist. in lib. de anima secundum eum: & etiam fuit de mente Archi. in d. cap. igitur. vbi dicit, quòd illa, quæ causantur per motus corporum cœlestium non causantur ad contingentiam liberi ar-
2 bitrij. † Concludo igitur astrologiam de iure non esse prohibitam, intelligendo tamen, vt supra dixi; videmus namque eam esse positam inter septem artes liberales, & ideo vniuersali consuetudine est approbata; legiturque publice in studijs, ac etiam practicatur, & est naturalis scientia, sine qua perfectus philosophus esse non potest; immo corpora cœlestia fuerunt causæ inductiuæ philosophiæ; vnde dicitur, quòd propter admirari ipsa corpora cœperunt homines philosophari. Ratione ergo saltem consuetudinis, quæ est optima iuris interpres. l. si de interpretatione. de legib. c. cum dilectus. de consuet. & maxime tolerantia sedis Apostolicæ, quæ potest dispensare contra illa iura, quę videnter prohibere astrologiam, vt in c. proposuit. de cōcess. præben. Dicemus ipsam astrologiam non esse prohibitam, licet propter humani ingenij imbecillitatem nō perfecte intellectam. & ita concludit Ioan. de Ana. in ca. ij. de sortileg. Et per prædicta declarabitur l. nemo. C. de maleſi. & mathe. & tex. not. in l. item apud Iabeonem. in §. j. si quis astrologus, de iureiuran. versic. iurisconsultus. differentiā facit inter astrologum, & illum, qui pollicetur aliquam illicitam diuinationem, dum dicit, si quis astrologus, vel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, consultus &c. Et sic de mente iurisconsulti est, quòd astrologia non
3 sit illicita, quod tamen intellige, vt supra declarauī. † Aduertendum tamen est, ne astrologi faciant imagines, quas astronomicas vocant; nam illicitæ sunt, & opera dæmonū effectum habent; Cuiusrei signum est, quare necesse est eis inscribi quosdam characteres, qui naturaliter nihil operātur. Vnde fiunt ibi tacita pacta cum dæmonibus; in imagi-
nibus vero nigromanticis fiunt expressę inuocationes dę-
mo-

monum, secundum Sanctũ Thomam, quem refert, & sequitur Archidiaconus in dicto capit. igitur. circa finem. Et quod dixi de astrologia, idem dico de chiromantia; est enim scientia naturalis, nam lineæ palmæ manus, quæ sunt causæ dictæ scientiæ, generantur simul cum homine. Aristotel. eam approbat, tanquam veram scientiam, vt patet in primo de animalibus, vbi dicit; Pars interior manus vola dicitur, carnosa est, & in scissuris vitæ indicimus distincta longioris, licet vitæ singulis, aut binis ductis per totam breuiores binis, quæ non longitudinem totam designent. & idem in primo problematum, problemate xlix. dicit; propter quid quicunque sectionem, quæ est per manum, habent per totum, longæuij; aut qui inarticulatam, breuioris vitæ sunt; sicut aquosa, & cætera. Et intellige, dictas lineas esse signa, non autem causas eorum, quæ intuitu dictæ scientiæ prænunciantur esse futura. Et sic dico talia necessariò non esse euentura; Deus enim in omnibus futuris liberam habet potestatem, tanquam dominus dominantium; & fatuum esset asserere contrarium. Vnde dicit Philo. in i j. Perierme. quòd de futuris cõtingentibus nõ est determinata veritas & ideo male loquuntur astronomi, & chiromantici dicentes, q̃ infallanter erit; sed debẽt dicere astra, & signa manus multũ sunt ad hoc inclinata. Et videbis disputationes doctissimi Pici Mirandulani aduersus astrologos, vbi multa vtilia inuenies. Et ex supradictis notabis, † quòd virtus cœlestium corporum ad immutanda corpora inferiora se extendit; dicit enim Sanctus Augustinus de ciuitate Dei; non vsquequaquam absurde dici potest ad solum corporum differentias afflatus quosdam sydereos peruenire; & ideo si aliquis inditijs astrorum vtatur ad prænoscendum corporales effectus, puta tempestatem, & serenitatem aeris, sanitatem, vel infirmitatem corporis, vel vbertatem, & sterilitatẽ frugum, & similia, quæ ex corporalibus, & naturalibus causis dependent, nullum videtur esse peccatũ. Nam omnes homines circa tales effectus aliqua obseruatione vtũtur corporum cœlestiũ, sicut agricolæ seminant, & metunt certo tempore; quod obser-

uatur secundum motum Solis. Naute nauigationem vitant in plenilunio, vel etiam in lunæ defectu. Medici circa ægritudines certos dies obseruant, qui determinantur secundum cursum Solis, & Lunæ: vnde non est inconueniens secundum aliquas alias occultiores stellarum obser-
5 tiones circa corporales effectus vti astrorũ iudicio. † Hoc autem omnino teneri oportet, quod voluntas hominis non est subiecta necessitati astrorũ, alioquin periret liberũ arbitriũ; quo sublato nõ deputarétur homini neq; bona operi ad meritum, neque mala ad culpam: & ideo certissimum tenendum est cuilibet Christiano, quòd ea, quæ ex voluntate hominis dependent, qualia sunt omnia humana opera, non ex necessitate astris subduntur. Et ideo dicitur Hieremi. x. A signis cœli nolite metuere, quæ gentes timent. Sed diabolus, vt omnes pertrahat in errorem immiscet se operationibus eorum, qui iudicijs astrorum intendunt. Ideo August. dicit. ij. super Gen. ad literam; fatedum, quadoq; ab astrologis vera instinctu quodã occultissimo elicit, quem nescientes humanæ mentes patiuntur; quod cum ad decipiendos homines fit, spirituum immundorum & seductorum operatio est; quibus quædam vera de temporalibus rebus nosce permittitur. Et ideo Augustin. dicit ij. de doctrina Christia. quòd tales astrorum obseruationes referendæ sunt ad quædam pacta cum dæmonibus habita: est autem omnino Christiano vitandum pactum, vel societas cum dæmonibus secundum illud Apostol. j. Cor. x. Nolo vos fieri socios dæmoniorum. Et ideo pro certo tenendum est, graue peccatum esse circa ea, quæ à voluntate hominis dependent iudicijs astrorum vti. Ita sanctus Thom. ad fratrem Reginaldum fratrem charissimum suũ.
6 † Et notabis, quod astronomia, seu etiam astrologia apud catholicos in desuetudinem abijt, quia dum propria curiositate his nimis erant intenti, minus vacabant his, quæ saluti animarum erant accommodata. ca. sors. xxvj. q. ij. & Christus dixit discipulis: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.

Nunc aliqua de sorte, & diuinatione dicamus. Capien-

do primum modum, † dico sortem esse prohibitam, vnde
in hoc casu nihil aliud est sors, quam diuinatio; & malefi-
cium à sanctis patribus sub pœna anathematis damnata,
vt in c. sortes. xxvj. q. v. & ideo nec credenda, nec exercen-
da est, vt in d. c. sortes. vbi litera dicit: Sortes, quibus cun-
cta vos vestris discriminandis prouinciis, quas patres dam
nauerunt, nihil aliud, quam diuinationes, & maleficia esse
decernimus; quamobrem volumus illas omnino damnari,
& inter Christianos vltra nolumus nominari: & ne exer-
ceantur anathematis interdicto prohibemus. † Et incanta
tores sortilegos velut Christi inimicos insequi oportet, vt 8
in ca. peruenit. xxvj. quæst. v. & contra idolorum cultores;
vel aruspices, atque sortilegos custodia pastoralis inui-
gilet. cap. contra, vicesima sexta, quæst. v. & ab eccle-
sia separentur augurijs, & incantationibus deseruientes,
vt in c. augurijr ea q. & cau. & sortilegam, & magicam ar-
tem Episcopi omnibus modis eliminare studeant, vt in c.
Episcopi. xxvj. q. v. Et quæ magorum præstigijs fiunt, nó
vera, sed fantasmata esse probantur, vt in c. fin. ea. q. & cau.
& videbis docto. & in titu. de sortilegijs. & videbis Hosti.
in sum eo titu. & videbis sanctum Thomam in tract. suo
de sortibus, & in c. v. dicit, vtrum sortibus liceat vti: vbi
multa optima inuenies breuibus verbis. † Et est differentia 9
inter diuinationem, & prophetiam: nam diuinatio pro-
prie in malo, prophetia vero in bono accipitur. Vnde Hie
ronymus super illum locum Miche. prophe. vbi dicitur;
Iudices muneribus iudicabunt, sacerdotes eius munere
respondebunt, & prophetæ eius in pecunia diuinabunt,
& ita inquit: Nunquam diuinatio in bonam partem acci-
pitur; videbantur quidem esse prophetæ, sed quia pecuni-
am accipiebant, prophetia eorum facta est diuinatio. &
transumptiue est tex. in. c. nunquam. j. q. j. facit. c. iudices.
ea. cau. &. q. vnde Christus in euang. Matt. tales pseudo- 10
prophetas, id est malos prophetas appellauit. † Et genus
diuinationis fertur à Persis fuisse allatum, secundum Au-
gustin. in libr. de natura dæmonum, de quo in prin. xxvj.
q. iij. in quo ponit multos modos diuinationis, inter
quos adducens Varronem dicit, † quatuor esse genera 11

diuinationum, terram, aquam, aerem, & ignem. Hinc geomantiam, hydromantiam, euromantiam, pyromantiam dictam autumant. Geomantia enim dicitur diuinatio per terram: geos græce, latine terra, & mantia id est diuinatio dicitur. Hydromantia, id est, diuinatio per aquam ab hydros græce, latine aqua; & mantia, & cætera. Euromantia, id est diuinatio per aerem, euros græce, latine aer dicitur, & cætera. Pyromantia id est diuinatio per ignem, pyr græce, latine ignis dicitur, & cætera. Vnde geomantici dicuntur diuinatores per terram; quod hodie non seruatur; sed illud quod olim fiebat in terra signando, hodie fit in charta cum calamo, & atramento punctando. Similiter hydromantia apud nos est in vsu; est enim hydromantia in aquarum inspectione vmbras dæmonum euocare, & imaginarias ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire; vel adhibito sanguine etiam inferos perhibentur suscitare, & eam exercentes dicuntur hydromantici. ita ad literam dicit tex. in. cap. nec mirum. vicesima sexta, quæst. v. Aliæ vero duæ diuiationes apud nos non sunt in vsu.

12 † Quintum est genus diuinationis, quod à iure non permittitur, & fit per rotam pythagoream, quam aliàs memini me vidisse, de qua intelligitur tex. not. in. dict. cap. non obseruetis, xxvj. q. vij. Et hic Pythagoras secundum Archi. ibi, fuit ille, qui per sonitum aquarum, & malleorum fabrilium cantum, & sonum, hoc est, musicam adinuenit.

13 † Aliud est genus diuinationis prohibitæ, & est sextum, quod ponit idem Augusti. in. d. c. igitur. & dicitur incantatio, quæ est grauissimum crimen secundum Bal. in. l. iij. in vers. deinde nota. C. de Episco. audi. & est peior cæteris; & eam exercentes dicuntur incantatores, qui secundum Augusti. verbis superstitiosis artem peragunt. i. per quandam doctrinam hominum falsam, seu superstitiosam, ex quibusdam signis coniecturando in multis committuntur; & hæc alibi appellatur necromantia, & eam exercentes dicuntur necromantici; quorum precationibus videntur resuscitati mortui diuinare, & ad interrogata responsum dare. Necros enim græce, latine mortuus, & mantia diuina-

tio nuncupatur; ad quos fuſcitandum cadaueris ſanguis adijcitur; nam amare ſanguinem dæmones dicũtur: ideoque quotieſcunque necromantia fit, cruor aqua miſcetur; & colore ſanguinis facilius prouocantur. ita dicit idem Auguſti. in libr. de ciui. Dei, tranſumptiue in. dicto cap. nec mirum, poſt princ. † Quas quidem ſortes ac omnes alias, de quibus in. dict. cap. igitur, ] dico de iure eſſe prohibitas. Et ex prædictis iuribus argumentando à ſufficienti partium enumeratione, quod argumentum tenet. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris. & in. §. actionum. inſti. de actio; † Infertur, chiromantiam, quæ eſt diuinatio per manum, à cheir græce, latine manus, & mantia diuinatio, non eſſe de iure prohibitam: de qua aliquid dicam in fine huius dubij. Et de hniuſmodi ſorte, id eſt diuinatione prohibita intelligatur illud Hieremię. iiij. Sapientes ſunt, vt faciant mala. & Eſaię. v. Vel, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. & Iob. xxiiij. Ipſi rebelles ſunt lumini, neſcierunt vias eius. & Eſaię. xlj. Annuntiate, quæ ventura ſunt in futurum. & ſcimus, quia dij eſtis. & Hiere. x. ſtultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua, confuſus eſt artifex in ſculptili ſuo, vana ſunt opera eorum, & riſu digna, & in tempore viſitationis ſuæ peribunt. & illud Catonis. Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte. Et prohibitionis huius ſortis triplex ratio reddi poteſt. Prima ratio eſt, quia tales diuinare volentes illud, quod eſt ſolius Dei, ſcilicet præſcire futura, attribuere ſibi conantur, vt in. §. j. xxvj. q. v. & hoc ſonat verbum diuinare, id eſt facere illud, quod proprium Dei eſt. & ideo auſus temerarius dici poteſt, propter quẽ angelus de cœlo cecidit, & Adam de paradiſo expulſus fuit; imò Papa in ſibi reſeruatis non vult aliquẽ ſe ingerere, vt in. cap. quod translationem. de offi. deleg. Vnde dæmones, qui ratione creationis, ingenijque perſpicacitate homine ſunt nobiliores, præcise ſcire futura nequeunt, licet cauſatiue poſſint, vt eſt tex. not. iuncta gloſſ. quæ hac not. declarat in cap. ſciendum. xxvj. quæſt. iiij. de quo tex. cum gloſſ. ſequentes eam mentionem faciunt, ſcribentes in c. nouit, de iudi. Secunda ratio eſt, quia dum propria

14

15

curio ſitate his ſunt intenti, minus vacant his, quæ pro-
lute animarum ſunt accommodata, dicit tex. not. in. d. §.
his ita reſpondetur. Tertia eſt ratio, quia ſæpe in huiuſ-
modi ſortilegijs conſuluntur dæmones, & ſic commit-
tur idololatria; & per cõſequens quis cadit in hæreſim. ca.
accuſatus. §. ſane. de hæreti. libr. vj. & in gloſſ. quæ loquitur
de funeſtis precibus emiſsis ad dæmonem pro eius auxi-
lio; de quo per Old. cõſi. ccix. Et Ray. in ſumma, de ſorti-
16 leg. ait; dicendum, † Quod ſors licet ſit bona in ſe, tamen
eſt prohibita propter idololatriã; & hoc caſu verificabitur
gloſſ. in ca. eſt iniuſta. xxiij. quæſt. iiij. quæ dicit, quòd ido-
lolatria puniri poteſt pœna mortis; ſed dũ Ray. dicit quod
ſors eſt bona in ſe, hoc non poteſt procedere in caſu no-
ſtro, in quo, vt dixi ſupra in prin. Sors nihil aliud eſt, quam
diuinatio, & maleficium; quamuis alio reſpectu ſors in ſe
ſit bona, vt dicam in ſequentibus dubijs. Et quòd emitten-
tes huiuſmodi preces ad dæmonem dicantur malefici, ob
facinorum magnitudinem, dicit tex. not. in. l. nemo. C. de
malefi. & mathema. Item dicuntur arioli, vt ibi, eo quòd
circa aras idolorum nepharias preces emittunt. dicit tex.
in d. cap. igitur. in prin. & de iſtis habetur Deuteronom.
xviij. ca. Non inueniatur in te, qui ariolos ſciſcitetur, nec
phytones cõſulat. Dixit tamen Ange. in. l. nullus, C. de ma-
17 lefi. † quòd ariolus fuit primus in terra Aegypti inuen-
tor incantationis, & diuinationis. Itẽ quòd fuit inuentor
ariologij, & abeo dictum eſt. & ſequitur Ioan. de Ana. in c.
j. de ſortileg. in vj. col. & dicunt ibi docto. quòd Aegyptij
dicũtur quaſi tenebroſi; & eſt Aegyptus mater idololatrie.
18 † Vnde Aegyptij inuenerunt, quòd incipiẽs opus die tali
non haberet bonum exitum: quod reprobat fides Chriſtia-
na, xxvj. quæſt. vij. in. cap. non obſeruetis. vbi litera dicit;
Non obſeruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Kalen-
das Ianuarij, in quibus cantilenæ quædam, & commeſſa-
tiones, & ad inuicem dona donantur, quaſi in principio
anni boni fati augurio, aut aliquos menſes, aut tempora,
aut dies, & annos, aut lunæ ſoliſque curſum; quia qui
has, & quaſcunque diuinationes, aut fata, aut auguria ob-
ſeruat, aut attendit, aut conſentit obſeruantibus inutiliter

&

& sine causa, magis ad sui damnationem, quàm ad salutem tendit, siue qui per quosdam numeros literarum, & lunæ, & per Pythagoricam necromantiam ægrotantium vitam, vel mortem, vel prospera, vel aduersa futura inquirunt, siue qui attendunt somnialia scripta, & falso Danielis nomine intitulata; & sortes, quæ dicuntur sanctorum Apostolorum, & auguria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciolas pro quauis infirmitate scriptas super homines, & animalia ponunt præter symbolum, & orationem dominicam; aut magicis falsitatibus in grandinarijs tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut suis domibus introducunt, & interrogant, sciant se fidem Christianam, & baptismum præuaricasse, & vt paganum, & vt apostatam, id est, retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternum incurrisse, nisi ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur: dicit enim Apostolus, siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis in nomine domini nostri Iesu Christi facite, in quo viuimus, mouemur, & sumus. et ibi Archi. Quare Imperator in l. creationem. C. de iur. delibe. reprobat illam superstitiosam solemnitatem antiquorum volentium hæreditatem adiri non posse certis diebus, qui dicuntur cretici; de quibus per glos. ibi. & Bal. dicit, quòd illa lex ostendit, quòd antiqui erant multum bestiales, & nimium colebant dies. Vnde idem Bal. in. l. i. in iiij. col. C. de his, quæ pen. nom. dicit, † quòd si testator mandat hæredi. quòd non adeat hæreditatem in die reuolutionis lunæ, alias priuat eum hæreditate, quòd talis voluntas tanquam superstitiosa seruari non debet per d. l. creationem. Et ideo male faciunt principes nolentes peregrinari, nisi ascendant equum die, & hora eis ab astronomo statuta; & ita transit Ioan. de Ana. in dict. cap. j. Sed ad id, quod dixit Ange. de aurilogio, dicas, quòd non bene loquitur; nam non dicitur aurilogium, sed horologium, quasi horarum logium, id est, horarum lectio; seu prima computatio. & hæc est vera ethymologia ipsius verbi. Et de hac sorte loquitur gloss. not.

in c.constituimus.iij.q.v.quæ dicit,quòd malefici sunt illi,qui faciunt,ne viri possint cognoscere vxores suas,vel qui volunt scire futura, & dicit, quòd hoc est crimen publicum. Sed quòd non sit prohibitum interrogare dæmonem ad aliquod sciendum,probatur; Omnis Christi actio nostra est instructio.ca. exemplum. xij.q.j.c.significasti.de electio. Sed Christus interrogauit dæmonem, quod sibi nomen est? Vt habetur Matth.v.c. Ergo idem videtur esse concessum homini: Nam si hoc malum esset,Christus nō interrogasset,cum Christus nunquam commisit aliquid illicitum,vt habetur in epistola Petri.j.c.ij.Qui peccatum non fecit.&c.

20 † Secundo sanctorum animæ non fauent illicite interrogantibus,sed Sauli Regi interroganti de euentu futuri belli à muliere habēte spiritum phytonis apparuit Samuel;& ei futurum euentum prædixit, vt habetur.j.Regum. xxviij.c.& ibi Nicolaus de Lira dicit post multas opiniones,quòd anima Samuelis virtute diuina, & eius dispensatione apparuit ad annuntiandum Sauli diuinam sententiam. Istud etiam dictum videtur concordare cum eo, quod habetur in libro Numerorum. cap. xxij. dicitur ibi, quòd Balaam magus, & ariolus quater quæsiuit responsum dæmonis, bis in domo sua,& bis cum Balac. Ettum secundum omnes docto.catholicos dæmon virtute diuina fuit prohibitus dare sibi responsum, & angelus bonus dedit ei responsum suæ voluntati contrarium. Dicet aliquis, Ergo diuinatio, quæ fit per interrogationem à dæmone,non est illicita. Quibus potest responderi; & quoad primum dico,quod Christus imperatiue interrogauit dæmonem eum coercendo, vt manifestaret nomen suum alijs,quia non est dicēdum, quòd Christus ignoraret eius nomen,cum ipse sciret omnia.c.nouit.de iudi.c.nouit.de appell.ergo,&c.Quoad secundum respondeo,quod potius facit pro vobis,quàm contra; nam voluntate Dei spiritus Samuelis apparuit Regi Sauli ad ostendendum, Deum nolle dare fidem dæmonijs de futuris;ne decipiant homines, cum sit eorum inimicus, & pater mendacij,vt Christus attestatur in euangelio; & ideo voluit Deus, quod spiri-

spiritus bonus Samuelis, qui non mentitur, responderet Sauli Regi: quare, &c. Et sit vera conclusio, † quòd non 22
licet interrogare dæmonem ad aliquid faciendum; & hoc approbat sanctus Tho. quamuis aliter respõdeat motiuis supra positis .ij.ij. quæst. xcv. artic. iiij. & ibi per eum. dixit tamen Archi. in. dicto. cap. sortes, quòd si quis vtatur somnijs ad præcognoscendum futura, secundum quod somnia procedunt ex diuina reuelatione, vt somnium Pharaonis; vel ex naturali causa, cum abundans humore frigido somniat, quòd sit in aqua; vel ex causa extrinseca, vt ex aere, vel impressione cœlesti; vel quantum se potest virtus talis causæ extendere, non erit illicita talis diuinatio.

Si autem huiusmodi diuinatio causaretur ex reuelatione dæmonum, cum quibus pacta habentur expressa, quia ad hoc inuocantur; vel tacita, quia huiusmodi diuinatio extenditur, ad quod non potest se extendere; erit diuinatio illicita, & superstitiosa; & ita dicit tenere S. Thomam de Aquino. ij .ij. quæst. xcv. arti. vj. An autem licitum sit, vti incantatione ad bonum finem, puta ratione publicæ vtilitatis, vt fructus à grandine non deuastentur; & videtur dicendum, quòd sic; Nam secũdum Phi. iij. Physic. & in iij. metaph. in quacunque re finis attendi debet; sed in hac re finis est bonus propter vtilitatẽ publicam, quæ bonæ est, iuxta not. per gloss. & docto. in. c. bonæ. de postulat. præl. & in ca. scias. xvij. q. j. & in l. vtilitas. C. de primipi. lib. xij. ergo, &c.

Secundo cessante causa debet cessare effectus, l. adigere §. quamuis. de iure patrona. c. cum cessante. de appell. Sed causa, propter quam incantatio dæmonum est prohibita, est propter pacta obsequialia cum eis per incantatores inita per supradicta; sed in casu nostro cessant obsequia, imo fit eis magna iniuria eos fugando, & remouendo ab ipsorum opere incepto; ergo, &c.

† Tertio licitum est cuilibet ob tutelam rerum suarũ re- 231
sistere non solũ vulnerãdo, sed etiã occidẽdo, quãdo aliter defendi non posset, vt in. l. vt vim. & ibi per doctor. maxime Bar. & Bal. ff. de iusti. & iur. & in. l. j. per cosdẽ maxime

Bal.

Bal. in repet. C. vnde vi. Patrimonium est secũda vita, glos. est sing. in. l. aduocati. & ibi Bal. C. de aduoc. diuer. iudi. Si ergo est licitum hoc casu occidere hominem factum ad imaginem, & similitudinẽ Dei, vt habetur Gen. j. in princ. de quo in. ca. hæc imago. xxxiij. quæst. v. quanto magis debet licere incantando expellere dęmonem, Dei inimicum, ac humanæ naturæ, venientem non solum contra priuatam, sed etiam contra publicam vtilitatem. facit quod dicit philosophus in vj. topi. & auth. multo magis. C. de Episc. & cleri. c. cum in cunctis. de elec. c. per venerabilẽ. qui fil. sint legi.

Sed in contrarium facit, quia nõ est faciendũ malum, vt inde sequatur bonum. c. non est putanda. j. quæst. j. & ideo. glos. in vers. compensatio, in cap. j. per illum tex. xiiij. distinct. dicit, quòd in malis non est admittenda compensatio. plus dicit ibi glos. ij. circa fin. quòd pro alterius salute non solum temporali, sed etiam æterna, non licet aliquem peccare venialiter: ergo pro bono, & vtilitate publica conseruanda non erit licitum vti incantatione diabolica, cum non solum sit peccatum mortale, imo sapiat hæresim per supradicta. Et per hæc potest responderi argumentis supra positis, vel specialibus: ad primum respõdetur, quod finis non debet attendi, quando ad eum peruenitur per modum à iure reprobatum: sed in casu nostro modus à iure reprobatur. vt supra ostensum fuit, ergo, &c.

Ad secundum respondetur, quòd in hoc casu non cessat causa, nec fit iniuria dæmonibus, cum eos fugando per prohibitam incantationem quis peccet, & per consequens fiat eis res grata, cum mediantibus peccatis quærunt hominum animas superlucrari.

Ad tertium respondetur confitendo maiorem, quæ est à iure permissa, & per consequens quis non peccat. l. Gracchus. C. de adult. glos. in cap. felicis, in vers. percusserit. de pœni. lib. vj. Sed minor conclusio est falsa, quia à iure reprobatur, vt supra conclusi; ergo, &c. Ego tamen dicerem in hoc esse distinguendum. Aut loquimur in foro temporali, & sic quantum ad pœnam temporalem, est licitum vti incantatione ad bonum finem. ita dicit Bar. per illum

illum tex. in l. eorum. C. de malefi. & mathe. & est de mente Bal. ibi; & ita intelligitur, quod dixit Iacobus But. in l. nullus. C. de malefi. † Quòd incantationes non debent fieri ad malum, sed ad bonum sic: aliàs contra faciens concremabitur; & ita sumant totum illum titulum. Et dicit ibi Angel. post Odof. quòd magni Barones, & domini incidunt in laqueum illius legis, quia nolunt equitari, nisi certis horis secundum consilium illorum incãtatorum, & diuinatorum. Aut loquimur in foro conscientiæ, & sic quòad pœnam spiritualem; & tunc aut loquimur de incantatione, quæ fit dæmonum inuocatione, & auxilio; & nullomodo est permissa secundum Bar. in d. l. eorum, dicentem, se ita intelligere dictum beati Thomæ, nec allegat vbi; forte voluit allegare. ij. ij. quæst. xcv. artic. iiij. Et ita poterit intelligi quod dixit Sal. in d. l. eorum, secũdum quod de iure canonico non licet facere malum ad finem boni; vt refert Ioan. de Ana. in c. ad liberandum. circa. iiij. col. de Iudæ. Item poterit verificari hoc casu, quod dixit Bal. in d. l. nullus. Et isti diuinatores, & incantatores sunt communione hominum priuati; & per hoc possunt excommunicari. Aut loquimur de incãtatione, quæ fit virtute diuina, hoc est, mediantibus verbis diuinis, puta euangelicis, vel psalmorum; & hæc non est prohibita secundũ Ang. in. d. l. eorum. nam tunc cessat ratio prohibitionis, de qua supra. Et hæc distinctio fuit de mente. Io. de Ana. in c. ad liberandũ. & per eam declaratur id, quod dicitur in. ca. j. de sortileg. in vj. col. Et hæc ars diuinatoria dicitur ars magica, non solum prohibita de iure canonico, vt in iuribus prælleg. sed etiam de iure ciuili. C. ac Digestorum l. nemo. l nullus &. l. si excepta. C. de malefi. & in. l. ceteræ. §. i. & ibi. in libris reprobatæ lectionis magicis fortè, vel his similibus, &c. ff. famil. ercis. Item prohibita est de lege Mosaica, & sic de iure diuino, vt habetur Exodi. xxij. cap. dum dicit; Maleficos non patieris viuere. de quo in c. reos sanguinis. §. i. xxij. quæst. v. vnde magi olim dicebantur stellarum interpretes, qui diuinabant, cum quis nascebatur, & orientales appellantur Magi, quia in arte magica prævaluerunt, secundum Archi. in cap. nec mirum. in princ.

23

24 princ.xxvj.q.v. † Et ideo illi tres Reges orientales, qui venerunt ad adorandum Christum, appellati sunt Magi. Alij magi appellati sunt philosophi Chaldeorum secundi Archi.in.§.sed è contra.xxxvij.dist.

Et vide sanctum Thom.in secunda secũdæ.q.xciij.Vbi dicit de speciebus superstitionis.Et primo de superstitione indebiti cultus veri Dei.Secundo de superstitione idololatriæ.Tertio de superstitione diuinationum.Quarto de superstitione obseruationũ.& in q.xciij. dicit de idololatria. & in q.xcv. tractat de superstitione diuinatiua;& primo, vtrum diuinatio sit peccatum;secundo, vtrum sit species superstitionis;Tertio, de speciebus diuinationis;Quarto de diuinatione,quæ fit per dæmones; Quinto,de diuinatione,quæ fit per astra;Sexto,de diuinatione, quæ fit per somnia; Septimo, de diuinatione, quæ fit per augurũ; Octauo,de diuinatione,quę fit per sortes.Vbi videbis late de his omnibus.

25 † Et sortilegi proprie hi sunt,qui sub nomine fictæ religionis per quasdam,quas sanctorum, seu Apostolorum vocant sortes,diuinationis scientiam profitentur; aut quarundam scripturarum inspectione futura promittunt. tex.not.in.c.sortilegi.xxvj.quæst.j. ex quo textu notabis, quòd isti sortilegi,& incantatores sub falso quodam, & ficto religionis nomine, sanctorum, vel Apostolorum sua conficiunt sortilegia: & hinc est, quòd isti incantatores, & maxime mulieres,in suis sortilegijs,& incantationibus,vt vulgariter dicitur,sæpius dicere iubent per maleficiatum, aut infirmũ, Aue maria, vel Pater noster, aut alias similes orationes ad deuotionem alicuius sancti Apostoli, vel martyris, vt sub illorum sanctorum Apostolorum, vel martyrum deuotione,ac præsidio opus, quod conficiunt, videatur ministrari;nihilominus omnia illa sunt falsa, & ficta, & non ad veram deuotionem, seu intercessionem illius sancti Apostoli, vel martyris dicuntur, seu vouentur, sed sub illa falsa religionis demonstratione omnia opera prædicta arte,& præsidio dæmonis conficiunt, & sub
26 illius deuotione vouent. † Sortilegiorum diuersæ sunt species,principaliores vero,& magistrales sunt tres,diuinatrix

natiua, amatoria, & venefica: & de hoc videbis tractatum Pauli Grillandi in volumine tractatuum, vol. v. fol. cliij vbi multa vtilia; & etiam multa extra propositum, quæ nullo iure comprobantur, inuenies. Et de sortilegijs vide debis doctor. in tit. de sortileg. & videbis Hosti. in summa eod. ti. Sed isti sortilegi, diuinatores, & maledici, huius diabolicæ religionis professi, dicuntur hostes humanæ salutis, & humani generis inimici. l. & si excepta. &. l. fi. C. de malefi. & math. vbi etiam videbis Azo. in sua summa. Et incantatores, qui censendi sint, & Arioli qui sint, qui aruspices, qui augures, & qui phytoniflæ; astrologi qui dicantur, qui genethliaci, qui salitores, & necromantici, videbis in dicto tract. Pauli Grillandi in quæst. ij. Sed taceant sortilegi, quia licet possint fieri sortilegia amatoria, & venefica, & in corpore, & extra corpus, amor non vere oritur ex maleficijs amatorijs, quæ fiunt ad amorem prouocandum, quia omnes sunt nugæ, & dæmonis fallaciæ, quæ nunquam sortiuntur effectum. Stante liberi arbitrij potestate mirum quid esset, quòd mulier casta, & honesta violenter traheretur ad peccandum. Et ideo dixerunt quidam magni theologi, quòd si aliquis maleficiatus, aut maleficiata reperitur, qui deueneritad effectus, ad quos tēdūt maleficia prædicta, id profecto non prouenit virtute & potentia maleficij, vel sortilegij rationibus prædictis, propter liberi arbitrij potestatem; sed deuenit virtute diabolicæ tentationis; qui dæmon, vt credentium animas facilius decipiat, ita quòd firmiter credant, quòd illa sortilegia faciant miracula, & vera sint eorum opera, ipsemet adeo vehementer, & sollicite infestat mulierem ipsam tentationibus, & persuasionibus die noctuque, quòd nunquam sinit ipsum, vel ipsam aliquo momento quiescere, nec in somnijs, nec in vigilia; adeo quod multotiens accedente maximo opere, & ministerio extrinseco sortilegiorum, qui extrinsecus cooperāt & literis amatorijs, & precibus, pollicitationibusque verbalibus, fragilis sexus sæpe illaqueatur, & cadit in peccatum: & hoc non prouenit virtute, & potentia sortilegij, sed dæmonis tentationibus, & opera hominis extrinsecus

operan-

operantis, vt dixi, qui infectantur mulierem ipsam, nunquam venatores feram, aut aucupatores auem: Vnde necesse est, quòd post aliquod bellum reddat se victam inimicis hostis. † Et cedat propter suam debilem naturam & imbecilles vires, quas habet ad resistendum diabolo, immo ita facilis est, & credula, vt quæ noua sunt, tam bona quàm mala, libenter appetat; vt notatur Gene. iij. &c. Ierus. de verb. signific. Nec dici potest hoc violenter fieri, sed sponte, quia mulier ipsa sponte incipit incalescere in amorem illius viri, & voluntarie illum desiderat, & hoc euenit ex natura sua & voluntate, non violentia sortilegiorum, & hæc est facilior via ad flectendum pudicos animos ad libidinem, quàm alia. & maxime si quando hæc res nota fit, mittuntur nuncij, epistolæ amatoriæ, & similia ad mulierem: his, vel similibus modis videntur facilius flecti, quia vi ipsius maleficij.

28 † Effectus enim istius sortilegij requirit puram, & liberam voluntatem, quia nemo amat inuitus: & licet isti vulgares fateri soleant se inuitos amare; & propter pactum assumptum compelli ad amandum, hoc est falsissimum, si volumus intelligere de necessitate præcisa, vt compellitur homo ratione, & voluntate: quia hoc non permittit Deus, ne tollatur liberi arbitrij potestas, quam habet homo. Si tu diceres, compellitur homo persuasionibus dæmonis, tũc dico, quòd non compellitur in ratione, sed in concupiscentia carnis, quia fragilis est; & nisi fortiter, & deliberatè resistat, vel fugiat, incidit in laqueum. Itaque quæ magorum præstigijs fiũt, non vera, sed fantastica esse probantur. in. c. nec mirum xxvj. q. v.

Si autem quilibet opponit & dicit; quomodo, vel quando euenient aliqua, quæ illi diuini prædicunt futura; aut quomodo possunt ægris præbere medelam, aut sanis immittere ægritudinem, si aliquid propriæ virtutis, ac potestatis non habeant; hoc à nobis recipiat responsum; quia ideo quisque non debet eis credere, quia aliquando euenient, quæ prædicunt, aut sanare videntur languidos, aut lædere sanos, quia hoc permissu Dei fit, vt ipsi, qui hoc audiunt, vel vident, probentur, & appareant quâ fide sint, & deuoto-

deuotione erga Deũ; sicut in Deuteronomio legitur Moyses ex verbo Dei populo Dei præcepisse ita dicens; Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium dicat se vidisse; & prædixerit signum, atque portentum; & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoramus, & seruiamus eis, non audias verba prophetæ, aut somniatoris; quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrũ diligatis, an non; in toto corde & in tota anima vestra dominũ Deũ vestrũ sequimini, ipsum timete, mãdata eius custodite, & audite vocem illius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis, &c. Vbi sane intelligi voluit, etiã illa, quæ à diuinãtibus nó secundũ Deũ dicunt, si acciderint, quæ dicunt, non sint sic accipienda, vt fiant, quæ præcipiuntur ab eis, nec colantur, quæ colũ-turab eis, nec præter suam potestatem Deus ostendit esse, quòd contingunt: ista, sed quasi quæreretur, cur ea permittat, causam tentationis exposuit, ad cognoscendam vtique eorum dilectionem, vtrũ eam habeant erga Deum suum, cognoscendum vero ab ipsis potius, quàm ab illo, qui sit omnia antequàm fiant. † Et videbis sanctum Tho. in secunda secũdæ quæst. xcv. de diuinationibus. & ibi tractat, vtrum diuinatio sit peccatum. & vtrum diuinatio, quæ fit per dæmones, sit licita. & vtrum diuinationes, quæ fiunt per auguria, sint licitæ. & vtrum diuinatio, quę fit per sortes, sit licita, & in q. xcvj. tractat de superstitionibus obseruãtiarum. & vtrum vti obseruantijs ad præcognoscendum aliqua futura, fortunia, vel infortunia, sit licitum, ibi videbis. & in q. xciij. tractat de speciebus superstitionis. & in q. xciij. tractat de idololatria. 29

### §. De Ludo.

EST ludus quædam alleuiatio laboris, vt in c. contingebatur, de homi. Soci. in consi. xvj. Ludus † quis sit permissus, & quis prohibitus, vide tex. & docto. 30
in l. si gratuitam. ff. de præscrip. ver. §. fin. & in l. j. C. de spectaculis lib. xj. & in c. cum decorem, de vit. & honest. cleric. & in authent. alearum vsus. de relig. & sumpt. fun. & C. de aleato. & docto. in c. clerici, de vita, & honestate clericorum.

corum. Et dic, quòd regulariter est prohibitus ludus
azardi, quàm alearum, etiam cum taxillis iustis, vt in
authen. alearum vsus, & in authen. interdicimus C. de
pisc. & cleri. & Oldra. in consil. lxxviij. Sed ex nunc
ludus non est prohibitus. Salicet. in d. authen. alearum
sus. vide Iacobum Butrigarium in l. j. C. de nautico
re. Sed in ludo tempus amittitur, & oportet semper
re, &c. & de omni verbo ocioso reddenda est ratio
enim ludos appellat, ex quibus crimina non oriuntur
pœmio digestorũ. §. illud. facit quod dixit Bal. in l. C.
quis in frau. patroni, quòd vincens ex ludo prohibito
citur acquisiuisse ex maleficio. & vide Archidi. in c. j.
distinct. Sed si luditur conuiuium, hoc casu ludus non
prohibitus secundum gloss. in d. c. j xxxv. distinct. & v
ibi docto. quia d. gloss. in materia ludi est magistralis
modo non ludatur excessiua quantitas. pro quo facit
authen. alearum vsus. & dicerem quantitatem excessi
31 considerata conditione personarum. † Et ludus fur
uentus à diabolo, vt in. cap. præterea. li. distinct. & con
tudine non poterit validari, vt in. cap. ex parte. de con
tud. nec obstat, si diceretur hanc consuetudinem ludo
in toto orbe esse præscriptam ab eo tempore, cuius
extat memoria in contrarium. c. super quibusdam. §. p
terea. de verborum significic. l. hoc iure. §. ductus aq
aqua quoti. & æstiua. & in l. j. §. fi. de aqua plu. arcen. &
l. si arbiter. de proba. & Archi. in cap. generali. de elect.
32 libro. vj. ad omnia iura respondeo, non procedere, † q
do consuetudo esset nutritiua peccati, per gloss. sing
rem in c. denique, iiij. distinct. dicentem, Consuetudo
cusat à pœna temporali, non autem à pœna gehennali. c
si Romanorum. xix. distinct. facit gloss. in c. quanto. de co
suetud. quia potius dicitur corruptela, quàm consuetu
Et huius ludi conditio est adeo ignominiosa, & vitu
rabilis. quòd cum Chilon Athenensis philosophus, vn
ex septem sapientibus, missus esset Corinthum in pe
societatis causa, & ibi duces, & seniores populi lude
alea comperisset, adeo illud abhorruit, vt statim in
negotio illinc discederet, inquiẽs: Nolle se Spartanorum
qua-

quorum virtus per orbem clarescebat, hac infamia macularе, ne diceretur cum aleatoribus societatem contraxisse; vnde dixit Odoffre. in l. j. ff. de aleatoribus, † quòd a 33
leator est velut hostis reipublicæ. & Philosophus in iiij. ethic. affirmat, lusores esse deterioris conditionis quam latrones.

† De ludo autem scachorum licet non sit species sortis, 34
laicis licitus est, dummodo non excedant in ludendo vnum aureum, etiamsi sint diuites, vt in dict. authen. alearum vsus. Et hoc est verum in toto die, quia tunc liceret propter rationem positam in dict. authen. ita Ang. in tractatu maleficiorum. & fallit, nisi esset tempus reseruatum deuotioni, & pœnitentiæ, quia tunc ludentes peccarent mortaliter secúdum Richardum in senten. distinct. vij. artic. v. quæst. viij. fallit etiam, nisi auaritia luderent, vel interuenerit blasphemia. Et ludendo maximā quantitatem præsumitur quis ludere ex auaritia secundum Cardin. in d. cap. clerici. de vita, & honest. cleri. & hoc extenditur ad omnes ludos sui natura permissos. Itaque si luditur causa cupiditatis ad pecuniam, cuitandus est, sicut peccatum mortale. & videbis Cardin. Sancti Sixti. in cap. Episcopus. xxxv. distinct. vbi multa de ludo; & sanctus Thom. dicit in secunda secundæ quæst. xxxij. ad septimum. Circa illa vero, quæ per aleas acquiruntur, videtur esse aliquid illicitum ex diuino iure, scilicet, quod aliquis lucretur ab his, qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt minores & furiosi; & cum quis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum, & ille, qui fraudulenter lucratur ab eo, in his casibus tenetur ad restitutionē. Aliquid autem videtur esse illicitū ex iure ciuili, & prohibet vniuersaliter tale lucrū, qui sunt talibus legibus subiecti, tenentur ad restitutionē, qui lucrātur; nisi consuetudo contraria præualeat, aut nisi ille lucratus sit ab eo, qui traxerit eū ad ludendū. Et clericus publice aleator ipso facto priuatur à promotione, sed nō à beneficio, nisi præcedat monitio. † Et illud, & vinci- 35
tur in ludo scacchorū, vel in ludo, qui consistit, & fit gratia virtutis experiendæ, nō subiacet restitutioni; nisi quis principaliter ludat, causa spoliandi proximum. ita Panor. in d.

36 c.clerici. de vita, & hon.cle. & ibi vide doct. Et hoc quòd vocatur quis ludere ex auaritia, quando principale fundamentum ad ludendum est lucrum: itaque ludus in se non sit malus, tamen ludere ex auaritia, & causa lucri, est peccatum graue, & turpe: ita doctissimus Caietanus in secunda secundæ. in Commentariis quæst. clxviij. artic. iij. & ibi dicit, etiam turpe lucrum appetitum quòd ludo acquiritur. & in dict. quæst. videbis sanctus Thom. & in quæst. xxxij. & ibi etiam dicit Caiet. Quod abusus ludi ad auaritiam freno eget, & Regum est hoc malum compescere; ideo leges prohibent ludos fortunæ quoniam ipsis maxime homines abutuntur ad auaritiam & licet honesta ioca interdum suauia sint, tamen abeunt in sophistica abhorrent regula; quoniam in scripturis sacris non reperimus ea, quemadmodum vsurpare possimus. ita dictus Thom. in dict. quæst. artic. ij. & Augustinus dicit pœnitente loquens; cohibeat se à ludis sæculi, qui perfectam vult consequi remissionis gratiam. dicitur etiam Hieremia. xv. Non sede in concilio ludentium. & Thom. iij. dicitur; Nunquam enim ludentibus misericordiæ.

## §. De Ventura.

37 AGgredior vltimum modum sortis, † prouentura à vulgarium more, & hanc dico non esse prohibitam; nam sors hoc casu nihil aliud est, quàm res in humana dubietate, diuinam iudicans voluntatem ita dixit tex. in cap. non est aliquid mali, xxvj. quæst. ij. Augusti. super psalmo: In manibus tuis sortes meæ; sed dum sanctum Thom. in secunda secundæ quæst. xcv. artic. fin. Et ita intelligitur, quod dixit Ambros. super Luc. relatũ per ipsum Thom. vbi supra. Qui sorte eligitur, humano iudicio non comprehenditur, & cætera. Vnde ratione essentiæ hæc sors non est prohibita, cum à diuina dispendeat voluntate. & ideo Bal. in l. fin. in princ. C. de leg. not. ex illo tex. quòd mittere sortem non est pec-
38 tum. Item non est prohibita ratione finis, † qui in omnibus rebus considerandus est, secũdum phi. in iij. phys.

in iij. metaph. qui dicit, quòd est perfectio cuiuslibet rei. & ideo Bal. C. de sum. trin. & fi. cath. dicit, quòd secundum physicam regulam; cuius finis est bonus, ipsum quoq; bonum est. facit ca. merito. xv. quæst. j. Sed finis Venturæ est lucrum, quod in se non est prohibitum; nam diuitiæ non sunt malæ in se, nec eas appetere peccatum est, quando ad bonum finem appetuntur, & cum bono ordine, secundum Bald. in. ca. nam concupiscentiam. de constit. & fuit sententia Boetij de philosophica consolatione. c. ix. facit glos. not. in c. clericus. xiij. q. j. & quod dicit Abb. in c. super eo. ij. in. ij. col. de testi. & glos. in. c. militare. xxiij. q. j. quæ dicit, quòd licitum est augere diuitias. Sunt enim diuitiæ de genere bonorum, secundum Philo. in primo ethic. meminit sanctus Thom. secunda secundæ, q. clij. arti. ij. Sũt etiam ad perfectionem nobilitatis. tex. est not. vbi Iacob. de Butr. & Bald. in l. nobiliores. C. de comer. & merca. facit quod dicit Abb. in c. constitutus. in iij. col. de appell. & interest reipublicæ habere ciues diuites, ac nobiles. facit ad hoc glos. not. in. c. j. & est glos. tertia. xxj. q. j. iunctis his, quæ ponit Bartol. in. l. j. C. de digni. lib. xj. Et quòd diuitiæ nõ obsint, si quis eis bene vtatur, voluit Hieronym. in epist. incipiente; Vereor, &c. in princ. & phil. in primo Poli. dũ modo quis in eis non ponat felicitatem, secundum Egidi. de regi. princip. c. vij. & refert. Alberi. de Rosa. in dictionario suo. in vers. diuitiæ. Et ita poterit intelligi illud psalmistæ; diuitiæ si affluunt, nolite cor apponere. †Item quòd 39
hæc sors non sit prohibita, probatur; nam rationes prohibitoriæ sortis, prout est diuinatio, non militant in hac sorte; vnde Bedà in c. non exemplo. ea. cau. & quæst. quod originaliter est super actus Apostolorum; concludit hãc sortem impellente necessitate concessam esse instar Apostolorum, qui effusis ad Deum precibus hoc modo consulebant: quicquid dixerit Hosti. in tit. de sortileg. in summa. & in. c. non exemplo, legitur: Non exemplo Matthiæ, vel quòd Ionas propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum; cum priuilegia singulorum, vt Hieronymus ait, communem legem omnino facere non possint; si qui tamen necessitate aliqua compulsi Deum

putant sortibus, exemplo Apostolorum consulẽdum ẽ, videãt huiusmodi ipsos Apostolos non nisi collecto fratrũ cœtu, & precibus ad Deum fusis, egisse. Et ideo concludit qd' in casu, quo quis indigeret pecunia, nec aliter habere posset, vel vellet vendere rem suã, nec aliter posset, nisi ponendo rem suam sub sorte, vt in præsentia fit hic Nero, talis sors non est prohibita; est enim hoc casu quædam interiecta venditio; dummodo talis non colligat maiorem quantitatem pecuniæ, quam res ipsa valeat; & cessante omnis alia fraus; aliàs ratione fraudis esset obligatus in foro conscientiæ ad restituendum illud plus, quod colligit, per id, quod dixit gloss. in vers. vt plus. in c. hoc ius potest. 11. x. q. ij. & Bal. in cap. cum causam. de testib. Archid. in c. sors. Et idem credo, vbi nulla esset necessitas, sed solum ratione spe lucri ponetur pecunia sub sorte; nam fraude cessante non putarem hanc sortem esse publicam. † cum ergo petere lucrum ad bonum finem, & cum bono animo, vt supra dixi, non sit à iure improbatum, precibus tamen primo ad Deum emissis. d. ca. non exemplo, in fi. quia hoc casu Deus tentari videtur, vt dicit sanct. Thom. in 4. co supra allegato, adducẽs illam authoritatem Ambrosii, de qua memini in princ. huius quæstionis; nam cum necessitas ibi nõ videtur probari. Vnde dicerẽ Deum tentari quando absque causa licita; secus si cum licita, vt est in casu nostro, vt probaui, sors emitteretur. facit illud Matthæi 4. in euangelio; Non tentabis dominum Deum tuum: Ita proprie non potest dici Deus tentari, cum omnia sint præsentia, tanquam cordiũ scrutatori. c. erubescãt. xxxv. dist. c. nouit, de iudi. cap. omnipotens Deus. ij. q. ij. & quod dixit Christus diabolo, more humano loquutus fuit. Nam antequam tentaretur, hoc euenturum non ignorabat; fuit namque diuinum mysterium. Vnde dom. Anan. in c. fi. de sortileg. dicit, quòd emittere hanc sortem, est quoddam tentare Deum; quasi voluerit dicere, quod non est propriè tentare. Et hæc sors dicitur consultoria, quia more Apostolorum Deus cõsulitur, quid obtinere debeat, vt d. c. non exemplo. Et quamuis prohibeatur in electionibus ecclesiasticis, vt in c. fi. de sorti. & renet sanctus Thom-

40

vbi supra. & Host in d. versic. penult. data est namq; in eis à iure specialis forma, de qua in c. quia propter. de electio. tamen in electionibus secularibus hæc sors militat, maximè hic Neapoli: nam Electi eliguntur per breuia. Nec obstat, si allegaretur glo. in §. interdicimus, in authē. de sanct. Episc. dicens, quòd quis non debet se committere viribus fortunæ; & ideo propter hoc, ludum esse prohibitum. quod etiā voluit glo. in authen. interdicimus, C. de Episc. & cleric. nam non recte loquitur. quia fortuna, & sors cōuertuntur. d. c. fors. quæ sors non est mala, vt dixi; nec ludus ex natura sua, ratione fortunæ, sed ratione accidentiū est prohibitus, vt latius probaui. Et ideo de hac sorte verificabitur, quod dixit Angelus in. l. sed cum ambo. per illum tex. de iudi. quòd sors est licita; vnde dicit, quòd quāuis totus tit. de sortilegijs eā prohibeat, intelligi debet, quòd prohibeat scientiam sortis, non autem ipsam sortem, quia sors nihil mali est. allega. dict. c. fors. Sed contra hoc tenet Hosti. in sum. de sortileg. in §. j. in fin. dicens, † Quòd sors 41
non est quid mali, quo ad scientiam, sed quo ad exercitiū. quod verū intelligo, habito respectu ad sortē, prout est diuinatio, vt declaraui sup. in §. quæsito. non autem habito respectu ad sortē, prout est, q̄ iuxta vulgares dicitur Ventura, de qua in hoc quæsito; quia eius exercitiū non prohibetur per prædicta. Et q̄ dixit Ange. in d. l. sed cum ambo, procedit in iudicijs, quando est dubiū iuris secundum Io. Andr. in c. licet causam reprobat; nisi veniat in præiudicium tertij. l. huiusmodi. §. fin. de leg. j. Et ideo si duo simul semel impetrant canonicatū, nec apparet in impetratione quis fuerit prior, non est locus sorti; quia agitur de præiudicio canonicorum. ita dicit Angel. in. d. l. sed cum ambo, ad declarationem glos. in. c. si duobus. de rescrip. libr. vj. de qua glos. idem Ang. meminit in l. fin. C comm. de leg. quæ glos. est super versic. concurrant. facit glos. penult. in fini. in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. & glos. in. §. fin autem, in lit. de sat. is. cut. Sed quando est dubium fieri, fors non est licita. glos. est in versic. prohibebit in l. j. C. vti possid. quam pro sing. in. dict. l. huiusmodi. in. §. fin. allegatur Imo, Sed do. Anton. in. cap. fin. de sortileg. in fin. dicit i-

dem esse etiam, quando est dubium fieri. alleg. gloss. in
licet causam, de proba. in gloss. bene tamen. in verbic. nisi
si constat: quod dicit placere Hosti, vt ipse domi. Anto. de
sit in dict. ca. licet. ad quem in hoc me remitto. Et hæc lor
dicitur diuisoria secundum Archid. in dicto cap. sors. &
sanctum Thom. vbi supra. Item dico etiam standum sor
in extraiudicialibus, vt dixi, in electionibus. Item in ca
quem ponit Bald. in §. nos itaque. in proœ. Digestorum
Consuetudo est dominorum, quòd primogenitus succe
dat in dominatione: Modo nati sunt duo, nec apparet
ordine; dicit, quòd ambo succedunt: vel forte robustior,
quia præsumitur celerius exijsse de carcere materni ven
arg. l. si fuerit. §. fin. de rebus dub. Sed posito, quòd ambo
succedant, si quæritur quis primo debeat nominari in eo
rum rescripto, dicit Bal. forte dirimendum, per Lij. C. qui
do, & qui. quar. pars deb. lib. x. facit ad prædicta tex. in
optionis. & ibi gloss. in versic. sorte. insti. de leg. Plus con-
42 suluit do. Cardin. in consi. cl. † quòd si duo contendun
de papatu, data paritate probationum locus est sorti; &
dixit de hoc conferri. Idem tenet Petrus de Monte, olim
Episcopus Brixiensis in tract. de potestate Papæ in. xxx
col. alleg. Cardin. in c. licet, de elect. Ex quo sequitur, quod
in beneficialibus locus est sorti, quamuis moderniores
c. capitulum. cirea fin. in versic. sed an sorti. allegét in con
trarium do. Cardin. in dicto. cap. licet causam, dicentes
in beneficialibus non esse locum sorti; per not. in. ca. ex
qui, de eo qui mitt. in pos. libr. vj. & ratio est secundum
eos, ne detur vitiosus ingressus. Item notabis vltimo, quod
sors non intelligitur prohibita, nisi in casibus à iure ex
pressis. text. est iuncta gloss. in princ. in. c. fin. de sortileg. &
hoc expresse tenet Abb. in ij. not. dicens, quòd in electio-
nibus ecclesiasticis non est sorte procedendum, secus in
electionibus laicorum: quia in illis vsus sortis non repe-
ritur prohibitus, ex quo tantum se subijciunt fortunæ, & ita
dicit in multis locis facere laicos eligentes officiales per
ballotas, & breuia, quod dicit esse notandum.

# DE PENSIONIBVS ECCLESIASTICIS. Cap. LXI.

## SVMMARIVM.

1 Pensionum species, quæ & quot sint.
2 Pensio propria quid sit.
3 Beneficia ecclesiastica sunt de iure diuino.
4 Lex loquens de beneficijs, an locum habeat in pensionibus.
5 Clericus pensionarius tenetur horas canonicas dicere, & num. 21.
6 Per contractum matrimonij, extinguitur ecclesiasticum beneficium, nec nō pensio quæ loco beneficij habetur, limitatamen, & nu. 10
7 Pensio data Petro tanquam clerico, vtrum intelligatur loco beneficij data.
8 Beneficium curatum, possitne per minorem annorum XXV. obtineri. Item quæ ætas sufficiat ad canonicatum obtinendum.
9 Beneficio priuatus ob non solutionem pensionis, teneaturne vltra vius ad solutionem pensionis.
12 Pensiones in fraudem constitutæ, reprobatæ sunt, & nu. 13.
14 Pensionarius vtrum agere possit contra antiquum vel modernū beneficij possessorem, pro pensione decussa.
15 Beneficium competens secundum personæ qualitatem, quodnam dicatur.
16 Vtrum pensio pecunia redimi possit, variæ opiniones.
17 Simonia proprie quid sit, & cap. 62. nu. 1.
18 Annua pensio militi constituta super Episcopatu, an talis pensio ab Episcopo redimi possit.
19 Clericus in minoribus aut in sacris constitutus, annua pensione gaudens à Papa concessa, vtrum per Episcopum redimi possit.
20 Beneficiatus, pacifice & iusto titulo beneficium ecclesiasticum possidens, & sine aliqua pensione, indebite citatus, vexationis causa pensionem assignans, vtrum talis pensio redimi possit, & nu. 20. Cap. 62.

21 An Summus Romanus Pont. aliquo pacto involuatur vitio & peccato simoniæ remissiue, & nu. 6. Cap. 62.

22 Pensionarius an habeat ius in decimis.

1 PEnsionum † plures sunt species: vna, quæ instituitur per summum Pontificem in beneficijs ecclesiasticis pro libito voluntatis; alia, quæ constituitur per Episcopum ratione necessitatis, & vtilitatis: alia, quæ pro bono pacis imponitur. ca. nisi essent, de præben. alia, quæ per fundatorem ecclesiæ ponitur. ca. quanto. de censibus. Itaque pensionis licitæ sunt plures species; quia aliqua datur loco beneficij, & virtualiter est beneficium. vt in clemen. ad audientiam. de rescript. & alia pensio est secundum formam, tex. in. c. extirpandæ. §. fin. de præben. alia pensio est, quæ datur in titulum, vt in clemen. ij. de vita, & honest. cleric. de ista loquuntur docto. in. c. postulasti. de rescrip. Causa impulsiua pensionis fuit res literaria, quia summi Pontifices solent reseruare pensiones, non solum in Episcopatibus, sed etiam in alijs ecclesijs curatis, circa literatas personas, quæ maioribus sunt beneficijs honorandæ, vt in. c. de multa, de præben. Et ratio est, quia literatę personę prosunt non solum ecclesiæ, sed toto orbi, vt in authen. habita. C. ne filius pro patre. † Et pensio est certa portio ex be-
2 neficio assignata ex causa. ita Cardin. in clemen. j. de supplen. negli. prælatorum. & pędet à proprietate beneficij, & virtualiter, vt dixi, est beneficium. Et de ista pensione, quæ cum causa assignatur clerico, vt sunt pensiones, quæ hodie communiter sunt in vsu, erit ferrago præsentis capituli. Dixi, quod pensio est certa portio, quia assignatur in certa quantitate, & etiam posset assignari in quota. dixi ex causa, quia Papa regulariter non assignat pensionem super fructibus beneficij sine causa, licet facere possit. Ratio meritorum erga ecclesiá est causa, & si alter litigantium cedit liti, & causæ ad commodum conlitigantis; Papa tũc credenti iuste assignat pensionem, vt in dict. ca. nisi essent. de præbend. fraude tamen litigantium cessante, sed iuxta formam text. in d. ca. nisi essent. Item quando quis renun-

ciat

ciat beneficio, non ex pacto, potest Papa assignare pensionem renuncianti; sed aduertite, quia in spiritualibus non admittitur pactio.

† Et beneficia sunt de iure diuino, dico beneficia ecclesiastica, quia Dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Matth. x. & Lucæ. x. Sine expressione causæ, etiam Papa potest assignare pensionē, quia ad Romanum Pontificem, ecclesiarum, personarum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plena, & libera dispositio est, quia generalis dispensator est, & plenissimam potestatem habet, vt per docto. in clement. j. vt lite penden. & in. cap. ij. de præben. in vj. & in. cap. proposuit. de concessio. præbend. cap. omnes. xxij. dist. cap. quod autem xxiij. quæst. vij. c. si Papa. de priuileg. in vj. c. cuncta per mundum. cap. per principalem. ix. q. iij. Itaque literato, & ex causa cessionis iurium, & similibus Papa imponit istas pensiones, & etiam sine expressione causæ, vt dixi. & vide Felin. in cap. ad audientiam, de rescript. quædam etiam pensiones dantur pro officio, & seruitio temporali laicis. dico pro seruitio impenso, vel impendendo, vt puta pro pulsando campanas, pro aperiendo fores ecclesiæ. & istę tales pensiones possunt redimi, & talis pensionarius non tenetur dicere officium: sed quando pēsio datur clerico, talis pensio datur loco beneficij, & virtualiter est beneficium ecclesiasticum, sic & pensio capitur in recto pro iure colligendi fructus, ratione officij diuini, cui homo est alligatus, & obligatur orare pro his, quibus alter beneficiatus, qui est in possessione totius categoreumatice. i. totius prædicamenti, & quamuis pensio non vocetur beneficium, non refert. Nomina enim significant ad placitum, vnus habet nomen beneficij, vt rector, assignando alteri pensionem. ita Ioannes maior, maximus inter doctores, Parisiensis, in iiij. distinct. xxv. ibi dicit etiam de pensione temporali, quæ assignatur pro seruitio temporali, quæ potest assignari laico. & de hoc infra dicemus. Est alia pensio, quæ datur in titulum, quando certa pensio extrahitur ex pingui beneficio, vt deinceps sit perpetuū beneficium; & ista pensio hodie parū in est in vsu, & opti-

§

optimum esset si Papa omnia pinguia beneficia, & opulenta diuideret, quia si messis multa, alij operarij mittendi sunt. de ista pensione loquitur Card. in clemen. j. de supplen. negli. prælatorum. Sed illa pensio, quæ licet non sit beneficium, datur loco beneficij, ius est spirituale, & clericale: habẽt enim tales pẽsiones, quæ clericis in minoribus, & maioribus ordinibus cõstituti assignãtur, habent imagine præbẽdæ, sicubi modo in more sunt, & spiritualibus annectũtur; & tales pensiones etiã pueris assignari possunt, si sunt in minoribus ordinibus cõstituti: puer autẽ in beneficialibus dicitur à septimo vsq; ad quartumdecimũ annũ. Abbas in c. super inordinata. de præben. nam laicus sui natura non est capax beneficij: cum non clerico beneficium conferri non possit. c. cum adeo. de rescrip. &. ca. ex literis.
4 de transa. † Et lex loquens de beneficijs habet locum in pensionibus, vt in c. mandatum, de rescript. & ibi docto. Et sic videmus, quòd sicut de beneficio in impetrationibus, ita hodie debet fieri mentio de pensione, quæ assignatur loco beneficij, vt per docto. in ca. in nostra, de rescriptis, & gloss. in regula. lxi. non obstat, pensio non permanet, sicut beneficia. quia beneficia sunt perpetua, & pensio, quæ datur loco beneficij, finitur morte pensionarij, & licet talis pensionarius non teneatur ad residentiam personalem in certo loco, nihilominus tenentur pensionarij ad recitandas horas canonicas, vt dixi, quia viuit de altari, & viuit de patrimonio Christi, & secundum Apost. per locũ à conuersis, qui viuit de altari, &c. Et omne beneficium datur propter seruitium, quia talis pensio loco beneficij subrogatur, & subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Et quòd ille pensionarius teneatur recitare horas canonicas. tex. est singu. in cap. si qui vero xxxij. distinct. & etiam est optimus tex. in. cap. quia tu. xij. quæst. j. vbi propter portione, illa quæ datur clericis coniugatis, in canendis psalmis debent inuigilare; & ratio est, quia viuebant de altari. & qui manducat, laboret: & quia res est maximæ importantiæ, recito verba tex. in d. ca. si qui. xxxij. dist. vbi Gregorius Anglorum Episcopo scribit: Si qui vero sunt clerici

clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere nō possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere, & sub ecclesiastica regula sunt tenēdi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis & cor, & linguam, & corpus (deo auctore) cōseruent. Ecce omnia, ad quæ tenentur viuentes de altari, licet sint clerici coniugati; & sic à fortiori clerici in minoribus obligati sunt ad dicendas horas canonicas, si sunt pensionarij, vt satisfaciant pro illis, qui beneficia fundauerunt: & dictæ horæ canonicæ fuerunt inunctæ sibi ab ecclesia pro fundatoribus. de hoc videbis in c. j. de celebr. missa. & vide etiam Card. in clem. j. de celebra. miss. † Et sic clericus pensionarius tenetur ad horas canonicas, ne pēsio sit præmium sine opere, quia qui non seruit, non debet præmium consequi. c. charitatem, & c. ecclesiasticis. xij. q. ij. hinc est, quòd os bouis triturantis ligari non debet, & esset messis sine semine; quia si pensionarius ad nullum officium ecclesiasticum teneretur, esset absurdum: quia metit, vbi non seminat, & congregat, vbi non sparsit, contra vocem domini dicentis; metitis, vbi non seminastis, & cōgregatis, vbi nō sparsistis. Sint igitur memores pēsionarij, quia de patrimonio Christi manducant, & qui viuit de altari, altari seruire tenetur. ca. cum secundum Apostolum, de præbend. † Beneficium ecclesiasticum, vt pensio, quæ habetur loco beneficij, extinguuntur per contractum matrimonij; sed si pensio fuit assignata pro aliquo temporali commodo, non extinguitur. ita Imola, & Cardin. in clemen. de supplenda negli. præ. Ideo considerandum est, si Papa in suis literis assignat pensionem Petro vt laico, an Petro vt clerico: quia si nominat laicum, assignat ei pensionem temporalem; aliàs secus: itaque si pensio est assignata laico, tanquam laico, etiam sine expressione causæ, talis pensio tēporalis est, meo iudicio. Et de stylo curiæ apponitur in literis reseruationis pensionis, qua cessans illam soluere per tempus in literis appositum, sit beneficio ipso priuatus, additur, tibique licere ad eandem ecclesiam liberum habere regressum, &c. Et etiam pensionarius habet actionem personalem contra non soluentem. quia talis priuatur,

5

6

uatur,& excommunicatur; itaq; pensionarius habetius ad beneficium, & ad decimas, quæ sunt fructus beneficij, ob non solutionem pensionis, & potest inuocare brachiũ seculare;& ius, & regressus ad beneficium non cadit laico; itaque pensio cohæret beneficio. Felinus in cap. ad audientiam,de rescript. & in hoc attenditur stylus curiæ.

7 Et † si pensio datur Petro tanquam clerico, dico, quod talis pensio datur loco beneficij. ista mea consideratio est de mente Ioannis Andreæ,& Archid.in.cap. quamuis. de præben.in vj.sed de consuetudine Romanæ curiæ non videbis assignatam pensionem, nisi clerico in sacris, velin minoribus. Et ad primam tonsuram sufficiunt anni septẽ. Felinus in c.cum vigesimum,de officio delegati. Et pensiones pueris assignari possunt. Cardin.in clemen. ij. de officio ordi.& docto.in.c.super inordinata.de præben.† Sed

8 beneficium curatum obtineri non potest à minori xxv.annorum.c.cum in cunctis.de præbend. Ad canonicatum in ecclesia cathedrali,vel collegiali, sufficit.ætas xiiij. annorum.gloss.& doctor.in. ca. si eo tempore de rescript.in vj. Rota in decisio.cccxxiiij.in nouis,& etiam est regula cancellariæ Apostolicæ. Ad Episcopum vero requiritur ætas annorum xxx.c.cum in cũctis,de electio. gloss. & doctor. in clementi.generalem,de ætate,& qualitate. Abbas in ca. super inordinata, de præben. Eadem ætas annorum xxx. requiritur in Abbate, vt per Abbatem in d.c.cum in cunctis. sed tu vide Felin.in.ca.dum vigesimum. de officio delegã.

9 † Et priuatus beneficio ob non solutionem pensionis, vt diximus, non tenetur vlterius ad solutionem pensionis.tex.& ibi docto.in. c. nisi essent, de præben. quia pensionarius succedit suo debitori, & credita confunditur. l.debitor.vbi gloss.C.de pactis.Nota etiam,quòd clericus pensionarius dicitur habere beneficium, & dicitur beneficiatus.ita doct.in c.quamuis.il.ij. de præben.in vj. & in. c.audientiam.il.ij de rescript. Sed si pẽsio est assignata pro temporali seruitio, siue clerico, siue laico, pro pulsando campanas,&c.dicitur potius officium,quam beneficiũ,vt in c.possessiones.xvj. q. j. & c.consuetudinem,de consue.

lib.vj.

libro.vj.Cardi.in clement.quia regularis,de supplen. negli.præla.quinimo talis pensio erit mercedis loco, & vide doctor.in c.ex eo.de electio. in vj. Et talis pensio,quæ datur pro dictis officijs, vel pro mercede nullam continet spiritualitatem.de quo per Cardin.in clemen. fin.de præben.& talis non tenetur ad horas canonicas,& potest redimere talem mercedem,vel officium, aut vẽdere;nec tenetur etiam ad charitatiuum subsidium; sed pensionarius, cui datur pẽsio loco beneficij, tenetur ad charitatiuũ subsidium,pro rata pensionis,quam percipit à beneficio.facit tex.in c.tua nobis,de decimis,voluit Innocent.in ca. cum non sit, de decimis. & ita seruatur de consuetudine, quæ est optima legum interpres.Et etiam talis pẽsionarius debet soluere decimas impositas. impositas dico illas decimas, quæ imponuntur à domino Papa super fructibus beneficiorum,pẽr ea, quæ notantur per Abb. in ca. prohibemus,de censibus.& docto.post glos.in clem.ij. de decimis. & ita obseruatur in curia Romana , quia istæ pensiones possidentur iure spirituali;sed si haberentur pro iure temporali,aut officio temporali,non teneretur ad decimas, vt per docto.in clemen.j.de censibus. † Et talis pensio, vel officium , vel beneficium non vacat per contractum matrimonij,vt dixi,per notata per docto.in clemen.j.§.eadẽ, de supplen.negli. prælato. & in clement. j. de rebus eccle. nonalienan. Aut talis pensio fuit assignata non in titulum beneficij,quia tales pensiones recesserũt ab aula, sed si fuit pensio assignata loco beneficij,vt sunt istæ pensiones,quæ quotidie versantur in curia , vt puta, quando clericus resignauit beneficium, pensione reseruata,vel cessit iurib⁹, vel Papa alicui clerico in minoribus , vel sacris , quia erat literatus,vel aliqua causa iusta interueniente,vel sine causa,quod facere potest,reseruauit aliquam honestam,& iustam pensionem , isto casu pensio per contractum matrimonium extinguitur.& de hoc vide etiam Card.in clem. j.de rebus ecclesiæ non alie.ibi doct.& in ca.j.de cler.coniugatis, in vj.& vide Ioannem Andr. in d. cap.j. de cleri. coniugatis ; quia clericus coniugatus incapax est beneficij ecclesiastici, vt dixi. † Sed talis pensionarius, vt dixi,

dixi, tenetur ad horas canonicas, & debet viuere clericaliter; debent enim habere habitum & coronam clericorum, vt in c. fornicari. lxxxviij. dist. ita doctissimus Card. sancti Sixti in d. c. si qui, xxxij. dist.

12 † Sed pensiones, quæ constituuntur in fraudem canonicis, reprobatæ sunt, vt quia deputantur ei, qui non est capax beneficij, vt per Felin. post Abbatem in c. ad audientiam. ii. ij. de rescript. latius in ca. conquerente. de clericis non residen. Sed, vt dixi, ex causa licita, & honesta potest clerico constitui pensio, intellige, quòd remaneat presbytero soluenti pensionem, vnde possit viuere; aliàs secus; ideo ex consuetudine statuitur onus vsque ad tertiam partem reddituum, quantitatiuè tantum, non per viam quotæ, & si contigerit ecclesiam esse nimis oneratam, solet modificari; & talis moderatio est canonibus amica. bonus tex. in c. quanto, de censibus. & in ista moderatione seruabitur stylus curiæ, & tunc erit pensio licita: itaque pensio erit licita, quæ reseruatur super fructibus beneficij fraude cessante. facit tex. in cap. extirpandæ. §. qui vero, de præben. & ibi Panor. ad idem tex. in c. ad audientiam. de rescript. & vide Doctores in cap. quamuis. j. de præben. in vj.

Et sic sunt licitæ pensiones assignatæ per suam maiestatem super Episcopatibus Hispaniæ cum authoritate sanctæ Apostolicæ sedis, quia nō assignātur laicis, sed clericis bene meritis. Et si messis quidem multa, operarij autem pauci, alij operarij mittendi sunt. Et ista ratione potest fieri diuisio Episcopatuum, & omnium beneficiorum, vt dixi, in isto Speculo. Et licita est pensio, quando quis resignauit beneficium in manibus Papæ, obtinēdo à Papa tertiam partem fructuum beneficij soluendorum per successorem in dicto beneficio resignato, intellige, cessante ista pactione inita inter renunciantem, & tertium. Sed dicunt doctor. quod licet renunciatio debeat esse libera, pura, & sine vlla pactione. c. ex parte. & ibi glos. & docto. de officio delegat. & Felin. in c. non satis. de simo. in beneficialibus huiusmodi pactiones simoniam inducūt. c. cum pridem. c. pactiones, de pactis. & à Papa licite impetratur dicta reseruatio,

seruatio, si nulla est rei veritate conclusa conuentio in renuntiatione, ita Abbas, & Ioannes de Anania, & Maria. Soci. in c. non satis. de simo. & vide Feli. in. d. ca. ad audientiam. Sed multoties interueniunt pactiones ante reseruationem, sed Papa ignorat. † Dicit etiam Abbas in d. c. cõ- 13
querente, quòd tunc in fraudem constitui dicitur pensio, quando Episcopus habens nepotem, cui non valens de beneficio vacante prouidere, illud alteri contulit, reseruata pensione super illius fructibus nepoti, eo enim casu pensio est illicita, allegat tex. in c. extirpandæ. §. fi. de præben. hanc conclusionem firmat Felin. in. d. cap. ad audientiam. il. ij. de rescript.

Et Episcopus ex causa potest constituere pensionem. de quo videbis Felin. in d. c. ad audientiam. & vide Anaiam in cap. audiuimus, de collusio. detegenda. Sed Papa absque causæ expressione, vt diximus, potest imponere pensionem, quia in Papa semper præsumitur iusta causa. Felin. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. Cinus in l. fin. C. si contra ius, vel vtilita. publi. Sed caueant impetrantes a surreptione, quia exprimenda sunt omnia, quæ possunt mouere principem ad concedendum, vel non concedendum: & omne tacitum, quo expresso princeps non ita de facili concessisset, reddit gratiam subreptitiam. Felin. in. c. super literis, de rescript. ideo debet exprimi pactio contracta inter partes, alias nihil agunt, quia specialiter Papa debet auctorare pactionem, non generaliter. Et adde ad ea, quæ superius dixi. † Et pensionarius agere potest con- 14
tra antiquum, vel contra modernum possessorem beneficij pro pensione decursa, non soluta, ita Cardin. in cleme. j. de censi. Sed nouus possessor poterit conuenire antiquũ possessorem: & consilium erit, quòd pensionarius conueniat nouum possessorem, literis reseruationis pensionis illi prius intimatis. Et pro pẽsione assignata à Papa clerico in minoribus nõ dicitur officium, quia nõ datur pro seruitio temporali; ergo est beneficium, si soluitur de fructibus beneficij, & virtualiter est beneficium. Et valet pactum inter Episcopum, & familiarem de dando sibi certo salario, donec prouisum fuerit de beneficio, dummodo non con-

feratur illi beneficium principaliter propter seruitium temporale. vide de hoc Hostiensem, & docto. in ca. cum essent. de simo. & ibi vide Felin. & vide infra in ca. de simo.

15 † Quod autem dicatur competens beneficium secundum qualitatem personæ, vide Felin. in c. postulasti, de rescript. sed statur arbitrio iudicis. Anto. de Butrio in c. cum dilectus, de iure patrona. quem adducit Felinus in d. c. postulasti. Sed fructus omnes pro pensione assignare in beneficio ecclesiastico, diuino iuri, & naturali aduersatur, vt ex antecedentibus colligitur.

Notabis etiam, quòd pensionarius soluit assignatam secundum stylum curiæ, sicut beneficiatus de beneficio; & hoc de ordinationibus Apostolicis. Et annata fuit introducta ad subuentionem Papæ, & Cardinalium indigentium, sicut charitatiuum subsidium, & iusta: & optima impositio est, sed pecunia prompta sub titulo priorũ fructuum non debet exigi.

16 † Vtrum pensio possit redimi pecunia, variæ sunt opiniones, & variomodo loquuntur scriptores, tã sacri Theologi, quàm doctores nostri; alij dicunt, pensionem esse rem temporalem: alij dicunt, ius pensionis esse clericale, & spirituale: dicunt etiam, pensiones habent imaginem præbendæ, & spiritualibus annectuntur, vt sunt hodiè, quæ non dantur, nisi clericis in sacris, vel in minoribus, & ex causis superius explicatis, & hæ pensiones, quæ clericis dantur loco beneficij, annexæ sunt iuri clericali; sed aliæ pensiones, quæ dantur laicis, vel clericis, titulis secularibus applicatæ, vt supra explanauimus. de talibus non est sermo noster. Sed illa pensio, quæ assignatur clerico in minoribus, vel in sacris, loco beneficij, virtualiter est beneficium ecclesiasticum, vt plenissime fundauimus; & nõ potest redimi, nec vendi; Nam simonia est talis redemptio pensionis; nam ius, quod habet pensionarius in fructibus beneficij percipiendis ratione diuini officij, annexum spi-

17 rituali est. † Et simonia est voluntas studiosa emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Iterũ licet toties recitaui, dico, quòd quando Papa assignat pensionem super fructibus beneficij ecclesiastici laico, vt laico expri-

exprimendo pro seruitio impenso, vel impendendo, vel ratione officij concernentis temporalitatem, talis pensio est mere temporalis, & cadit in laico, & potest redimi pecunia; & talis pensionarius, vel mercenarius non tenetur recitare diuinum officium, nec obligatur ad charitatiuum subsidium, nec tenetur ad solutionem decimarum. Sed si Papa assignat pensionem clerico, vt clerico, super fructibus beneficij ecclesiastici ex causis, & rationibus superius annotatis, quid dicendum; quia fructus beneficij ecclesiastici de iure diuino, & humano non dantur clerico, nisi propter seruitium; ideo & ex supra dictis necessario concedendum est, quòd talis pensionarius tenetur recitare seu dicere horas canonicas ratione fructuum, qui subrogantur loco beneficij; & talis pensionarius virtualiter est beneficiatus, & viuit de altari, & est obligatus ad charitatiuum subsidium, & ad soluendum decimas, & talis ponsio non potest redimi sine peccato simoniæ, quia si redimo, vendo ius spirituale; & qui dat pecunias, etiam emit ius spirituale; itaque simonia est, vt dixi. & vide omnia, quæ infra dicemus. & vide gloss. & docto. in cap. decimas. xvj. quæst. vij. & vide doct. & Felin. in cap. dilectus. il. j. de simo. concludentem, quòd non est licitum in spiritualibus redimere vexationem, nisi vexatio sit omnino de facto, & redimens habeat ius plenum. vide in hoc Felin. Et redimens non debet dubitare de iure suo, quia si dubitat, committit simoniam, nisi vexatio esset de facto, ita sanctus Thom. in secunda secundæ. q. c. arti. ij. Panor. in ca. pridem, de pactis. Item limita, nisi quis soluerit renuncianti etiam solas expensas factas pro bullis. Et ille, qui recipit, & propter vexationem facti turpiter recepit, & tenetur restituere; & in dubio præsumitur iniuste acceptum, ita Felin. in d. c. dilectus. licitũ est redimere vexationem, vt cum quis electus in Episcopum, redimit suã vexationem à perturbatoribus de facto, qui nihil possunt iuris conferre. Caieta. in commentarijs supra sanct. Thom. in secunda secundæ quæst. c. sed in consequutione beneficiorum redemptio vexationis non habet locum ante ius acquisitum, vt diximus.

18 † Sed dicunt doctores. quod si militi propter ingentia merita constituatur pensio annua super Episcopatu, Episcopus potest redimere talem pensionem pecunia, quia talis redemptio nullum ius de nouo acquirit, & laicus nullum clericalem annexum habebat, super fructibus Episcopatus, cum illud ius non cadat in laicum; ideo Episcopus non dat pecuniam pro iure spirituali, sed pro mera temporalitate: & si de nouo Episcopus acquisiuisset aliquod ius, non posset redimere, puta si quando sibi fuit collatus
19 Episcopatus. † Papa concesit clerico in minoribus, aut in sacris ex iustis causis, vt iam diximus, annuam pensionem: in tali casu non potest Episcopus redimere dictam pensionem, quia dicta pẽsio habetur loco beneficij, & virtualiter est beneficium per superius dicta, & Episcopus de nouo acquirit ius spirituali annexum. & de hoc videbis Panor. in c. dilectus. il. j. & in c. Matth. de simo. & videbis egregium doctorem Ioannem maiorem, vt dixi. in iiij. dist. xxv. Itaque talis pensio nullo pacto potest redimi more vexationis, cum non possit dici vexatio, ex quo sic placuit partibus, & Pontifici. Et quia in tali casu non competunt conditiones ex natura vexationis, neque ex parte vexantis, neque ex parte vexati. Et quia redemptio in beneficialibus non permittitur, nisi ratione indebitæ & iniustæ vexationis. Et in pensione, vt dixi, nulla vexatio est; quia nihil fit præter ordinem iuris. Sed dic etiam, quòd si cessi beneficium, reseruato pacto inito ante cessionem, annuam pensionem, simonia est, vt dixi: & si fuit pactum, vt dicta pensio redimeretur pecunia, vera emptio, & venditio est; & in tali casu sub inuolucro verborũ, & sub verbis generalibus Papa non dispensat; quia exprimenda sunt omnia quæ possunt mouere principem ad concedendum, vel non concedendum, vt dixi; & omne tacitum, quo expresso princeps non ita de facili concessisset, reddit gratiam subreptitiam, vt per Felin. in cap. super literis, de rescriptis. & de materia vexationis videbis Paulum de Roma. in tractatu
20 suo de pensione ecclesiastica. ca. sexto. † Sed si beneficiatus, qui pacifice, & iusto titulo possidet beneficium ecclesiasticum integrum, & sine aliqua pensione, citatur indebite.

bite, vt sæpissime fit; & beneficiatus ob redimendam vexationem indebitam assignat pensionem molestanti; dico, quòd talis pensio potest iuste redimi: cum beneficiatus de nouo nullum ius acquirit in beneficio, & cum ipse sit certus de iustitia causæ, licet beneficiato redimere propriam vexationem pecunia, interueniente authoritate sacri summi Romani pontificis. Simile dicemus in alijs indebitis molestationibus, quando aliquis iuste possidet; & Christus de templo eiecit vendentes & ementes, & de templo eliminauit cap. vendentes. j. q. iij. † Et an summus Roma- 21
nus Pontifex aliquo pacto inuoluatur vitio, & peccato Simoniæ, vide Cardin. in c. j. de simonia. & vide ibi Panor. & vide eundem Panor. in c. extirpandæ. §. qui vero. de præben. &. vide sanctum Thom. in iiij. & in secunda secundæ. quæst. c. Sed dico quod opinio sancti Thom. secundum alios Theologos, & canonizatos est, quòd si pecunia datur Papæ pro re spirituali, vel annexa spirituali, simonia est, quia licet res ecclesiæ sint eius, vt principalis dispensatoris, non tamē, vt domini; sed sanctus Thom. loquitur in his, quæ sunt simoniaca per definitionem simoniæ, siue ex sua natura. & Hostiensis dicit, quòd in simonia, quæ est de iure positiuo, Papa non incurrit in peccato; quia constitutio non ligat promulgantes. Sed non est dare simoniam de iure positiuo, & Petrus condemnauit simoniacos. cap. tua nos, & c. viij. de simonia. & Eliseus propheta condemnauit famulū suum Giezi. iiij. Regū. Itaque in vtroq; testamento prohibita est simonia damnabilis, & reprobata de iure diuino, & de iure positiuo: etiam est reprobata sub grauibus pœnis statutis in iure; quæ pœnæ non ligāt summum Pontificem. & de hoc videbis infra in titulo de simonia.

† Et aduertite iterum, atque iterum, quia pensionarius, 22
vt dixi, habet ius ad decimas; quæ decimæ sunt puræ spirituales ratione finis, & obiecti; quia connexæ sunt officio ecclesiastico, & deputatæ sunt officijs, & seruitijs ecclesiasticis: quia dominus ordinauit his, qui euangelium enunciant, id est, declarant, de euangelio viuere; ideo beneficiū ecclesiasticum est ius recipiendi sustentationem ratione

officij,& seruitij spiritualis: quia sicut dignus est operarius mercede sua, vel cibo suo. Matth.x. Lucæ.x. sic per locum à conuersis, qui non laborat, nô manducet. Et horæ canonicæ sunt quædam satisfactio obligationis contractæ propter beneficium, ordinem, vel officium susceptum, ex quibus, vel altero eorum quis deuote obligatur ad istas horas dicendas, vt dixi supra in cap. de horis canonicis. Et c.xviij. Nu. legitur: Solis filijs Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant vltra filij Israel ad tabernaculum, nec committât peccatum mortiferum, solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. Nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui, & in.c.xxxv. Numeri, idem dicitur: sed rogo, vt videas.

## DE SIMONIA.
### Cap. LXII.

### SVMMARIVM.

1 *Simonia quid sit, & supra cap. 61. nu. 17.*
2 *Quæ proprie dicantur spiritualia, & quæ annexa.*
3 *Prælatus ecclesiæ absque vitio simoniæ, aliquid temporale ab inuitis exigere non potest.*
4 *Gratis & sponte oblatum tempore receptionis alicuius spiritualis, an possit licite accipi.*
5 *Pro ecclesiæ consecratione, sola procuratio à prælato exigi potest.*
6 *Summus Pontifex, an aliquo pacto & vitio simoniæ peccatum uoluatur, remissiue, & nu. 21. Cap. 61.*
7 *Clerici super corpore vigilantibus, possitne vel liceat dari pecunia.*
8 *Parochialis presbiter, vel alij sacerdotes beneficia ecclesiastica possidentes, debeantne gratis spiritualia parochianis administrare.*

9 Qui

9 Qui proprie sacerdotes appellantur.
10 Consuetudo exigendi aliquid temporale, pro benedictionibus nubentium, & mortuorum exequijs, an valeat.
11 Sufficit decennium ad consuetudinem inducendam, remissiue.
12 Simonia qualiter committitur.
13 Episcopus alienus & pauper, vtrum possit operas suas spirituales locare.
14 Simoniacus in ordine quantumcunque toleratus, nec quo ad se, nec quo ad alios, Missam celebrare potest.
15 Religionis ingressus cum sit quid spirituale, pro eo debeatne aliquid temporale exigi.
16 Puella gratis in monasterium recepta paupertatis causa, vtrum à patre alimentari debeat: Item an post eius patris mortem partem hæreditatis habebit, remissiue.
17 Familiares prælatorum inseruientes hac intentione, vt aliquod consequantur beneficium, an simoniam committant.
18 Pro chrismate pecunia non est exigenda, etiam stante consuetudine.
19 Abbas aliquem in monasterio recipiens, accepta pecunia, in simoniam incidit.
20 Vexationem redimere in spiritualibus, simonia dicitur, & no. 20 Cap. 61.
21 Simoniacus, quidquid ex re simoniace acquisita consecutus fuerit, teneatur ne restitutioni.
22 Statutum in fraternitate positum, ne quis recipiatur, nisi promittat daturum aliquid, an sit simoniæ.
23 Quid de dignitate Cardinalatus, & de protectoribus regnorum.
24 Ad cuius instantiam, operis author tractatum de simonia composuerit.

Icet omnis definitio in iure periculosa sit, vt per Iurisconsultum in lege. omnis definitio ff. de regulis iuris; quia de simonia tractare intendimus, in primis definitionem simoniæ, Deo optimo maximo auxiliante, dicemus.

1 † Simonia est volũtas studiosa emendi, vel vendẽdi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Quicunque ergo dat, aut recipit pro spirituali vel spirituali annexo aliquid temporale, simoniam incurrit. ista est communis sententia sacrorum Theologorum, & Iurisconsultorum.

Et dicitur aliquid spirituale, scilicet per essentiam, sicut dona, & virtutes, & gratia. Itaque spirituale proprium dictum non est, nisi id, quod essentialiter est spirituale: & hoc est duplex; quia aut est pure spirituale, vt gratiæ, & virtutes, & dona, & huiusmodi; vel est essentialiter spirituale acceptum in elemento corporali, vt gratia sacramentalis; & sic sacramenta dicuntur spiritualia per causam, quia operantur ad gratiam. Dicitur etiam aliquod spirituale participatiue, vt ecclesiæ, & cœmiteria, & vasa ministerialia altaris consecrata. Dicitur etiam spirituale ordinatiue, quia ordinatur ad aliquid spirituale, vt decimæ, & primitiæ, & omnia beneficia ecclesiastica ordinantur ad aliquid spirituale, vt ministri ecclesiæ sustentari valeant, & libere spiritualibus intendere. Et præsentatio patroni est ius spituale.

2 † Itaque quædam sunt proprie spiritualia, & spiritualia secundum se ipsa, vt sacramenta, dona, virtutes; quædam autem sunt spiritualia ex hoc, quòd spiritualibus adhærent. Annexa vero dicuntur, quæ sunt deputata ad vsum spiritualium, sicut sunt calices, & bona deputata ad vsum ministrorum ecclesiæ. ita Cardinalis sancti Sixti in cap. j. j. quæst. j.

3 Ex supra dictis notate, quòd prælatus ecclesiæ provsu spiritualis potestatis, ad quem ex officio tenetur, non potest absque vitio simoniæ temporale aliquid exigere ab inuitis, quia Episcopus debet sacramenta, & alia spiritualia suis subditis gratis impendere, vt per doctor, in c. suam de

de simon. Et Petrus in cano. j. c. v. dicit Episcopis; pascite qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis luri gratia. j. sine simonia. Et gratis accepistis, gratis date, Matth. x. & Aposto. ad Corint. j. cap. xj. Gratis euangelium Dei euangelizaui vobis, & cætera: & Petrus dixit in epist. cap. iiij. Vnusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrates, sicut boni dispensatores multiformis gratię Dei. & in c. j. j. q. j. & in c. saluator. j. q. iij. multa optima inuenies circa istum punctum.

In summa scias, quòd pro spiritualibus incorporalibus quandoque munus datur pro homine digno, nec est peccatum, si est munus á lingua. c. filium. j. q. j. sed & obsequium temporale, dum tamen sine pactione, c. de cætero. de cleri. non resident. De spirituali obsequio non est quæstio, quin quandoque dari possit, etiam ex conuentione. c. significatum. de præben.

† Sed aduertite, quòd illud, quod gratis, & sponte oblatum est tempore receptionis alicuius spiritualitatis, potest licite recipi, si nulla præcesit taxatio, vt per doct. in dict. ca. dilectus filius. de simo. & in cap. sua. eo. tit. vbi dicit Panor. Nota pro Cardinalibus, seu alijs prælatis, quibus munuscula conferuntur, rogantes pro aliquo beneficio consequendo: quia non inducunt simoniam, & arbitrandis muneribus, an inducant simoniam, debent considerari personæ dantis, & recipientis, qualitas, & quantitas muneris donationis. ita docto. in cap. & si quæstiones, de simo. & ibi dicitur etiam, quòd ordinatio, vel consecratio non censetur simoniaca, licet ordinatori aliquid datum fuerit non ex pacto. Sed fortiter obstat illud, prohibitum dare propter publicum bonum, prohibitum est accipere à sponte dante, vt per Bald. in auctent. sed hodie. C. de Episcop. & cleric. gloss. in cap. statutum. §. fin. de rescript. libro sexto. gloss. in. c. exigit. de censib. eodem libro. Sed solutio in promptu est; quia nulla lege cauetur, nec prohibetur, quòd Episcopus non recipiat oblationes, & illud, quod gratanter, & sponte datum est tempore receptionis alicuius spiritualitatis; præcipue quòd 4

Apostolus in modica quantitate recepit à Macedonibus prædicando Corinthijs, vt in Epist. ad Corint. cap. xj. dicens, quod mihi deerat, supplerunt fratres, qui venerunt à Macedonia, & voluntarie dabant. Sed aduertite, quia Apostolus dicit argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Itaque non petebat Apostolus, sed accipiebat illud, quod ei sponte, & gratis offerebatur. nota bene.

5 †Et prælatus pro consecratione ecclesiæ solam procurationem exigere potest, vt in c. cum sit. de simo. & videbis tex. in c. cum Apostolus, de censib. & ibi doct. & de procuratione Episcopi videbis optimum tex. in extrauaganti. vas electionis Apostolus. Sed Episcopus non potest exigere procurationem, nisi in casibus à iure expressis, vt per Anton. de Butrio in cap. conquerente, de officio. ordi. & doct. in cap. cauendum. x. quæst. iij. vbi dicit, quod quando Episcopus venit pro depositione clerici, debet venire sumptibus suis. & in c. si forte. lxv. dist. dicit, quòd Episcopi, qui vocantur ad consecrationem Episcoporum, debent venire sumptibus suis. Quid si Episcopus erat pauper. infra dicetur. Et an valeat consuetudo aliqua, vt pro spirituali aliquid detur temporale, etiam infra dicetur. Sed si Episcopus est diues, non debet accipere procurationem, exemplo Apostoli. Et si ecclesia est pauper, suis sumptibus Episcopus visitabit ecclesiam. cap. cauendum. x. quæst. iij. gloss. & docto. in cap. cum sit. de simo. Et non debet Episcopus aliquid temporale accipere pro consecratione vestium, & calice, & similibus, & pro ecclesiastico ministerio exercendo: non debet exigi pecunia pro sacramento, vt per docto. in c. ad nostram, de simoni. Et dicitur sacramentum quasi sacræ rei signum. c. multi. j. q. j. & pro spiritualibus nō debet aliquid conferri etiam gratis, si principaliter datur pro ipsis spiritualibus; sed debet conferri gratis ex charitate quadam. de hoc vide doc. in c. si quæstiones, de

6 simo. †Et an summus Romanus Pontifex aliquo pacto inuoluatur vitio, & peccato simoniæ, vide cardi. in. c. j. de simo. Et ibi vide Panor. & in. c. extirpandæ. §. qui vero, de

præ-

Præben.& vide S.Tho.in iiij. distinct. xxv. & in ij.ij. q.c. Sed aduertite, quia non est dare simoniam de iure positiuo;& vtroque testamento prohibetur, vt in c.ex multis.j. quæst.iij.

Quod autem detestabile sit crimen simoniæ de iure diuino, quatuor exemplis probatur; primo exemplo Giezi,qui propter simoniam, quam commisit, factus fuit leprosus.iiij.Regum ca.v.Secundo,exemplo Iudæ,qui vendidit redemptionem omnium, propter quod laqueo se suspendit. Tertio, exemplo Simonis magi, qui propter simoniam, quam comittere voluit, fuitá beato Petro damnatus. Actuũ viij.Quarto,exemplo Christi qui omnibus peccatoribus in tẽplo dimissis solos simoniacos in detestationẽ criminis excluſit,Ioannes ij. Ideo quia qui simoniaci sunt,spiritus sancti gratiá habere nõ possunt, vt in c. qui studet.j.q.j. c.vendẽtes.j.q.iij. Et de iure positiuo etiã, vt dixi,est reprobata simonia sub grauibus pœnis statutis in iure,vt infra dicentur,quę nõ ligat summũ Pontificem.

Itaque concludamus ex superius dictis,quòd simoniaci sacerdotes esse non possunt.c.quicunque.j.q.j. vbi litera dicit;Quicunque sacros ordines vendunt, aut emunt,sacerdotes esse non possunt.An scriptores bullarum in curia Romana pretium recipientes incurrant simoniam, vide Panorm.& docto.in c.j.de simo.

†Et dico,quòd potest dari pecunia clericis, vt vigilent super corpore, nisi sit pactum de dicendo orationes. ita Hostiens. in summar. Et pro exequijs mortuorum nihil debet exigi,sed consuetudo pia debet obseruari,vt in cap. ad nostram.& cap. cum ecclesiæ. de simo. de consuetudine laudabili dixi supra. dixi allegando sanctum Petrum Actuum viij. Petrum dixisse Simoni mago: pecunia tua tua tecum sit in perditionem; quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri;nunc dico,quòd illa authoritas loquitur de ordine sacro,& dono Dei, cap.quos constituerit.j. quæstione.j. vbi dicitur; quòd sacra lectio testatur, quòd vendens dignitatem, & cætera.& ille textus se refert ad authoritatem Apostolicam. Actuum viij. Itaque videtur ille textus interpretari illam sacram authoritatẽ Petri, vt

7

vt habeat locum in dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis: ideo vendens beneficium ecclesiasticum videtur facere contra sacram authoritatem beati Petri. facit text. in cap. si quis dator. j. quæstione tertia: Vbi dicitur; Si quis recipit præbendas sub interuentu pecuniæ, non excluditur à perditione Simonis Magi etiam nunc. & ita damnatur, sicut damnatus fuit Simon Magus. Ita eadem pœna imponitur vendenti præbendas, quæ imponitur vendenti sacrum ordinem, & beneficium ecclesiasticum; quia de iure diuino, vt dixi supra in isto speculo. titulo xxxiiij.

8 † An presbyter parochialis, & alij sacerdotes possidentes beneficia ecclesiastica debeant gratis spiritualia parochianis administrare: dicamus quod sic. ideo pro benedictionibus nubentium, & exequijs mortuorum nihil exigere debent proprij sacerdotes.

9 † Et appellantur proprij sacerdotes omnes illi sacerdotes, qui possident beneficia in illa ecclesia, vbi celebrantur exequiæ mortuorum; quia omnes illi coadiutores sunt presbyteri parochialis; licet presbyter parochialis sit caput ecclesiæ. Itaque sacramenta, & alia spiritualia suis parochianis gratis impendere debent. Et si aliquid ex pacto exigit, simonia est; & exactio significat extorsionem, si sit à nolente, Si autem non ex pacto, sed ex mente sperat, quòd postea detur, est simonia mentalis, quæ differt ab alia; quia non tenetur restituere acceptum, sed sufficit agere pœnitentiam, ita Felin. post alios in cap. suam, de simon. Quid de canonico, qui vadit ad diuina sola intentione, vt percipiat distributiones quotidianas; committit simoniam mentalem. de his omnibus videbis text. & doctor. in capitu. cum in ecclesiæ. & in cap. suam. & cap. ad Apostolicam. de simon. & vide glos. singular. in cap. primo de cleric. non resident. & vide Cardin. in clement. prima de celebrat. missarum. & videbis Abbatem multa dicentem in cap. ex parte, de officio delegat. dixi superius, quòd omnes beneficiati sunt coadiutores presbyteri parochialis. vide supra in titulo de horis canonicis. cap. xxxiij.

Quid

Quid † de consuetudine, an valeat consuetudo aliqua, 10
vt possit exigi aliquid temporale pro benedictionibus nubentium, & pro exequijs mortuorum, & alijs similibus? Conclude breuiter, quòd non valet consuetudo, vt tempore sacramenti aliquid conferatur ab inuito; quia non potest consuetudine introduci, vt aliquid detur pro sacramentis, vbi præcessit exactio; quia initium facit simoniacum, & vitiosum. Sed valet consuetudo, vt aliquid detur tempore collationis seu ex post facto, vbi ex mera liberalitate populi fuit introducta: ita tamen, vt sacramenta prius liberaliter conferantur. Sed si voluit libere dare tempore sacramenti, potest recipi; aut noluit, & tunc ne videantur sacramenta vendi, debent libere conferri, sed postea fiet compulsio ad obseruandum consuetudinem, & ita videtur sentire litera in dicto cap. ad Apostolicam. Sed contra hoc fortissime opponitur; Nam ex his, quæ sunt meræ facultatis, non introducitur consuetudo, nec ex datione annua gratis facta, vt per doctor. in l. prima. C. de seruitut. & aqua. Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Cinus in l. prima & secunda. C. quæ sit longa consuet. Ioannes Andreas in cap. Ioannes. de cleric. coniuga. Sed non obstantibus oppositis laici tenentur ad obseruantiam laudabilis consuetudinis, quia licet scriptum sit. quòd diuturna præstatio facta ex mera liberalitate non producit obligationem, vt notat Innoc. in cap. cum ecclesia. de causa possessio. & proprie. & per Angelum. & docto. in l. si certis annis. C. de pactis. illa non procedunt in præstatione, quæ fit in piam causam, vt per Felin. in c. ad Apostolicam. de simon. & de tali consuetudine ordinarius est iudex cõpetens inter clericos & laicos. † Et ad inducendam istam 11
consuetudnem sufficiunt. x. anni, quia est præter ius, & nó contra, ita Feli. in d. c. ad Apostolicam. & de ista consuetudine multa dixit Panor. in c. suam. de simo. Et ibi dicit Feli. post alios docto. quòd consuetudo habet initium bonũ à spontanea obligatione, & voluntate; secus, si habuit malum initium, puta ab exactione, quia tunc talis consuetudo non esset laudabilis, ita etiam notanter tenet Panor. in d. c. suam. Vos cogitate. Ita ex supradictis collige, quòd

pro-

proprius Episcopus, & proprius sacerdos non potest aliquid exigere à laicis, cessante dicta consuetudine, nisi sumptus desit. Et distingue latius de mente omnium doctorum, quòd aut proprius sacerdos habet, vnde viuat: & tunc cessante consuetudine nō potest aliquid exigere; sed gratis oblatum licite recipere potest, vt in ca. tua, & c. & ff quæstiones, de simo. Si vero desunt sumptus necessarij, tūc si potest honeste sibi aliunde acquirere victum, non potest aliquid exigere; imputet enim sibi, quia tale tenue beneficium acceptauit. quæratergo victum manibus, aut industria c. clericus victum. xcj. distinct. & ibi est optima. glos. Nam Apostolus quærebat sibi victum manibus, vt in c. cū Apostolus. de censibus. Et in ca. xx. Actuum Apostolorum legitur de Apostolo; Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis; quoniam ad ea, quę mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus
22 istæ. † Et simonia committitur non solum impendendo aliquid spirituale pro temporali, sed etiam omittendo spirituale, quod tenebatur impendere propter commodum alicuius temporalitatis: & sic committitur simonia, quodcunque spirituale committatur, vel omittatur pro commodo temporali, per tex. & docto. in c. nemo, de simo. Si vero non potest proprius sacerdos sibi victum quærere, tunc vel Episcopus sibi prouidebit, vel populus poterit compelli ad præstandum sibi necessaria victui. de hoc bona gloss. in c. omnis Christianus, de consecra. dist. j. quæ dicit, sacerdotem indigentem posse subtrahere spiritualia populo, nisi faciat oblationem, vnde possit viuere. Sed aduertite, quia Christus dixit Matth. x. Dignus est operarius mercede sua, vel cibo suo, sequitur textus, In quancunque enim ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit; & ibi manete, donec exeatis. & Apostolus ad Corinthi. j. ca. ix. dicit; Quis militat stipendijs suis vnquā? Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui altari deseruiunt, de altari participant. Itaque Apostolus voluntarie laborauit manibus proprijs, quia in illis partibus

con-

conueniebat. Et Dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere, dicendo; dignus est operarius mercede sua, vel cibo suo. Matth. x. & Lucæ. x. sed ipse Apostol. in d. ca. ix. dicit, quòd bene poterat viuere de euangelio, sed illa potestate non fuit vsus apud Corinthios. Sed aliquando illa potestate vsus fuit, vt in epist. ij. ad Corinthos. c. xj. dicens eis: Gratis euangelium dei euangelizaui vobis, alias ecclesias spoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum; & cum essem apud vos, & egerē, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, qui venerunt à Macedonia, & vide in ca. de his. de eccles. ædificandis. Itaque meo iudicio per superius dicta populus poterit compelli ad præstandum sibi necessaria victui, proprio sacerdoti indigenti, & ad hoc Episcopus est iudex inter clericos, & laicos, & contra inobedientes poterit inuocare brachium seculare. Et ista est, vt dixi, meo iudicio optima via, & scriptum est vigesimotertio cap. Exodi; non apparebis in conspectu meo vacuus.

Si † vero est Episcopus alienus, & pauper, poterit operas suas spirituales locare, non vt directe pro spiritualibus recipiat temporale, sed in compensatione damnorum, quæ sustinet in exhibendo præsentiam suam, vt notat Innocent. in cap. quoniam, ne prælati vices suas; & sic intellige glossam in cap. præcipimus. xxj. quæstione secunda, quæ simplicitur dicit, Sacerdotem posse suas operas locare. & vide de hoc Panor. in capit. suam. de simoni. & vide doctor. in cap. significatum, de præbend. & ibi Ancha. & vide glossam, & doctores in capit. de clericis non residentib. libro. vj. & vide Ioannem de Immo. post Host. in d. c. significatum. & dicunt, quòd optimum esset locare operas suas temporales pro certa mercede, & conducens poterit dicere, quòd gratis celebret. & vide ca. tua nobis, de simo.

Et oratio nullo modo sub precio venit, cum sit spirituale. Et facere pactionem de Missa simoniacum est. Sed si clericus non habet allos sumptus, potest accipere denarios, non quasi pretium Missæ, nec ex pacto, sed qua-

quasi sustentamentum vitæ: & ita de oratione priuata. ita Cardin. sancti Sixti in dicto cap. primo. j. q. j. & ibi videbis eum in ca. gratiam. j. q. j. Et aduerte, quòd pactiones in beneficialibus simoniam inducunt, vt dixi in titulo de pensionibus ecclesiasticis supra in isto speculo.

14 Et simoniacus in ordine quamtuncũque toleratus, nec quo ad se, nec quo ad alios, potest missam cantare: itaque est suspensus quo ad se, & quo ad alios, nec prodest renuntiare beneficio, nec dispensatur cum eo, nisi per solum Papam, & de hoc vide Innocen. in cap. tanta. de simo. & vide tex. in. c. gratiam. j. q. j. Si vero est simoniacus in beneficio, tunc si est occultus, non est suspensus quo ad alios, sed quo ad se tantum. & si renuntiat beneficium, potest ordinem suum exequi post peractam pœnitentiam: sed illo beneficio retento, in quo fuit simonia commissa, nõ potest agere pœnitentiam, vt in c. inquisitionis, de sententia excommuni. Si vero est manifestus, tunc est suspensus etiam quòad alios, & licet renunciet beneficio, eget tamen dispensatione, sicut quilibet notorius criminosus, vt in ca. fin. de tempo. ordinan. sed potest cum isto dispensari per Episcopũ, dummodo non sit ille Episcopus, qui commisit simoniã, vt notatur in c. præsentium. iij. q. v. Item quòd dixi, quod notarius simoniacus in beneficio est suspensus quò ad alios; est verum, quando simonia fuit commissa eo sciente; secus, si eo ignorante, puta per patrem vel amicum: tunc non est suspensus quò ad alios; sed non potest illud beneficium licite retinere sine dispensatione, vt in d. cap. præsentium. & notatur in cap. sicut, & c. nobis. de simo. & videbis Innocen. in d. cap. tanta. & videbis Abbatem, & Felin. ibid.

15 Et † ingressus religionis est quid spirituale, vnde pro eo non debet aliquid temporale exigi, aliàs committitur simonia, vt in c. non satis, & in c. quoniam, de simo. & tam recipientes temporale pro spirituali dantes, & consentientes, siue mediatores, inuoluuntur vitio simoniæ, vt in cap. inquisitionem, de electione, & c. ij. de confessis. Et committitur simonia siue à principio institutionis aliquid temporale ex pacto detur, siue annua pensio redituũ, vel pars con-

constituatur: nam videtur conferre beneficium propter illum annuum reditum, vt in c. non satis. de simo. & ibi ponunt docto. practicas conficiendi instrumentum, quando aliqua puella recipitur in monialem, vt non detur aliquid ex pacto, sed pure pro sua deuotione illa puella, vel eius pater offerat monasterio aliquid: vel dicatur volenti intrare, vt secum aliquid apportet, vt possit viuere; non enim debet duci in pactum. & ita intelligo Innocen. in c. tua. de simo. & vide de hoc Ioannem Andream in cap. quoniam. eod. titu. Et si aliquis renunciat titulum beneficij, vt beneficium conferatur alij per Papam; si præcedit pactum, vt habeat certam pensionem, simonia est. Sed cautelam ponit Panor. in dict. cap. non satis. & loquitur in Cardinali. vos videte. † Et si puella gratis est recepta in monasterium, & est pauper, pater tenetur eam alimentare: & post mortem patris habebit partem hæreditatis. ita Hosti. in summa, in titulo de simoni. tex. in aucten. de sancti. Episc. col. ix. & docto. Neapolitani in constitutione, In aliquibus. Sed non cõmittit ille, cui est necessitatis dare pecuniã pro spiritualitate, sicut qui ex necessitate recipit ad vsurã, vt per Panor. in c. cum in Ecclesiæ, de simo. An propter vitium simoniæ commissum in electione prælati, debeat quis deponi ab officio, & beneficio, dic, vt per Ioannem de Anania, & Panor. in c. inquisitionis. de accusatio. Et pecunia simoniaca accepta per regentes ecclesias quomodo distribuetur. vide Panor. in cap. de hoc. de simo. ad finem. Et si donatarius, vel qui alia seruitia recipit, procurat in curia Romana beneficia pro donante, vt se liberet ab illa obligatione antidotali, committit simoniam, & est simoniacus. ita Innocen. in. c. tuam. de ætate & qua. & ibi exclamat præsertim contra Cardinales procurantes beneficia pro seruitoribus. 16

† Et familiaris alicuius prælati, si inseruit ei principaliter hac intentione, committit simoniam; sed potest ab eo in genere sperare bonum temporale, & secundario etiam bonum spirituale, id est, beneficium. Itaque principaliter nullus seruiat pro beneficio spirituali certo, vel incerto consequendo: nec prælatus licitè confert, si principaliter 17

ducatur ad conferendum pro seruitio temporali recep
de hoc vide glos. & Antoni. de Butrio. & vide Panor.
Felin. in c. cum essent. de simo. faciunt ista ad quæstion
quam Hostien. ponit in d. c. cum essent; Episcopus rec
quendam clericum ad seruitium spirituale præstandu
promittens sibi certum salarium annuatim, donec
prouideret de beneficio cõpetenti; & dicit licitum esse
modo specialiter ex pacto se non obligauerit ad seruitu
temporale præstandum; sed caueat prælatus, ne indu
tur ad conferendum beneficium principaliter propter
uitium temporale, vel spirituale recipiendum, sed quia
meretur; & causa impulsiua, & non finalis sit præstatio
uitij. ita Hosti. vt supra, & ibi videbis Panor. & doct.
simoniacus in beneficio non deponitur ab ordine, qua
do non conuincitur per viam accusationis, vt supe
dixi. tex in. in c. insinuatum, de simo. de hoc vide in c.
13 quisitionis. de accusa. † Et pro chrismate non debet à pr
latis exigi pecunia ab ecclesijs, etiam si sit consuetudo;
in c. ea quæ, de simo. non solum pro chrismando, inquan
tum est sacramentum, sed in quãtum est liquor; quia chri
ma est quid spirituale. de hoc videbis Cardin. sancti Sera
in c. placuit. il. ij. j. quæstione prima, & videbis doctor. &
Panorm. in dicto cap. ea quę, & cap. ad nostram. de simo.
cap. in tantum.

Et simoniacus afficitur infamia iuris, non ipso facto
sed per sententiam & de hoc vide text. & doctor. in cap. li
ne xv. quæst. iij. & vide Panor. in c. ex diligenti. de simo.
Et an officiales possint aliquod minus accipere, vide doct.
in c. statutum. §. insuper. de rescript. libro. vj. & vide Felin.
post Abba. in cap. & si quæstiones. de simo. & an offici
Romanæ curiæ sint licita, non est præsentis speculatio
nis: quia manifesta accusatione non indigent; loquamur
iura.

19 † Et nota. quòd Abbas si pro aliquo accipiendo in mo
nasterio acceperit pecuniam, committit simoniam. Et
simonia committitur ex sola conuentione, spirituali
recepto; licet non tradatur temporale promissum, & non
solum si datur prælato, sed etiam si datur suis familia-
ribus,

ribus, vt in cap. veniens, de simo. & in cap. ex tuo. Et an simonia vitiet monachatum, videbis docto. in dict. cap. veniens. & ita fuit in Giezi. & vide de hoc in c. quoniam, de simo.

† Et an redimere vexationem in spiritualibus, sit simo- 20
nia, dixi in c. præcedenti tractando materiam de pensionibus ecclesiasticis. & pro soluendo excommunicato pretium aliquod exigi non debet, vt in c. aures. de simo. Et beneficium simoniace acquisitum in manibus cuius debet cedi, vide gloss. & docto. in cap. de regularibus, de simo. & de simonia ignoranter commissa, vide text. in cap. ex insinuatione. & vide in cap. nobis fuit. Et de monacho simoniace recepto vide in cap. dilectus. il. ij. Et prælatus simoniacus non potest conferre ordines, quia est suspensus à suis, vt in cap. per tuas. de simo. il. j. & in cap. per tuas. il. ij. notant doct. quòd Episcopus in sua diœcesi potest facere omnia, quæ sibi Papa specialiter non reseruauit. Et simonia est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spiritualium, vt in cap. consulere. de simo.

† Et simoniacus non tenetur restituere, quidquid conse- 21
cutus est ex re simoniace acquisita, sed sufficit agere pœnitentiam de mente deprauata; & hoc intellige, quando interuenit sola affectio, quia ex sola affectione non tenetur restituere. sed in intentione principali deprauata imminet restitutio. de hoc videbis gloss. & doctor. in ca. fin. de simo. Sed aduerte, quòd sicut in vsura vsurarius tenetur restituere quicquid ex mutuo cõsecutus est, quia vsura in vtroq; testamento prohibetur; &, vt diximus in principio capituli, simonia est de iure diuino reprobata, & de iure positiuo sub grauibus pœnis, vt superius exclamauimus. Quid de Cardinalibus, cum promouent aliquem in Episcopum authoritate summi Pontificis? suo tempore dicemus. quia in præsentia non est præsentis speculationis: & ita dico etiam de dignitate Cardinalatus; quia manifesta accusatione non indigent. Sed dicemus infra breuiter. & attendite quia Reuerendissimi domini Cardinales concedunt indulgentias in ecclesijs titulo suo subiectis, vt dixi supra in capitulo de indulgentijs. Et omnis

Christianus procuret ad missarum solennia aliquid Deo offerre, quia Dominus dixit ad Moysem: non apparebis in conspectu meo vacuus. Exodi. xxiij. & in cap. omnis. de consecratione distinct. j. Et non apparebis vacuus charitate.

22 †Quid de fraternitatibus, in quibus statutum est, vt nullus recipiatur, nisi promittat aliquid se daturum? non est simonia, quia non sunt religiosi stricto modo, vt in rubrica, &. c. j. de regularibus, & c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. ca. cum laicis quamuis religiosis. de rebus eccles. non alienan. vbi sunt plura genera religiosorum. primum largissime, vnde ille, qui magis diligit Deum, dicitur magis religiosus; vnde dicitur religio Christiana, & religio Christianorum, vt in ca. j. de homici. in vj. Item dicuntur religiosi, clerici seculares: vltimo dicuntur religiosi & monachi, & regulares, qui sunt multum astricti: vt per totum titulum, & docto. de statu regularium.

23 †Quid de dignitate Cardinalatus, attendite; Nam reuerendissimi Cardinales eligunt Pontificem summum, & eliguntur in Pontifices, & eligunt, & approbant, & reprobant Episcopos ad libitum, iuridice tamen, & recte in præsentia summi Pontificis, & in aliquibus ecclesijs prouident beneficia ecclesiastica. Ideo iudicio meo dignitas Cardinalatus nec directe, nec indirecte potest vendi, nec emi, vt ex supra dictis constat: & mediatores etiam simoniaci sunt, vt iam dixi scribendo de mediatoribus in simonia.

Quid dicemus de protectoribus regnorum, an possint exigere pecunias à promouendis in episcopatus? loquantur iura supra dicta.

Si promitto tibi ecclesiam, vt negotium meum in Romana curia procures, simoniacus es, vt in c. cum essent, de simonia: secus, vt supra dixi, si seruio gratis, licet secundario sperans à te beneficium. & vide de hoc Hosti. & Gofre. in summa. & vide docto. in cap. tua nos. de simo. & aliqua crux spiritualis portetur pro pecunia, vt per Hosti. in summa. & vide docto. in c. sicut, & ca. audiuimus, de simo. & ibi videbis, quando ecclesia habet diuersa cæmiteria.

Materia

Materia ista profundum pelagus est, & obscœnum, & multi inuoluũtur in ista cæcitate, & obscœnitate: ideo arbitrio Dei, & sacri summi Romani Pontificis animaduersione tantę nefandæ improbitatis materiam relinquamus. sed vide Hostiensem, & Gofredum in titu. de simo. & videte doctores in titulo de simonia. & videte Ioannem maiorem in iiij. dist. xxv. & vide sanctum Thom. in secunda secundæ q. c. & videte in iiij. articu. xxv. & ibi videte Caietanum in commentarijs.

†Iubente domino meo illustrissimo Cardin. Paceco, hunc tractatum de simonia composui, cum commorarer Romæ in domo suæ illustrissimæ dominationis, anno M. D. LVI. 24

## AN IVSTE LICEAT CATHOLICO REgi nostro *in occurrenti calamitate petere, & exigere a personis ecclesiasticis aliquam partem fructuum ecclesiasticorum, interuenientę tamen approbatione, & consensu sacri summi Romani Pontificis.* Cap. LXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Hispaniarum Rex in regno suo est monarcha, & de iure superiorem non recognoscit.*
2 *Philippus Hispaniarum Rex, à quibus originem trahat.*
3 *Ius patronatus an transeat ad hæredes.*
4 *Quibus ex causis ius patronatus acquiritur.*
5 *Patrono quæ & quot debeantur, & num. 6.*
7 *Reges nostri continue debellantes, excessiuos sumptus, pro defensione Reipublicæ Christianæ, profuderunt.*
8 *Christiana religio à sæuissimo Turcarum Rege continue oppressa, & num. 12.*
9 *Quibus de causis res ecclesiæ vel ecclesiasticæ, alienari possunt, remissiue.*
10 *Vtrum pro captiuorum redemptione ecclesiæ ministeria vendenda sunt.*

11 *Tenetur Ecclesia captiuos redimere, propter animæ periculum.*

13 *Quid agendum, cum quis inuitus prouocatur.*

14 *Quæ semel Deo oblata sunt, ad humanos vsus amplius conuerti non debent.*

15 *Cum de generali vtilitate totius Christianitatis agitur, tam clerici, quam laici contribuere debent.*

17 *Temporalium defensio quibus præcipue commissa sit.*

18 *Pro necessaria defensione Christianæ Reipublicæ, licet catholico Regi, Archiepiscopis, Episcopis, medietatem fructuum beneficiorum suorum petere.*

19 *Extrema vrgente necessitate, quilibet auxilium præstare tenetur.*

20 *Necessitatis tempore omnia communia esse debent.*

21 *Quæ & quot sint via iure inuentæ, secundum quas ecclesia prouidetur.*

DIxi in xxiiij. capitulo, quòd res ecclesiastice, vel bona ecclesiarum possunt licite alienari pro redemptione captiuorum, & pro alimonia pauperum; nunc quæro, & maxima cum instantia peto, si in hodiernis calamitatibus Rex Hispaniarum, Rex optimus, & dominus noster possit petere, & iuste exigere medietatem fructuum decimarum à clericis, & personis ecclesiasticis pro tuenda, & seruanda religione a Saracenorum incursibus, & à magno infideli Rege Turcarum: & quia res magni ponderis est, præmitto aliqua, & ex præmissis quæstio resoluta manebit, & facilis.

1 † Præmitto primo, quod Rex Hispaniarum est monarcha in regno suo, & de iure non recognoscit superiorem, vt est glos. notabilis, & aurea in c. Adrianus. il. ij. lxiij. dist. vbi legitur; Reges Hispaniarum cum non subessent imperio, regnum ab hostium faucibus eruerunt. & Oldradus in cons. lxix. dicit: Reges Hispani terram illam per arma ab infidelibus acquisiuerunt: de hoc videbis docto. in c. per venerabilem, qui filij sint legi. & vide Alberic. in l. cunctos Populos, de summa trin. & fide cath. † Et quod Rex Hispa-

Hiſpaniæ de iure non recognoſcat ſuperiorem, textus eſt in prima partita, tit. v. lib. xviij. Et altius hiſtoriam recenſendo; primi quidem Gothorum Reges Athanaricus, vel ſecundum alios Alaricus, à quibus Rex Philippus, Rex Hiſpaniarum, & dominus noſter indubitatam trahit originem, ex grata Honorij Imperatoris conceſsione Hiſpanias viriliter aggreſsi ſunt, & Vandalos, Sueuoſque debellando ab Hiſpania eos expulerunt, & in Africam fugere coegerunt; quia tyrannice, & contra imperatoris voluntatem occupauerant: & ex tunc poſtquam Hiſpanicam monarchiam adepti ſunt, vſque ad tempora noſtra Reges Gothi regnauerunt, & in ſempiterna ſecula regnabunt. Ipſi vero Gothorum Reges diſcurrentibus annis conſtruxerunt ſacra templa, & eccleſias, vbi diuina officia virtute diuina celebrarentur, & ornamenta plurima miniſtrarunt, ex quo ius patronatus in eiſdē eccleſijs, præſertim cathedralibus acquiſiuerunt, & ſpecialiter ſibi reſeruauerunt, vt in c. nobis. &. c. præterea. de iure patrona. de quo vide Archid. in. c. lectis. lxiij. diſtinct. & Bald. in proœmio decretalium. §. Rex pacificus. & videbis doctorem Palacios Ruuios virum grauem, magnæ authoritatis, & doctrinæ in tractatu ſuo de beneficijs in curia vacantibus. §. viij. & dixi ſupra in iſto ſpeculo in ca. de bello, in princ. † Et tale 3 ius patronatus tranſit ad filios & nepotes, quorum nomine intelliguntur pronepotes, & cæteri deſcendentes. Itaque ius patronatus tranſit ad hæredes in perpetuum. bonus tex. ad hoc in c. filijs, xvj. q. vij. & de hoc in c. frigētius. & c. piæ mentis. eadem q. & cauſa. &. xvj. q. vij. vbi dicunt doctores, quòd quatuor modis ius patronatus ad alios transfertur, ſcilicet ſucceſsione, donatione, permutatione, vniuerſitatis vēditione. Et ius patronatus eſt poteſtas prouidendi eccleſiæ procedens ex beneficijs ante conſecrationem eccleſiæ collatis. colligitur hæc definitio ſecundū Archidia ex diuerſis iuribus. Hoſtien. vero ſic definit. Ius patronatus eſt poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium eccleſiaſticum; addens, quod prouidentia patroni conſiſtit circa duo, ſcilicet temporalia, & ſpiritualia; tenetur enim pro temporalibus eſſe ſolicitus,

ne dilapidentur. & talem ministrum in ecclesia eligere, qui diuina officia digne valeat celebrare. Et ius patronatus dicitur propter defensionem, quam patroni debent impendere ecclesiæ: Et non est ius spirituale proprie, cum laico competat, & ad hæredes transeat, vt dixi: sed est annexum spirituali, vt in cap. de iure patrona. docto. in cap.
4 quanto, de iudicijs. † Et tribus ex causis ius patronatus acquiritur. primo scilicet ex ecclesiæ constructione; secundo ex ecclesiæ donatione, tertio ex territorij ad ecclesiam fundandam collatione. De donatione, & constructione vide in dict. c. filijs. xvj. quæst. vij. de fundi collatione. cap. Abbatem. xviij. quæst. ij. Et constructor, vel fundator dicitur ille, qui à principio, & de nouo construxit, & donauit. Et acquiritur ius patronatus ante consecrationem, vt dixi; Vnde ante consecrationem debet construi, & territorium, vbi construitur, assignari; alias construi non posset; & dotis collatione dotari, aliàs construi non debet, vt in d.
5 c. frigentius &, c. piæ mentis. Et † debetur patrono honor, onus, emolumentum, vt præsentet, præsit, defendat, alatur egenus. Competit ergo sibi aliquid honoris, aliquid oneris, aliquid vtilitatis: honor consistit in præsentatione, & reuerentia: Onus cõsistit in eo, quod præcipuus defensor ecclesiæ est; Vnde tenetur ecclesiam ab omnibus oppressoribus, & oppressionibus defendere. vnde & aduocatus, & defensor dici potest. Et de rebus ecclesiæ solicitudinem debet gerere, ne defraudetur ecclesia, vt in dict. ca. filijs. Emolumentum, & vtilitas ei competit; quoniam in tempore suæ necessitatis sustentandus est, vt in dict. cap. filijs. & c. quicunque. xvj. quæst. vij. & alendus est debita ratione, ne egeat.

Sed ad corroborationẽ meæ conclusionis, scilicet quòd Reges Hispaniæ sunt antiquitus patroni ecclesiarum, vt dixi, adduco optimum tex. in ca. cum longe. lxiij. distinct. vbi probatur, quòd consuetudo antiquata, & prisca erat in tota Hispania, quòd quando moriebatur aliquis Episcopus, congregabantur omnes Episcopi comprouinciales; & obitus Episcopi significabatur Regi; & Rex eligebat; & electio concilio Episcoporum intimabatur, vt

ab

ab eo comprobaretur. Sed quia hoc erat valde difficile, & oneroſum, cum propter longitudinem itineris cito non poſſent Epiſcopi congregari, ſtatutum eſt in concilio Toletano, vt Toletanus Archiepiſcopus vicem omnium Epiſcoporum ſuppleret, ſcilicet vt obitum Epiſcopi Regi nuntiaret, & electionem factam à Rege comprobaret, & confirmaret, & electum conſecraret. Eſt argumentum, quòd propter loci, & temporis difficultatem aliquid fit ab aliquo, à quo aliàs non deberet fieri, vt electio, & conſecratio. Itaque ne propter viarum diſcrimina ordinatio eccleſiarum periculoſe differatur, conceſsit Papa Archiepiſcopo Toletano, vt præſentatos per regem Hiſpaniæ poſſet confirmare, & conſecrare, vt in dict. cap. cum longe, lxiij. diſtinct. & ita Cardin. S. Sixti. ponit caſum in lectura ſua.

† Et debetur patrono honor, onus, emolumentum, vt præſentet, præſit, defendat, alatur egenus: competit ergo ſibi aliquid honoris, aliquid vtilitatis, aliquid oneris; honor conſiſtit in præſentatione, & reuerentia. Onus conſiſtit in eo, quod præcipuus defenſor eccleſiæ eſt; vnde tenetur eccleſiam ab omnibus oppreſſoribus, & oppreſsionibus defendere; vnde & aduocatus, & defenſor dici poteſt: & de rebus eccleſiæ ſolicitudinem debet gerere, ne defraudetur eccleſia, vt in dict. cap. filijs. Emolumentum, & vtilitas ei competit, quoniam in tempore ſuæ neceſsitatis ſuſtentandus eſt, vt in dict. cap. filijs. & c. quicunque xvj. quæſt. vij. & alendus eſt debita ratione, ne egeat. Sed credo, quòd perſona, & qualitas, & dignitas patroni eſt conſideranda, & eccleſiæ, vel eccleſiarum facultates ſunt etiam conſiderandæ, quia aliter eſt prouidendum nobili, & aliter ignobili; qualitas neceſsitatis etiam conſideranda eſt, quia ſi patronus eſſet Rex, vt Catholicus Rex noſter patronus omnium eccleſiarum Hiſpaniæ, & neceſsitas vrget de chriſtiana religione tuenda, vt in præſentia, quid dicendum? ſecundum ex infra dicendis remedium optimum in promptu erit. † Item præmitto, quod reges noſtri ſemper continuatis temporibus fuerunt, & ſunt fortiſsimum propugnaculum catholicæ fidei, & exceſsiuis

6

7

sumptibus & laboribus debellauerunt regnum Granatæ intra fines nostros situatum, & propagando dominium suũ trãsfretauerũt mare nostrum, & intra regna infideliũ Saracenis profligatis fortissima arcẽ illã Mazalquiuir vulgariter nuncupatã expugnauerunt, ciuitatemq; famosam Oram expugnauerunt, & etiam arcem vulgo nuncupatam Melilla: quæ omnino in præsentia possidemus, tanquam præsidia munimentaq; Christianæ religionis: postmodum vero vario marte pugnando magnam substantiam pro defensione reipublicæ Christianæ profuderunt. Nouissime autem diuus Carolus Quintus Imperator Romanorum semper Augustus, genitor Catholici Regis nostri pro cõseruatione religionis in Africam transfretauit, & contra Arabes, & Turcas bella crudelissima gessit in regno magnæ Carthaginis: vbi post varia trophæa abeis viriliter obtenta, ingentes legiones Mahumeranas superauit, profligauitq;. Et post tam insignem famosamq; victoriam, & præclarissimum triumphum regnum cunctum in suam ditionem redegit, Octuaginta quinque triremes infideliũ à Christianis in littore maris expugnatæ sunt, fortissimamque arcem in loco Goletta nuncupato construxit, quam bene munitam hodierna die maxima cum diligentia conseruamus. Quid multis? iam in seruitute essemus, nisi Catholici Reges nostri gladio bellico nos à iugo seruitutis acriter certando liberassent; quia in debellatione magnæ Carthaginis quindecim milia capita Christianorum à captiuitate paganica liberata sunt, & in pristinam libertatem redacta.

Præmitto etiam, quod catholici Reges nostri habent classem multarum triremium numero sexaginta in mari Iberico, & in mari Ligustico, & in mari Siculo, & in mari Balearico, vbi triremes nostræ toto tẽpore versantur semper in continuo motu ad propulsandas continuas inuasiones à piratis infidelibus factas, quia quotidie † Rex sæuissimus Turcarum maximo, & crudeli affectu Christianam religionem persequitur. quid moror? in anno 1551. & in anno. 1552. & in anno 1553. & in anno 1554. 1555. & 1556. & in anno 1557. & alijs superioribus annis gentes

Tur-

Turcarum magna classe triremium, totum mare nostrum crudeliter inuaserunt deprædando ciuitates nostras, & amicorum nostrorum: debellauerunt etiam fortissimá illam arcem Bonifacij in regno Corsicæ, vt omnes scitis, atque vtinam non sciretis. In istis etiam bellorum tumultibus Pannoniam, & quasi omnem Hungariam infideles tyrannice occupatam habent, vt omnes scitis, atque vtinam non sciretis.

Præmitto etiam; quòd à quadraginta annis citra, maxima discessio in ecclesia Dei orta est ob Christianorum discessionem.

† Item, & vltimo, præmitto, quòd secundum beatum Ambrosium in libro de officijs, res ecclesiæ, vel ecclesiastiæ possunt alienari, & vendi tempore necessitatis pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum, &c. in his quidem vasa preciosa, & sacra etiam debent alienari secundum beatum Ambrosium, vt dixi; & transumptiuè in cap. aurum habet ecclesia. xij. quæst. secunda. cuius verba sunt; Aurum ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri, atque argenti de templo Domini Assirij sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos pro alimonia pauperum, si aliqua subsidia desunt, quam si sacrilegus contaminat, & asportat hostis? Nonne dicturus est dominus. cur passus es tot inopes fame mori? certe habebas aurum, vnde ministrasses alimoniam. Cur tot captiui in captiuitatem dicti, nec redempti ab hoste occisi sunt? melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quàm metallorum. his non potes respõsum referre, quid enim dices? timui, ne templo Dei ornatus deesset: respondeat; aurum sacra non quærunt, neque auro placet, quæ auro non emuntur: ornatus sacrorum redemptio captiuorum est; & vera illa sunt vasa preciosa, quæ redimunt animas à morte, ille verus thesaurus est domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Et post pauca: Nemo potest dicere, cur pauper viuit. Nemo potest quæri, quia captiui redempti sunt: in his generibus vasa ecclesiæ etiam initiata confringere,

con-

conflare, vendere licet. Ideo dominus habebat loculos, à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Ioann. cap. xiij. & c. habebat. xij. quæst. j. Et Augusti. dicit, & transumptiue in dict. c. habebat, Clericis nullo modo licet habere quid propriũ, sed res ecclesiæ non quasi propriæ, sed vt communes, & domino oblatæ cum summo timore, non in alios, quam in præfatos vsus sunt fideliter dispensandæ. Itaque ecclesia tenetur redimere omnes captiuos, sed ecclesiæ Hispaniarum suos tenentur redimere, & sic de cæteris, vt per doct. in ca. sicut omnino. xij. quæst. ij. Item in vj. synodo vniuersali fuit statutum, & definitum, vt in cap. Apostolicos. xij. quæst. ij. vbi litera dicit, Apostolicos, & paternos canones renouans hæc sancta, & venerabilis synodus definit, neminem prorsus Episcopum vendere, vel vtcunque alienare Ciminilia, & vasa sacrata, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet pro redemptione cap-
10 tiuorum. Item Gregorius Episcopo Messiano scribit; † Et sacrorum canonum legalia statuta permittunt ministeria ecclesiæ pro captiuorum redemptione esse vendenda, vt in c. vt sacrorum, xij. q. ij. similis tex. in c. sacrorum. ea. q. & cau. vbi litera dicit: Sacrorum canonum statuta legalis permittit authoritas licite res ecclesiasticas in redemptionem captiuorum impendi. similis tex. in c. sicut, §. sed notando. ea. q. & causa. & in c. ecclesiarum seruos. est similis tex. eadem. q. & causa.

Hoc prudentia dictat, inclinat ad hoc etiam misericordia, & proximorum dilectio, sic docuit Christus. Matth. xix. Si vis perfectus esse vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; licet multi cum diuitijs habuerunt virtutes, vt Abraham, Dauid, Iacob; sed crudele plane est, aurum in theca rubiginari, & proximum fame emori, aut carcere cruciari: vnde saluator ait Matth. vj. Facite vo-
11 bis amicos de mámona iniquitatis. † Itaque in iuribus allegatis probatur, quòd ecclesia tenetur redimere captiuos, quia timetur periculum, seu mors animæ, vt in cap. ipsa pietas, xxiij. quæst. iiij. & ornatus sacrorum redemptio captiuorum est, vt dixi: quia per redemptionem capti-

captiuorum ab infidelibus eripiuntur animæ à lapsu erroris, & verius ornatur ecclesia lapidibus viuis; quàm auro, & argento mortuorum: sanctius est templum spiritus sancti, quod fideles sunt, omni ornatu templi corporalis: & quanto pretiosior sit anima corpore, tanto magis ea, per quæ animæ liberantur à morte scilicet æterna, in redemptionem captiuorũ impendentur, & Pet. dixit in can. Non enim auro, & argento redempti estis, sed precioso sangui ne Christi. Igitur ille est pretiosus thesaurus, qui captiuos redimit, quos sanguis Christi operatus est, scilicet in redemptionem. Apoca. c. v. Redemisti nos in sanguine tuo. ideo vt dicit tex. in d. c. aurum; Nemo potest dicere. j. objicere, quare bona ecclesiastica sunt expensa in redemptionem captiuorum, cum ad hoc sint ordinata. ita docto. & doctissimus Cardinalis Sancti Sixti in d. c. aurum habet ecclesia. Præcipue, quòd Archiepiscopi, & Episcopi, & omnes clerici viuentes de patrimonio Christi, & dispensatores, & vsuarij, & non vsufructuarij sunt; quia non domini fructuũ, neque de his testantur, nec possunt testari, vtpote nec domini rerum, vt dixi latissime supra in isto Speculo. c. sexto. Itaque ex præmissionibus meis, inuictissime catholice Rex, constat manifeste Maiestatem tuam esse patronum ecclesiarum Hispaniæ, aduocatum, defensoremque: constat etiam in necessitatibus proprijs, & publicis de iure succurrendum fore à personis ecclesiasticis, & præcipue à prælatis Hispaniarum: constat etiam Maiestatem tuam imagine antecessorum fortissimum Catholicæ fidei propugnaculum esse: † constat etiam sæuissimum Regẽ Turcarum esse in præsentia verum, voracem deuoratorem 12
Christianæ Reipublicæ, deminoratorem, exterminatoréque. Constat etiam, exercitum marinum Turcarum superiorem continuo esse exercitui marino nostro, cum semper in mari præmineat, vt ex euidentia facti notorij permanentis apparet; & cõstat etiam, inuictissime catholice Rex, ex præmissionibus meis, bona ecclesiastica, & vasa consecrata posse alienari, & vendi in tam euidenti infortunio, & occurrenti calamitate, cum ad hoc bona ecclesiastica sint ordinata; cum Archiepiscopi, & omnes clerici sint

vsuarij

vsuarij,& non vsufructuarij,vt dixi: Constat etiam totam salutem religionis nostræ in classe esse, quia si supra mare exercitum centum triremium habuissemus, non solum à iugo seruitutis essemus exempti,sed intra fines suos tutissima præsidia munissemus. Et quia tota difficultas in pecunia consistit, inquirendum est, vbi facilius pecuniæ inueniendæ sunt,quia certum est,quòd redditus ordinarij,& extraordinarij Regnorum nostrorum non sufficiunt, neque alia honesta seruitia,quæ vltro, sponteque laici continuo offerunt,vt ex euidentia facti manifestum est. Ideo in euidenti infortunio, in deminoratione,& annihilatione religionis tam clara,quid dicendum,ò bone,inuictissime, ℣ catholice Rex? † cum infideles te ad arma prouocant inuictum, defensio de iure naturali est, licitum est se contra vim tueri,vim vi repellere licere,omnia iura clamant:ideo necessario est, vt totis viribus maiestas tua totum gregem sibi commissum defendat, exemplo Christi, qui animam suam pro nobis posuit,& exemplo Petri, qui pro corpore Christi,id est,,p ecclesia corporaliter pugnauit. In hoc cognouimus homines charitatem dei, quia animam suam pro nobis posuit;præcipue,quòd Regibus, & secularium dignitatum administratoribus defendendarum ecclesiarũ necessitas incumbit;ideo dixit Papa Leo in ca.res.xxiij.q.v. Res autem omnes aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent,& regia,& sacerdotalis defendat auctoritas. Ideo clementissime catholice Rex, totis viribus centũ triremes construantur ex redditibus ecclesiasticis superabundantibus; quia ex præmissionibus meis constat clare. omnia bona ecclesiastica superabundãtia,& omnes fructus ecclesiasticos superabundantes debere expendi in Christiana religione tuenda, deducto victu necessario ministris, sed cum moderamine. Et dico, quòd ex beneficijs non transcendentibus summam ducatorum centum,nihil exigendũ est;quia pro victu,& vestitu, prædicta summa ducatorum centum necessaria est; & qui altari seruit,de altari viuere debet. Intelligo hoc,si clericus non habet,nisi vnum beneficium, & in eo residet; nam si habet plura beneficia,dico vt supra:quia ex beneficijs non

debet

debet habere nisi victum, & vestitum, vt dixi: & pluralitas beneficiorum reprobata est à iure, vt dixi late supra in illo speculo; in titul. de pluralitate beneficiorum, & vide in capitul. Episcopus. xij. quæstion. j. &. vide in capit. & ibi gloss. xxj. quæstion. j. vbi dicitur; Audiuimus enim ex ipsa dominica voce, quòd nemo potest duobus dominis seruire.

Sed si aliquis diceret, nihil statuendum est contra libertatem, & immunitatem ecclesiarum. & † maxime, quia quæ semel deo oblata sunt, non debent amplius ad humanos vsus conuerti: & Rex debet defendere ecclesias, non spoliare. Respondeo hoc faciendum esse de consensu, & dispensatione summi Pontificis, in cuius manibus iura sunt, & ecclesiarũ immunitates: & iuste actum fuerit, quòd per supremam sedem fuerit dispensatum, & non aliter: ipse enim pater vniuersalis est, & in necessitatibus vere cognitis non deerit. Propterea dico, de mente omnium doctorum, quod si est aliquid explicandum, quod respiciat pietatem, & publicam vtilitatem ecclesiarum, vt in casu nostro, & non à remotis, per quandam consequentiam tenentur clerici, & ecclesiæ contribuere cum laicis. Ideo si necessitas, vel vtilitas concernit de directo, & principaliter vniuersalem vtilitatem laicorum, & clericorum, vt in præsentia, tenentur clerici, vt dixi, contribuere cum laicis, † cum agatur de generali vtilitate totius Christianitatis; & in tali casu oportet vtrorumque cõsensum interuenire, scilicet cleri, & populi; quia quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari; præcipue vbi agitur de religione seruanda, de captiuis redimendis, de pauperibus alendis. Et pugnamus pro veritate fidei contra hostes Christianæ reipublicæ; quia tunc ecclesia debet nedum subuenire, sed omnia bona sua distribuere, vt in dicto. capitul. eorum ecclesia habet, cum suis concordantijs. ita Panormitanus. in capitul. non minus. de immunitat. ecclesiarum. secus autem est in alijs particularibus necessitatibus, quando vtilitas non concernit de directo, & principaliter vniuersalem vtilitatem religionis.

Sed

Sed in refectione murorum Brunduſij, Hidruntis, Tarenti, Manfredoniæ, Baruli, vel ciuitatis Barij, vel nouæ Carthaginis, vbi de directo talis refectio vniuerſalem reſpicit vtilitatem totius Chriſtianitatis, non habent locum iura loquentia de immunitate eccleſiarum: quia tractatur, vt dixi, de componendo religionis ſtatu contra Turcarum potentiam; vim vi repellendo: ideo non habet locum c. aduerſus, de immunit. eccleſiarum, quia loquitur in caſu ſuo, & non vbi expenſa eſt neceſſaria pro catholica religione tuenda, in caſu noſtro. ita Panorm. in d. cap. non minus. vbi eleganter loquitur. Sed in caſu noſtro loquitur tex. in l. nullus. il. ij. de angarijs, & perangarijs. lib. x cum ſuis concordantijs. vbi dicit text. Nullus penitus cuiuſlibet ordinis, ſeu dignitatis, vel ſacroſancta eccleſia, vel domus regia tempore expeditionis excuſationem angariarum, ſeu perangariarũ habet: quia loquitur in expeditione grauiſſima, vbi notorie conſtat periculũ religionis. vbi Imperator poteſt ſimilẽ legẽ ſtatuere. quia tractatur de toto aſſẽ, & de periculo mũdi. per tex. ſingularẽ in ca. res. xxiij. q. v. cuius verba ſunt. Res autẽ omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinent; & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas, facit tex. in. cap. principes. §. cognoſcant. ea. q. & cau. vbi litera dicit; Cognoſcant principes ſeculi deo ſe debere eſſe reddituros rationem propter eccleſiam, quam Chriſto tuendam ſuſcepunt. † Nam ſiue augeatur pax, & diſciplina eccleſiæ per 16
fideles principes; ſiue ſoluatur; ille ſcilicet Deus ab eis rationem exigit, qui eorum poteſtati ſuam eccleſiam tradidit. facit etiam tex. in c. dicat aliquis. ea. q. & cau. vbi litera beati Ambroſij dicit in §. præterea. Sicut principibꝰ, & poteſtatibus fidem, & reuerentiam exhibere cogimur, ita ſecularium dignitatum adminiſtratoribus; ſi defendendarum eccleſiarum neceſſitas incumbit; quod ſi facere contempſerint, a communione ſunt repellendi. ſimilis tex. in c. adminiſtratores. & in c. Regum, ea. q. & cau. † Itaque de- 17
fenſio temporalium principibus, & præcipue Imperatori commiſſa eſt, & per conſequens idem quoque commiſſum eſſe videtur, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt,

per

pere ea, quæ notantur in l.ij.ff.de iurisdict.omni.iudi.bene faciunt ad hoc ea, quæ scripsi in isto speculo.ca.v. ad fin. omnino vide. Et de immunitate, & libertate ecclesiastica vide ea, quæ scripsi supra in isto speculo.cap.xxxv.& vide Petrum doctissimum de Anchatano in cap.non minus.de immunitate ecclesiarum ad finem, sic dicentem, post quã noua, & vetera recollegit. Ex prædictis posset dari certa doctrina, quòd vbicunque tractatur de communi vtilitate clericorum, & laicorum simul, & permixtim, clerici tenentur contribuere simul cum laicis, quia vbi commodũ, ibi onus, vt in clementina i.de censibus. Vnde audiui fuisse conclusum à doctissimis viris, quòd ad aggeres, qui fiunt iuxta mare, vel flumina propter timorem inundationis, tenentur pro possessionibus suis contribuere clerici, sicut laici propter commune periculum. Idem etiam ad euitandum rapinas, incendia, captiuitates, & alia multa mala; hic enim vt laicorum, ita clericorum versatur vtilitas: addit etiam, item clerici tenentur vigilare pro custodia ciuitatis, & tuitione, vt in c.peruenit, de immunitate ecclesiarum. Item nulla maior pietas, quam defendere religionem ab infidelibus.cap.fortitudo.xxiij. q.iij. vbi litera beati Ambrosij sic dicit: Fortitudo, quæ bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus locios, plena iustitia est.facit tex.in c. si quis.& c.non inferenda.ea.q.& cau.& hac ratione etiam pro pace, & quiete, qua tueri, & defensari debent, Imperatoribus tributum ab ecclesia persoluendum est, vt in c.tributum. xxiij. q.viij. itaque de exterioribus suis ecclesia tributum reddit.& tu videbis ea, quæ ego scripsi supra in isto speculo in titulo de immunitate, & libertate ecclesiastica; vbi dilucidaui omnia. † Ideo omnibus bene consideratis assertio, & cõclusio 18
mea plana est intuẽti; quia iuste licet Catholico Regi nostro petere, & exigere à clericis, Archiepiscopis & Episcopis medietatem fructuũ ex beneficijs ecclesiasticis, vt dixi, pro necessaria defensione, & tuitione Christianæ reipublicę, & si vnquam nunc maxime necessarium est, sed Catholicus Rex noster cum maximo moderamine hoc faciet, interueniente consilio, & consensu omnium Archiepiscoporum,

& Episcoporum, vt per Panorm. in c. aduersus. de immunitate ecclesiarum. quia tex. in d. c. aduersus, loquitur in casu suo. quia vbicunque tractatur de generali vtilitate Christianæ reipublicæ non loquitur tex. in d. c. aduersus, vt concludunt doctor. & dixi supra in c. de ecclesiastica libertate. Et quia multitudo facilis est ad dissentiendū, exigentia fiat consulto sacro summo Romano Pont. & eo consentiente iudicio meo; vt dixi, & non aliter.

Sed scripta mea non ligant monasteria monialium, nec ligant monasteria fratrum, nec monasteria monachorum, nec ligant alia religiosa, & pia loca; quia tales non sunt vsuarij bonorum suorum, sed veri domini; sed Archiepiscopi, & Episcopi, & alij clerici, vt dixi, non sunt veri domini fructuum decimarum. Sed quia aliqua pia loca ex gratia speciali possident aliqua beneficia ecclesiastica, de talibus beneficijs dico, vt supra.

19 † Verum est, quòd extrema necessitate cogente nullus exemptione gaudet, quia in tali casu omnia bona sunt communia bonus tex. in cap. discipulos. de consecra. distinct. v. vbi litera dicit: discipulos, cum per segetes transeundo euellerent spicas, & ederent, ipsius Christi vox innocentes vocat, quia coacti fame hoc fecerunt: ideo necessitas nō habet legem, vt in d. ca. discipulos. & c. si quis, de furtis & c. sicut, de consec. dist. j. Sic propter necessitatem David comedit panes propositionis. Matth. xxij. Regum j. c. xxj. & propter necessitatem famis potest pater distrahere filios,
20 vt in l. j. C. de patribus, qui filios distraxerunt. † Et ratio est, vt dixi, quia in necessitate omnia debent esse communia, optimus textus etiam ad hoc in c. sicut hi. xlvij. distinct. itaque necessitas facit licitum, quod alias erat illicitum.

21 Dixi de iure patronatus, nunc dico, † quòd plures sunt viæ à iure inuentæ, secundum quas ecclesijs prouidetur. Prima via est electio, vt in c. j. de electio. & c. tua, & c. cum terra, & de postula. præla. c. bonæ. j. & hoc non cadit in laicum, vt doctor. in c. quod sicut. de electio. Secunda via est solennis nominatio, vt in cap. bone. de postula. præla. cap. quanto. lxiij. distinct. ibi notatur: & ista solennis nominatio non cadit in laicum, vt in dicto. capitul. quanto

nomi-

notatur. Tertia via est postulatio, vt per totum titu. de postu. præla. & non cadit in laicum. Quarta via est collatio, quæ specialiter pertinet ad prælatum, & hoc non cadit in laicum, sed bene cadit de priuilegio Papæ, vt lxiij. distinct. cap. Adrianus. & c. in synodo. Quinta est præsentatio, vt de iure patronatus per totum, & cap. cum Bertoldus, de iureiuran. & hoc cadit ex vi iuris patronatus in laicum patronum. c. vlti. de iure patro. & de electio. cap. querelam. Sexta via est simplicis petitionis, quando populus petit ab Episcopo sibi dari rectorem: & hoc potest cadere in laicos, siue populum non patronum. cap quòd Dei timorem, de statu mona. xxiij. distinct. cap. primo. Itaque populi non est eligere, sed petitio bene cadit in populum. Et variare in electione quamdiu, & qualiter liceat, vide optimam glossam in dicto cap. quanto, sexagesima tertia distinctione. & ibi vide docto.

## DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE. *Cap. LXIIII.*

### SVMMARIVM.

1 *Votum vnde dictum: Item quæ sint necessaria ad voti obligationem.*
2 *A voto discedere non licet.*
3 *Ex alieno arbitrio votum pendere non debet.*
4 *Necessario post soluendum est, quidquid pro voto promissum fuerit.*
5 *In quibus proprie consistat votum.*
6 *Religionem vouentes, nouo nexu ab adulterio obligantur abstinere.*
7 *Quæ & quot sint votorum species, & nu. 9.*
8 *Voluntarium votum quodnam dicatur.*
10 *Quilibet sacer ordo castitatu votum annexum habet.*
11 *Si quis votum simplex emiserit, & postea contrahat, an teneat matrimonium, & nu. 12.*
13 *Solemne votum, ante pubertatis annos, nemo suscipere potest.*

14 *Vtrum in voto possit fieri dispensatio.*
15 *Omnia vota voluntaria, authoritate Papæ redimi & commutari possunt.*
16 *Quo casu permittitur dilatio voti.*
17 *Ius positiuum supernaturalis rationefundandum est.*
18 *Votum quantas afferat vtilitates,*
19 *Vtrum votum ex metu obliget, remissiue.*
20 *Transgrediens vota voluntaria, mortaliter peccat.*
21 *Hæres vtrum tenetur implere defuncti vota, remissiue.*

1 VOTVM † à voluntate dictum est secundum sanctum Thom. secunda secundæ quæst. lxxxviij. & in iiij. tàquam à primo mouente rationem ad vouendum. Votum est alicuius rei licitæ faciendæ vel non faciendæ cũ deliberatione animi Deo facta pollicitatio. Tria sunt necessaria ad obligationem voti, deliberatio, propositum, promissio saltem in corde. ita Panor. post sanctum Tho. in cap. literarum. de voto. & sanctus Thom. in secunda secundæ q. lxxxviij. quia non sufficit solum propositum, etiam præcedente deliberatione, nisi sequatur promissio. Et consilium diutinum est, vt quis obliget se ad vota, nam magis meretur apud Deum, vt in c. magnæ. de voto. Sed mala, vel illicita promissio non est seruanda; ideo in turpi voto muta decretum. c. in malis. xx. quæst. iiij. Vbi litera dicit; In malis promissio non est seruanda; ideo in turpi voto muta decretum, quod incaute vouisti, ne facias. Et in talibus magis placent Deo transgressores, quàm obseruatores. Cum deliberatione animi debet esse votum, vt dixi, quia votum, quod ex facilitate animi potius, quàm ex arbitrio discretionis emittitur, non est obligatorium: de hoc videbis in ca. veniens. de voto. & c. ad nostram. de regulari. & de conuersione coniugato. c. charissimus, & c. veniés. Dixi, Deo facta pollicitatio, quia Deo fit votum, & Deo reddi debet, vt in c. magnæ. de voto. Dixi, facta pollicitatio, hoc ideo quia si non faceret, licet facere proponeret aliquando, sed adhuc

adhuc non plene deliberasset, non obligatur, si non est in voto ad policitationem processum, vt dixi, vt in c. literaturam, de voto. potest videre, & videtex. in cap. qui bona, xvij. quæst. j. † Quod autem à voto discedere non liceat, 2 multis authoribus probatur, ait enim propheta; Reddite vota domino Deo vestro, psal. lxxv. Ité Augusti. quæ Deo vouentur, necessario reddamus. vt in cap. j. xvij. quæst. j. vbi legitur; Sunt quædam, quæ etiam non vouentes debemus; quædam etiam, quæ nisi vouerimus, non debemus; sed postquam ea Deo promittimus, necessario reddere cõstringimur, vt ad fidem seruandam: & generaliter ad omnia illa, sine quibus homo saluari non potest; de quibus habetur in c. charitas. de pœniten. distinct. ij. il. j. vbi post multa dicit Augusti. Hæc, quæ de charitate dicuntur, de perfecta intelligi possunt, quæ semel habita nunquam emittitur; exordia vero charitatis enutriuntur, vt crescant. Nemo enim repente fit summus. & ibi tex. in. cap. charitatis. il. ij. Augusti. ad Hieronymum ait: Charitas, in quibusdã perfecta, in quibusdam imperfecta: perfectissima autem in hac vita haberi non potest, vnde dicit Apostol. ad Ephes. Nemo tam perfectus, quin possit crescere. † Sed votum 3 non debet pendere de alieno arbitrio, vt si vnus coniugatus promittat continentiam, non tenet. ca. si tu, xxvij. dist. Item votum aliquod abstinentiæ non potest facere vxor sine viro. cap. manifestum. xxxiij. quæst. v. nec monachus sine Abbate. cap. monacho. xx. quæst. iiij. Item nec filius impubes sine voluntate patris, xx. quæstion. ij. cap. j. & ij. nec seruus sine voluntate domini. c. ex antiquis. liij. dist. prohibentur etiam Episcopus, & clericus. Itaque Episcopus nõ potest aliquod votum emittere sine licentia Papæ, intellige, vt in c. licet. §. illa semper regula. de regularibus, cap. nisi cum pridem, de renuntiat. & vide docto. in cap. magnæ, de voto §. verũ Sed quilibet votũ potest emittere, per quod bonum exemplum præbeat, quia ad hoc tenetur, vt in c. magnæ. de voto §. j. & de sacra vnctione. c. vnico §. ad exhibendum. Clericus etiam, vt dixi, non potest sine licentia prælati sui votum peregrinationis emittere. de consecra. dist. v. c. non oportet. & vide in d. c. magnæ. §. verum.

rum.nisi forte voueat religionem intrare. & vid.Hosti.in summa.§.qui vouere possint. vbi late de hoc. Et aduerte, quia dignus est supplicio, qui seipsum Deo subtrahit à voto resiliens;quia Ananias Deo pecunias vouerat, Actuum. v.quas persuasione diaboli subtraxit,sed morte mulctatus est. Si ergo mortis periculo ille dignus fuit, quia quos dederat nummos Deo,abstulit; considera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos,sed temetipsum Deo omnipotenti (cui te sub monachali habitu deuoueras)subtraxisti.ita Gregor.in registro.transumptiue in.capitu.Ananias.xvij.quæstio.j. Votum enim pro opere reputatur,vt in capitu. qui bona agunt.xvij. quæst. 4 j.Vbi etiam dicitur: † Post votum quisque necessario cogitur soluere, quod vouit. Itaque cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere, vt Deuter. cap. xxiij. & in psalmo. lxxv. vt dixi. Vouete & reddite domino Deo vestro. & Eccles. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. & Nume. capit. vi.Vir, siue mulier cum fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint domino consecrare, à vino, & omni, quod inebriare potest, abstinebunt. & Prouerbio. xx. Ruina est homini denotare sanctos,& post vota retractare.&, Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. De Iacob etiam legitur, Genes. xxviij. votum vouisse Deo. Et de Anna Samuelis matre. j. Regum. capitu.j. Vouerat etiam sacratissima virgo Maria se virginem perseueraturam;vnde ait angelo: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, id est, me non cognituram proposui, vt ait Nicolaus Papa in capitu. sufficiat.xxvij. quæst.ij. & beata virgo proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde; sed ipsum votum non expressit ore, & subiecit se diuinæ dispositioni, vt Augusti.in cap. beata virgo. xxvij. quæst.ij. Et in euangelio Matthæ.cap.xviiij.constat votorum instituta Christo esse probatissima. Et, vt iam dixi, ad votum tria ex necessitate requiruntur,rationis deliberatio, propositum voluntatis,& promissio. † Aduerte,nam in ieiunijs,eleemosynis,peregrinationibus, religionibus, abstinentijs,continentijs consistit votum, vt patet per totum

titulum

titulum de voto. Et breuiter in omnibus pijs causis licitis, faciendis, vel contrarijs non faciendis regulariter tenet votum. Nam de re nulla illicita fieri licite potest votum. Item de indifferenti, nempe quæ nihil secum emolumenti afferat, neque diuini honoris; nullum religiose potest emitti votum, vt si quis voueat, iter die martis arripere, & cætera. Item de re, seu necessaria, seu impossibili fieri non potest votum. Hanc tamen regulam tibi trado; quod vbicunque voueo, vel promitto aliquid facere, quo facto; vel aliquid non facere, quo non facto salus corporalis, vel spiritualis adimitur, vel peccatum mortale incurrerem, non est seruandum votum, neque iuramentum neque consuetudo, neque lex, neque præceptum, neque aliud vinculum fraternitatis. vicesima secunda, quæstion. quarta, per totam quæstionem. Sed secundum beatum Thom. opus præcepti ligat, quatenus est in nostra voluntate. Materia enim voti est illa, quæ eius ratione fit debita: ergo quatenus opus est legis, obligationis debitum non cadit sub voto, quia non pendet ex vestra voluntate, vt sit debitum, sed ex legis necessitate. At vero quia præcepti necessitas, non est simpliciter ne esitas, sed voluntarie illud implemus, aut transgredimur, hac ratione cadere potest sub voto, non quidem, vt ad id obligemur, ad quod non tenebamur, sed vt ad id, ad quod tenebamur, gemina simus obligatione constricti: tenebaris, inquam, præcepto temperantiæ non fornicari, cuius transgressio vitium erat tantum luxuriæ; emisisti eiusdem rei votum; obligaris ergo virtute insuper religionis. Itaque possumus nos ad talia opera arctiori vinculo astringere. Nulla enim inter ambas obligationes extitit repugnantia, secundum beatum Thom. & solenni ecclesiæ vsu probatur. † Vouentes enim religionem nouo nexu 6
obligantur ab adulterio, & fornicatione abstinere, à quibus diuina lege erant prohibiti; idque à clericis dum sacris maioribus initiantur, exigitur, vt in capit. nullum. vigesima octaua distinction. & ibi doctores. Si quæris quomodo ecclesia imponit alicui necessitatem

continendi: cum continentia sit res voti præcepti, capit. integritas. xxxij. quæstione prima. dico, quòd ecclesia neminem cogit continere, sed in ordine, quem dat, potest imponere legem, quam vult.

Sunt tamen aliqua, quæ prorsus neque probantur, neque reprobantur, vt si quis vouet die sabbati indui albo in memoriam virginitatis beatæ Mariæ, & cætera. Et rectitudo voti est de iure naturali, siue diuino. gloss. & doctor. in. capitul. ruffus. qui clerici, vel vouentes. sanctus Thom. in secunda secundæ quæstion. lxxx. Hostiens. in summa. titu. de voto. §. vtrum. Et si quid possibile vouetur, vt ædificare ecclesiam, si superueniente paupertate adimplere non potest, liberatus est à voto. sanctus Thom. in. iiij. vbi de hoc multa dicit. Et qui vouit celebrare hoc anno vigiliam sanctæ Catherinæ, & non seruauit, alia die votum implebit. Panorm. in cap. per tuas, de voto.

7 Duæ † sunt species votorum, aliud necessitatis, aliud voluntatis. Votum necessitatis dicitur illud, quod quis promittit in baptismo, vt abrenunciare satanæ, & pompis eius, tenere fidem, seruare decalogum, & alia, sine quibus salus non est. cap. primo. de consecra. distinctio. v. & j. quæst. j. cap. si qui Episcopi. §. ecce. vnde cum homo peccat post baptismum, dupliciter reus est, & quia peccat in eo, quod committit; & quia votum prævaricatur, non tamen tanquam pro duobus mortalibus pœnitentia indicitur, sed tanquam pro vno circumstantia transgressionis aggrauato; Votum vero voluntatis dicitur illud, quod quis voluntarie emittit, & ad quod quis ante votum non tenebatur, sed post votum astringitur, sicut est votum continentiæ, abstinentiæ, peregrinationis, secundum Hosti. Ray. Goffre. de his dicitur in Psalmo, vt dixi, vouete, & reddite. & de hoc vide in ca. magnæ. de voto. Quod dixi, votum continentiæ voluntarium esse, sane intelligas; voluntarium enim est contrahere, vel non contrahere, sic per consequens continere, vel non continere; quilibet tamen necesse habet continere, nisi contrahat matrimonium. vnde etiam Imperator castitatem indicit vniuersis,

in

in auctẽ. de lenonibus. §. sancimus. coll. ij. & idem alibi etiam dicit Imperator; castitatis sumus amatores. in auctẽ. quibus modis natu. effi. sui §. illud quoque. collatio vj. per quas corriguntur antiquæ leges, quæ concubinas concedebant. Item quod dictum est de voto abstinentiæ, intelligas quoad illos dies, in quibus ecclesia non inducit abstinere: nam in illis, in quibus ecclesia præcipit abstinentiam, non est voluntarium abstinere, sed necessarium, vt in titulo de obseruatione ieiuniorum. † Breuiter ergo dic, quòd voluntarium votum dicitur illud, quod ante emissionem voti relinquitur arbitrio cuiuslibet facere, vel non facere, ita quòd gratis, & liberaliter emittatur; sed intellige, vt superius dixi, de mente sancti Thom. Et quando quis vouet aliquid simpliciter sine conditione, vel determinatione temporis, tenetur ad statim, id est, quàm primum potest implere commode, & de voto conditionato. vide infra. & vide Panor. in c. scripturæ, de voto. 8

† Votorum autem voluntariorum aliud simplex, aliud solenne. Simplex votum dicitur, quia simpliciter, & sine aliqua solennitate emittitur; & horum, vt iam dixi, aliud consistit in faciendo, vt ire ad sanctum Iacobum, ieiunare, orare, & cætera. Et si votum fuit conditionale, si conditio deficit, non tenetur adimplere. cap. non solum. xxij. quæst. viij. & de istis conditionibus multa exempla inuenies in summa Hosti. in titu. de iureiurando. & vide doct. in ca. iij. de iureiuran. & vide Hosti. in sum. tit. de voto. §. & vtrum à voto. & vide in cap. beata Maria. xxvij. quæst. ij. & cap. non solum. xxxiij. quæst. viij. & generales conditiones intelliguntur, sed non speciales, docto. post gloss. in d. cap. non solum. 9

Solenne votum dicitur votum continentiæ solennizatum; solum enim votum continentiæ solennizatur; solennizatur autem votum per sacri ordinis susceptionem, vt in cap. placuit, xxxij. distinct. & cap. diaconi. xxvij. ca. cum in præterito. lxxxiij. distinct. & vide text. & docto. in cap. rursus. qui clerici vouentes. & cap. nullum. xxviij. distinct. & ibi gloss. & cap. presbyteris. xxvij. distinct. & doctissimus

frater Dominicus à Soto in illo doctissimo lib. de iustitia, & iure, fol. Dccij. examinat, vtrum sacerdotalis continentia ab illis statim incunabulis cœperit. vbi declarabit Paulum Apostolum dicentem, vnius vxoris virum in tom. secundo lib. viij. Item solennizatur votum per professionem, vel susceptionem vestis, quæ tantum profitentibus dari consueuit per introitum Religionis, & anni lapsum; vel si renuntiauit, & obedientiam promiserit, & continentiam vouerit in manu Abbatis, vel Abbatissæ, vel si voueat super altare, potest quis votum solennizare. & debet fieri propria scriptura c. omnes fœminæ. xxvij. q. j. itaque exceptis duobus hic expressis. & in c. vno. de voto, quæ dicuntur solennia; omnia alia vota, quantuncunque solenniter fiant, vt si voueat quis continentiam, vel aliquid votum faciat solenne, vt cum Missa, & litanijs, dicũtur simplicia, secundum Ioannem Andream, & Philippum Francum, in d. c. vno. de voto. † & ibi dicunt, quòd quilibet sacer ordo habet annexum votum castitatis, in tantum quod matrimonium postea contractum non tenet, vt per glo. & doct. in c. cum olim. de clericis coniugatis. & Petr. de Ancha in d. c. vno, dicit; Nota, quòd votum solennizatur per susceptionem sacri ordinis, vel per professionem tacitam, vel expressam alicui de religionibus approbatis; & dirimit matrimonium post contractum, & est nullum, & ibi videbis Anchoranum. Distinctio voti simplicis, & solennis est inuenta ex constitutione ecclesiæ, quæ statuit, quod votum solenne dirimat matrimonium postea contractum, & non simplex: & sic non tollit, sed distinguit legem diuinam, & eam declarat; quod potest, vt per Innocen. in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. & docto. in d. c. rursus. licet lex diuina dicat votum seruandum, tamen non dicat non tenere matrimonium post cõtractum: quod patet quia lege diuina prohibentur tantum certæ personæ, quæ notantur in ca. gaudemus, de diuor. inter quas vouent, non numerator; & hoc edictum prohibitorium est certarum personarũ tantum. Nam lege diuina (circunscripta lege canonica) teneret matrimonium contractum à monacho, & presbytero; quod patet, quia sacerdotes veteris testamenti cõtrahe-

hebant.c. tenete.xxi.dis & Græci contrahunt, qui lege canonica non sunt astricti, c. Nicena, xxxj. distinct. & per hoc tenet Hostien. quòd Papa potuit statuere, quòd sicut simpliciter vouens potest contrahere, ita vouens solenniter. ita Ancha. in. d.c. vno. Tu dic, quòd tantum votum solenne dirimit ex constitutione ecclesiæ, sed simplex impedit, vt per docto. in d.c. rursus. qui cleric. vel vouen. hæc opinio hodie communis est, & quasi ab hominibus approbata; tamen mulieri, quæ simplex votum emisit, si continere se nó potest, datur licétia nubédi in domino. † Igitur siquis vo- 11
tum simplex emiserit, & postea contrahat, tenet matrimonium, & imponitur pœnitentia, de fractione voti. cap. primo & secundo. xxvij. distinct. solenne votum impedit, & dirimit, vt dixi; & matrimonium nullum est. Sed cum vtrunque votum, scilicet simplex, & solenne, seruandu sit, & violatio vtriusque inducat mortale peccatum, & abinitio, quantum ad Deum, simplex votum nó minus obligat, quàm solenne; nam ex sui natura vtrunque eandem obseruantiam habet, quis fecit fines esse diuersos? Respondeo, ecclesia considerat circunstantias, ca. homo Christianus. xl. distinctio. & de pœnitent. distinctio. v. cap. primo. & verborum solennitates attendit in voto, sicut in iuramento. capit. iuramenti. xxij. quæst. v. & diuersum ius statuit, in vtroque etiam diuersam pœnam imponit in fractione vnius, quàm alterius, vt patet in capitu. si vir. xxij. distinction. & cap. virginibus, vigesima septima. quæst. j. & capitu. deuotum. Ex hoc ergo probatur grauius delinqui in fractione solennis, quàm simplicis voti. Quis enim dubitet, sceleratius esse cómissum, quod grauius iudicatur. c. non afferamus. xxiiij. q. iij. Itaq; qui frangit solenne votú, peccat in Deú, offendit constitutionē ecclesiæ, & homines cósciens scándalizat: quod in simplici voto non cótingit secundú doctores. † Et si quis votú simplex emiserit, vt dixi, 12
tenet matrimoniú, tamē de cósilio meo nó contrahat, quia mortaliter peccat, vt dixi, & Deum grauiter offendit, vt in cap. veniens. qui cler. vel vouētes. Ista distinctio votorú ponitur in text. in dicto cap. vno, de voto, lib. vj. vbi dicitur, quòd votum solenne tantum locum habet in professione

ne religionis, vt dixi, & susceptione sacri ordinis. Nunc considerandum est, vtrum votum solenne sit de iure mere positiuo, an vero de iure diuino. Nam si est de iure diuino, nequit à Papa super voto solenni dispensari; secus autem, si sit de iure positiuo, in dicto capi. vnico dicitur, quod vti solennitas ex sola constitutione ecclesiæ est inuenta; non enim dicit, quòd substantia solennis voti, puta quod qui se tradit, non possit matrimonium contrahere, sit inuenta ecclesiæ, sed quod modus ille tradendi, sit decretalis ecclesiæ constitutio, ideo nemini constare potest, à Deo recepi per votum solenne, nisi per iudicium ecclesiæ; & hoc est, quod dicit sanctus Thom. in iiij. distinctio. xxxviij. quod votum nunquam est solenne, quantumcunque quis profiteatur, nisi seruato ordine iuris positiui. Ideo simplex votum potest fieri soli Deo sine aliquo eius ministerio, solenne autem non, nisi per eius ministrum. Itaque opinio sancti Thom. de indispensabilitate voti solennis sustineri debet. licet Caietanus contradicat fortiter; sed doctissimus ille frater Dominicus à Soto viriliter defendit sanct. Tho. & merito, in illo suo famoso libro de iustitia, & iure, in libro octauo, & vide in commutatione voti, vbi multa vtilia, & subtilia dixit in Tomo secundo. Et vtrum sacerdotalis continentia ab istis statim ecclesiæ incunabulis cœperit, ibi videbis. sed ecclesiæ decori, & stabilitati sacerdotali votum continentiæ congruens fuit, ac necessarium, vbi in dicto octauo libro videbis. Et Cardinalis ille Caietanus maximus inter theologos suæ tempestatis, beatus fuit, sed beatissimus foret, si operam iuri pontificio plus, quam dedit, dedisset. † Sed votum solenne nemo, quantuncunque sit doli capax, ante pubertatis annos suscipere potest ecclesiæ auctoritate. Concludo, quod quantum ad votum solennizatum susceptione sacri ordinis Papa dispensare potest, & in hoc omnes conueniunt, sed in voto solennizato professione Religionis approbatæ, sanctus Thom. tenet, & bene, q̃ non, vt dixi. In voto peregrinationis terræ sanctæ, Apostolorum sancti Iacobi in Compostella, secũdum morem curiæ reseruatis, solus Papa dispensat, semper intelligе cum maxima causa; & ita de facto seruatur, licet nõ

13

sit

ſtiure cautũ, niſi pro ſubſidio terræ ſanctæ. In alijs autem
rotis Epiſcopi diſpenſare poſſunt. Et in voto perpetuo
continentiæ ſimplici Epiſcopus de iure diſpenſat, ſed ex
conſuetudine curiæ eam ſibi Papa indiſtincte reſeruat.

Et † circa commutationem, vel diſpenſationem, & vtrũ 14
in voto poſſit fieri diſpenſatio, dic, quòd votum quodcũ-
que ſimplex poteſtati ſubeſt eccleſiæ, tam vt ſuper eo di-
ſpenſet, quàm vt ipſum in rem aliam commutet: & ratio.
cur huiuſmodi authoritas in eccleſia fuerit neceſſaria, in-
uenies in cap. diſpenſationes. j. q. viij. & in ipſa quæſtione
multa tractatur de diſpenſatione, quia pro temporum ne-
ceſſitate decreta temperantur, vt in capitu. requiritis. §.
niſi rigor, cum capitulis ſequentibus. Et per diſpenſationẽ
vinculum vti prorſus tollitur, in commutatione vero nõ.
Nam qui diſpẽſat, nihil aliud videtur facere, quàm inter-
pretari, & declarare votum iam tunc in illo caſu non ob-
ligare; ſi enim ſimplex votum in illud mutatur, quod ma-
nifeſtum eſt eſſe melius, bene fit commutatio, vt per do-
ctor. in c. ij. de iureiuran. † Itaque omnia vota, quæ volun- 15
tatis ſunt, auctoritate diœceſani, ſiue Papę redimi, & com-
mutari poſſunt : debet autem ſuperior ipſe conſiderare
qualitatem perſonæ, & cauſam, & qualitatem, & quantita-
tem commutationis. Et ex hoc colligitur, an recompenſa-
tio melior Deo magis placita, & accepta ſit, vt in c. j. de vo-
to. per doctor. & circa diſpenſationem vel commutationẽ
voti, vide docto. in cap. quod ſuper, de voto. & vide in cap.
licet, eodem titu. & vide etiam docto. in cap. ex multa. & i-
bi tractatur, quando votum eſt pro ſubſidio terræ ſanctæ,
& quando eſt emiſſum pro deuotione. Et licet votum ſit
de iure diuino, poteſt in melius commutari, ſi votum eſt 16
ſimplex, vt dixi, vt per doctor. in ca. magnæ. de voto. † Et
ſi votum non poteſt exequi, permittitur dilatio; & ſi impe
dimentum eſt perpetuum, inducitur redemptio. docto. in
d. c. quod ſuper. & ibi de inopia. Et inops dicitur ille, qui
viuit ex artificio, vt per Panor. ibi. & qualiter, & cuius au
thoritate valeat redimi, vel commutari votum, vide Ho-
ſtienſ. in ſumma. in. §. qualiter. Et vide Goffredum in ſua
ſumma. Et vtrum, & per quem in votis valeat diſpenſari.

vide

vide Hosti. in summa, in titu. de voto. §. vtrum.

Sed Papa non dispensat contra ius diuinum, & ille, cum quo dispensatur, non est tutus quo ad Deum. ita sanctus Tho. sed vide, quia idem dicendum est in absolutione a iuramento sine causa. vid. Inno. notanter in ca. cum inter. de renuntia. & gloss. in cap. quanto, de iureiuran. & vide Panorm. & docto. in cap. non est. de voto. & vide Innocent. & docto. in cap. cum ad monasterium, de statu regulari. & vide Archidiac. in cap. Florentinum. lxxxv. distinctio. & vide Ioannem de Imola in cap. cum contingat, de iureiurand. & super pluralitate beneficiorum non potest dispensare sine causa, ita Panorm. in cap. non est. de voto. & vide Abbatem allegantem sanctum Thom. & communiorem opinionem in capit. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. & vide Ioannem Andre. in cap. de multa. de præbend. cum omnia bona ecclesiarum sint Dei, vt in cap. cum ex eo, de electio. in vj. & substantia Dei ordinata ad certos vsus non debet conuerti ad vtilitatem pri-
27 uatam sine causa, vt in cap. ratio, de præbend. †Item ius positiuum est fundandum super ratione naturali, vt in cap. duo sunt. xcvj. distinctio. vbi Gelasius Papa Imperatori Anastasio sic inquit; Duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. Itaque Imperator habet priuilegia suæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis diuinitus consecutus est, vt in cap. si Imperator. xcvj. distinct. & gloss. aurea in dicto. cap. duo sunt. Redeundo ad dispensationem dico, cum Papa debeat esse bonus paterfamilias, non debet relaxare ius sine rationabili causa, nec debet apud eum esse personarum acceptio. prædicta inducit Dominus Anton. contra religiosos impetrantes dispensationem à domino Papa, vt possint transire ad laxiorem regulam: nam si non subest iustissima causa, non est ille tutus, quo ad Deum. Et tu de istis fratribus vide beatum Bernardum in epist. j. & epistola septima. & vide Augustinum in c. quantumlibet. xxxvij. distinct. Sed aduerte, quia summus pœnitentiarius dispensat cum istis apostatis in Romana curia; sed de istis, vt dixi, vide beatum

Bern.

Bernardum in epistola prima. & c. septimo. Idé dico, si religiosus præficitur ecclesiæ seculari curatæ causa legitima non subsistente, nam propter hoc bonũ publicũ emanauit illud ius dispensatiuum, quod religiosus possit præfici ecclesiæ seculari, vt in c. quod Dei, de statu regularium. pro his allego gloss. singular. in c. monachi vagantes. xvj. q. j.

Dixi, quòd in voto Papa potest dispensare, quia cum maxima causa multa sibi licent.

†Nunc materiam concludendo, dico, quòd votum, seu 18
vouere est expediens, ita vt rationabiliter fiat, secundum sanctum Thom. quia per votum nostram voluntatem immobiliter applicamus ad bonum: & melius est, vt dixi supra, aliquid facere ex voto, quàm sine voto, quia est actus latriæ, quæ est nobilissima virtus: quod autem fit nobiliori virtute, est melius. Item quia vouens plus se Deo subijcit, quàm non vouens. Item quia per votum voluntas immobiliter firmatur ad bonum: facere autem aliquid ex volũtate firmata pertinet ad perfectionem virtutis. ita beatus Thom.

Et qui non potest implere per alium, quia in omni voto intelligitur illa conditio generalis, si potero; vt in cap. quemadmodum. de iureiuran. & in capitu. beatus. xxij. quæst. ij. nisi tempore emissi certus eram, quòd impedimentum esset perpetuum. de hoc vide Panormitanum in dicto capitu. licet.

Et vtrum, qui agent certam peregrinationem infra annum, & ante illud tempus infirmantur ad mortem, adhuc maneat obligatio voti, vide Panor. in c. j. de voto. Et vtrũ votum ex metu obliget, vide Panorm. in cap. sicut. il. ij. de regularibus. † Et vtrum obliget votum, dic, quòd si vo- 19
uens habet deliberatam intentionem obligandi se Deo, obligatus est, vt in cap. sunt qui opes. xxvij. q. iij. secus, si roueat subito, & indeliberate. vide ibi doct. & vi. in. l. quicquid calore iracundiæ. de regu. iur. ff. vbi litera dicit; Quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia aperuit iudicium animi fuisse. Et lex ista habet locum in voto, vt voluit glos. in capitul. dudum. de conuersione coniugatorum. intelli-

ge, quan-

ge, quando est talis iracundia, quæ alienationem mentis inducit, vt ibi Panorm. quia Deus vult voluntarium sibi tem. ca. non est. xv. q. j. cap. sicut, de regular. quia interna in voto deliberatio requiritur, vt dixi. & Ioannes And. in c. literaturam, de voto. Sed si sedato calore non fecisset, votum non obligat quo ad Deum; & vide Panor. in d. c. literaturam. & in c. ex literis. de iure iuran. & in c. dudum, de conuersione coniugatorum.

20 † Transgressio voluntaria voti est peccatum mortale secundum omnes, vt in cap. licet. de voto. S. Thom. 2. 2. q. lxxxviij. & ibi videbis de promissione facta Deo, si super. additur iuramentum, in voto negatiuo, vt non bibendi vinum, toties est mortale, quoties agitur contra in voto affirmatiuo, puta ieiunandi, non est mortale, nisi primo vice qua agitur contra votum, nisi ratione contemptus. & in voto negatiuo non bibendi vinum, si est perpetuum, mortale est, toties, quoties.

21 † Et vtrum hæres teneatur implere vota defuncti, vide in c. licet, de voto, vbi videbis doct. intellige, si hæres ad hæreditatem; sed si hæres ad hoc non se obligasset, non tenetur ad implere votum personale, votum reale sic. ibi videbis in d. c. licet.

## VTRVM LICITVM SIT CLERICIS *etiam Laicis fidelibus, literis secularibus eruditi, & vtrum libri hæreticorum a fidelibus sint legendi.* Cap. LXV.

### SVMMARIVM.

1 *Diuus Hieronymus ab Angelo reprehensus fuit, eo quod Ciceroniana opera legeret, & num. 5.*

2 *Secularium scientiarum studium, quos fructus pariat, & num. 3. 4.*

6 *Omnis ratio supernæ scientiæ vel terrenæ creaturæ, in eo est, qui est, qui est caput earum & auctor.*

7 Opus

7 *Cupiens sacras scripturas intelligere, peritus esse debet.*
8 *Philosophiæ studium licitum & laudabile est.*
9 *Sacrarum literarum ignarus, inhabilis est ad beneficia capessenda.*
10 *Aliqua dignitate præditis, non sufficit bona conuersatio & morum honestas, nisi doctrinæ scientia imbuti sint.*
11 *Vtrum Episcopus, hæreticorum libros legendi facultas data sit.*
12 *Vitium vitari non potest, nisi cognoscatur.*

REfert † diuus Hieronymus ad Eustachium, quod diuino iussu fuit cæsus, & quasi non Christianus ab Angelo reprehensus, eo quod libros Ciceronis legeret. Sed in oppositum sunt multę authoritates, quod licitum est vocare ancillas ad obsequium dominæ earum; sed omnes alę scientiæ famulantur Theologiæ sacræ, ergo licitum est studere volentibus in scientia Theologica, vti ancillis suis, quæ sunt aliæ scientiæ humanæ. Ideo licitum est fidelibus etiam clericis studium scientiarum secularium, exemplo beati Pauli, qui aliqua philosophorum dicta & poetarum suis scripturis inseruit, vt in Epist. j. ad Corinth. cap. xv. ad fi. j. & Actu. c. xvij. Cæterum Hierony. ad Magnum oratorem vrbis Romæ scribens ostendit, quòd doctores scripturæ sacræ possunt dicta sapientum hominum, & philosophorum allegare. Vnde Salomon prouerbiorum. j. dicit, quòd audiantur verba sapientum, & ęnigmata eorum. Et idem Hieronymus ad Damasum Papam inducit illud Deuteronom. c. xxj. de muliere captiua adamanda, & in vxorem ducenda, scilicet de sapientia philosophorum, vbi sic ait: Et nos hoc facere solemus, quando philosophos legimus: quando in manus nostras veniunt libri sapientię secularis, si quid in eis vtile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus. † Itaque studium scientiarum secularium est multipliciter vtile ad exercitationem ingeniorum, vt per beatum Augustinum de doctrina Christiana; vbi dicit, quòd per huiusmodi humanarum scientiarum studia sagaciora, & subtiliora reddunturingenia: propter quod

1

2

dicit Beda super libros Regum; turbat acumen ingeniorum legentium, & deficere eos cogit, qui eos à legendis secularibus libris omnino existimat prohibendos. Ideo notabis. quod scientijs secularibus potest se iuuare Theologus, maxime in tribus sibi necessarijs valde, in signis intelligendis, in ambiguitatib. dissoluendis, & in rebus & earũ proprietatibus, scilicet cognoscendis. In signis intelligendis iuuatur homo per grammaticam, quæ prima artium liberalium. ad hoc enim quòd sit in signis integritas, oportet nos vitare soleciſmum, & barbariſmum. Vtuntur etiam doctores sacræ scripturæ topicis locutionibus, & ita patet vtilitas: immo necessitas artis grammaticæ ad hos topos
3 intelligendos. † Necessitas siue vtilitas artis logicæ, etiã patet, sunt enim in scriptura sacra multæ ambiguitates, & difficiles quæstiones, ad quas intelligendas, & dissoluendas necessaria est nobis logica. vnde Augusti. ij. de doctrina Christiana dicit; disputationis disciplina. i. logica, ad omnia genera quæstionum (quæ in literis sunt penetranda, & dissimulanda) plurimum valet. Hoc etiam modo patet de Theorica; quoniam venustas sermonis, quæ habetur per artem Rhetoricæ multum est vtilis, eo quod secundum Tullium multos mouet venustas eloquij, quos sine ea non moueret qualitas facti. Item patet de vtilitate arithmeticæ; nam scriptura sancta multum loquitur de numeris, quorum imperitia, vt dicit Augustinus, multa facit obscura, quæ sunt non proprie, sed transumptiue, &
4 mystice posita. † Vtilis est etiam musica, dicente Augnstino libro de ordine: Ad istarum, inquit, rerum cognitionem neminem arbitror debere aspirare sine illo duplici scientiæ bono, scilicet disputationis, scilicet logicæ; & numerorum, scilicet musicæ; quia de musicis loquitur, scilicet Cythara, tympano, & choro, & huiusmodi; ad quorum cognitionem vtilis est musica. Vtilis est etiam astrologia, cum sacra scriptura interdum loquatur de sole, luna, & stellis, quorum cognitio spectat ad astrologiam. Vtilis est etiam geometria; loquitur enim scriptura sancta de altitudine cœli, & altitudine terræ, & huiusmodi; ad quæ cognoscenda vtilis,

&

& neceſſaria eſt ſcientia geometriæ. Patet ergo, quòd
vniuerſaliter omnes artes liberales, & diſciplinæ valent
ad pleniorem intelligentiam. & notitiam diuinarum ſcri-
pturarum; & per conſequens licitum eſt, immo perutile
in illis ſtudere; dummodo in eis quis diſcrete ſtudeat,
& recte, id eſt, bona intentione: ideo vſus prædictarum
ſcientiarum non vituperatur, ſed abuſus, qui eſt multi-
plex. primo videlicet, cum quis turpibus ſcriptis amato-
rijs, & huiuſmodi inficitur: hoc enim reprehendit
Hieronymus ſuper epiſtolam ad Epheſios. tranſumpti-
ue in capitu. legimus. trigeſimaſeptima diſtinct. vbi lite-
ra dicit; Heli ſacerdos ipſe ſanctus fuit, ſed quia filios
ſuos non erudiuit in omni diſciplina, & correctione,
ſupinus cecidit, & mortuus eſt. Propter hoc etiam re-
fert beatus Hieronymus ſe diuino iudicio flagellatum,
quia ita ſe ſcientijs ſecularibus dedicauerat, quod cum
interdum prophetas aſſumeret, ſermo horreret incultus,
vtin capitu. legimus, trigeſima ſeptima, diſtinction. vbi li-
tera dicit. † legimus de beato Hieronymo, quod cum 5
libros legeret Ciceronis ab angelo eſt correptus, eo
quod vir Chriſtianus paganorum figmentis intende-
ret. Sed notabis, quod Moyſes, & Daniel omni ſci-
entia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt.
& legitur etiam, quòd præcepit Dominus filijs Iſrael, vt
ſpoliarẽt Aegyptios auro, & argento, moraliter inſtruens
vt ſiue aurũ ſapiẽtiæ ſiue argentum eloquẽtiæ apud poetas
inueniremus, in vſum ſalutiferæ eruditionis vertamus.
In Leuitico etiam primitias mellis, id eſt, dulcedinem
humanæ eloquentiæ domino iubemur offerre. De-
nique in expoſitione Pſalterij Caſsiodorus teſtatur:
Omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus
poeticæ locutionis, quælibet varietas decore pronun-
tionis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. Hinc
ſum Ambroſius ait ſuper epiſtolam Coloſſenſium.
Omnis ratio ſupernæ ſcientiæ, vel terrenæ creaturæ in 6
eſt, qui eſt caput earum, & auctor; vt qui hunc no-
t, nihil vltra quærat; quia hic eſt perfecta virtus, &
ientia: quicquid alibi quæritur, hic perfecte inueni-

tur. In Daniele, & in Salomone ostendit in fidelibus se esse auctorem totius eloquentiæ & sapientiæ, quod infideles non putant; quia non legunt in euangelijs, & propheris astrologiam, & alia huiusmodi, quæ despecta sunt, quia nil valét ad salutem, sed mittunt in errorem, vt in dicto ca. legimus, trigesima septima dist. Turbat itaque acumen legentium, qui eos a legendis secularibus libris omnibus modis existimat prohibendos, in quibus si qua inuenta sunt vtilia, quasi sua sumere licet; alioquin Moyses, & Daniel sapientia, & literis Aegyptiorum, Chaldæorumque non paterentur eruditi. Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legendo probantur? Sed secularis literas quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati, quidam vero ad eruditionem eas addiscunt, vt errores gentilium legendo detestentur; & vtilia, quæ in es inueniunt, ad vsum sacræ eruditionis deuoti vertant. Tales laudabiliter seculares literas addiscunt: vnde beatus Gregorius quendam Episcopum non reprehendit, quia eas ediscceret, sed quia contra Episcopale officium pro lectione euangelica grammaticam populo exponebat, vt in c. turbat. xxxvij. distinction. hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam: legimus alqua, ne negligantur; legimus, ne ignoremus; legimus, non vt teneamus, sed vt repudiemus. cap. legimus. xxxvij. dist. item Hieronymus super Epistolam ad Titum, transumptiue in cap. si quis. xxxvij. distinction. Si quis artem nouerit grammaticam, vel dialecticam, vel rectè loquendi rationem habet, & inter falsa, & vera dijudicet, non reprobamus. Item legitur in synodo Eugenij Papæ, transumptiue in capit. de quibusdam xxxvij. distinct. Ab vniuersis Episcopis subiectis plebibus, & alijs locis, in quibus necessitas occurrerit, & omnino cura, & diligentia habeatur; & magistri, & doctores constituantur, qui studia literarum liberaliumque artium dogmata assidue doceant. Item beatus Hieronymus, & transumptiue in c. qui de mensa. xxxvij. distinct. Si quando cogimur literarum secularium recordari, & aliqua ex his discere, quæ olim omisimus, non nostræ est voluntatis; sed (vt ita dicam) grauissimæ necessitatis,

statis, vt probemus ea, quæ à sanctis prophetis ante secula multa prædicta sunt, tam Græcorum, quam Latinorum, & aliorum gentilium literis contineri. Item Clemens Papa in cap. relatum. xxxvij. distinct. dicit; †Ad intelligentiam sacrarum scripturarum, secularium peritia necessaria est. Itaque ex præmissis authoritatibus apparet; quod imperitia sacerdotibus semper debet esse aduersa; quoniam si per ignorãtiam cæcitatis alijs ducatum præstare ceperint, ambo in foueam cadunt. vnde dicitur in psalmo; obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua: cum enim obscurantur illi, qui præeunt ad ferenda onera peccatorum, facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus, vt ignorantiam â se quasi quandam pestem abijciant: ait enim Apostolus; qui ignorat, ignorabitur: quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere, vt bene ageret. vnde August. in libro quæstionum ait; Non omnis, qui ignorat, immunis est à pœna; ille enim ignorans potest excusari â pœna, qui, quod disceret, non inuenit. Illis autem hoc ignosci non poterit, qui habentes à quo discerent, operam non dederunt. Cum itaq; voluntaria ignorantia omnibus sit noxia, sacerdotibus est periculosa. vnde in concilio Toletano legitur, & transumptiue in c. ignorantia. xxxviij. dist. Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei euitanda est, qui docendi officium in populo Dei susceperunt. & de scientia sanctissimorum Episcoporum, & aliorum sacerdotum diximus in ca. vij. supra in isto Speculo, vbi multa vtilia inuenies. Et pro complemento dicemus, quòd non reprehenduntur absolute studentes in scientijs secularibus, sed qui student sub abusibus iam dictis; †quia studium philosophiæ per se licitum est, & laudabile propter veritatem, quam philosophi perceperunt, Deo optimo maximo illis reuelante, vt per Apost. ad Rom. c. j. Sed quidam philosophi abutuntur eo ad fidei impugnationem, ideo Apost. ne quis plus credens philosophiæ, quam fidei, quæ transcendit humanam rationem, & omnem naturæ potestatem, decipiatur, dicit: Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem

7

8

nem hominum, quia scientiæ vanitatis non dicuntur scientiæ secundum se. sed secundum abusum, quo aliqui abutuntur eis. Ideo beatus Hieronymus non fuit punitus, quia studebat simpliciter in scientijs, sed quia tanto studio, & tanta delectatione studio illo abutebatur, vt scripturæ sacræ sermo horreret ei tanquam incultus. Ideo Isidorus in libro sententiarum, & transumptiue in cap. ideo. xxxvij. dist. dicit; Ideo prohibetur Christianis legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim tantum solum offerendo dæmonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo: ideo, vt dixi, multum interest nostra, vt sacerdotes sint literati, & docti, vt dixi; sed illiteratus penitus, qui omnino nescit literas, non est ordinandus. ista conclusio patet leuiti. xxj. vbi cæcus à sacerdotio repellitur. Et in libro secundo Reg. c. v. habetur, quòd cæcus, & claudus non intrabunt in templum. Et carens literis sacris non est aptus in templum, vt in cap. illiteratos. xxxvj. dist. vbi litera dicit; Illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos, vel imminutos nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere; † quia literis carens saris non potest esse aptus officijs. Sed illiteratus parum sciens potest ad ordines promoueri minores, si sit spes, quòd possit proficere, non autem ad maiores. ita Archidiac. in dict. c. illiteratos. Sed illiteratus parum sciens, de quo nó est spes, quòd possit proficere, nó est promouendus etiam ad minores ordines: & de hoc vide Innocent. & doctor. in cap. cum in cunctis, de electio. Sed illiteratus, qui omnino caret literis, si ordinetur, characterem recepit, peccat tamen, quia agit contra præceptum ecclesiæ; & ad summum sacerdotium non aspiret, quia diuinis disciplinis non est eruditus. Hinc etiam Dauid prius ex gratia spiritus sancti donum scientiæ percepit, & postea administrationem regni assecutus est. Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, sed sapientiam à Deo impetrauit. Hinc etiam Dominus posuit verba sua in ore prophetæ, & postea constituit eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiam, Ecce dedi verba mea in ore tuo, Ecce constitui te super

gentes,

gentes, & regna. Hinc etiam Dominus prius Apostolos docuit. deinde eos ad prædicandum misit, dicens: Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ. sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, & scripturas explanauit, & postea dixit eis, Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes, & cætera. Matth. vltimo. Hinc etiam Petrus cum rectoribus ecclesiæ scriberet, ait; Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem de ea fide, & spe, quæ in vobis est. Hinc etiam Paulus scribens ad Thimo. ait; Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. Vide supra in isto speculo. cap. vij. de scientia sacerdotij multa vtilia. † Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non 10
sufficit prælatis bona conuersatio, & morum honestas, nisi addatur. scientia doctrinæ. Hinc etiam Hieronym. in Leuitico, transumptiue in capit. si quis, trigesima sexta, distinct. Sacerdotis est legis scientiam habere, non bellis, sed orationibus vacare; quia si in laicis videtur intollerabilis insciția, quanto magis in his, qui præsunt. Quæ sint necessaria sacerdotibus ad discendum, notantur in capit. quæ ipsis, xxxviij. distinct. & quæ oporteat scire eum, qui Episcopus est ordinandus, vide textum in cap. omnes. xxxviij. distinct. & in. c. placuit, eadem distinct. & ibi in c. fin. dicitur; Nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. de alijs, vt dixi, videbis docto. in v. cum in cunctis. de electio. & videbis. c. vij. supra in isto speculo, vbi omnia inuenies. Nunc ad aliam partem capituli veniamus. † An E- 11
piscopi possint legere libros hæreticorũ? textus in c. Episcopis. xxxvij. dist. dicit; Episcopi legere possunt libros hæreticorũ, cum necessitas, aut tempus requirit, vt illis lectis sciãt ab illis cauere, aut illos reprobare, & impugnare. ideo ait tex. pro necessitate, aut tempore: pro necessitate quidẽ, cum hæresis aliqua venit impugnanda; quod nequaquam bene fieri potest, nisi ipsi libri hæreticorum legantur, & examinentur, vbi errant, & vbi impugnandi veniunt. † Vi- 12
tium enim vitari non potest, nisi cognitum; nisi enim

Augusti. & Isidorus legissent hæreticorum dicta, non recitassent nos, eorum errores cauere: nec ipsi, & alij sancti scripsissent cõtra hæreticos, nisi eorum dicta perlegissent. Et si dicatur; libri hæreticorum præcipiuntur comburi, quicunque. C. de hæreti. respondemus, quòd lex illa loquitur de libris hæreticorum, qui manifestam continent falsitatem, vel quando iam sunt damnati; Et nisi forsan Pontifex aliquid in oppositum decreuerit, sicut factum est diebus nostris sæuiente Lutherana peste.

## DE CLERICIS ET SACERDOTIBVS, ET *Presbyteris, & præstantia eorum, & de excellentia sacerdotij, & de scientia, & ignorantia sacerdoty, & de decimis, & oblationibus, & an residentia clericorum sit de iure diuino, & loquor de residentia personali.*

### *cap. LXVI.*

### SVMMARIVM.

1 *Clericus vnde dictus, & originem habuerit: Item qui propriè clerici appellantur.*
2 *Episcoporum electio vnde habuerit originem.*
3 *Decimæ omnes Domini sunt, & illi sanctificantur.*
4 *Ex præcepto tam veteris quam noui testamenti decimæ debentur, sunt enim de iure diuino, & nu 6. 14. & 18.*
5 *Sacerdotes qua de causa familiares Deo dicantur.*
7 *Residentia sitne de iure diuino, remissiue, & nu. 19.*
8 *Missa à quocunque dicatur, dummodo sacerdos sit, seruatanda sit forma, & qualiter bona est.*
9 *Quos odit Deus, non sunt apud Deum idonei intercessores.*
10 *Orationes à malis sacerdotibus siue prælatis factæ, cur solidum suis damnum afferant, & nu. 11.*
12 *Decimarum prima origo vnde principium habuerit.*
13 *Post Christum Dominum, sacerdotalis ordo vnde habuerit originem.*

15 Bonifa-

15 *Benefacere semper Deus paratus est, hominum autem malitia prohibet.*
16 *Quomodo intelligatur* Decimas fideliter dare.
17 *Religiosi prædicatores subtrahentes auditores à solutione decimarum incidunt in excommunicationis pœnam.*
20 *Ordo sacerdotalis vnde habuerit originem.*
21 *Spiritualis pietas quotuplex sit.*
22 *Qualiter intelligenda sint hæc verba, scilicet: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*
23 *Petrus in administratione inter Apostolos maior fuit.*
24 *Primus summus sacerdos quisnam fuerit.*
25 *Petrus ante Christi passionem Apostolus fuit, pòst verò Pastor creatus est.*
26 *Qui & quot præesse debent Episcopi ordinationi.*
27 *Decimæ qualiter diuidi debent & quibus dandæ sint.*

COnuenienter † deputati diuinis ministerijs nomine clerici describuntur: ista conclusio colligitur in cap. cleros. xxj. distinct. vbi littera dicit; Cleros, & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias sorte electus est, quē primum per Apostolos legimus ordinatum. Cleros enim græce, sors Latine, vel hæreditas dicitur; propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte domini sunt, vel quia domini partem habent: generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus, & nomina sunt hæc: ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbyter, Episcopus: ordo vero Episcoporum quadripartitus est; id est in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis atque Episcopis. Sacerdos autem nomē habet compositum ex græco, & latino, quasi sacrum dans; sicut enim Rex à regendo, ita sacerdos à sacrificando vocatus est; consecrat enim, & sacrificat'. presbyter græce, latine senior interpretatur, non modo pro ætate, vel decrepita senectute. sed propter honorem, & dignitatem, quam acceperunt prsbyteri, nominantur. Ideo autem presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacra dant, sicut Episcopi,

& licet sint sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent; quia nec chrismate frontem signant, nec paracletum dant; quod solum deberi Episcopis lectio Actuum Apostolo. demonstrat. Et Episcopi repræsentant personam
2 Apostolorũ Christi, † & ab Apostolis electi sunt lxxij. discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum loco sunt constituti, vt in c. in nouo testamẽto, xxj. dist. Et clericus, vt dixi, dicitur à græco vocabulo cleros, quod latine interpretatum sortem dicimus, siue quod ipse sors electus sit à Deo, & ad seruitium Dei, siue quòd ipse electus sit à Deo, & ad seruitium Dei, siue quòd ipse Deus sors illius sit; & quòd portionem aliam in terra habere non debeat clericus nisi Deum, & ea, quæ ad partem Dei spectant, cui statutum est decimis, & oblationibus, quæ Deo offeruntur, sustentari. Et quia res magni ponderis est, a prima origine repetemus omnia. i. in isto ca. Et nunc breuiter pro introductione dicemus, † quòd omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, domini sunt, & illi sanctificantur: tota ista litera habetur in Leuitico c. 3 discurrente autem tempore legitur in lib. Numeri c. xviij. dixit Dñs ad Aaron; Omnes primitias sanctuarij, quas offerũt filij Israel domino, tibi dedi, & filijs, ac filiabus tuis iure perpetuo: dixitque dominus ad Aaron; In terra eorum nil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel; filijs autem Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, ut non accedant vltra filijs Israel mihi ad tabernaculum, ne committãt peccatum mortiferum, solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria seperaui. Præcipe Leuitis, atque denuntia; cum acceperitis à filijs Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte domino, id est decimam partem decimæ. Legitur etiam Deuteronomij. capitu. decimo octauo. Non habebunt sacerdotes, & levitæ, & omnes, qui de eadem Tribu sunt, partem, & hereditatem cum reliquo Israel; quia sacrificia domini, &c

oblationes eius comedent; & nil aliud accipient de poſſeſſione fructuum ſuorum; dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut locutus eſt illis: Itaq; ſola tribus Leui, quę clericos noui teſtamenti figurabat, decimis, & oblationibus, & ſacrificiorũ victimis paſcebatur. legitur etiam Numeri c. xxxv. locutus eſt dominus ad Moyſem in campeſtribus Moab; præcipe filijs Iſrael, vt dent leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitandum, & ſuburbia eorum, vt ipſi in oppidis maneant, & ſuburbana ſint pecoribus, ac iumentis. Et quia Leuitis decimæ erant conceſſæ, non dedit illis vrbes ad dominandum, ſeu ad habitandum. † Et 4
ſic conſtat, quòd decimæ ſunt de iure diuino, & ſunt debitæ ex præcepto vtriuſque teſtamenti, vt dicemus infra in iſto capitulo latiſſime. Itaque ſacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia ſuis precib⁹ ea delent, atque conſumunt: qui quãto digniores fuerint, tanto facilius in neceſſitatibus, pro quibus exclamant, exaudiuntur, text. eſt multum notabilis in c. ipſi ſacerdotes. 1. q. 1. quia exemplo bonæ operationis, & verbo prædicationis homines corriguntur; & ſic eis peccata dimittuntur à Deo. Et in epiſtola diui Iacobi, c. fin. legitur; multũ enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Et dominus dixit ad Abimelech per ſomnium nocte: Redde viro ſuo vxorem, (& vir erat Abraham,) & orabit pro te, quia propheta eſt, & vives. Geneſis. xx. Sacerdotes ergo, quantum in ſe eſt, peccata populi comedunt, cum ſic laborant, vt illi cõuertantur, & compungantur. i. Petri. c. iij. legitur; Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. † Et ſacerdotes 5
dicuntur familiares deo, quia per ſacros ordines eius ſeruitio familiarius mancipantur, deuotiusque ei in miniſterijs famulantur: hi enim in ordine Apoſtolatus ſunt conſtituti, maxime Epiſcopi & ſacerdotes, cap. in nouo teſtamento. xxi. diſtinct. hi enim ſunt miniſtri Chriſti cum Apoſtolo, qui ait; miniſtri Chriſti ſunt, & ego. Interpellant. i. orant. hi perſonam gerunt Moyſi. Deuteronom. ca. v. ait, Sequeſter, & medius fui inter Deũ, & vos. Vnde cõſtituti ſunt ſacerdotes ad orandum, & offerendum hoſtias Deo pro ſe, & populo; vt in Leuitico cap. xiiij. Ideo oblationes

quæ

quæ intra ſanctam eccleſiam offeruntur, tantummodo ſunt ſacerdotibus offerendæ, qui quotidie domino ſeruire videntur, vt in cap. fin. x. q. j. & ſanctus Thom. in ſecunda ſecundæ. q. lxxxvj. artic. ij. Ideo ad eos pertinet diuina dogmata, & ſacramenta exibere populo, & ea, quæ ſunt populi, puta preces, & ſacrificia, & oblationes per eum domino debent exhiberi, ſecundum illud Apoſtoli ad Hebræ. ca. v. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. Et ſic oblationes, quæ à populo Deo exhibentur, ad ſacerdotes pertinent. Legitur etiam in c. viij. ad Hebræos; Omnis nanque Pontifex ad offerenda munera, & hoſtias conſtituitur; & ibi c. ix. Apoſtolus oſtendit excellẽtiam ſacerdotij. † Legitur etiam Oſe. cap. iiij. de ſacerdotibus; peccata populi mei comedent. id eſt, oblata à populis pro peccato ſuo. Itaque ſolis ſacerdotibus ex officio debentur oblationes, quæ Deo offeruntur. vt dixi; & in veteri teſtamento prohibuit dominus panes ſanctos comedere filijs Iſrael; ſed tantummodo Aaron, & filijs eius. & Apoſt. ad Corinth. epiſt. j. cap. ix. ait; Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? nunquid ſecundum hominem hæc dico? an & lex hæc non dixit? ſcriptum eſt enim in lege Moyſi; Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique hæc dicit? Nam propter nos hæc que ſcripta ſunt: ſi nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Neſcitis, quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui altari deſeruiunt, cum altari participant, ita dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Nam quis militat ſtipendijs ſuis? vt dixi, quaſi dicat, nullus. Omnia iſta præſupponunt reſidentiam. Proh dolor, proh dolor, proh dolor. & text. in cap. cum ſecundum Apoſtolum. de præben. videbis. Itaque clerici tenentur ex officio per locum à conuerſis ſeruire altari, ſi viuunt ex altari. Tenentur etiã ex officio orare, & niſi fecerint, peccant: quia tranſgrediuntur, vt dicta

in titulo de horis canonicis supra in isto Speculo. † Et an 7
residentia sit de iure diuino, vide supra in isto speculo in
c.nono. Et aduertant rogo; Nam tanto facilius, vt dixi, sa-
cerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum sunt dignio-
res; vt in ca. ipsi sacerdotes. j. quæ. j. Sed in missa duo debe-
mus considerare, scilicet ipsum sacramentum, quod est
principale, & orationes, quæ fiũt in missa pro viuis, & mor
tuis: quantum ad sacramentum ipsum principale, non mi-
nus potest sacerdos malus perficere, quam bonus. & ita lo
quitur text.] Augustini in cap. intra catholicam. j. q. j. de a-
lio autem, scilicet fructu, aut efficacia orationum, non du-
bium, quin fructuosior sit missa boni sacerdotis, quàm ma
li; ideo dicemus de mente omnium doctorum, quod de
Missa, vt dixi, possumus loqui dupliciter, aut quantum ad
id, quod est essentiale in ea, scilicet confectio corporis, &
sanguinis domini; † & sic à quocũque dicatur missa, dum 8
tamen sit sacerdos, & seruet formam ecclesiæ, æqualiter bo
na est; quia opus operatum æqualiter bonum est, & virtu-
olum; quia vnum & idem ab omnibus fit: vel quantum ad
id, quod est annexum sacramento, & quasi secundarium;
vt sunt orationes, personales obsecrationes, & deuotus &
mundus affectu; & missa boni sacerdotis est melior, quia
non solum habet efficaciam ex opere operato, sed ex ope-
re operantis. Et hoc modo loquitur text. in d.c. ipsi sacer-
dotes. i. q. i. Et cæteris paribus melius est audire missam bo
ni sacerdotis, quàm mali. Itaque mali sacerdotes non sunt
boni intercessores ad Deum iratum, vt Grego. in c. j. q. vj.
sacerdotum enim est contra hostiles incursus orationum
clypeo populum præmunire. Orabat Moyses, & vincebã-
tur hostes. Exod. c. xxvij. Sed malus sacerdos non potest
sincere clamare ad dominum, nec manus leuare in cœlũ.
& Esai. cap. j. ait. Cum enim multiplicaueritis orationes ve
stras, non exaudiam eas, quia manus vestræ plenæ sangui-
nis sunt. † Vnde non sunt apud Deum idonei intercesso- 9
res, quos deus odit, dicente Gregorio in c. in grauibus. iij.
q. vij. Victimæ impiorum abominabiles Deo sunt, vota
iustorum placabilia. Hinc est, quòd scriptura dicit Gene-
ſis iiij. Respexit ad Abel, & ad munera eius; ad Cain vero
& ad

& ad munera eius non respexit. Dona quippe iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus eorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Item longe est dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet: qui enim intercessores pro populis ad Deum parantur, vt sunt sacerdotes, necesse est, vt eius gratiam bene viuendo mereantur, vt in capitu. ecce, xlix. distinction. legitur etiam in c. hinc. eadem distinctione. Item etiã superna voce ad Moysem dicitur in Leuitico; loquere ad Aaron, homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Deo, nec accedat ad ministerium eius. Item legitur; Qui accedunt ad me, sanctificetur, ne percutiam eos. scriptũ est enim; sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus deus vester. † Sed aduertendum rogo, quia orationes factæ à malis sacerdotibus, siue prælatis nocent populis sibi subiectis: quando enim subditi ex certa scientia sibi malum, & cõformem suis moribus prælatum, siue sacerdotem præponunt; præsertim cũ possint habere bonum: & tunc in veritate Deus irascitur. Itẽ quando ex negligentia minus dignum sibi præponunt talibus etiam irascitur deus. Sed alias orationes talũ sacerdotum, & prælatorum, licet sint peccatores, prosunt illis pro quibus fiunt, si sunt in statu gratiæ; quia orationes talium non innituntur meritis personarum orantium, sed meritis ecclesiæ, quæ vna, & eadem est, qualiscunque sit minister: puto tamen, vt superius dixi, de mente omnium doctorum, quod plus valeret oratio, si fieret per bonum ministrum; quia cum generalibus meritis ecclesiæ concurreret specialis deuotio boni ministri: propter quod Missa (quæ non solum includit sacrificium, sed orationes præcedentes, & sequentes) plus valet, vt dixi, cum dicitur a iusto sacerdote, quam cum dicitur à peccatore. ita enim tenet Durandus in. iiij. distinct. xlvj. Vnde si aliquis in caritate existens, vel etiam discedens præcipiat sibi suffragia valent viuo, vel defuncto; quamuis illi, per quos fiunt, in peccato existant: est tamen verum, quod magis valerent, si in charitate essent; quia tunc illa suffragia ex duabus partibus meritoria essent. ita sanctus Thom. in. iiij. & refert

tissimus ille Cardin. Sancti Sixti in ca. i. xlix. distinct. Itaque sacerdotes, qui de decimis, & oblationibus viuunt, quanto digniores fuerint, tanto facilius in his, pro quibus exclamant, exaudiuntur: ideo aduertant quæso, & aduertite gaudentes de patrimonio Christi, quia aduersarius noster diabolus, tanquã leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret; præcipue autem vos domini mei curiales Hispani commorantes Romæ, vbi ego in præsentia vigeo, quæso animum aduertite, quia vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Prosequendo materiã præsentis capituli post longã digressionem dico, † quòd orationes malorũ sacerdotum, aut prælatorũ factæ pro subditis existentibus in peccato mortali nec prosunt facientibus, nec illis, pro quibus fiunt: vnde dominus ad Hieremiam. cap. xvij. ait; Et tu, inquit, noli pro populo isto orare, quia non exaudiam te; transumptiue in c. prædixerat, de pœni. dist. i. vbi litera dicit; Ob duritiam cordis populi Iudæorum ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te: sequitur textus; & ad Samuelem; Vsquequo luges super Saul, quia ego abieci eum? Sed tu intellige de peccatoribus impœnitentibus, id est, habentibus voluntatem perseuerandi in peccatis suis; & sic de peccatore, in quantum est peccator; quia si peccatores non exaudiret Deus, frustra publicanus dixisset; Domine propitius esto mihi peccatori, & qui petit accipit, siue iustus, siue peccator: petite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis. Matt. vij. & Matt. xviij. Serue nequã, omne debitum tibi dimisi, quoniã rogasti me. Et, conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Scriptũ est etiam; pœnitentiã agite. & Ioannes in canoni. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus dominꝰ, remittet nobis peccata nostra, & mũdabit nos ab omni iniquitate. Et dominus ad phariseos; Regnũ dei intra vos est. & in Ezechiele legitur. c. xxxiij. In quacunq; die ingemuerit peccator, vita viuet. & nõ morietur. Nolo mortẽ impij sed vt cõuertatur impiꝰ à via sua, & viuat; vt in d. c. xxxiij. Ideo necessario intelligemꝰ superius dicta de peccatore habente ꝓpositũ manẽdi in peccatis. Omnia ista sũt de mente omnium doctorũ in d. c. i. xlix. dist. & Petrꝰ dixit in canon. j.

cap.

cap.iij. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Et iterum, atque iterum moneo. Nam beatus Gregorius dicit; Mundus sacerdotibus plenus est, sed messe Dei rarus valde inuenitur operarius. Item multi sacerdotes, & pauci sacerdotes; multi in nomine, pauci in opere, xl. distincti. cap. fin. & ibi dicitur; Quicunque desiderauit primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo.

22 † Et vt calamum ad materiam decimarum vertam, de primis dicendum est, quòd legitur in Leuitico. c. xxiij. Decimas, & primitias tuas non tardabis offerre: hinc incipit prima origo decimarum; hinc prima fomenta decimarum Dei. posteà autem in Leuitico. capit. fin. legitur; Omnes decimę terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus domini sunt, & illi sanctificentur: omnium decimarum bouis, & ouis, quæ sub virga pastoris transeunt, quicquid decimum venerit sanctificabitur domino; non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Postea vero in libro Numeri. cap. xviij. legitur; Dixit dominus ad Aaron; omnes primitias sanctuarij, quas offerunt filij Israel domino, tibi dedi; & filijs, ac filiabus tuis iure perpetuo. dixitque dominus ad Aaron: In terra eorum nil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant filij Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortis rum; solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruientibus, portantibus peccata populi. Nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui. Itaq; sola tribus Leui, quæ clericos nouæ statuti figurabat, decimas possidebat, vt superius dictum est. Addit etiam Dominus; denuntia. & dic Leuitis, Cum acceperitis à filijs Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte domino; id est decimam partem decimarum, & reputabitur vobis in oblationem primitiuorũ, tam de area, quàm de torcularibus, & vniuersis, quorum accipitis primitias, offerte domino, & date ea Aaron sacerdoti; quæ

quæ offeretis ex decimis.& in donaria domini, separabitis optima,& electa erunt cuncta. Hinc est principium decimarum,& initium cōcessionis decimæ Leuitis, & per cōsequens ministris noui testamēti. Legitur etiam Numeri. cap.xxxv. Locutus est dominus ad Moysem; præcipe filijs Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, sicut cæteris fratribus; sed sola tribus Leui, vt superius diximus, quæ clericos figurabat, decimis, & oblationibus,& sacrificiorum victimis pasceretur. Et attendite, quia primo sacerdotium fuit translatum in Christum, qui fuit de tribu Iuda, de Aarō, qui fuit de tribu Leui. Nā primo sacerdotium erat apud illam tribum Leuiticam, ita quòd de alia tribu non poterant promoueri. Sed Christus postea transtulit in Petrum,& successores, vt per doctor.in cap.translato.de consti.† Itaque post Christum dominum a Petro sacerdotalis cepit ordo.c.in nouo.xxj.distinct.Legitur etiam Deuteronomi. ca.xviij. Non habebunt sacerdotes &Leuitæ,& omnes.qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo populo Israel, quia sacrificia domini,& oblationes eius comedent: & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum: dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis. Considerate rogo, quia repetiui omnes authoritates scripturæ sacræ in materia decimarū;& sic post cōcessionem decimarum omnes Leuitæ ingressi, fuerūt ad ministerium tabernaculi,& onera portanda, vt præceperat dominus Moysi:& fuerunt simul octo millia quingenti octoginta. Vnde habetur numeri.iiij. Itaque in omnibus locis iam superius allegatis generaliter mandatur omnibus laicis, vt de frugibus,& de pecunijs soluant decimas; nec obstant contraria, quæ possent opponi, vt per Panormitanum in Rubrica de decimis, quæ causa breuitatis omitto. Sed miratur ibi Innocen. de quibusdam nouis prædicatoribus oppositum asserentibus, cum nullus sanctorum doctorum ecclesiæ dixerit oppositum; † & dico, quòd omnes doctores ecclesiæ conueniunt in hanc sententiam, vt decimæ de iure diuino debeantur. de beato Hieronymo habemus pulchrum textum in reuertimini ad me.xvj. quæst.j. cuius verba sunt;

13

14

Reuertimini ad me & ego reuertar ad vos, dicit dominus exercituũ: & dixistis, in quo reuertemur? Si affligeret homo Deum, quia vos confligitis me: & dixistis in quo confligimus te? in decimis, & primitijs: & ideo in penuria maledicti estis, & me confligitis tota gens. Nunc sequamur ordinem prophetæ; Quia mihi non reddidistis decimas, & primitias, idcirco in penuria, & fame maledicti estis, & me vos supplantastis, siue defraudastis, ecce enim explectus est, & nihil in meos thesauros, sed in vestra horrea comportastis: & pro decimis, & primitijs, quæ parati erant, vt à vobis darentur, vbertatem possessionum vestrarum, & omnem frugum abundantiam perdidistis: vnde tem sciatis hoc me irascente perfectum; quia fraudastis me parte mea, hortor, atque commoneo, vt inferatis decimas in horrea mea, hoc est, in thesauros templi; & habeat sacerdotes, & Leuitæ, qui ministrant cibos; & probate me si non tantam pluuiam effudero, vt cha tharactæ cœlitatæ esse credantur, & effundam benedictionem meam vobis vsque ad abundantiam. De beato Augustino etiam habemus pulchrum textum in cap. decimæ. xvj. quæstio. vbi litera dicit; decimæ tributa sunt gentium animarum quòd si decimam dederis, non solum abundantiam fructum recipies, sed etiam sanitatem corporis, & animæ consequeris: non igitur dominus Deus præmium postulat, sed honorem: Deus enim noster, qui dignatus est totus decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Sed si tardius dare peccatum est, quanto magis peius est peccatum non dedisse? De mercede negotio, & de artificio redde decimas, Cum enim decimas dando, & terrena, & cœlestia possis præmia promereri: quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? Lex est enim Dei iustissima consuetudo, vt si tu illi decimas non dederis, tu ad decimam reuoceris: dabis impio mihi quod non vis dare sacerdoti, † benefacere semper Deus paratus est, sed hominum malitia prohibet: decimæ enim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerunt, res alienas inuadunt, & quanti pauperes in locis suis, vbi ipsi habitant, illo decimas non dante fame mortui sunt,

tantorum homicidiorum reus ante æterni tribunal appa-
rebit: quia rem adeo pauperibus delegatam suis vsibus re-
seruauit. Qui ergo sibi aut præmium comparare aut pec-
catorum desiderat indulgentiam promereri, reddat deci-
mam, etiam de nouem partibus studeat eleemosinam dare
pauperibus. Item beatus August. in capitu. maiores. deci-
ma sexta. quæstio. septima dicit: Maiores nostri ideo cō-
pijs omnibus abundabant, quia decimas. Deo dabant, &
Cæsari censum reddebant: modo autem, quia discessit
deuotio Dei, accessit indictio fisci: nolumus partiri
cum Deo decimas, modo autem tollitur totum. hoc
tollit fiscus, quod non accipit Christus. Et primitiæ de-
bentur rectori seruienti in ecclesia pro officio sacerdo-
tali. Numer. cap. xviij. Itaque non seruienti, non de-
bentur.

Item beatus Ambrosius in capitulo quicunque decima
sexta, quæstione septima dicit: Quicunque recognouerit
in se, quod fideliter non dederit decimas suas, modo emen
det, quod minus fecit.

†Quid est fideliter dare, nisi vt nec peius, nec minus 16
aliquando offerat de grano, aut de vino, aut de fructi-
bus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de
negotio, aut de ipsa venatione sua? Item beatus Grego-
rius in capitu. quadragesima. de consecra. distinction.
quinta dicit; Iubemur autem, & ab omnipotenti Deo
omnium bonorum nostrorum decimas dare. Et de
concilio generali habemus optimum textum in capitu.
decimas. decima sexta, quæstion. septima, vbi concili-
um sic dicit; Decimas Deo, & sacerdotibus Dei dan-
das Abraham factis, & Iacob promissis insinuat, & om-
nes sancti doctores commemorant. Item Gregorius in
capitu. decimas. decima sexta. quæstion. septima ait, De-
cimas, quas in vsum pietatis concessas esse canonica autho
ritas demonstrat, à laicis possideri Apostolica authoritate
prohibemus; siue enim ab Episcopis, vel Regibus, vel
quibuslibet personis eas acceperint, (nisi ecclesiæ red-
diderint) sciant se sacrilegij crimen committere, & æternæ
damnationis periculum incurrere. & Malachias propheta

ait;Inferte omnem decimam in horreum meum,vt sit cibus in domo mea.Quòd autem decimæ Episcoporum de iure sensu monachis licite tribuantur, beatus Hieronym. Damaso Papæ scribit in cap.quoniam.xvj.quæstion.j. dicens, Quoniam quicquid habent clerici, pauperum est,& idcirco mus illorum omnibus debet esse communes,susceptio peregrinorum,& hospitum inuigilare debent:maximeque randum est illis,vt de decimis, & oblationibus cœmeteriis & xenodochijs qualem voluerint, & potuerint. sustentationem impendant:liberum est enim monachis, & spiritualibus viris Deum colentibus,& timentibus decimas oblationes,cunctaque remedia concedere,& de iure in dominium illorum,& vsum transferre; nec tam inpaperibus paupertatem, quam religionem attendere. Clericos autem illos conuenit ecclesię stipendijs sustentari bus parentum.& amicorum nullt suffragantur stipendijs. Qui cutem bonis parentum,& opibus sustentari possi si quod pauperum est,accipiunt, sacrilegium profecto currunt,& committunt;& per abusionem talium rerum sibi manducant,& bibunt.

17 † Et hodie omnes religiosi prædicatores proferentes aliqua verba,quæ possunt subtrahere auditores à solutione decimarum, sunt ipso facto excommunicati, vt in mentina,cupientes. de pœnis ; & iniungitureis, quod confessionibus debeant facere conscientiam ipsis poptentibus de solutione decimarum;& si ex proposito committunt,incurrunt grauem pœnam,de qua ibi in textu. & de gloss.notabi,in.c.j.de decimis.libro.vj.Et dicit Innoc. Rubri. de decimis. etiam Panorm. quòd non solum decimæ prædiales,sed etiam personales sunt in præcepto re diuino.Itaque dicimus, quòd decimæ hodie necessario sunt soluendæ ex lege diuina.Et textus in. c.in aliqua de decimis,apertissime vult, ꝙ illa lex diuina edita in teri testamento.circa solutionē decimarū,sit hodie necessario seruanda nouo testmēto,ꝙ est aperte cōtra illos Theologos, qui tenuerūt,ꝙ hodie decima in nouo testamento in libertate ipsius constituta,vt sic non teneatur soluere, non velit.Et dicunt doctores Canonistæ,& tales non

tulab hæresi fore, cum omnes doctores ecclesiæ, vt supe-
rius recitaui, qui fuerunt sancti, & doctissimi viri, Grego-
rius, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, tenuerunt cō-
trarium, vt visum est supra in præsenti capitulo. Et decimę
personales etiam sunt de iure diuino. gloss. in capitu. qui-
cunque xvj. quæstio. septima. allegat. capitu. dicat aliquis.
xxiij. quæst. v. ergo allego Genesis. capit. xiiij. vbi post bel-
lum Abraham dedit sacerdoti Dei altissimi decimas ex
omnibus, quæ in bello capta erant, & in dicto capitu. dicat
aliquis, dicit gloss. quod decimæ antiquitus dabant Epis-
copo, vt eas diuideret; & vide Archidiac. in dicto cap. qui-
cunque. & vide sanctum Thom. in materia decimarum, in
secunda secundæ quæst. lxxxvij. & ibi vide Cardinalem
doctissimum Caietanum. & ibi in quæst. lxxxvj. tractant
de oblationibus, & primitijs.

Sed ista materia decimarum practicabilis, & vtilis
est. videte doctor. in titulo de decimis, & primitijs,
& alijs oblationibus. & videte etiam in sexto. & in clemen-
ti. & ibi doctor. & ibi diffuse videbitis multa. & videbitis
Goffredum in summa, & etiam Hostiensem in sua sum- 18
ma. † Sed tenendum est, quòd decimæ debentur de iure
diuino cū integritate, quia debemus stare interpretatio-
ni ecclesiæ, & summi pontificis, vt probatur, in capitu.
per venerabilem. qui filij sint legitimi. Sed sanctus Tho.
dixit in opinione in secunda secundæ. quæstion. lxxxvij.
quod vbi de consuetudine non soluuntur, non peccant
non soluentes, nisi propter obstinationem animi, vt si ha-
berent animum obstinatum ad non soluendum, etiā si eccle-
sia præciperet, placet Abbati & alijs docto. & est sententia
multi viri æqua, & iustissima. & vide Archidiac. in dicto
capitu. quicunque. Sed aduerte, quòd decimæ non solum
sunt ecclesiarum, & clericorum, sed etiam pauperum, vt
omnia decreta sanctorum patrum voce clarissima cla-
mant, & docent. Et ista est mera veritas, & ex supradictis
datur congruum responsum ad scripta per doctissimum
episcopū Abulensem in materia decimarū. Sed nō credo,
quod ipse in dioceſi sua prædicasset, decimas non esse soluen-
das de iure diuino; sed de iure positiuo solucbantur.

Sed si soluentes decimas noluissent soluere, vos domini mei Episcopi, & sacerdotes Christi, ex tempore diceretis, non potestis vos negare solutionem decimarum, & desistere à solutione earum; quia decimæ sunt de iure diuino; & fuerunt à Deo concessæ Leuitis pro ministerio, quo seruiebant in tabernaculo fœderis. Itaque solis filijs Leui, vt dixi in tabernaculo Dei seruientibus, & portantibus peccata populi decimas dominus dedit, Numeri capit. xviij. Addetis etiam; ideo sola tribus Leui, quæ clericos noui testamenti figurabat, decimas possidebat de ordinatione Dei, & per consequens ministris noui testamenti decimæ debentur, quemadmodum debebantur filijs Leui. Sed soluentes decimas replicabunt, & optime; domini sacerdotes percussi estis ligone vestro, quia si sicut vos asseritis, decimę sunt de iure diuino; quod nos indubitanter concedimus; quomodo vos vultis viuere de patrimonio Christi, & ecclesiæ suæ, & de redditibus decimarum, non seruientes ecclesiæ, nec portantes peccata populi, vt in dicto capitu. xviij. Numeri. Ideo iudicio meo si totum fundamentum sacerdotij est asserere; nobis debentur decimæ de iure diuino, quæ debebantur filijs Leui. quia tribus Leui clericos noui testa-
19 menti figurabat, † necessario concedendum est quòd residentia personalis sacerdotij est de iure diuino, vt superius diximus, per tex. in dicto capitu. decimo octauo Numeri. Et residentia erit in ecclesia vbi vnusquisque habet titulum beneficij; & si habent plurimos titulos, & sic plura beneficia, legant capitu. trigesimum quartum. de pluralitate beneficiorum supra in isto meo speculo; & ibi optimam medelam inuenient. Et dilucidauit vnice istam materiam residentiæ sacerdotij doctissimus ille frater Bartholomeus Carranea à miranda, instituti beati Dominici, in illa sua opulenta, & subtili controuersia, vbi per plura, & præclara sacræ scripturæ fundamenta concludit, necessariam esse residentiam personalem Episcopis, & aliis sacerdotibus, vt magis late in dicto libro dilucidatum est.

20 † Diximus superius, quòd à beato Petro sacerdotalis

cepit

cepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Dei datus est, domino dicente ad eum; Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Et dabo tibi claues regni cœlorum. Hinc ergo ligandi, soluendique potestatem primus accepit a domino, primusque ad fidem populum suæ prædicationis virtute adduxit, verboque instituit, vt in dicto capitu. in nouo, vigesima prima distinctio. Et vt radicitus præeminentiam Petri dilucidemus, notate, quod in capitu. xvj. Matth. dixit dominus discipulis suis; Quē dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt; Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex prophetis: dicit illis Iesus; Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autem Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est, Et ego dico, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam: Et tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum, & in cœlis. Istæ claues nō sunt materiales, sed potestatis. † Et potestas spiritualis est duplex, vna discernendo peccatum a non peccato. Alia est potestas admittendi ad regnum, vel excludendi, secundum verum iudicium præhabitum, quia debent indigni excludi, & digni recipi: ideo expone: quodcunque ligaueris, id est, quemcunque a regno exclueris, seruato debito clauium, erit approbatum a Deo. Et quodcunque solueris, erit solutum, id est, admissum a Deo: hinc Petrum fecit caput super alios Apostolos. 21

† Diximus superius, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, id est, super petram, quam confessus fuit Petrus, id est, super Christum: sed intellige, vt dixi, in capitu.) supra in isto speculo: quia ibi sunt bene dilucidata illa verba, tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Postea vero Matth. xviij. loquente Iesu discipulis suis dixit illis: 22

Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata in cœlo; & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Post passionem vero, & resurrectionem expresse contulit omnibus Apostolis hanc potestatem dicendo, Ioannes xx. Sicut misit me pater, & ego mitto vos: hoc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis; Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Et adostendendum quòd Petro tradebat, vt capiti, dixit ei secorsum. Ioannes xxj. Simon Ioannis diligis me plus his, dicit ei, etiam domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei iterum; pasce agnos meos, Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, & dixit; Domine, tu omnia nosti, tu scis, quia amo te. Dicit ei Iesus; Pasce oues meas. Et notate, quòd Petrus fuit examinatus de dilectione Dei per illa verba geminata, diligis me, quasi expresse dicat; ille, qui eligitur ad officium prælationis, debet deum diligere præ cæteris. Legitur etiam Luce. xxij. Ait autem dominus; Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribaret, sicut triticum; ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. In ascensione vero potestatem prius promissam, & traditam dando executionem confirmauit, dum dixit, Matth. vltim, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. In festo vero Pente costes, quæ prius tradiderat, per missionem spiritus sancti confirmauit. Et primo dixerat omnibus discipulis, vos manete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Itaque ex his omnibus potest colligi, quòd potestas fuit data Petro, sed nó soli Petro, & sic Papæ duntaxat, sed omnibus Apostolis repræsentantibus totam vniuersalem ecclesiam; ita quod hæc potestas est penes totam ecclesiam vniuersalem; debet tamen hæc potestas explicari per Papam, tanquã per caput. Alij tamen explicant secundum ordinationem Papæ, bonus, & optimus textus ad hoc in c. ita dominus. xix. di-

distinction dicto capitu, in nouo. xxj. distinction. xxiiij. q. j. in. capitu. manet. & in. capit. noua. de pœnitent. & remiss. & in capitu. i. §. vna. de summa trinitate, & fide catholica. & vide capitu. i. supra in isto speculo, vbi multa dixi de potestate ecclesiæ, & de potestate plenissima sacri summi Romani Pontificis, & adde ista, quæ in isto capitulo explanansunt ad dictum capitulum primum, quæ in principio scripsimus de potestate Papæ, vbi potes videre multa necessaria, & vtilia. Sed cæteri Apostoli, vt dixi, cum Petro pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsumq; principem eorum esse voluerunt, vt in dicto capitu. in nouo, xxij. distinction. & in cap. ij. ad Gala. † Itaque Petrus 23
maior fuit in administratione, vt in c. puto. ij. q. vij. Et inter Apostolos ardentissime fidei inuenitur Petrus; & post Christi ascensionem primo prædicauit Petrus, & conuertit ad fidem tria millia, Actuum. ij. cap. & creuit numerus credentium ad prædicationem Petri, vt cap. iiij. Actuum Apostolorum. Et factus est numerus virorum quasi quinq; millia, vt in dicto ca. iiij.

Decretis ergo Romanorum pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia terminantur. Ministri vero sacrorum canonum, & decretorum Pontificũ sunt summi pontifices, & infra præsules, quorum institutio est in veteri testamento inchoata, & in nouo testamento plenius consumata, vt dixi supra. Summi etenim Pontifices, & minores sacerdotes à Deo suo instituti per Moysen, qui ex præcepto Dei Aaron in summum Pontificem, filius vero eius vnxit in minores sacerdotes.

Et sic videtur ex loco isto. quòd Moyses fuit sacerdos, 24
sed non summus, quia Aaron fuit primus summus sacerdos, cum vnxerit sacerdotes: & idem dicit Innocentius in cap. solitæ. de maiori. & obedien. sed contra, homicida fuit, ergo non potuerit esse sacerdos, vt xxiij. quæstio. iij. ca. non inferenda. dic, vt in cap. j. xxj. distinction. quòd olim sacerdotes bene erant homicidæ, vt ij. q. vij. c. Nos si in cõpetenter. Sed Dauid primo fuit prohibitus construere templum, quia vir sanguinis erat. de consecra. distin. j. ca. j. Sed mirum est, quare hoc dictum est, quia vt diximus, Moyses

fuit homicida,& consecrauit ecclesiam, vt in d.c.j.de consecr.dist.j. Ad hoc dicas, quòd licet Dauid fuerit inuentus testamento,fuit tamen præfigurator noui testamenti,vt in c.quod autem.xxxij.q.j.ideo in figura istius temporis dictum est ei,non ædificabis mihi templum, quia vir sanguinis es;& est argumentum à minori;si enim propter homicidium repulsus fuit à constructione templi,multo potius à ministerio tẽpli.de hoc dixi in sermone Episcopali,
25 quãdo scripsi de sacratissimo sacramẽto Eucharistiæ.Et notabis, q̃ Petrus ante passionem fuit Apostolus,sed post passionem fuit Pastor creatus per illa verba; si diligis me, pasce oues meas,vt iam dixi,Ioannes xxj. & videbis text. & docto.in.c. significasti.de electio. & vide supra in isto speculo.c.j.Cum ergo Moyses elegerit sacerdotes in veteri testamento de ordinatione Dei,& Dominus in nouo testamento;quia vt diximus,in nouo testamento post Christum dominum à Petro sacerdotalis cepit ordo, vt in d.c. in nouo.xxj.dist.de Apostolis autem quando fuerunt consecrati,non legimus;dicunt tamen quidam,quòd in cœna domini, quando dictum est eis; hoc facite in meam commemorationem.c.in Christo.de consecrat. dist.ij. Alij, cũ dictum est eis; Ite,baptizate omnes gẽtes.Matth.vlti. Sed de Paulo,& Barnaba habemus text.in.cap.Quod di.lxxv. dist.vbi probatur,quod Episcopi semper debent cõsecrari die dominico,more Apostolorum,qui de mandato domini imposuerunt manus Paulo & Barnabæ,quia eodem die dominus resurrexit;& in hac die mundus sumpsit exordium per resurrectionem,& mors interitum, & vita accepit principium:& de Iacobo, habemus text.in.c.porro.lxvj. dist.vbi litera dicit; porro & Hierosolymitanus primus Archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem frater domini nuncupatus est,à Petro, Iacobo,& Ioanne Apostolis est ordinatus, successoribus
26 suis formam dantibus. † videlicet vt minus, quàm à tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus nullatenus Episcopus ordinetur,vt dixi in.c. viij. supra in isto speculo;vbi dixi de hoc. & vide etiam in.c.j. & de excellentia beati Petri die,vt in dicto ca. j. supra in isto

speculo. & vide optimum text. in c. quis nesciat. xj. dist. vbi litera dicit; Quis nesciat, aut non aduertat, quòd à principe Apostolorum Petro Romanæ ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur ab omnibus deberi seruari, nec superduci, aut introduci aliquid quod auctoritatem debeat generalem aliunde accipere, vel exemplum; præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, & Galliam, Hispaniam, & Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut successores eius constituerunt sacerdotes. Legant autem, si in his prouincijs alius Apostolus inuenitur, aut legitur docuisse: quòd si non legunt (quia nusquam inueniunt) oportet, eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, à qua principium eos accepisse non dubium est. Dixi superius, vel aliquis eius mandato, vt Paulus. Nam Petrus Paulo dedit licentiam prædicandi authoritate Dei, dum dixit Dominus, segregate mihi Paulum, & Barnabam, vt in cap. quod die lxxv. distinction. & ibi dicit gloss. quòd dominico die in mane potest quis ordinari in sacerdotem, & eadem die hora tertia in Episcopum. & Paulus in Hispania prædicauit, vt in. cap. xv. ad Roma. & ibi Dionysius. & vide Nicolaum de lira in cap. xxiiij. Matthæi. Et quia in isto capitulo multa scripsimus de decimis, dico, † quòd decimæ debent diuidi in quatuor partes, 27.
vna Episcopo, alia pro fabrica, alia pro pauperibus, alia pro clericis. cap. concesso. cap. quatuor. cap. de reditibus. xij. quæst. ij. cap. j. xxv. quæst. j. & de hoc in. cap. vj. supra in isto speculo. & vt multoties dixi, Episcopi tenent locum Apostolorum. capit. in nouo testamento, vigesima prima distinction. capitu. videntes. xij. quæst. prima. Et omnes sacerdotes quo ad sacramentorum disputationem. ibi gloss. & docto. sed Episcopi quo ad dignitatem. sed tu vide cap. primum supra.

DE

# DE VSVRIS, ET DE MONTE PIETATIS, & Cambijs, & de intereſſe, & de mora, & de purgatione morę. cap. LXVII.

## SVMMARIVM.

1 Vſura quid ſit, & nu. 6.
2 In quibus rebus committitur vſura, & nu. 3.
4 Locans rem aliquam, vtrum liceat ex ea aliquod lucrum capere.
5 Qua de cauſa vſura prohibita ſit remiſſiue.
7 Vſurarum materia ad quem ſpectet, canoniſtis an vero Theologis.
8 Aurum accipiens ad mercantiam faciendam, Argentum poſtea reddens, vtrum vſuram committat.
9 Vendens rem pluſquam valet, peccat, limita, & num. 12.
10 Fraudulenter contrahens, vſuram committit.
11 Tempus emptionis & venditionis verum rei valorem demonſtrat.
13 Vendens res ſuas plus iuſto prætio, teſtando, an eius teſtamentum de iure valeat.
14 Ad hoc, vt contractus vſurarius non dicatur, quæ & quot concurrere debeant.
15 Societatem contrahens, vt vnus operam ponat, alius vero pecuniam, vtrum lucrum ex ea proueniens, licitum ſit.
16 Liceatne frumentum ad renouandum mutuo dare remiſſiue.
17 Deceptio vſque ad dimidiam iuſti pretij an ſit promiſſa.
18 Liceatne clericis aliqua mercimonia exercere.
19 Emens annum reditum, item dans eccleſiæ fundum cum hoc vt alij debeat quouſque vixerit, & poſt mortem remaneat ipſi eccleſiæ, vtrum vſura locum habeat, remiſſiue.
20 De monte pietatis quid dicendum, remiſſiue, & à quo approbatus fuerit, & nu. 21. & 22.
23 Quidquid vltra ſortem percipitur, vſura eſt.
24 Clericus vſuram exercens, quæ pœna plectendus eſt.

25 Credi-

25 *Creditor rem pignoratam possidens, teneaturne fructus in sortem computare.*
26 *Qui & quot sint casus, in quibus vsura non committitur.*
27 *Contractus de sui natura gratuiti, qui sint.*
28 *Manifeste vsurarij ab Ecclesiastica sepultura repelluntur.*
29 *Vtrum pecuniam recipiens ad vsuram, ipsam soluendo peccatum committat.*
30 *Hæredes vsurarij teneanturne ad vsuræ restitutionem.*
31 *Vsurarius quis dicatur, & nu.32.*
33 *In vsura transferaturne dominium.*
34 *Mentalis vsurarius quis nam dicatur.*
35 *Cambiorum genera, quæ & quot sint.*

VSura †est quicquid sorti accedit ex pacto, 1
vel in tentione præcedente, vt in cap. consulit, de vsuris. Potest etiam aliter diffiniri, & sic; Vsura est lucrum mutui ex. pacto debitum, vel exactum. ita Panor. in rubrica de vsuris; & vide Ioannem de Imo. in clementina, id est, de vsuris; & vide Rodolphū in tractatu de vsuris & Anchara. in. cap. peccati venia, dereg. iur. in. vi.

†Et si quæratur, in quibus rebus committatur vsura; 2
dic in his rebus, in quibus consistit mutuum: dicitur exod. xxij. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum, quasi exactor, nec vsuris opprimes. Et mutuum quidem consistit in his, quæ sunt triplicis generis. Nam quædam consistunt in numero, vt pecunia; quædam in pondere, vt argentum, & aurum; quædam in mensura, vt triticum, vinum. In alijs vero rebus non potest consistere mutuū. Ratio est, quia in mutuo transfertur dominium rei mutuatæ; vnde dicitur mutuū, quia de meo fit tuum, vt in. l. ij. v. si certum peta. Recipiens vero mutuum non tenetur restituere identitatem eiusdem substentiæ, quia vt plurimum, ista, quæ mutuantur, consumuntur vsu: sed tenetur restituere tantundem sub certitudine eiusdem valoris, vt. l. cum quid, &. l. vinum. ff. si certum petat. ¶Certitudo autem valoris non potest haberi in alijs rebus non consistentibus in numero, pondere, vel

re, vel mensera. Sed in pecunia, & in alijs consistentibus in pondere, & mensura, reperitur certitudo eiusdem valoris in alijs rebus eiusdem substantiæ.

3 † In quibus rebus committatur vsura, vide Rodulphũ in suo tractatu de vsuris. & Ancha. in repetitione d.c. peccati venia, de regulis iuris in vj. Quare autem vsura consistit in his rebus tantum, ratio potest assignari, quia in istis transfertur dominium, & vsus rei, scilicet, dominij ipsius rei: quia dominium consumitur ex vsu ipsarum rerum. In alijs rebus secus est, nam si loco tibi domum, vel equum, vsus rei est separatus à dominio, nec consumitur dominiũ rei ex vsu. ideo non facio contra naturam rei capiendo aliquid pro vsu ipsarum rerum, nam dominium remanet apud me, & tu habes vsum rei. Nam ex illa domo, quâ loco, licite possum aliquod lucrũ capere: sed hoc nõ consistit in rebus mutuatis, quia dominium incontinenti transfer-
4 tur in me. † Ex his habes secundum communem opinionem doctorum, qua re ex re locata possum licite capere lucrum & non ex re mutuata. ex his infert Panormit. in Rubrica de vsuris, quòd si ego locarem tibi Pecuniam, non vt expendas, sed vt ad pompam retineas in bancho, licite tunc possum aliquod lucrum capere: quia tunc vsus rei est separatus à dominio, vt notatur in capitu. conquæstus. de vsuris. & de hoc vide Ludouicum Roma. in consilio. ccccc. & Iudæis prohibitum fuit accipere vsuram à fratribus suis, scilicet Iudæis: per quod datur intelligi, quòd accipere vsuram à quocunque homine est simpliciter malum: debemus enim omnem hominem habere quasi proximum, & fratrem, præcipue in statu euangelij, ad quod omnes vocantur: vnde in psalmo absolute dicitur: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. & Ezechi: qui vsuram non acciperet, quòd ab extraneis vsuram acciperent, non fuit eis concessum quasi licitum, sed permissum ad maius malum vitandum. ita Sanctus Thom. ij. ij. quæst. lxxviij, ad primum.

5 † Sed quæro, quare vsura est sic vtroque testamento prohibita, & ita detestata à iure humano. doctor. ponunt aliquas rationes in Rubrica de vsuris: sed vide

Imo-

Imolam in clementina.i.de vsuris, & vide Petrum de Anchar.in capitu.peccati venia,de regulis in vi.latissime per Rodulphum in tractatu de vsuris,in iij.charta. Bald.in rubrica de vsuris,& in.l. cunctos populos. C. de summa trinit.& fid. cathol. & ibi vide Modernos,vbi multa dicunt, & vide in capit.quanto,de vsuris;& dic etiam, quòd vtroque testamento prohibetur,quia contra pietatem , & charitatem,nam debet quis subuenire proximo in necessitatibus:vnde contra charitatem peccat nolens mutuare sine lucro;vnde non diligit proximum,sicut se ipsum , quemadmodum tenetur ex præcepto diuino. † Et vsura est vi- 6
tium quoddam contra naturam rerum , quando pecunia germinat pecuniam , quæ tamen naturaliter non est apta germinare, cum sit tantum in mensura rerum. ff. de contrahen.emptio.in l.j.& in ca.eijciens. lxxxviij. distinct.& venditur vsus rerum,vbi non est,ita Panor. in rubr , de vsuris & Federi,de Senis in consil. ccciij.& Roma. in consil.cccxxiij.

Et quod supra dixi,vsuram consistere in his tantum, in quibus consistit mutuum,de hoc vide Calderi. & Abbatem in c.nauiganti. de vsuris.& vide Ioan. Andre.in c.peccatum. de regulis iuris,in vi.

† Nunquid autem materia vsurarum spectet potius ad 7
canonistas,quàm ad theologos,vide Ancha.in disputa.incipiente,antiquis refers. Ana.in.cap.in ciuitate, de vsuris, Alexan.in consil.j.ij.volum. Et Ioann. Mona.in.c.j.de vsuris libro.vi.dicit,quòd ecclesia hoc casu vendicat sibi iurisdictionem in laicos; quia vsurarij committunt principaliter in Deum, abutendo rerum vsu , ideo ad eius vicarium spectat punitio.

Et ad totam materiam de vsuris vide Bald.in Rubri. de vsuris.& vide beatum Thom.in.ij.ij.quæst.lxxviij. Et iure possunt repeti coram iudice ecclesiastico,vel seculari ad libitum;est ergo tale crimen mixti fori. text. & docto.in c. post miserabilem de vsuris.& vide in.cap.postulasti.de Iudæis,vbi etiam dicitur; quòd Iudæi in vtroque foro compellendi sunt restituere vsuras.& vide docto.in.c. quanto, de vsuris. Et Iudæi committentes contra eorum legem in

morali-

moralibus subiacent iudici ecclesiastico, etiam quando Iudæi, vel alij infideles peccant contra naturam, nam sicut Deus puniuit tales Gen. vij. ita & eius Vicarius, vide Panorm. in. d. c. post miserabilem.

8 † Nunquid autem sit vsura, si quis accipit aurum ad mercantiam faciendam, & reddit argentum, quia creuit, vide Felin. in. capitu. excommunicamus, de hæreticis.

Et vtrum pecunia possit vendi, vel locari, vide vltra ea quæ diximus supra. Petrum de Ancha. in. dict. cap. peccatum venia, de regulis iuris. & vide gloss. in. cap. j. xij. ij. quæstio. iij. Dixi superius, quòd possum locare pecuniam, non vt expendas: sed ad pompam, de mente Panorm. sed non approbo; quia contra charitatem; & quia pecunia contra naturam suam germinat pecuniam. vos cogitate.

9 † Et notabis in materia vsurarum, quòd vendens rem plus, quam valet, quia solutionem differt, peccat, nisi dubium sit, an tempore solutionis erit valor rei variatus, & venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit rem, est secundum communem intellectum in. cap. in ciuitate, de vsuris. Et quia in ista materia quæstio ista est importantissima, pono casum. Quidam mercatores emũt triticum, oleum, seu alias merces, quæ tempore venditionis non valent vltra quinque scutos, & promittunt se solituros in termino constituto sex scutos; quæritur, vtrum talis contractus esset vsurarius; respondet Papa in dict. cap. in ciuitate, quòd licet talis contractus ex forma tali vsurarius non possit iudicari, tamen venditores nihilominus peccatum incurrant, nisi dubium esset merces illas plus, vel minus valituras tempore solutionis faciendæ: & ideo qui sic contrahunt, melius facerent, si à tali contractu abstinerent; cũ hominũ cogitationes Deo occultari non possint. Ideo ex. d. rex. notant docto. quòd ex contractu emptionis, licet maius prætium debito interueniat, soluendum certo tempore, post venditionem non resultat formalis contractus vsurarius; & hoc ideo, quia vsura regulariter cõmittitur re-

10 mutuo, vt diximus supra in diffiuitione. † Sed vbi fraudem

dem contrahentes habent in mente, tunc vsura committitur, si propter hoc statuitur maius prætium, quia solutio differtur: fingitur enim solutio facta ab ipso emptore, & prę tium sibi restitutũ, quasi contrahatur denouo mutuũ cum lucri illius excessus, qui erat in prætio; nam plus valet, quod in veritate agitur, quam quod simulate concipitur. C. plus vale. quod agitur. & in Rubro, & in nigro. & in ca. per tuas. qui filij sint legitimi. Et an teneantur restituere isti tales in foro animæ illũ excessum prætij dico, quòd in foro animæ tales tenentur ad restitutionem. Itaque isti tales debent effectualiter, & realiter restituere, si volunt cõsulere animabus eorum. ita docto. in c. consuluit, de vsuris. Et Philosophus naturali ratione ductus dicit in primo polit. quòd vsuraria acquisitio pecuniarũ est maxime præter naturam.

†Et notabis, quòd verus valor rei attenditur secũdum tempus emptionis, & venditionis, vt in cap. cum dilecti, de emptio. & vendi. & l. ij. C. de rescin. vendi. cum similibus. hoc verum nisi dubium sit tempore solutionis pretij sit minus, vel plus valitura. vt in. ca. in ciuitate. de vsur. & venditor non erat alias venditurus tempore contractus pro valore nunc currente: istis duobus concurrentibus. vt in dict. cap. in ciuitate. & in. cap. fin. de vsuris, non attenditur valor existens tempore contractus: quod est singulariter notandum secundum Panorm. in. d. ca. in ciuitate, pro limitatione illius c. cum dilecti. de emptio. & vendi. & illius. l. ij. C. de rescin. vendi. Sed vbi contractus est dubius, debemus abstinere à tali contractu, quia in dubio debemus capere partem magis tutam animæ, vt per doctor. in d. c. in ciuitate, & not. gloss. in cap. vnico. de scrutinio. facit cap. significasti, & capit. ad audientiam. de homici. & pro intellectu decretalis, in ciuitate, vide Ancha. in consi. cclxxx. & vide Bald, in Rubrica. C. de vsuris. vbi ponit quæstionem. an sit †vsuarius ille qui vendit plus propter dilationem solutionis prætij: & ponit, an sit vsurarius ille, qui minoris emit propter anticipationem prætij, vt quia emit frumentum in herbis. Vide etiam Bald. in. l, hac edictali. §. is illud. C. de secun. nup. Et sanctus Thom. in se-

11

12

cunda secundæ.quæst.lxxvij.ad qnartum,dicit, contra iniustitiam est,quòd aliquis rem carius vēdat, quam valeat, vel vilius emat.Sed ille, qui negociando rem carius vendit,quàm emerit,necesse est,quòd vel vilius emerit,quàm valeat, vel carius vendat; ergo hoc sine peccato fieri non potest:ita sanctus Thom.dicit etiam; nihil prohibet lucrū ordinari ad aliquem finem necessarium, vel etiam honestum; sicut cum aliquis lucrum moderatum, quod negociando quærit, ordinat ad domus suæ sustentationem; vel etiam cum aliquis negociationi intendit propter publicam vtilitatem,ne scilicet res necessariæ ad vitam patriæ desint; & lucrum expetit, non quasi finem, sed quasi stipendium laboris, dicit etiam sanctus Thom. in secunda secundæ.quæstio. lxxviij. ad secundum; Si aliquis carius vendit res suas ratione mutui,aut vtilius emit,quòd est alterius; vel etiam dilatione præcium auget,vel pro acceleratione diminuit, peccat contra iustitiam, & Ezechi.cap. xviij.dicit inter alia, quæ ad virum iustum requiruntur; si vsuram,& superabundantiam non acceperit; & videbis Abbatem in cap.ad nostram.de emptio. & vendit. dicen-
13 tem, † quòd testamenta eorum, qui manifeste vendunt res suas plus iusto pretio propter dilationem, & minori prætio pecunia statim soluta, ipso iure. non valent, tanquam testamenta manifestorum vsurariorum, iuxta formam text.in cap.quamquam,de vsuris in vi. & ita dicit se consuluisse. & vide Rodulphum in tractatu de vsuris. quæst.xxx.& vide etiam Abbatem in capitu.nauiganti.de vsuris col.iiij.& vide Innocen.in capit.j.ne clerici,vel monachi,& vide glost. notabilem.in capitu.quicunque. xiiij. quæstion. iiij. & ibi vide docto.[1],& in dicto. capitu. nauiganti notant docto quòd vsurarius est censendus ille, qui emit rem de præsenti minus, quàm valeat; ex eo quia differt traditionem rei emptæ,& soluit præcium de præsenti; nisi dubium sit,quòd plus, vel minus sit valitura res tempore traditionis. Sed quo ad formā contractus non est vsura;quia vsura non committitur nisi in contractu mutui;vt in cap.consuluit.de vsuris; sed quo ad intentionem deprauatam est vsura, quia perinde ius fingit, ac si illam pecu-

pecuniam mutuaret illi venditori, vt recipiat illud lucrū, quod est vltra veram extimationem. ita docto. in dict. cap. nauiganti. & ibi etiam notatur, quod quando venditur res plusquam valebat, & differtur præciū rei ad certum tempus, vel terminum; duo debent concurrere ad hoc, vt contractus non dicatur vsurarius; primum, † quod dubium 14
sit, an tempore solutionis prætij res sit valitura plus, vel minus; secundum, quod iste venditor non erat alias venditurus tempore contractus. & hoc ratione iam dicta; quia ius fingit, & cætera. & de hoc videbis doct. in. d. c. nauiganti. Et si dicatur, quando potest dici certum, quod res valebit plus tempore solutionis? dico secundum Host. in. d. c. nauiganti. quod debet attēdi communis opinio, & cursus regionis; nam communiter minus valet frumentum tempore messium, quam tempore Paschæ. Et licet quandoque accidat contrarium, tamen propter hoc non est recedendū à dicta præsumptione; quia debet considerari quod frequenter accidit. l. nam ad ea. ff. de legibus. ca. literas. de desponsatione impube. & vide Alexand. late. in. l. prætia rerum. ff. ad. l. Falcidi. & vide Bar. & docto. in l. ij. C. de rescinden. venditione.

Et vtrum liceat emere rem vilius. & vendere carius, vide Anto. in cap. j. ne clerici, vel monachi. † Quid de istis, 15
qui contrahunt societatem, & vnus apponit operam, & alius pecuniam. vide gloss. in. c. plerique. xiiij. q. iij. dicentem. Si quis pecuniam suam dedit negociatori, vt inde emat merces, & det sibi partem lucri, illud licitum est, si periculum spectat ad vtrūque: itaque licitum est, quòd vnus socius det pecuniam, & alter suppleat laborem, vt. ff. pro socio. l. v. tamen. ex pacto, an sit ad alterum dunxat periculum pertinere, vide doctor. in. dicto. capit. nauiganti, & vide Abbatem in. ij. col. & vide eundem Abbatem in. c. per vestras. de donatio. inter vi. & vxo. Et dare boues ad Zoaticam, vt in multis ciuitatibus fit, an sit vsura, vide Rodulphum in tractatu de vsur. s. q. xxiij.

Vtrum doctor mutuans pecuniam scholari, vt intret scum, & audiat lectionem suam, vide Panorm. in rubrica de vsuris. & vide Ancha. in. capit. peccati venia, de regulis

iuris. Notabis etiam post docto. ex dicto, cap. nauiganti. vt etiam in contractu mutui post moram possit peti interesse lucri veri cessantis, & vide etiam docto. in c. conquestus, de vsuris. Item aduerte, quòd non est licitum aliquid recipere ex mutuo vltra sortem ex pacto; sed hoc intelligendũ est, quando recipitur pecunia inæstimabile; nam nulla cremenia recipi debent ex mutuo quæcunque sint, & qualiacunque. xiij. quæstio. iij. capit. j. & ij. & iij. & de hoc dicemus in fine capituli, quia materia interesse practicabilis, & vtilis est.

16 † Vtrum contractus sit licitus, quando datur frumentum ad renouandum? de hoc vide latissime per Rodulphum in tractatu de vsuris; & vide Imolam in consilio xxv. & ibi dicit; si mutuaui frumentum cum pacto, quòd debitor teneatur illud reddere, quando creditori placuerit, vsura est; & illud, quod licitum sit contrahentibus sedecidere vsque ad dimidiam iusti prætij, limita, vt procedat, quando re ipsa interuenit deceptio, non ex proposito. ita Calderi. in d. c. nauiganti. Itaque, non euitat peccatũ, qui scienter emit rem minus, quàm valeat, saltem ignoranti venditore; tenet etiam Panorm. in. dict. cap. nauiganti.

17 & Panorm. in. cap. in ciuitate, dicit; † Videtur enim de iure canonico permissam deceptionem vsque ad dimidiã iusti prętij, quando res; & prętium sunt de præsenti; secus, quando differtur solutio prętij, quando res; & prætium sunt de præsenti, secus, quando differtur solutio pretij: sed ecclesia non debet alium decipere. gloss. in ca. hoc ius porrectum. x. q. ij. Sed in foro animæ, etiam laicus. Anto. Panor. in. d. c. in ciuitate.

18 † Clericis autem non est licitum exercere aliqua mercimonia. c. negotiatorem clericum lxxxviij distinct. & notatur in d. c. j. ne clerici, vel monachi. Si indigeret, potest exercere licite aliquod opus. gloss. in cap. canonum. xiij. quæst. iiij. & vide in cap. j. de celebratio. Missarum. & vide docto. in cap. clerici. de vita, & honest. clericorum. & vide text. in ca. diaconi. il. iij. xciij. distinct. vbi litera Diui Hieronymi dicit, Mendicat infelix in plateis clericus, Solus Episcopus incumbit bonis, solus vtitur ministerio, solus Episco-

Episcopus vniuersa vendicat, solus partes inuadit alienas, solus occidit vniuersos, &c.

Et mutuans frumentum, quod valebat tunc. x. si tempore receptionis valet. xx. potest recipere cum bona conscientia; secus si habuissem intentionem deprauatam, quia mutuaui frumentum antiquum, vt sic postea haberem nouum. de hoc videbis Panorm. in dict. cap. nauiganti. in capitu. si quis clericus. xiiij. quæstion. iiij. & videbis in. l. vinum. ff. si certum peta.

Item notabis, quòd non est vsura, si quis dederit alicui certam pecuniæ quantitatem cum pacto, vt ipse, & sui hæredes reddant certam quantitatem singulis annis. ita Innocen. & Hostien. & communiter omnes docto. in. c. in ciuitate. de vsuris. Item non est vsura, vt si quis occurrat suæ reipublicæ, & respublica dat tantum omni anno, & non potest ille sortem principalem repetere, sed bene possunt vendere alteri. Ita omnes docto. in dict. ca. in ciuitate, & in cap. fin. de vsuris, per dictum Innocent. Nam ciuitas habet reditus, vnde videtur constituere annuum reditum ex reditibus suis. Item in tali casu non est mutuum, quia ciues compelluntur subuenire communitati, & non possunt repetere, quando volunt; licet commune possit se exonerare abillo debito soluendo capitale; Item commune libero constituit lucrum facit. cap. & si quæstiones de simonia. & vide in. cap. sicut. j. quæst. ij. Et de illa quæstione, si quis e. natannuum reditum, quo ad vixerit, † item aliquis daret 18
ecclesiæ fundum, cũ hoc vt teneatur eum alere toto tempore vitæ suæ, & pro alimentis datur tantum in anno, & post mortem fundus sit ecclesiæ; de istis quæstionibus, & similibus vide Ioann. Andre. in dict. cap. in ciuitate, & in additio. ad specu. in rubrica. de vsuris. & vide Rodulphum in repetitione. c. consulit de vsuris. ij. p. quæst. xv. Cinus, Bald. in. l. si. pater puellæ. C. de inoffi. testamẽto. Cinus, Bar. Ange. & Salicet. in. l. ea pactione. C. de vsuris. Paulus, Alexan. in. l. de fideicommisso. C. de transactio. Roma. consi. cccexxiij. incipit. pro pleniori discussione. & vide Iacob. in l. si pater puellæ. & ibi Alexan. C. de inofficioso testamento. & vide Panorm. in. quæst. sua, quæ incipit,

Augetio,& latissime Ancha.in.ca.peccati venia.de regulis iuris.in xj.& xiiij.q.principali.Et de illo qui emit possessiones ab ecclesia.ita quod post mortem ementis reuertantur ad ecclesiam, Archidia.dicit; non est vsura in cap.plerique.xiiij.q.iiij. qui ita dicit Hostiens. in summa, titu.de vsuris.§.an aliquo,& vide Bald.in.l.si ea pactione.C.de vsuris.& vide Bal, post Cinum in.d.l.si pater puellæ. C.de inofficioso testa.Dixi superius, siquis occurrat suæ reipublicæ;nota de impressitis ciuium,an eorum merces de mente sit vsura;& adde omnino Ancha.in.ca.peccati venia.de regu.iuris.& vide Bald.in.l.hac editali.C.de secundis nuptijs.& vide Imolam in.l.si maritus.ff.soluto matri.& vide Ancha.in disputatione sua,quæ incipit;antiquis,& modernis temporibus,& late Bald.in.c.j.de iura iuran. Et quod tale lucrum sit licitum.tenet Barto.in.l. cunctos populos. C.de summa tri.& fi. catho.& vide Rodulphum in tractatu de vsuris.in.50.car.vbi examinat octo quæstiones in materia montis.& vide Paulum de Castro in.l.si quis nec cum
20 sam.ff.si certum peta.† Et de monte pietatis,vide doctissimum Caietanum in tractatu suo de monte pietatis; vbi ipse dicit,quid sit mons pietatis, quæ eius capitula; dicit etiam,in quo genere,& in qua specie virtutis, aut vitio perationes illę locentur.recitat etiam primam opinionem dicentium nihil vsuræ,aut iniustitiæ inueniri in contractibus montis pietatis;& determinat, quod in his contractibus committitur vsura.Et in c.is dicit,peragratis omnibus in his opinionibus, quæ aliquid ad propositum ex moralibus rationibus adduxerunt,restat primo nominanda tertum opinio dicens, montem hunc pietatis cum suis capitulis non mutuum facere,sed rem quandam esse,& hominibus ineffabilem : & propterea rationibus huiusmodi, quæ humanos scrutantur actus , non omnino committendum esse iudicium huius montis. Nos enim cum sua diuinitate veluti loquentes in aere relinquere oportet,

Remanet deinde eis satisfaciendum,qui contractus huius montis ab Apostolica sede approbatos dicunt, autau-
21 diunt.† Sciant igitur hi montem quidem pietatis ab Apostolica

stolica sede approbatum, sed non illius capitula, vt exemplo literarum approbationis conijcere potui. Appellatur autem mons pietatis (vt in eisdem dicitur) summa illa pecuniæ piæ collecta, & sub custodibus deposita ad perpetuam reuelationem pauperum mutuo mediante. vbi nota, quòd mons ipse est simpliciter approbatus, & erectus ab ipso summo pontifice. eius autem capitula supradicta sunt approbata cum hoc adiectiuo, scilicet sacris canonibus nō contraria; vnde si qua capitula sunt contraria, approbata non sunt. hæc autem esse ea, quæ iniustitiam continent, nullus dubitat. Non sunt igitur approbata illa capitula, quæ iniusta esse in hoc tractatu monstratum est: propter quod si ita est, non paruum peccatum fuit facere imprimi summi pontificis bullas truncatas absque illa particula scilicet sacris canonibus non contraria. Laqueus siquidem est animarum, in quem ego incidissem, vel saltem absque suspensione nō fuissem, nisi viua voce audissem sic haberi in originalibus, & calamo scriptā particulam illam in bullæ Mantuanæ copia vidissem.

Et hæc quoque eadem radice satisfit illis, qui ex priuilegijs, & indulgentijs concessis à Romano pontifice illis, qui ad montis conseruationem, aut augmentum manus porrigunt adiutrices, arguunt: iam enim patet, quòd mons ipse sanctus est, & in ordine ad illum hæc omnia concedūtur; annexa tamen mala ex hoc non approbantur; sed potius tolerantur ad euitationem maioris mali, quo per publicos vsurarios res pauperum vorantur. hæc ille doctissimus Caietanus.

Capitula montis sunt tria; sed de tertio capitulo erat dubium cuius verba sunt.

Tertio, quòd vltra pecuniam mutuatam officiales mō. 22
tis exigant secundum numerum librarum singulis mensibus tot denarios à debitoribus, ita quòd quot libras aliquis mutuo susceperit à monte, tot denarios singulis mēsibus, quibus illas retinet, teneatur dare.

Item in materia nostri capituli notabis, quòd si quis possessiones alicuius data pecunia recipit in pignus, si sortem suam recipit, deductis expensis possessionem

libere restituat debitori. text. in cap. plures, de vsuris. & vide in cap. quoniam. eo ti. Sed quomodo intelligatur illud, quod dicitur, quod fructus pignoris computantur in sortem, vide gloss. & docto. in cap. ad nostram. il. j. de iure iuran. & dominum Anto. ibi; quia elegantissime declarat. Si autem creditor minus habet eo recepto possessio ad dominum reuertatur, vt in dicto. cap. plures. Et notabis ex illo tex. quod vsura committitur non solum, quando expresse aliquid datur annuatim, sed etiam si ex pacto creditor lucratur fructus rei pignoratæ. nam cum fructus recipiant extimationem, accedunt nunc sorti ex pacto præcedenti; & licet text. in dict. cap. plures, loquatur in genere de possessionibus fructiferis, idem dicendum in domibus, & aliis rebus: debent enim soluta pensione extenuare sortem.

23 † Quicquid enim extimabile percipitur vltra sortem, vsura est. vt in cap. j. xiiij. quæst. iij. vbi dicitur; Si plusquam dedisti, expectes acipere, feneratores; & in hoc improbandus, non laudandus; & ibi in cap. ij. non legitur. Item alij pro pecunia fœnerata solent munuscula diuersi generis accipere, & non intelligunt scripturam vsuram appellare, & superabundantiam quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus receperint, & ibi in capit. iij. dicit Ambros. plerique refugientes præcepta legis cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia vsuras exigunt, sed de mercibus eorum, taquam vsurarum emolumenta, percipiunt: ideo audiant quid lex dicat; Neque (inquit) vsuram escarum accipies, neque omnium rerum. Item esca vsura est, & vestis vsura est, & quodcunque accedit sorti, vsura est: quod velis, nomen ei imponis, vsura est, & de hoc vide Ioan. de Ana. in dict. cap. nauiganti. Itaque vsura est, vbi amplius requiritur, quàm quod datur. vt dixi. & text. in cap. vsura. xiiij. quæstio. iij. Sed vsura aliquando non committitur, licet vltra sortem quid accipiatur, vt infra dicemus. Et notabis, quod fructus rei pignoratæ, ipso iure attenuant sortem. & de hoc videbis text. & docto. in dict. cap. plures. & vide in. l. iij. C. in quibus causis. pig. tacontrahi. & videbis in. l. j. & ij. C. de pactis pignorum. &

24 hoc probatur in cap. ad nostram. il. j. de iure iuran. † Sed not.

notabis in dict. cap. plures, pœnam clerici exercentes vsuram; debent enim deponi ab officio ecclesiastico; de quo in cap. inter dilectos, de excessibus prælatorum. Sed Maritus recipiens pignus pro dote promissa non tenetur fructus in sortem computare. tex. in cap. salubriter, de vsuris; & est casus singularis, & alibi non probatur. Itaque fructus rei pignoratæ non extenuant sortem, quia succedunt loco interesse, quia maritus patitur in non recipiendo dotem promissam. & ibi dicit Panorm. post multa, puto quod gener à principio possit conuenire cum socero de percipiendo aliquid annuatim vsque ad solutionem dotis, dummodo sit solitus mercari, vel ponere pecuniam apud mercatorem, cum iste non capiat pro mutuo, nec pro dilatione data, sed vt sustineat onera matrimonij; & sic potius capit, vt interesse, nec videtur hoc contra bonum charitatis. & vide doct. in c. per vestras, de donationibus. inter vir. & vxorem.

† Et si creditor habet possessionem rei pignoratæ, non 25
tenetur computare fructus in sortem; quia consolidatur tunc vsus fructus cum proprietate: casus est notabilis in ca. conquæstus, de vsuris. docto. in c. j. de feudis.

Dixi, quod aliquando vsura non committitur, licet aliquid vltra sortem aliquid accipiatur, de hoc vide Panor. in dict. cap. plures ad finem, quia generaliter vbicunque percipitur aliquid loco interesse, nō cōmittitur vsura, vt mutuaui tibi. c. & cum tu non valeres restituere, recepi tantam pecuniam sub vsuris, tunc potero exigere. cap. & etiam vsuras, quia non vt vsuram, sed interesse; nam mihi nullum lucrum accedit: ad hoc vide, quod notatur in cap. dilecti. de foro competen. & in cap. peruenit, de fide-iusso. item si fideiussor soluit sub vsuris. ita Ioann. Andre, in cap. damnum de regu. iuris, li. vj. & vide gloss. & docto. in capit. conquæstus, de vsuris. & vide gloss. & docto. in l. curabit, de actio. empti. Sed tu vide gloss. magistralem in ca. j. xiiij. q. iij. vbi dicitur; † vsura est vltra sortem aliquid 26
recipere, nisi in quinque casibus, Primo, in casu fauore ecclesiæ, vt in c. j. de vsuris, & c. conquæstus; vbi vide gloss. ponentem aliquos casus. & vide ibi Panorm. ponentem

alios casus, sequitur glos. Secundo, cum fideiussor soluit sortem, & vsuras, potest vsuras petere, vt in cap. constitutus. de fideiusso. Tertio, cum pœna petitur præter sortem, c. in legibus, xij. q. ij. Quarto, & cum petitur vsura, tanquã interesse, vt. ff. pro socio. l. socius qui. & glos. in c. quoniã, xiiij. q. iij. vbi dicitur, ad quæstum prohibemur sumere vsuras, causa lucri captandi, non autem vitandi damnum, maxime in contractu bonæ fidei, vbi ex sola mora veniunt vsuræ, vt. ff. de vsuris. l. mora. §. in bonæ. Si quis ergo est in mora soluendi, ab eo possunt repeti vsuræ, non tanquam vsuræ, sed tanquam interesse, vt. ff. pro socio. l. socius. qui, & tunc petuntur vsuræ iudicis officio, non iure actionis: licite enim potest quis agere ad hoc. vt reddatur indemnis, vt in cap. peruenit, de fideiussoribus. & in. ca. siquis de clericis. xij, quæst. ij. vbi agitur ad interesse. sequitur glos. Quinto, cum recepit aliquid pro re, quæ non consistit in pondere, numero, vel mensura; sicut in locatione. Item sexto casu ratione incertitudinis, vt in d. c. in ciuitate; sed
27 de incertitudine iam diximus. † Ad intelligentiam scias, quòd duo sunt cõtractus, qui de natura sui gratuiti, sunt, vt mutuum, & commodatum: in mutuo certum est, & requiritur, quòd sit gratuitum alioquin est vsura. Item si cõmodatum non est gratuitum, non quidem est vsura, sed tamen si aliquid recipitur pro commodato, statim desinit esse cõmodatum: quia aut recipitur aliquid pro reipsa; aut p vsu rei si p re ipsa aliquid recipitur, aut est pecunia, aut alia res, si pecunia, est emptio; seu vẽditio; si alia res, erit cõtractus permutationis: si p vsu rei accipitur pecunia, erit cõtractus locationis: si res alia, erit contractus innominatus; do, vt des; vel do, vt facias; omnes isti contractus sunt liciti laicis, etiã causa negotiationis, vt in c. fornicari. lxxxviij. distinct. clerici tamen in quantum possunt, debent abstinere ab emptione, & venditione; tamen in casu necessitatis, vt iam supra dixi, permissum est clericis negociari, vt in cap. i. Ne clerici vel monachi; & vide in capit. clericus vi. ctum. xci. dist. inct. & xxj. quæst. i. cap. i. & cap. nunquam, de consecr. distinct. v. & tunc non acquirit lucrum ex negotiatione, sed ex artificio: talia enim lucra licita erant Apo-

stolis,

ſtolis, vt in c.i.xxi.q.i. Et de intereſſe dicemus multa ad finem capituli.

Et † vſurarij manifeſti repelluntur ab eccleſiaſtica ſepul 28
tura, & altaris communione: de quo vide text. & doct. in c. quia. in omnibus. de vſuris. Et vſura eſt prohibita, etiam ſi quis eam exercuerit pro aliquo opere pio faciendo, vt notatur in cap. ſuper eo. de vſuris, & ibi notatur, quòd nō debet quis mentiri pro aliena vita. concordat. ca. ne quis. xxij. quæ. ij. quod eſt contra docto. dantes conſilium contra conſcientiam, vt liberent quem à morte. & vide optimum text. Auguſtini in cap. quod ait. xiiij diſtinct. & vide etiam text. Auguſtini in cap. ſi (quod verius dicitur) xxxiij. quæſt. ij. Et an tex. in cap. ſuper eo, intelligatur in mutuante tantum, vel etiam in recipiente, ibi videbis. Et quòd recipiens pecuniam ad vſuram non peccet, videtur ſentire Archid. in c. ſi fœneraueris. xv. diſtinct. vbi dicit, quòd turpitudo ſolum vertitur ex parte dantis. Sed tu de hoc melius vide per Archidiac. in cap. ſi quis vſuram. xiiij. q. iiij. vbi diſtinguit, an recipiens præſtat cauſam, aut non. † 29
Sed quòd nō ſit peccatum recipere pecuniam ad vſuram, & vſuram ſoluere, tenet gloſſ. in c. debitores de iure iurā. Sed Archid. in cap. in eum. i. q. i. dicit, quòd ille, qui accipit pecuniam ad vſuram ab illo. qui exercet vſuras, & paratus eſt facere, non peccat, ſi hoc facit propter ſuam, vel alterius neceſſitatem, vel propriam vtilitatem: alias peccat mortaliter. Et de iſta quæſtione in terminis vide ſanctum Thom. in ſecunda ſecundæ. q. lxxxviij. artic. vlti. vbi concludit, quòd non peccat capiens ad vſuram, niſi induxerit mutuantem, quia nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum ſub vſuris; licet tamen ab eo, qui hoc paratus eſt facere, & vſuras exercet; mutuum accipere ſub vſuris, propter aliquod honum, quod eſt ſubuentio ſuæ neceſſitatis, vel alterius. ita ſanctus Thom. de quo vide Panor. in cap. cum eccleſiæ. de ſimonia; & latiſſime per Rodulphum in tractatu de vſuris in. iiij. charta. Et vſurarij, qui ſunt ſoluendo, cogunturper pœnas Lateranenſi concilij vſuras reſtituere, facultatibus non extantibus debent

poſ-

possessiones emptæ ex pecunia fœnebri vendi,& debentibus recipere satisfieri, vt in c.cum tu,de vsuris.& ibi dicũt docto,quòd bona vsurariorum non sunt tacite hypotheca tà illis,à quibus fuerunt pecuniæ extortæ, dicunt etiam, quòd bona vsurariorum in alium translata titulo oneroso non sunt debita illis,quibus fuit pecunia extorta;secus,si sint translata titulo lucratiuo; Et ibi examinatur quæstio si dos constituta ex pecunia fœneratitia debeat restitui creditoribus;& vsurarius liberatur à restitutione, si illi, quibus extorserat,pure,& simpliciter,& sine dolo remiserint.de quo vide ibi Panor.in fine. sed vide Panor.in c.cõ suluit.de vsuris. vbi dicit; Vsurarius debet restituere vsuras,licet remiserit,si habebat mentem corruptam,omnino nolle ipsas restituere.

30 Et† hæres vsurarij,siue filius,siue extraneus tenetur vsuras restituere.c.tua nos.de vsuris.& ibi doct.Et de intellectu illius decretalis, vide Rodulphũ in tractatu de vsuris.q.lxxi.& q.lxxij.& vide Bald.in.ca. ad nostram.il.ij.de iure iur. & vide Rodulphum.in.q. lxxiiij. & lxxv.& vide Anto.in.c.debitores.de iure iuran.Et vtrum altero hærede vsurarij non potente restituere, alter teneàtur in solidum,vide docto.in.d.cap.tua nos.Sed Caietanus in opusculis, vbi ponit sex quæstiones de vsura, dicit post examinatam quæstionem in quæst.v.Hæredes vsurarij tenentur secundum hæreditarias portiones tantum, non in solidũ. Vos cogitate.

31 Sed † nota,quod vsurarius est ille, cui debitor libere aliquid vltra sortem dedit,si ipse habebat mentem depraua tam,vel non fuisset alias mutuaturus,nisi speraret aliquid vltra sortem;& tenetur restituere.tex.in c.consuluit de vsuris. & ibi doct. & ibi etiam notatur,quòd vsurarius est ille,qui prorogat terminum debitori aliquo accepto. Sed an sit vsura,si mutuo decem cum pacto, quòd alia vice tu mutues mihi decem.ita quod obligatio antidotalis committitur in pactum. Panor.in.d.ca.consuluit.de hoc vide Rodulphum in tractatu de vsuris.v. charra. vide sanctum Thom.& Caietanum in secunda secundæ.q.lxxviij.ad secundum;vbi dicitur;non potest in ciuilem obligationem de

deduci naturalis obligatio ad antidota; quia talis obligatio ciuilis est pecuniæ æstimabilis, ac per hoc quibuscunq; fiat conditionibus, plus sorte ex pacto exigitur, & vsura est. An vsurarios possim appellare, vide tex. & doct. in cap. quam pernicioſum de vsuris.

Et iurans non repetere vsuras potest repetere; de hoc vide tex. & docto in c. tuas, de vsuris; quia iurans potest absolui à iuramento; ibi videbis. & vide in c. i. de iure iurād. & de tali absolutione in alijs causis vide etiam in cap. cum contingat. de iure iurand. & ibi doct. & Imola latissime, & Oldra. in consi. cxx.

Notabis etiam in materia vsurarum, quòd vsurarius non potest repetere vsuras, quas alius sibi extorsit, nisi ipse restituat, quas alij extorsit. c. Michael. c. quia frustra. ne vsuris; quia auxilium legis non debet quis inuocare, si in legē committit, & ibi etiam notatur, quòd exceptio, quam vnus vsurarius opponit contra alium, est dilatoria, & ante litem contestatam opponenda. & ibi de verbo. frustra.

Et † notabis, quòd vsurarij manifesti dicuntur etiam illi, qui licet non possint conuinci testibus, conuincuntur alijs præsumptionibus, vt in c. cum diocœsi, de vsuris. Itaque ex illo testu probatur quod per solam famam, & argumenta possit vsurarius conuinci, & condemnari, de vsuraria prauitate. Sed de hoc vide ibi Panor. & vide doct. Et iudex ex officio procedere potest contra vsurarios, sed non in Regno Neapolis; Turpe, & miserabile, quare? Nam ista reformatione indigent. & ibi per Panor. videbis, vsurariū quem fuisse, quomodo probetur quando tractatur de validitate testamenti ab eo conditi; quia secundum Hosti. postquam iudex receptis his argumentis, de quibus in d. c. cum in diocœsi. ipsum declarauit vsurarium, potest dici tunc manifestus vsurarius. ibi videbis. 32

Quæritur † in materia vsurarum, vtrum in vsura transferatur dominium; communis opinio est dicentium quòd in vsura non transfertur dominium. ita sanctus Thom. in secunda secundæ, q. lxxviij. artic. iij. dicens hæc verba; Si quis domum, vel agrum alterius per vsuram extorsisset, non solum tenetur restituere domum, vel agrum, sed etiā 33

fructus

fructus inde perceptos, quia sunt fructus rerum, quarum alius est dominus, & ideo ei debentur.

Item mutuans sub spe aliquid vltra sortem habendi, nō aliter mutuatus, absque omni tamen conuentione, an sit vsurarius mentalis, & sic vsurarius corā Deo; breuiter posset cum distinctione ad quęstionem motam dici, quod aut talis mutuans sperat aliquid vltra sortem ex mutuo, & nō ex pacto, talis vsuram committit: aut sperat ex affectu amicabili eius, cui mutuat, & sic non peccat.

34 † Et vsurarius mentalis non teneatur ad restitutionem, de hoc videbis in c. consuluit. de vsuris. Et vsurarius mentalis est, qui intendit ex mutuo aliquid vltra sortem, non gratuite dandum, aliter non mutuaturus. Sed cui lucrum speratum datur, non ex pacto, sed propter aliquam tacitam eius petitionem, iste non est vsurarius pure mentalis propter exteriora signa quibus tacite petit aliquid vltra sortem ex mutuo. Ideo iste talis teneturad restitutionem, de his videbis doctissimum Caietanum in tertio tomo. vbi ponit sex quæstiones de vsura & in iiij. quæstion. tractat, an omnia bona vsurarij sint obligata eis, à quibus vsuræ extortæ sunt. de hoc diximus supra, & tractatur. in c. tua nos. de vsuris. & in ca. quanquā. de vsuris in vj. & sunt duæ opiniones, vt refert Panor. in. c. cum tu. & in. d. c. tua nos. Antiquorum opinio fuit, quod omnia bona vsurarij sint tacite obligata. Hosti. Ioan. Andre. Panor. & moderni tenent oppositum, sed Caietanus dixit in v. quæst. in. dict. tractatu in opusculis suis. Inueniemus vtranque opinionem aliquo modo veram dicere; ibi videbitis. & hoc adde ad ea, quæ superius diximus. Et in materia vsurarum vide docto. in titulo de vsuris. & vide in. vj. & in clement. & vide Hostien. in sua summa. & vide sanctum Tho. in ij. ij. q. lxxviij. & ibi Caietanus doctissimus in suis commentarijs. Et vsurarij hodie puniuntur varijs pœnis in foro iudiciali, secundum diuersitatem regionum.

Diximus supra, quòd in contractu mutui post moram possit peti interesse lucri veri cessantis, de quo per doct. in. cap. nauigandi & in cap. conquæstus. de vsuris. Nunc verò volo explanare materiam, quia quotidiana. Sed in primis de

de cambijs aliqua dicemus, & quid mihi de cambijs videtur. Sed breuissime me expediam.

† Cambiorum secundum consuetudinem negotiatorum, & mercatorũ, genera suut quatuor; Quædam vera, & realia, quibus moneta in vno loco, ac tempore recipitur, & alio loco, ac tempore reditur, prout in loco redditionis tempore restitutionis marca auri valet. & in his nullum est peccatum, cessante omni dolo, & fraude. Veruntamen quum hæc ad prolixius tempus fiunt, aut prorrahuntur, vtex distantiori tempore plus lucri habeatur, ad vsuram declinant; quia cum temporis, quo pecunia occupata tenetur, ratio habetur; ad eũ vsuræ modum digreditur, quo tempus vendi dicitur. Quædã vero cambia sunt non vera, sed palliata, & solo nomine cambia; quibus indigens Romæ pecunia accipit pecuniam restituendam non Neapoli, sed Romæ iuxta valorem cambiorum. Neapoli, in sequenti feria: seu quoũis alio modo ficti cambij fiant. Et hæc suut manifeste iniqua, quum vere sit ibi contractus mutui cum tali interesse. Quædam vero cambia sunt, quibus pecunia Romæ data per literas cambij soluuntur alibi: & hæc sunt licita, si seruato solito, moderato tamen lucro numulariorum, fiunt cessante dolo, & cessante omni genere collusionis. Quædam demum sunt cambia ad minutum, puta cum pro ducato dantur decem argentei, aut è contra, & cætera. Et in his moderatum quoque lucrum in damno iuxta diuersarum regionum consuetudinem. Et de ista materia videbis omnia illa ad literam per dominum Cardinalem sancti Sixti, & in opusculis suis in tractatu de Cambijs. 35

## §. DE INTERESSE.

### SVMMARIVM.

1 *Interesse materia profunda est; & quotuplex sit & num.* 2. 3. 17. 19.
4 *Diuersæ sunt interesse species.*
5 *Interesse, est vera rei extimatio.*

6 *Conuen-*

6 Conuentum interesse quodnam dicatur, & an in totum debeatur, & nu. 12.
7 Singulare interesse quid sit, Item quotuplex sit & num. 8. 9. 18.
10 Rem vitiosam tradens, an teneatur ad interesse.
11 Interesse extrinsecum, quotuplex.
13 Conuentum interesse, posse ne quadruplum excedere, & num. 14.
15 Interesse conuentum, etiam si totum peti possit, Duplum excedens dupliciter limitari potest.
16 Vsurariæ prauitatis suspitio, quando esse dicatur.
20 Singulare interesse, an possit peti ex omnibus contractibus.
21 Commune interesse vtrum Veniat in quolibet contractu.
22 Qualiter probandum sit interesse singulare cõmune, & conuentum.
23 Extimatio rei stantis, quomodo probetur.
24 Testium depositio ad probandum singulare interesse, qualis esse debet.
25 Petens aliquid, & probare volens singulare interesse, quemodo articulare debet.
26 Tanto dicitur res plus valere, quanto facilius vendi potest.
27 Probare singulare interesse per vnum testem, possitne iurare in supplementum probationis.
28 Vendens rem aliquam, possitne cogi ad traditionem, interesse præstando limita.
29 Venditor se constituens possidere precario nomine, teneaturne ad rei traditionem.
30 Omnis contractus suam habet substantiam, legem, & naturam.
31 Natura contractus quæ sit.
32 Interpretatione non indigent, quæ clara sunt.
33 Moræ diffinitio, propter factorum varietatem difficilis.
34 Mora sua cuilibet nociua est, & nu. 35.
36 Mora quid sit.
37 Vnica interpellatio vim peremptorij habet.
38 In iudicialibus tres requiruntur interpellationes.
39 Pater, consensum filij, cum ætatis erit pœnaliter promittens; an incidat in pœnam, perueniente filio ad maiorem ætatem, & nulla

*nulla ratificatione facta.*

40 *Fur & morosus æqui parantur.*

41 *Fructus rei emptæ percipiens, vtrum ad vsuras præcij non soluti teneatur.*

42 *Promittentes se facturum & curaturum, an requiratur interpellatio.*

43 *Conditionis euentus nunquam in mora constituit, remissiue.*

44 *Quo tempore interpellatio fieri debeat.*

45 *Quando dicatur interpellationem incongruo tempore esse factam.*

46 *Debitor non habens cui soluere, cuinam debet offerre debitum, pro pœna euitanda.*

47 *Moræ purgatio quot modis fit, & multa alia in hac materia, remissiue.*

48 *Moræ purgatio vsque ad quod tempus admittatur.*

NVNC materiam intereſſe aggrediamur, vt in iſto capitulo de vſuris promiſimus. † Intereſſe materia ſubtilis eſt, & profunda; & de iſta materia videbis Dynum in regula, mora, de regulis iuris in.vi. & ibi Ioannes Andre. & vide docto. in.l.vna.C.de ſententijs, quæ pro eo, quòd inte. profe. & in.l. ſtipulationes non diuiduntur. §. celſus. ff. de verbo. obliga. & vi. Bar. in. dict. l. vna. & in. l. j. ff. de act. empt. & vi. notabilem gloſſ. in cap. dilecti. de foro compe. vide Albericum in l. vbi autem non apparet. §. illud dubitationem. ff. de verborum obligat. & vi. Innocen. in capit. ſacro. de ſenten. excommu. plene in ſpeculo. in titu. de fructibus, & intereſſe. Archid. in cap. medicinalis. de ſententia excommu. li. vj. Hoſtien. in ſumma, in titu. de ſenten. & reiudicia. §. quis ſit effectus. Azo. in ſumma, in titulo de ſententijs, quæ pro eo, quòd intereſt, proferuntur, Et iſtis remiſsionibus non ero contentus, ſed ex iſtis plenè colligemus materiam, & primo dicemus, † quòd intereſſe eſt triplex, ſecundum communem opinionem, commune, ſingulare, & conuentum. ita Bart. in. l. j. ff. de actio. empti. per gloſſ. ibi. Ad euidentiam præmittendum eſt, quid ſit inter- 1 2

esse, & secundum Accursium in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo, quòd interest, proffe. Interesse est damnum emergens, & cessans ex eo, quod aliquid fieri cessatur; quam descriptionem quidam voluerunt impugnare, sed illa impugnatio est fantastica secundum Bald. & Salice. Sed procómodiori doctrina possunt ad dictam diffinitionem aliqua addi, vt dicamus; Interesse est damnum emergens, & lucrum cessans propter factum, vel omissum, quod fieri, vel
3 omitti non debuit. dixi superius; quòd † triplex est interesse commune, singulare, & conuentum: & communiter approbatur. gloss. in. d. l. vna. licet contra gloss. insurrexerunt multi. † Sed plures, & diuersæ sunt species interesse.
4 quod probatur, primo; Nam iuramentum in litem datur ad interesse, vt. ff. de in litem iurando. l. pe. & excluditur ab interesse, vt. ff. de iudicijs. l. non à Iudice. ergo species sunt diuersæ; cum opposita non possunt simul stare, vt. l. Titiæ. ff. de condi. & demos. Secundo, quia ex culpa non exhibentis, vel non restituentis agitur ad interesse commune, & præcium verum per testes probandum, v. l. ij. ff. de in litem iuran. & ex dolo agitur ad interesse probandũ per iuramentum in litem, vt in eo. ti. l. penult. ergo, &c. cũ diuersitas causarum diuersificet species causatorum, vt. ff. de pactis. l. si vnus. §. ante omnia. & de exhi. reis iudici. l. cũ quæritur, & l. cum de hoc. Tertio, quia stipulatio de iudicio sisti committitur ad interesse, vt. ff. si quis in ius voca. non ierit. l. fin. &. ff. de verborum obligatio. l. quoties.

5 Sed † hoc interesse est vera rei extimatio, vt. ff. qui satisdare cogan. l. ij. in fi. quæ vera extimatio differt à singulari vt. ff. de lega. ij. l. si cui. &. ff. de minoribus. l. si in exceptione. Ergo inter esse est precium rei commune, & singulare. Quarto, per. l. ait lex quanti. ad. l. Aquili. cõiuncta. l. si seruum. eo. ti. Item per text. ff. de furtis. l. qui tabulas. &. l. si vendidero. §. i. Ad rationes in oppo. factas respõdeo, quòd in eis non remouetur interesse generaliter, sed respectiue, vt patet ex prædictis. & de hoc videbis Salice. in. d. li. vna. in. ij. col. vbi dicit post multa. Hæc est opinio domini mei, qui defensor fuit glossæ; & hanc sequor, tum quia commu-

nis

nis in practica, tum quia verior videtur in iurare. vnde pro ea declaranda, pone, quod propter contumaciam non restituentis iuro in litem, vt in.l. qui restituere. ff. de rei vẽdica. & iuro, quòd nollem rem habere pro centum; & pono rem valere solum octuaginta; an totum sit interesse singulare, & respondetur, quod non; sed viginti tantum; & octuaginta est interesse commune. hoc confirmo, quia res extimata datur in dotem, non vt faciat emptionem, sed vt ostendat deteriorationem; & soluto matrimonio si res apparet deteriorata, petitur extimatio deteriorationis, vt interesse mulieris; hoc non est interesse singulare, sed conuentum, licet possit esse causa. ergo sequitur quod commune, vel conuentum est species per se distincta ab interesse singulari, & prædicta habes. C. de iure votium, l. si inter virum & l. extimatis. ff. soluto matrimonio. vj. Decium de hoc in. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. vj. Ange. Areti. in. §. præterea insti. de actio. & vi. Cagnolum in d. l. vnica. xxvj. col. Sed non sufficit iuramentum contra dolosum, si agitur contra tertium, vt si agitur contra villam, quæ ad emẽdam tenetur ex delicto commisso in suo territorio ex statuto, vel consuetudine, & de hoc vide Bar. in l. nequid. ff. de incen. rui. nau. Iaso. in. l. si quando. C. vnde vi. & Ancha. in consi. cclxxxvi. † Et attende, quod interesse cõuentum quandoque potest esse tantum, quantũ commune, & non plus; quandoque minus, quandoque maius; vt est glo. in. d. l. vna. Interesse conuentum, seu conuentionale secundũ glo. & Barto. in. d. l. vna, est prẽcium conuentum, vt in glo. d. l. Soci. tamen in Rubri. C. de sentent. quæ pro eo, quod in. pro. late insistens reprehendit dicens post Bald. interesse conuentum esse interesse conuentionaliter declaratum, seu quantitatem promissam loco eius, quod in futurum interesse posset; vt si non dederis equum, dabis decem; & moderni approbant. Quod vero glo. & Bar. dicunt, quod prætium conuentum est, non autem interesse conuentum: sed si prẽciũ, & interesse idem sunt, vt in glo. d. l. vnica cõclusum est, si prẽciũ conuentũ est interesse, erit conentũ. & in exẽplo præfato, superaq; relatio in pœ-

promissa, quæ loco interesse succedit. §. alteri. de inutili stipulat. & l. fi. ff. de prætorijs stipula. & ibi vide Paulum de Cast. & Bart. in d. l. vnica dixit, respectu petitionis est æstimatio illius interesse, ideo dici potest prætium conuentum, seu quantitas conuenta pro eo, quod interest. & in d. l. fi. de præto. stipula. dicit Paulus de Cast. in stipulationibus, quæ committuntur ad interesse propter difficultatem probandi interesse, vtile est apponere pœnam certæ quantitatis, quæ loco illius succedit.

7 † Quid sit singulare interesse, declarat Bartol. in dicta. l. vnica, exemplicando in eo, quod longo tempore studuit postillando librum aliquem. Sequitur Salicet. in. dicta. l. vnica reducendo ad practicam materiam singularis interesse. & Curtius in d. l. vna, inquit, quòd non potest excedere duplum præcij conuenti in casibus certis, vt est text. in d. l. vna. Ex quo elicitur maxima limitatio ad materiam iuramenti in litem, in qua pro interesse singulari defertur iuramentum vsque infinitum. l. videmus. §. iurare ff. de in litem iuran. vt in effectu non possit illud interesse excedere duplum. & ita iudex debet taxare. ita Bart. in. d. l. vna. & Socinus in Rubric. C. de sentent. quæ pro. quòd

8 in. pro. latius capit post antiquos dicens; † Singulare interesse illud dicitur, in quo mora simpliciter commissa quilibet non fuisset passurus idem damnum; sed tunc demum, si in eadem causa mecum fuisset. idem noluit Bald. in d. l. vna, dicens, singulare interesse illud esse, vbi facta relatione rei ad personam, plus valet mihi, quàm alteri, cui, non inesset eadem ratio affectionis, quæ inest mihi. Sequitur etiam Decius in d. l. vnica ad finem, & doctores dicunt in d. l. vnica. quòd istud interesse singulare est duplex, vnũ affectis, de quo in iure non habetur ratio; alterum affectionis, de quo in iure non habetur ratio; alterum affectionis, & vtilitatis simul; de quo habetur ratio, & est in consideratione. & hoc declarauit Bartol. & post eũ Salicetus in d. l. vnica. Itaque notabis reassumendo materiam, quòd interesse est triplex, conuentum, commune, & singulare: cõuentum dicitur, vt dixi, de quo conuenit inter contrahentes, vt prætium; vt si vendidi tibi pro. x. stichum. commune est,

ne est, si forte idem stichus communiter tantum valebat. xv. singulare est, quòd facta relatione ad personam, plus valet res puta mihi, quàm alicui alteri, cuius non interest, ratione affectionis singularis, quæ inest mihi, vt dicitur in glos. in dicta. l. vnica.

† Et interesse singulare est duplex, vt dixi; quia aliud est 9
affectionis tantum, & istud non consideratur, nec augetur ex eo condemnatio; si non sit affectio qualis esse debet, vt l. si seruum meum. ad. l. Aquiliam. & in. l. prętij rerum ff. ad l. Falcidi. vbi dicitur; res debet extimari communi extimatione, non ex affectione singulari, licet propter eam affectionem quandoq; actio detur; quæ alias non daretur, vt, ff. manda. l. cum seruus. de minori. l. si emptionem. &. l. libertus, qui soluendo. ff. de bonis libertorum. Aliquod est interesse singulare, affectionis simul, & vtilitatis, vt dixi; & ex isto actio datur, & augetur condemnatio, vt in d. l. vnica. versicu. sancimus. &. ff. de in litem iurau. l. videamus. §. j. Item omissis multorum opinionibus diuersis sciendum est, quòd interesse recipit aliam diuisionem; qnia quoddam est intrinsecum, & hoc est ipsius rei considerata bonitas intrinseca, vel vitiositas, seu malitia intra rem ipsam cõsistens: quod probatur in. l. cum. quid. ff. si certum petat. & in. l. Iulianus. ff. de actio. empti. vbi dicitur; † Qui tradit 16
rem vitiosam sciẽter, tenetur ad interesse etiam extra rem; si ignoranter, tenetur quanto minoris. Sed hoc fallit in seruo fure secundum Barto. ibi. facit etiam text. in. l. bonitatis. ff. de euictioni. & hæc ipsa vitiositas, vel malitia in re ipsa sic considerata potest merito dici interesse intrinsecum, quia est vitium, seu moribus rei impediens, id, ad quod natura rem illam produxit. & hoc eleganter probat text. secundum. Salicet. qui forte non est alibi, in l. j. §. sed sciendum. ff. de edili. edicto. Aliud est interesse extrinsecum, 11
& hoc est duplex, vnum proximum, aliud remotum: proximum à iurisconsultis nuncupatur circa rem, vt. l. si sterilis. §. cum peruenditorem. ff. de actio. empti. vbi habetur; Interesse, quod est circa rem, petitur propter moram in non tradendo; & non habetur ratio interesse extrinseci, vbi vide Bartol. & hoc ideo forrasis, quia causatur à pro-

ximo intrinseco, & immediate; & ex hoc, quia vel res ipsa non traditur, vel non ea quæ bona, vt debetur: ideo ratione cohærentiæ, vel malitiæ, seu ratione rei non traditæ habetur ratio huius interesse circa rem, quod est ipsius solius principalis rei extimatio minuta, vel aucta non inspecto aliquo corpore distanti, vel cohærenti, vt dicto §. cum per venditorem. Remotum autem appellamus extra rem, quia non est circa rem, & hoc est æstimatio corporum ipsi principali rei cohærentium, vel distantium diminutorum, seu vitiatorum, vel perditorum ipsius principalis rei vitio. Et potest poni exemplum in seruo hærede instituto possesso ab alio, qui fuit in mora tradendi, vt quia in se sit vitiosa, vt dicta l. Iulianus. in principio; vel quia sit euicta, vt l. venditor. ff. de euiction. vbi dicitur in causa euictionis venit omne lucrum, quod emptor fecisset, si res eius effecta fuisset; vel etiam non traditorum, & tradi debent, vt ind. l. Iulianus. §. si quid. vbi litera dicit; Quicquid lucratur seruus venditoris pertinet ad emptorem: & hoc interesse remotum appellamus, quia non ex re, sed propter rem venit, & extra rem: quia non intra, nec circa rem. Itaque habemus ex gloss. d. l. vnicè, quòd interesse aliud est intrinsecum, aliud est intrinsecum, vt dixi de mente Barto. quem sequuntur omnes docto. in. d. l. vnica. † & notabis interesse conuentum in totum deberi, vt per gloss. in. d. l. vnica, in. lx. col. versiculo; nunc venio; quia, vt ait gloss. ait prætor pacta seruabo. l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. de pactis. Item quia contractus ex conuentione legem accipiunt, vt in. l. j. §. si conuenerit. ff. de positi. l. contractus. de regulis iuris. quia, vt dicunt vulgares, pacta rumpunt leges. gloss. est in cap. j. de regul. iuris. in vj. dicit Curtius in d. l. vna. col. xxj. & etiam in xj. † quòd istud interesse conuentum non poterit quadruplum excedere, sicut nec pœna conuentionalis. §. omnes Institu. de actio. qui tamen text. loquitur de pœna legali, quæ non excedit quadruplum: secus, in conuentionali, quæ a voluntate, & conuentione partium dependet, vt per gloss in dicta, l. vnica, in verbo proferuntur: & ita transeunt communiter docto. & vide Imolam, & Iasonem in l. stipulatio ista, in §. alteri. ff. de verborum

borum obligat. quę opinio procedit etiã in foro canonico, & in foro cõscientiæ, quãdo absque fraude vsurarũ opponitur, talis pœna, etiam quæ excedat interesse, licita est. & exigibilis secundũ Theologos; quia interest publicæ vtilitati, vt pacta seruẽtur; vt per Angel. in sua summa, in verbo vsura. §. xxxj. versic. sextus casus. & vide docto. in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petat. facit text. in. l. j. in principio. ff. de loco publico. fru. Vbi interdicta ratione publicæ vtilitatis causa proposita tuetur prætor. Ideo male videtur dixisse Bald. in dicta. l. vnica. col. iij. dum vult, quòd si tantum non interfit, peti non possit; † opinio tamen Bald. 14
&aliorum, ne conuentum interesse possit quadruplum excedere, magnam sapit æquitatem; quia vt in simili dicit text. in. d. l. vnica, hoc non videtur naturæ congruum. faciunt etiam ea, quæ Bald. scribit in. d. l. vna. in. x. oppositione. accedat text. in. in. l. cum allegas. C. de vsuris. quæ pœnam quadrupli permittere videtur cessante suspitione illegitimarum vsurarum; vltra ergo quadruplum non videtur permissa, & per conuentionem.

† Et prædicta conclusio, quod interesse conuentum 15
totum peti possit, etiam quòd excedat duplum, limitari potest dupliciter. j. vt procedat, quando quantitas interesse fuit à principio taxata; sed si quis à principio promisisset damna, & interesse; ista promissio generalis secundum terminos, & dispositionem iuris communis intelligi debet, ita quòd non excedat duplum iuxtà prædicta. argumenta. in. l. j. §. si quis sub conditione. ff. vt lega. nomi. cauea. restringendo, vt per Decium in dicta. l. vnica. x. col. faciunt, quæ tradunt scribentes in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Secundo limitatur conclusio prædicta, quòd quantitas pro interesse taxata sit exigibilis, & non procedat, vbi esset suspitio vsurariæ prauitatis. ita Decius post Bald. in. d. l. vna.

† Sed aduerte, quia difficultas est, quãdo dicatur esse suspi 16
tio vsurariæ prauitatis, ita qd' taxatio interesse à principio

illi sit: dicendum est, quòd vbi pœna in effectu est adiecta dationi quantitatis pecuniæ, videtur in fraudem vsurarum adiecta; nam in similibus contractibus & materia, solent vsuræ permitti; & ideo exigi non potest; secus, si sit adiecta facto, vel dationi speciei. l. cum allegas. vbi plene per scribentes. C. de vsuris. Curt. in. d. l. vna colum. xj. cum sequenti. Et quando factum, vel non factum est in obligatione, an succedat obligatio ad interesse, sitque in electione actoris agere præcise ad factum, vel ad interesse, vide gloss. in. d. l. vnica. super verbo, incerti, quæ continet materiam altam, & subtilem, ac de apicibus iuris. Sed vide ea, quæ doctor. scribunt in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligat.

17 † Vt autem materiam explanemus, interesse est triplex, aliud conuentum, aliud commune, aliud singulare. Conuentum interesse est præcium rei, vt dixi; de quo interementem, & vendentem conuenit, vt si vendis mihi rem. pro. x. solui. x. & si non tradis, petam conuentum interesse si volo: & petitur quantumcunque sit, quia prætor ait, pacta seruabo, vt ff. de pactis. l. iuris gentium. §. ait prætor. Et quia contractus legem ex conuentione accipiunt, vt. ff. de posiri. l. j. §. si conuenerit, & iam dixi de hoc. Est & commune interesse, vt si vendis domum pro x. quæ valebat communiter. xij. soluo tibi. x. tu non tradis mihi domum: conuenio te ad meum interesse, & hoc petitur in contractibus, & quasi, quantumcunque sit, vt. ff. ad l. Falci. l. præcia rerum, cum. l. sequen. & l. seruum. ff. ad. l. Aquil. vbi dicitur; In actione legis Aquiliæ venit interesse commune, non interesse affectionis: & prętia rerum non metimur ex singulari affectione, sed æstimatione communi. & vi. Bal. in. d. l. si seruum.

18 † Est singulare interesse (vt superius dixi) quando plus interest mea habere, quam alterius: Ecce paupertate coactus vendidi tibi librum, & postea factus diues emi à te librum: & iste liber valet communiter. xv. soluo tibi præcium, tu non tradis mihi librum, conuenio te ad meum interesse: dicit iudex, quod est tuũ interesse: dico ego interest mea in 100. quia si habuissem, optime legissem, & fuissem lucra-

lucratus centum, vel potest notari exemplum: habebam duo prædia. inter ista prædia mea lata erat prædiolum tuum, emi à te illud prædiolum: & solui tibi præcium: tu non tradis, conuenio te ad meum interesse: dixit iudex, quod est tuum interesse? ego dico, interest mea in. 100. quia prædia mea non possunt claudi sine illo, quin aliquis det mihi damnum: nam interest mea habere prædia vicina meis prædijs, vt. ff. de lega. ij. l. si cui. vbi litera dicit, sæpe enim, confines, notari potest alio modo exemplum: Vendisti mihi prædium tuum pro. x. non vis tradere, conuenio te ad meum interesse. dicit iudex, quid interest tua? dico ego, interest mea habere prædia, vel domum, &c. vt. C. de admin. tuto. lex, quæ tutores. Aduertite in isto interesse. quia aut petitur ex contractu, qui habet certā quātitatem, vel naturam: & tunc iudex debet te condemnare vsque ad duplum communis, non ad totum tuum interesse, ne in infinitum excedat. Aut petitur interesse ex contractu incerto, qui non habet certam naturam, vel quantitatem: & tunc petitur quantumcunque sit, vt in d. l. vnica. † Et sic notate, quòd interesse aliud est commune: aliud est conuentum, aliud singulare: & hæc distinctio, seu 19
diuisio colligitur in. l. j. ff. de contrahenda emptione, & vē, dit. Sed vt melius sitis instructi, quæro, quæ est ratio quare si petitur interesse ex contractu, qui habet certam quantitatem, vel naturam, petitur interesse vsque ad duplum communis: Si autem petitur ex contractu incerto, qui nō habet certam quantitatem, vel naturam: tunc petitur quātuncunque sit? ad quod respondetur multis modis secundum docto. in. d. l. vnica. Sed tu dic breuiter: in primo casu tenetur venditor dare, & dare est accipientis facere, vt institu. de actio. §. sic itaque. vnde non liberatur in præstando interesse: sed qui est obligatus ex contractu incerto, tenetur facere, & qui tenetur facere, liberatur regulariter præstando interesse, vt. ff. de re iudica. l. si quis ab alio, scilicet, vt teneatur vsque ad duplum communis: non ad quātuncūque sit, vt. ff. de iure iuran. l. eum qui. Sed nota, quòd tota lex, vnica, loquitur in singulare interesse, vbi dixit Bar. de mente illius legis: Prolixitates antiquæ circa inter-

esse cessant per istam legem, & in casibus certis venit in totum quod interest, & habetur ratio lucri, & damni.

60 † Ideo quæramus, vtrũ singulare interesse possit peti ex omnibus contractibus; tu dic exclusis aliis opinionibus, quòd singulare interesse petitur ex omnibus contractibus, siue sint bonæ fidei, siue non; siue arbitrarij, siue non. Sed vbi petitur ex contractu, qui habet certam qualitatem, vel naturam; petitur vsque ad duplum communis; sed si petitur ex contractu, qui non habet certam qualitatem, vel naturam; petitur quantuncunque sit; & pro hoc est, quod dicitur in.d.l.vnica, in omnibus contractibus; ergo generaliter debet intelligi, vt.ff.de lega.præstandis.cõtra tabu.bono.possessione petita, l.j.§.generaliter; & quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de prætio.

21 ff. de pu. in rem actio. † Sed quæro, vtrum commune interesse veniat in quolibet contractu? distingue; aut rem dari est in obligatione, aut fieri. Si rem dari, vel tradi est in obligatione, puta quia promisisti mihi dare stichum, vel domum; hic precise teneris dare: vnde hoc casu non venit interesse commune; quod dare est accipiẽtis facere, vt institut. de actio.§. sic itaque. si dare nõ poteris, quia res perit, vel est deterior facta, condemnaberis ad veram æstimationem, vt ff. de legat.j.l.si domus.§. qui confitetur. &. ff. de conditione triticaria. l.ij.§. in hac. & ff. de dolo. l. arbitrio. Si autem promisisti rem dare, hic dico, quòd si es in mora tradendi, petam interesse commune, vt ff. de actio. empti. l.j. & ff. de verborum obligat. l. qui fundum. & ff. si cert. petat. l. cum fundum. Si non es in mora, condemnaberis ad fundum, vt. ff. si certum petat. l. cum fundum & ff. de verborum obliga. l. si seruum in principio. Item hoc est verum in contractibus nominatis, secus in contractibus innominatis, vt. ff. de prescript. verbis. l. naturalis. §. j. Si autem fieri est in obligatione, regulariter qui tenetur ad factum liberatur præstando interesse, vt. ff. de re iudic. l. si quis ab alio. Fallit in casibus, vbi qui tenetur ad factum, tenetur præcise facere, vt. ff. de procurato. l. sed defunctus. Item fallit, si nunciaui tibi nouum opus, vt. ff. de noui. op. ponunt. l. stipulatio. §. siue.

Qui-

† Qualiter autem probabitur singulare interesse, com- 22
mune, & conuentum, est vtile scire; ideo sciendum est, quod docto. in hoc dicunt, quòd aut quæritur de interesse conuento, aut communi, vel singulari. Si de conuento illud probatur per testes, vel instrumenta, vt l. fi. ff. de prætorijs stipulatio. & dicit Bald. in d. l. vnica, quòd per instrumenta emptionum probatur præsens rei valor; si illa instrumenta sint de proximo; nec præsumitur ille valor mutatus, vt notatur in. l. si inter virum. Codice. de iure dotium.

Si quæratur de commmuni interesse, illud probatur per testes de communi prętio deponentes, vt dixi allegando tex. in. l. prętia rerum. ff. ad. l. Falcidi. & petens debet articulare, & probare, quòd in tali anno pro maiori parte anni in tali loco, in foro publico frumentum emebatur, & vendebatur pro tanto prætio, nec sufficeret simpliciter probare, quòd frumentum in loco publico tantum valuit. probat. text. in, d. l. prætia. in §. fi. & de hoc in. l. vinum. ff. si certum pet. De foro etiam publico ideo dicitur, quia non sufficeret, si in domibus priuatis plus vendebatur, vt multoties contingit, maxime tempore careſtiæ; & vbi in loco publico non potest vendi, nisi certo prætio. Circa quod etiam videte notata in. l. ij. C. de rescind. vendi. & l. si fundum per fideicommissum. ff. de lega. j. † Sed æsti- 23
matio rei stantis secundum præsens tempus de facili probatur; vno modo per iudicem, qui poterit æstimare. l. fi. C. de iure do. impetrando. Alio modo per æstimatores assumendos. l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupti. Et est ponderandum, quòd hæc assumptio potest fieri post dicta testificata secundum Bald. in. d. l. ij. C. de rescinden. venditio. & Bart. in. l. si quod ex pamphila. ff. de lega. ij. Tertio potest fieri, vt subhastentur alta voce, & facta venditione secundū illam, an venditor potest dicere se deceptum, & se timore territum vendidisse sensit Bart. quòd sic in. l. j. C. de præscri. xxx. anno. per. l. si quos. C. de resci. venditio. Sed contrarium videtur verius; quando est res vendita iudicis decreto interueniēte. C. de prędijs. curi. l. j. li. x. nec obstat. l. si quos, quia loquitur quando clare constat de

de ambitione. Ex his dicit Bart. in d.l.ij. quòd ad probandum se deceptum, sufficit, quòd ad eius petitionem iudex mittat æstimatores. Sed aduerte, quia illa probatio debet referri ad tempus venditionis. De singulari interesse, aut quæritur in actionibus, in quibus iuratur in litem, vt sunt actiones bonæ fidei, & arbitrariæ, quando agitur contra dolosum; & probatur per iuramentum in litem. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. aut quæritur in actionibus, quæ non sunt bonæ fidei, nec stricti iuris arbitrariæ; & tunc aut deuenitur ad interesse propter contemptam maiestatem prætoris, & potest probari per iuramentum in litem, vt. l. qui restituere. ff. de rei vendica. aut ob aliam causam deuenit ad petitionem interesse, & tunc contra dolo delinquẽtem probabitur per iuramentum, vt. l. si quando. C. vnde vi. & l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi, aut clam: contra alium vero dolo non delinquentem probabitur per te-
24 stes. † Et si quæris, qualiter testes debent deponere, vt probent hoc interesse singulare, dicunt docto. in d. l. vnica, quòd testes non debent esse singulares, sed contestes in æstimatione interesse singularis: sunt autem contestes secundum Bald. in d. l. vnica, quando sunt eiusdem peritiæ, & deponunt per eundem modum respectu peritiæ; aliàs secus, ideo secundum omnes non probat testis, qui deponit, quòd pro tanto rem emisset, & quò sua tantum interesset; sed debet dicere, quòd pro tanto prętio res empta, vel vendita fuisset, & tantum interesse cuiuslibet hominis scientis rei conditionem, & habentis rei notitiam. Et sic deponendo dicit Salicetus in d. l. vna, quòd de causa scientiæ deponit arbitrando de se ad alios. Ideo testis interrogatus de causa scientiæ respondebit quilibet, qui sciret rei conditionem, & factum notum haberet; quòd rem in tantum sibi caram retineret, nec pro tanto re illa carere vellet, ideo
25 eius tantum interesset. † Et vt vt clarius pateat, pone, quòd librum, puta codicem peto, in quo studui longo tẽpore, & apostillas scripsi, & memorias in eo feci; ex quibus causis interest mea vltra commune prætium, & magis quã alterius; & hoc ratione affectionis, & vtilitatis ex prædictis insurgentis: & quia non traditur, vel restituitur, deuenitur

nitur ad petitionem singularis interesse, & volo illud probare per testes. Prima articulabo commune interesse, id est communem æstimationem, puta x. Et singulare interesse postea in hac forma. Item quòd vltra communem æstimationem decem aureorum interest mea in quinquè: quia liber ille non est mihi traditus, vel restitutus: & hoc ex eo quia in illo libro tanto tempore studui, & memoriam feci, & apostillas scripsi, & in tanta quantitate æstimo mihi vtile fuisse, & esse, illum librum traditum, vel restitutum mihi fuisse: Et tantum deberet vnusquisque æstimare mea interesse, & cuiuslibet alterius existentis in casu meo, qui omnium prædictorum cognitionem, & notitiam haberet. Et ideo computata communi æstimatione cum hoc singulari interesse probare intendo mea singulariter interesse in xv. librum illum mihi traditum non fuisse, quia pro tanto illo libro carere nollem. Et super ista forma sic tradita, & articulo intellecto testes facilius deponent, & intelligent super quo habent deponere: & sine ista vel simili forma vix scient interesse singulare probare: & ex hac forma potest recipere modum capitulandi in alijs casibus similibus. Et ad formas prædictas potest addi: quia sic communiter empta, vel vendita fuisset homini scienti conditionem rei. l. mortis causa capitur. & ibi gloss. ff. de donatio. cau. mor. † Adde etiam, quòd tanto, dicitur res 26
plus valere, quanto potest facilius vendi, & minore grauamine venditoris. Exemplum, si vendi potest sine cautione de euictione, vel fideiussore non præstito: vel si vendi potest præsenti, vel etiam non præsenti, sed emptori locupletiori, vel legaliori. tex. est notabilis in l. iiij. §. melior. ff. de in diem addicti. Vnum tamen notate circa præmissa: quòd licet testis regulariter non interrogatus de causa scientiæ, valeat testimonium, etiam si de illa causa nihil dicat, vt notatur in l. solam. D. de testi, non tamen valet eius dictum in materia interesse, si de causa scientiæ nihil dicat, secundum Bald. & Salice. in. d. l. vna. quia ipsum singulare interesse non potest in se sciri, nisi per causas ipsum causantes, & quas ipsum interesse singulare implicat, & supponit. & pro hoc facit tex. in, d. l. vnica. in verbo, subtilitatem.

27 tatem. † Sed an sit locus delationis iuramenti.i. iuris iurandi in supplementum plenæ probationis, vbi actor probat interesse. singulare per vnum testem; Bald. in. d.l. vnica. putat, quòd non; quia in hoc probationis genere ratio testis procedit per viam industriæ, & non per viam sensus corporalis; & ideo non est liquida probatio, & hoc dicit gloss. d.l. vnice voluisse. dum dicit, quòd duo sunt testes necessarij; quæ est super verbo subtilitatem. Salicetus autem reliquit cogitandum; quia videtur secundum eum, quòd hanc industriam testis non habeat, nisi ex sensibus corporeis; & sic iste casus, qui non reperitur exceptus, remanet sub regula aliorum. ideo Cinus, & Bar. dicunt in d.l. vnica, quòd etiam si interesse non sit sic directe probatum, & iudex ex probabilibus coniecturis hoc interesse videret; posset ipse ex suo officio implorato in isto interesse cõdemnationem facere: & dicunt, hoc probari in. d.l. vnica. versiculo, in alijs autem casibus; & l. non ignorabit. C. de fructi, & litis expensis, & expressius in. d. l. semper. §. hoc inter dicto. ff. quòd vi, aut clam; & l. si quid ex pamphila. ff. de legatis secundo. adde ad hoc notata in. l. si duo patroni. ff. de iure iurand. & vide ibi glo. & Bald. vbi dicit, quòd talis præsumptio addita vni testi facit, quod iudex in de-
28 latione iuramenti debet huic facere. quod nota. † Item aduerte in d.l. vna, quæ vult, quòd vbi quis vendidit rem, nõ potest cogi præcise ad rei traditionem, sed liberatur præstando interesse, de quo vide late per docto. in. l. si traditio ff. de actio. empti. & per Bar. in. d.l.i. de actio. empti. gloss. tamen quæ est institu. de contrahen. emptio. §. pretium. super verbo, tradatur, tenet, quod si venditor rem habeat, cogatur tradere; alias secus: & hoc tenet Salicetus in. d.l. si traditio, per multas rationes. tenet etiã in. d.l. vnica, quod intelligit Bal. esse verum, si commode fieri potest, id est si res non sit subiecta euictioni, & de facili possit tradi. Nam æquitas hoc dictat; quia ait prætor, pacta seruabo; & hoc probatur iure decretorum. cap. qui studet. i. q. i. Et est communis opinio. Scias tamen, quod dictum. d. gloss. fallit in condemnato secundum Ange. & Bal. in. d.l. qui restituere. ff. de rei. vendi. vbi est casus limitans omnia iura mundi di-

cen-

centia, quod obligatus ad rem tradendam liberatur soluendo interesse; quia hoc procedit, nisi quis fuerit condemnatus: & hoc operatur virtus sententiæ, & sic limitatur. l. si rē tradi. ff. de verbo. obliga. limitatur etiam. d. l. i. de actio. empti. quod notate perpetuo.

† Attendite etiam ad vnum secūdum Bald. quod si venditor constituat se precario nomine possidere: indubitanter tenetur precise ad rei traditionē, quia res facta est emptoris, dummodo satisfactum sit de prætio: alioquin non, vt. ff. de exceptio. doli. l. si pater. §. si ex quadrante; cum possit venditor retinere iure pignoris, vt. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & l. si non sortem. §. si centum. ff. de conditio. indebi. Item dicit Bal. in. d. l. vnica, quod si de vltione est factum instrumentum guarentigium, quod haber paratam exequutionem, venditor tenetur præcise ad rei traditionem; quia habet vim sententiæ per dictam. l. qui restituere. quod tene menti, quia vtile est. 29

Aduertendum est, quod tantum fuit, & tam graue odium apud veteres doloforum & contumacium, vt etiam si testibus, vel instrumentis non liqueret, quanti interfit, credatur solo iuramento actoris in litem, vt iam dixi: & eadē pœna coercerentur nefarij raptores, seu rerum violentī ablatores: cum enim quis tantam iniuriam passus sit, lex in eo subleuat, vt non teneatur probare per testes, sed eius solo iuramento credatur, quantum illi absit ex violentia. tex. in. d. l. si quando. C. vnde vi. Vide quomodo ex eo constitues eius, quod interest, diuersas species. Pro eadem communi sententia solet adferri tex. in. l. qui tabulas. ff. de furtis. Vbi qui tabulas. aut chirographa amouerit, furti tenebitur; nō tantum pretij ipsarum tabularum, sed eius, quod ad æstimationem eius summæ refertur, quæ in tabulis fuit, scilicet si tanti interfuit: & actio, quod metus causa, datur ad quadruplum, in quo rei prætium continetur. tex. in. l. si cum exceptione. ff. quod metus causa.

Notate, † quòd omnis contractus suam substantiam, legem, & naturam habet, itaque est sciendum, in omnibus contractibus esse substantiam, legem, & naturam, non 30

tamen

non tamen in omnibus, vt postea dicetur. Substantia in cō
tractibus est illa, sine qua non potest contractus illo nomi
ne, quo vocatur appellari, sed transit in alium; & sine qua
non potest substineri, veluti est in contractu emptionis,
prętium, si enim non sit prętium, sed vtrinque merces, nō
erit emptio, sed alius contractus, quem vocant, do, vt des.
instit. de emptio. & vend. §. prętium. l. naturalis. §. j. ff. de
præscrip. verbis. lex contractus est id omne, quod inter cō
trahentes conuenit; conuentiones enim partium dant le-
31 gem cōractui. † Est præterea natura contractus; & ego pu
tarem naturam esse id, quod venit in contractum, etiam si
à partibus omissum sit; &, quod illi quasi innascitur: quam
quidem habent omnes contractus bonæ fidei. text. in. l. ex
empto. ff. de actio. empti. cuius rei exemplum vnum suffi-
ciet ex contractu mutui, cuius natura est, vt is, qui mutuū
accepit, reddat eiusdem bonitatis, qualitatis, vel mensuræ;
si in mensura constat, vel eiusdem numeri, vel non mino-
ris ponderis: idque etiam verum est, si non dictum sit in-
ter contrahendum, l. cum quid. ff. si certum petatur. naturā
etiam reperimus in contractibus illis, qui non habent no-
men à lege, pro quibus inuenta est actio præscrip. verbis,
quos innominatos vocant, vt in illo; do, vt des. cuius natu
ra hæc est; vt si non feceris illam rem, quam à te consequi
debeo; meam, & mei dominij possim repetere, quod dedi.
l. naturalis. §. i. ff. de præscrip. verbis. In eo autem, quod de
natura dictum est, constituta est summa differentia inter
contractus bonæ fidei, & contractus stricti iuris, in quib⁹
nihil inest naturæ, & omnia vere summi, & stricti iuris; in
quibus nihil venit, nisi quod expressum inter contrahen-
tes conuenit. tex. in. l. quidquid astringendæ. ff. de verbo.
obligatio. & ibi dicit Bart. per illum text. Obscuritas om-
nimoda vitiat stipulationem; & si potest interpretari, in-
terpretatur pro promissore, † sed vbi verba sunt clara, in-
terpretationem non recipiunt. Illi ergo stricti iuris con-
tractus non tenebuntur hac constitutione, nisi forte ad-
huc in illis deducatur certa quantitas, vel species: habet e-
nim constitutio legis vnicæ subdisiunctiuam, vel quæ al-
terutro semper contenta est; & vt est natura contractus

aliqua

aliqua certa, & statuta: sic & cuique rei sua est natura; idq; de natura cuiusque rei esse dicimus, quod ex ipsa tanquã procedit, & nascitur; vt iam diximus. Ita nos separauimus hæc omnia, vt nullus ista intricatione confundatur. Itaq; contractui stricti iuris nihil ex natura inest, nisi quod expresse dictum fuerit à contrahentibus. Et contractus certã naturam habentes qui dicantur, Iustinianus declarat. in. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, præferun. quæ lex est farrago nostri libelli.

Nunc dicamus aliqua de materia moræ; & de materia interesse, videte tractatum Andreæ Alciati, & inuenietis eum in volumine tractatuum in volumine quinto. folio. c l x x. & videte etiam tractatum de interesse in dict. volumine quinto Antoni Fumei Parisiensis in folio. c l x x v i j.

Circa † materiam moræ notate primo, quòd moræ dif- 33
finitio non est facilis, imo difficilis propter factorum varietatem; quia quem esse in mora magis est facti, quam iuris; quia iura sunt certa, facta incerta, & ideo sub regula tradi non possunt. Simile est alibi inuenire propter infidelitatem hominum quanta fides sit testibus adhibenda; & ideo sub regula tradi non potest. ff. de testibus. l. iij. §. verba. vbi dicitur; Verba epistolæ hæc sunt, tu magis scire potes quanta fides habenda sit testibus, & c. sicut etiam propter varios mores hominum difficilis est diffinitio impensarum, scilicet quę impensæ sint repetendæ, & quantæ & quando quidam sunt nimis delicati, vt sunt fatui; quidam sunt, qui non expenderent aliquid, nisi in causam necessariam tantum, & vtilem, probabilem. vt. ff. de impensis in rebus dota. fac. l. iij. & l. seq. &. l. quod dicitur. &. ff. de rei vendicatio. l. in fundo. &. ff. de pigno actio. l. si seruos. in. l. Mora. ff. de vsuris. † Et in materia moræ notabis, quòd 34
mora sua cuilibet est nociua, vt in. c. mora. de regulis iuris, in vi. vt ecce, si debitor est in mora soluendi, erit sibi nociua quantum ad plura, quia ad rei interitum casu continentem, vt. ff. si certum peta. l. quod te. vbi dicitur; ad deteriorem speciei post moram spectat periculum interitus. similis tex. in. l. si in Asia. §. fi. ff. depositi. vbi dicitur; post li-

litem conteſtatam rei periculum pertinet ad depoſitarium. ff. de verborum oblig. l. ſi ex legati cauſa, vbi dicitur; debitor ſpeciei eius interitu liberatur ante moram, quæinterpellatione contrahitur, ſi fiat maiori, vel tutori pupilli. & in. l. ſi ſeruum. eo. ti. dicitur; re perempta, vel à communi commercio exempta, tenetur debitor, ſi mora, vel culpa præceſſit ipſius, vel eius, qui ab eo cauſam habet. & vide ad hoc tex. in l. apud Iulianum. §. j. vbi dicitur; hæres poſt moram tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, & interitu, & omni cauſa ſecundum Bar. ibi. ſimilis
35 tex. in. l. cum res. eo. ti. † Item eſt nociua mora quantum ad intereſſe, quod peti poteſt; augetur à die moræ in odium debitoris moroſi, vt. ff. de actio. empti. l. ratio §. ſi venditorem. & ff. de re iudica. l. ſi Kalendis: huius autem occaſione quæri poteſt, an intereſſe ſit in obligatione poſt moram, ita quòd peti poteſt per libellum iure actionis; vel an deducatur in condemnationem per iudicis officium tantum: opinio eſt inter iuris prudentes, determinant enim aliquando. ff. de re iudica. l. ſi quis ab alio. §. vlti. quòd intereſſe non poſsit per iudicis officium in condemnationem deduci. argumen. ff. de verbo, obligatio. l. ſi ſeruum. §. vltimo, & l. eum, qui ita. & ff. de conſti. pecunia. l. promiſſor, hominis, quod poſſet habere locum, vbi eſſet in obligatione rem dari; ſed vbi eſt in obligatione factum, tunc poſt moram etiam eſt in obligatione intereſſe dubium, ex tacita promiſsione, ſi non fuit factum quod in conuentione deuenit, vt. ff. de verborum obligatio. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. celſus. & ibi notatur. & in. l. ſi pecuniâ, vbi dicitur, quòd intereſſe in ſtipulatione venit: & ideo bene ſequitur, quòd poſsit per libellum peti. Et de iſta materia vide Dynum in dicto cap. mora, de regulis iuris; vbi multa videbis.

36 † Dixi ſuperius, quòd mora non poteſt faciliter definiri, ſed ſecundum Salicetum in. l. ſemel mora. ff. ſoluto matrimo. Mora eſt delictum culpabile in debito ſoluendo, vel credito recipiendo commiſſum. Hæc deſcriptio comprehendit tam debitoris, quàm creditoris moram: de qua mora vtriuſque tractat. d. lex ſemel mora. Et iſta materia

moræ est optima. & materia in iudicijs frequenter agitata: ideo dicemus, qualiter quis constituatur in mora; & ponemus fallentias, in quibus absque interpellatione mora contrahatur. Item dicemus qualiter etiam per interpellationem mora non contrahitur. Et primo notabimus, quòd regulariter per interpellationem constituitur quis in mora factam congruo loco, & tempore, vt in d. l. mora. ff. de vsuris &. l. quo tempore. ff. si certum pet. d. l. Titia. §. vsuras. ff. de lega. ij. & vi. tex. in l. si ex legati causa. & ibi Bar. ff. de verbo. obliga. & vide Bar. in l. ista stipulatio. eodem titu. Idem dic, quòd vnica sufficiet interpellatio: † quia in 37
istis extraiudicialibus vnica interpellatio habet vim peremptorij. glossa ordinaria in. capitu. si Episcopus. xviij. distinctio. & in l. si tempora. C. de fide instrumen. & Iu. auth. sisli. x. & in clemen. j. de hæreti. Bart. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verbor. & in d. §. vsuras. & in d. l. mora. & in cap. cum nobis olim de electio Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. Ioannes Andreas in cap. j. & ij. de iure iuran. itaque vnica sufficit interpellatio. Sed hoc non procedit, quando inferior vult constituere superiorem in mora; nam trinæ requiruntur interpellationes. casus est singularis in cap. j. de supplenda negli. prælato. Antoni. in. cap. vim causa, de officio delega. & in ca. ex literis. & ibi imola, de constituti. Et de hoc, & quid in causa appella. vi. tractatum Marci Antonij Baueri in primo folio; & inuenies in volumine tractatuum, in volumine primo fo. ccxxxiij. & intitulatur tractatus de mora. Et interpellatio vnica nunquid sufficiat ad moras in pari ad parem. Et quid de inferiore ad superiorē, ibi videbis. Et si collega interpellat collegam, an sufficiat vna interpellatio. ibi videbis, & multa pulchra ibi inuenies. & ibi dicit, quòd licet per duos actus inducatur consuetudo, vt per docto. in cap. fi. de consuetu. l. iij. C. de Episco. iudi. Bar. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. ij. C. quæ sit longa consuetudo. Ange. in. §. ex non scripto. institu. de iure natu. tamen illud procedit, quando inter primum, & secundum actū interuenit temporis interuallum, aliàs vnus tantū actus reputatur, & impeditus facere actum non excusatur, nisi de impedimento protestetur. vi. ibi in iiij. col.

quòd vna interpellatio sufficiat; intellige in extraiudicia-
38 libus: † sed in iudicialibus tres requiruntur interpellationes. l. ad peremptorium. cum sequẽti. ff. de iudicijs. l. tres denunciationes. C. commodo & quam. iudex. l. de vnoquoque. §. j. &. l. contumacia. ff. de re iudica. & de hac materia vi. Bar. in. l. b. finita. §. Iulianus in iiij. col. ff. de damno infecto. & per Paul. de Cast. in. d. l. ad peremptorium. & per Canonistas in c. consulit. de officio de legati. & per Alexand. in. d. l. ad. de vnoquoque. §. j. & plene per ipsum in. d. l. contumacia. vbi ponit x. limitationes, in quibus in iudicialibus vnica sufficit interpellatio: & ibi etiã ponit aliquas fallentias, in quibus iudex non potest facere vnã citationẽ p omnib⁹, iuxta tex. in. l. nõnunquã. ff. de iudicijs. dixim⁹, quòd per interpellationem mora contrahitur, vt per glos. & docto. in cap. non est obligatorium. de regu. iu. in vi, sed hoc non procedit, quãdo in obligatione esset adiecta dies. Nam lapsus diei absque alia interpellatione debitorem in mora constituet: itaque si promittis dare in diem vsque ad mensem, si ante diem non das, elapsa die es in mora; quia dies, in quem tenebaris dare, te interpellat. l. si fundum. ff. de verbo. obligatio. &: ff. de actioni- & obligatio. l. traiectitie. &. C. de contrahen. & commi. stipula. l. magnam. &. C. de iure emphit. l. ij. Et hoc est verum, siue ista dies sit expressa ab homine, vt in. d. l. magnam, siue tacite insit ex natura rei. l. si stipulatus essem abs te. & ibi Paulus. & docto. ff. de verbo. obligatio. & ita firmauit Bar. in. l. si stipulatus. co. ti. Idem dicas si esset tacita, aliàs per legem subintellecta. l. j. §. exactio. C. de rei vxo. actio. gloss. in. l. si mora. ff. so-
39 lut. matrimo. potuit. C. de loca. l. ij. C. de iure emphit. † Et pater promittens pœnaliter filij consensum, cum ætatis erit; in mora sine interpellatione constituitur, filio ad maiorem ætatem perueniente: & incidit in pœnam, nisi ratificari fecerit, ita Moderni in l. stipulatus essem. ff. de verbo. oblig. Bal. tamen, & melius in d. l. magnam, tenet. contrarium. & de hoc videbis dictum Marcum Aatonium in d. suo tractatu. in. ij. parte. in. j. col. & ibi vi. plures fallentias, ad regulam; dies interpellat pro homine. Sed fur, raptor, & similes absque interpellatione, ipso iure cẽsentur in mora

consti-

constituti.l.j.c.recentissime. Et l.merito. ff. de vi, & vi armata.pro quo facit. † Nam fur, & morosus æquiparantur. 40
l.inter stipulantem.§.j.ff.de verbo.obliga. tempera tamen, nisi super re futura esset sequuta stipulatio animo nouandi facta, nam per eam vitium furti purgatur; & est necessaria noua interpellatio ad constituendum quem in mora.l. scire debemus.§.fi.dic.vt ibi.Sed in contractibus vltro, citroque obligatorijs non procedit.Nam ex quo quis parte sua contractum adimpleuit,alius est ipso iure in mora cõstitutus.l.curabit. C.de actio.empti.vbi dicitur; † emptor, 41
qui percepit fructus rei emptę,ad tenetur vsuras pręcij nõ soluti.& ibi vi.Bald.& Salice. & de hoc vide tex.in.l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de verborum obligatio.& vi. Alexan. in.l.quod te.ff.si cer.peta.& vi.d.Marcum Antonium Bauerium in d. suo tractatu in. ij. parte. col. iij. Item non procedit in debitore fisci, nam eo,quòd non soluit, quod debet, re ipsa constituitur in mora vide Alexan. in d. l. quod te.ff.si cer. peta. & tu vide Martinum Laud. in tractatu de fisco.in.quæstion.cclv.allegat glossin l.cum quidam.§.fiscus.ff.de vsuris.& ibi vide Salicet. & Fulgosium. Et idem in debitore ecclesiæ.glossingula.insti.de actio.§. item mixta.Bald.in aucten. hoc amplius. C. de fideicommi.Inno.in.c.breui de iure iuran.Alexan.in.d.l.quòd te.ff. si cer. peta. Idem in debitore minoris. l. minorum .C. in qui.cap.resti.in integrum. non est necessaria.l.ij. C. de vsuris.l. Titia Seio.§ vsuras.ff. de lega.ij. Idem dicas in eo, qui promisit aliquid cõsistens in faciẽdo tractatuũ habens successiuum,vt domum facere; nam huiusmodi promissio censetur in se habere tacitam diem, in qua commode fieri possit; & propterea lapsus huius diei debitorem in mora constituet, vt statim ad pœnam, vel interesse conueniri possit; vt per tex.& docto. in.l. si ita stipulatur. ff. de verbo. obligatio. vbi legitur; stipulatio facti committitur,cum transierit tantum tempus, quod factum potuit explicari: & per casum repentinum reintegratur dilatio. Idem dicas in eo,quid dixit se nolle adimplere id , quod promisit, vel debet; nam ex hoc censetur in mora constitutus, nec amplius requirendus erit.de quo per Alexan.

in d.l. quòd te. ff.si certum peta.In simili dicimus de eo, qui dixi,se nolle in iudicium comparere, non est amplius de necessitate requirendus. c.eum qui. de dolo, & contu. in vj.gloss.& docto. in l.tres denunciationes.C.quomo.& quan.iudex.&,l.diuus. ff. de in integrum resti. l. contractu.§. fi.ff.de appella. Et nota,quòd in eo, qui promittit se facturum,& curaturum, non requiritur interpellatio, sed intelligitur quàm primum facere possit. singulare fuit verbum Bal.in.cap.j.§.ad hæc.hic finitur lex Corradi. allegat.l.j.C.de priuatis carceribus.& vi Alexan.in,l. quòd te.ff.si cer.peta.& de hoc vi. in d. tractatu, in ij. parte col. iiij.& ibi dicit,ista verba,promitto facturum,& curaturũ, quid operentur.Item vassallus, qui scit domino magnum periculum imminere,tenetur non requisitus defendere. Alexan.in.d.l. quod te. Item quando iuramentum est in contractu interpositum, non est necessaria interpellatio, vt per Docto. in capitu. breui. de iure iurando. & vi.Alexan.in l. ij. §. voluntate. ff. solu.matrim. vbi dicit, quòd quanuis ad hoc, vt venditor teneatur de euictione, & teneatur venire ad defendendum emptorem in causa euictionis, & sit necesse, quòd per emptorem fuerit ad hoc requisitus, vt per Bart. inl. denuntiasse. ff. de adulte. & in.l. absentem. ff. de procurato. attamen si iuramentum est appositum in contractu, si venditor sciat litem fore motam, absque alia interpellatione debet venire ad defendendum emptorem, quòd dicit esse singulare,nec per alios tractatum. Sed de hoc vide in d. tractatu in ij.parte col.v.& vide Barto.in.l. eum qui. §. si iuramento in vltimo verbo. ff.de iure iurando. vbi dixit, quòd quando eodem tempore contrahitur obligatio; & eodem tempore præstitum est iuramentum,iuramentum non habet vim interpellationis, nec debitorem in mora constituit,sed necessaria est noua interpellatio; quia absonum est in iurare secundum ipsum,quòd quis eodem tempore obligetur,& constituatur in mora.l.quòd dicimus.ff. de solutio.

Item quamuis aduentus diei constituit in mora, tamen intelligitur esse verum, quando obligatio erat pura, sed exactio

actio erat in diem collata; secus, si exactio, & obligatio erat in diem collata; nam tunc dici aduentus non constituet debitorem in mora; ne deueniamus in hoc absurdum, quòd eodem tempore obligetur, & in mora constituatur, ita dixit Bart. in l. ita stipulatus. in. ij. quæst. principali. de verbo. obliga. facit quòd dicunt Bart. & docto. in. l. quoties. eo. ti. † quòd aduentus conditionis non constituit 43
vnquam in mora; quia etiam prius non esset nata nec actio, nec obligatio. l. cedere diem. ff. de verbo. signific. Sed dies per extraneum promissa lapsu biennij sine interpellatione in mora constituitur. l. fi. §. præterea. ff. de iure do. & vi. Alexan. in. d. l. quòd te. Et quid si dos fuit promissa per mulierem, vi. in. d. tractatu in col. iiij. interpellatio nunquid requisita in dispensatione. l. vel statuti, seu iudicis aliquid fieri præcipientis, dico, quòd intelligitur, quòd fiat quam primum potest, aliàs pœna committitur absque alia interpellatione. Alexand. in l. ita stipulatus. ff. de verbo. & vi. in dicto tractatu in d. secunda parte, in vi. col. Retenta ista parte pro vera, quòd interpellatione mora contrahitur, tempera, & intellige, quòd statim interpellatus non censebitur constitutus in mora, sed necesse est, quòd labatur tantum tempus infra, quod commode id, super quo interpellatur, explicari possit: quod tempus veniet arbitrio iudicis moderandum, iuxta tex. in, l. quod dicimus. & l. ratum. ff. de solutioni, & est casus notabilis in l. diuortio. ff. de nego. gestis. & vi. gloss. in. l. Emilius. ff. de minori. † Et interpellatio debet fieri congruo tem- 44
pore, vt est gloss. in. l. mora. ff. de vsuris. dicitur autem facta incongruo tempore quando esset facta ante euentũ diei, vel conditionis. l. cum filius. §. fi. ff. de verbo. obliga. & l. si soluturus. ff. de solutio. nisi interpellatio conferretur in tempus congruum. l. in tempus. ff. de hæredi. instituen. l. si eum. §. fi. ff, de donatio. inter virum & vxo. Item dicitur fieri incongruo tempore, si fiet quando quis vxorẽ ducit, funus comitatur, missam audit, vel celebrat. l. ij. ff. de in ius vocan. notat Bar. in. l. non solũ. §. motte. ff. de noui ope. nũtia. & vi. Iasonẽ in d. §. morte, in materia protestationis incitatoriæ, per duo similia. Primo quia licet actus iudicia-

lis, vt est sententia non possit de nocte expediri. §. sed-
bunt, in aucten. de iudicibus. Tamen actus iudicialis, vt
contractus potest ita de nocte, sicut die, expediri l. ad te-
stium. §. testa. ff. de testamen. Secundo confirmatur ex eo,
quod dicimus in simili, quod appellatio potest interponi
de nocte, secundum Bald. in aucten. hodie, in vlti. col. C.
de appella. & in l. j. C. de ferijs. & in l. j. §. dies. ff. quando
45 appella. sit. per gloss. in cap. ab eo. de appellatio. li. vi. † Et
certe videtur dicendum, quòd interpellatio dicitur fieri
in tempore incongruo, quando fit eo tempore, super quo
interpellatio non posset tunc temporis congrue explicari.
ita tenet Bart. in d. protestatione incitatoria, dum loqui-
tur, An tempus feriatum dicatur incongruum ad inter-
pellandum, in. d. §. morte. sed tempus noctis est incon-
gruum ad solutionem. gloss. notabilis in l. more Romano.
& ibi Bar. & Bal. ff. de ferijs. Item debitum debet esse
liquidum; alias autem mora committi non potest, nisi
postquam debitum fuerit liquidum. ita Bal. in l. accep-
tam. C. de vsuri. Alexan. in consi. xlix. ij. volumi. Sed quan-
do debitor interpellat creditorem, vt debitum recipiat,
nõ sufficit simplex interpellatio, sed requiritur oblatio, &
consignatio. l. acceptam, cum sua materia. C. de vsuris, &
quod habetur in l. si mora, ff. soluto matrimonio. cum si-
46 mili. † Et si debitor non habet, cui soluat, vt euitet pœ-
nam, debet debitum coram iudice offerre; vt per Bar. in l.
si reus paratus. ff. de procurato. & vide Alexan. in cons.
xcij. j. volumi. & de hoc vi. in. d. tractatu in fi. col. Quæri-
do potest, quis sit effectus moræ. gloss. est ordinaria in d. l.
mora. ff. de vsuris.

Qualiter autem mora committatur, dico, quòd mora
committitur interdum re ipsa, absque interpellatione, vt
in contractibus bonæ fidei, vt ff. de actio. empti. l. Iulianus.
§. ex vendito. &. C. eo. ti. l. curabit, vt iam dixi; & in con-
tractibus stricti iuris sapientibus naturam bonæ fidei
quandoque, vt in debitis ex vltima voluntate, vt. ff. dele-
gat. ij. l. Titia Seio. §. minori. &. C. in. qui. cau. resti. in inte-
grum non est necessa. l. in minorum. & etiam in non sapi-
entibus, si res peruenit ad debitorem cum delicto, vt in
furc,

sure, meticuloso, & violento. l. si condicatur. ff. de condi. furtiua. & l. in re furtiua. ff. de vi, & vi. arma. l. j. §. rectissime. & C. quòd metus cau. l. j. &. C. de furtis. l. subtracto. Interdum committitur mora mediante interpellatione, vt dixi; & hoc dupliciter, quia quandoque mediante interpellatione, vt dixi; & hoc dupliciter quia quandoque mediante interpellatione, vt dixi; & hoc dupliciter, quia quandoque mediante interpellatione facta à creditore debitori; & hæc demum, quando debitor adultæ ætatis scienter, vel scire debens se debere, interpellatus legitime, id, quod debet, sine iusta causa differt soluere; quandoque è contra per interpellationem factam à debitore creditori: & hoc committitur, cum creditor sine causa legitima differt accipere debitum sibi pro parte debitoris obligata, vt. ff. de constitu. pecu. l. sed si aliqua. &. ff. manda. l. si hominem. & de pericu. & commod. rei, vendi. l. illud. & de solutio. l. si soluturus. & l. qui decem. Similiter committitur mora per euentum diei tacitæ à l. subintellecto, vt. C. emphiteo. l. ij. & nota. in. d. l. si mora.

† Et nunc accedo ad materiam purgationis moræ, & 47
dico, quòd purgatio moræ fit multis modis scilicet oblatione rei debitæ. Item de legatione. item stipulatione animo nouandi in interposita; si tamē res erat præsens. hæc omnia probantur in tex. & gloss. l. parui. ff. de conditio. furti. Et materiam purgationis moræ videbis per Salicetum in tractatu suo de mora, vbi plenarie per tractauit in materiam purgationis moræ, & illum tractatum inuenies in volumine tractatuum in primo volumine. fo. ccxxxv. & ibi videbis in fine, moræ purgatio quos effectus producat, & ibi dicit etiam, quòd vsuræ propter moram currentes ea cessāte cessant. Et de materia purgationis morę & videbis Bar. in. l. si insulam. ff. de verborum obligatio. Vbi multa dixit. Et in fine reassumendo materiam facit solennem distinctionem morę suo, quando mora possit purgari tam ex parte actoris, quàm rei.

Sed mora rei nocet fideiussori, nisi fideiussor prius constituerit creditorem in mora per obligationē, vt per Bar. in l. mora rei. ff. de verbo. & in l. si seruum stichum stipu.

dicit; mora in faciendo commissa non purgatur, sed mora
48 in negligendo purgatur. Et mora purgatur ex æquitate.
† Et moræ purgatio vsque ad quod tempus admittatur, vbi Bart. in l. si maior. C. de transactio. & ibi Bar. dicit multa in materia moræ. Sed qui potest se tueri exceptione legitima, non est in mora, vt per Bart. in l. lecta. ff. si certum peta. Sed vbi est dies, & pœna, non admittitur purgatio moræ. in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obligation. Sed moræ purgatio admittitur quo ad actionem conseruandam ex parte actoris intra modicum tempus, etiam vbi dies est, & pœna, Bart. in l. si ita. §. Seia cauit. ff. de verborum obliga. Sed quando pœna committitur propter maleficium, purgatio moræ non admittit Bartol. in l. vbi pactum. C. de transactio. Et omnino vide de hoc Bart. in d. l. si insulam. ff. de verb. oblig. vbi multa dixit in materia moræ. & sic me expedio.

## DE AMENTE, ET DEMENTE, ET *Furioso, de mente capto, & insano, de stulto, & fatuo.* cap. LXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Qualitercunque quis sit amens, actum à consensu dependentem exercere non potest.*
2 *Furiosus & mente captus, vtrum inter se differant.* & nu. 3.
4 *Non sanæ mentis, quis dicatur, item* & *de demente.*
5 *Dementia, quomodo agnoscatur.*
6 *Fatui vnde dicti,* & *qui proprie dicantur.*
7 *Mente captus quot modis dicatur.*
8 *Furor quomodo probetur, item in testium depositione quod requiratur, ad hoc vt de furore constet,* & nu. 9. 10.
11 *Ad probandum, aliquem esse mente captum vel furiosum, difficile est,* & nu. 15.
12 *Teste deponente de sana mente, alio vero de insania, cui magis credatur.*

13 Qu

13 *Qui semel fuit furiosus, vtrum semper furiosus præsumitur.*

14 *Plurium testium probatio, aliquem fuisse furiosum, duobus vero contrarium deponentibus quibus magis fides adhiberi debet.*

15 *Ad probandum furorem & dementiam, vtrum testes singulares probent.*

17 *Magna veritatis coniectura testium depositiones coadiuuat.*

18 *Furore sua culpa oppressus sibi imputandum est.*

19 *Homicidium perpetrans, propter quod pœna capitis plectendus sit si postea furiosus effectus fuerit, debeatne in persona vel in bonis puniri.*

20 *Delictum in furore committens, postea vero sanus effectus, vtrum sibi pro eodem delicto pœnitentia imponi debeat, Item & de ebrio maleficium committente, an puniri debeat, & num.21.*

DICIMVS, †quòd qualitercunque quiescit à mente alienatus, nõ potest exercere actũ dependentem à consensu. tex. in.l.furiosum. C.qui testamenta facere possunt. c. dilectus, de sponsalibus. l. in negotijs, &. l. furiosi. ff. de regulis iuris. vbi legitur; Furiosi nulla voluntas est, & est loco absentis, vt ibi in gloss. & æquiparatur mortuo, vt per Alexan. & Iasonem in. d. l. furiosum. & vide ea, quæ notantur in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirenda hæreditate. † Et furiosus, & mente captus idem sunt; quamuis mente captus sit nomen magis generale, quàm furiosus: ideo delicta ab alienato mente commissa non puniuntur. l. diuus. ff. de offi. præsi. quia satis suo furore punitur. & ratio est, quia delictum non committitur sine dolo. Et idem iudicandum est de mente capto, sicut dicitur de furioso. ita. Alexan. in consil. hiij. Corneus in consilio xxij. quia mente captus æquiparatur furioso. l. ij. & ibi Bal. C. de curatore furiosi, contra Ange. in. l. ex facto. ff. de vulga. & pupi. c. iudicas. ij. quæst. nona. vbi etiam notatur, quod ad excusandum quem à delicto propter insaniam mentis requiritur probatio concludens, insaniam adesse tempore commissionis delicti. quod est notandum secundum

1

2

dum præpositum in d.c.iudicas, pro formandis articulis in materie tali; quia articulus non concluderet, quòd talis non erat sanæ mentis, nisi specificaretur de tempore delicti; quia probatio debet necessario concludere. l. non hoc. C. vnde cognati. Et sanæ mentis quilibet præsumitur. non mente captus, nec demens. l. nec codicillos. C. de codicillis. & ibi Bald. & docto. & canonistæ in clementina prima, de homicidio. & in l. fi. de successionibus ab intestato; tamen præsumptiones prædictæ cessant, quando probaretur contrarium, vt in d.l. nec codicillos. Et tradunt omnes docto. in d.c. fi. & in d.l. furiosum. & ibi Corneus.

3 C. qui testamenta facere possunt. † Et aduerte, quòd furiosus dicitur ille, qui est cum rabie furioris euidentis; sed mente captus dicitur cui mens, & consilium deficit, tamen nullum furorem ostendit. ita Bald. in l. furiosi. C. de nuptijs. & in l. humanitatis. C. de impuberum, & alijs. Alexand. in consilio liiij. Iason in d.l. furiosum. Et qui nomen suum ignorat, & qui non respondet ad propositum, iudicatur insanus, vt per Ias. in d.l. furiosum. Et vide Barbatia in c. fi. de successionibus ab intestato. & Barto. in d.l. nec codicillos. C. de codicillis, & in l. si quidem. C. soluto matrimonio. & vide Bartho. & Bald. in l. mutuum. ff. de acquirenda hæredita. Alexand. in l. Si post dotem. §. si maritus. ff. soluto matrimo. Sed si furiosus habet dilucida interualla, potest in illis interuallis condere testamentum; & si non apparet quo tempore factum fuerit tale testamentum, ex verbis testamenti poterit cognosci, & perpendi, an tempore testamenti erat sanæ mentis, an non, vt in d.l. furiosum.

4 † Et ille dicitur non sanæ mentis, qui non habet memoriam ordinatam. text. in cap. filij. de hæreticis, in vj. faciunt notata in cap. j. de clerico ægrotante, eodem libro, vbi notatur, quòd ille dicitur demens, qui nescit exprimere, quod vult, deprehenditur etiam dementia ex loquela inordinata, vt supra tetigi. Sed qui sapienter scribit, vel loquitur, præsumitur tunc temporis fuisse sanæ mentis; & ad hoc allego bonum textum in capitu. legimus. xciij. distinction. vbi legitur; fatuus fatua loquitur. facit tex.

in c.conuenior.xxxij.q.viij.& in l.quidam in fuo. de conditio.inſtitutionum.

Et † ex proiectione lapidum more inſanorum deprehẽditur dementia.l.ij.C.de Iudæ.l.ob quæ vitia.ff.de ædi. edicto. Itaque qui loquitur verba irriſoria, & contemnenda,præſumitur fatuus.ita Areti.in.l.j.ff. de verbo. obliga. & Alexan.in conſi.liiij.ad finem. Itaque furor, & inſania percipitur ex ſermonibus,quæ conueniunt furioſis,fatuis vel dementibus,vt in d.l. quidam in ſuo,cum concordantijs;quia licet furor,& inſania mentis non videatur, tamẽ perficitur (vt dixi)eo ſermonibus conuenientibus furioſis,vel fatuis.ita concludit Corneus in conſi.xxvi.† Et fatuià fando dicuntur, vt per Bar. in tractatu de teſtibus. col.xxj. vbi dicit;fatui verò dicuntur à fando,hoc eſt loquendo; quia loquendo ſuam fatuitatem oſtendunt: & prædicta ſecundum vocabulorum propietatem , licet in iure quãdoque iſtis vocabulis abutamur,dicit etiam Bart. menti capti vero dicuntur,qui ſtante ſenſus integritate carent iudicio intellectus propter ſenſus defectum.Quidam dicuntur ſtulti,quidam fatui appellantur: ſtulti dicti ſunt à ſtupore quia ſtupenda non ſtupent, vel non ſtupenda ſtupeſcunt. † Et dupliciter dicitur mente captus,& cum fœua dementia,& quaſi rabie;& cum quieta amentia. Dicitur enim amens abà quod eſt ſine, & mens, quaſi ſine mente:& demens quaſi deorſum mente;& ſic non compos mentis.glo.in §.præterea iuſti.qui non eſt.per. fa. teſta. Fulgo. in conſil. lxxx. Bald. in lib. humanitatis. C. de impuberum , & alijs . & addit Bar. vt ſupra. Probantur hæc per eos , qui viderunt eos aliena loqui ; vt ſi per vicos more inſanorum viderunt loqui deridentia.

Et † probatur furor, ſi aliquis fuit reputatus per plures menſes profurioſo, ſeu demente à conſanguineis ſuis, & vicinis eundem cognoſcentibus;vt per Alexand.in conſi. liiij.vel ſi fuit detentus in carceribus à conſanguineis ſuis.Alexand.in l.ſi poſt dotem.§.ſi maritus.ff. ſoluto matri. vel ſi probatur quòd communiter haberetur pro mente capto.ita Decius in conſ. lxxxvj.i. par. vbi multa allegat:

late

late etiam dixit in consi. ccccxlviij. iiij. par. tex. singularis ad hoc in capit. indicas. iij. quæstio.ix.vtinfra etiam dicemus.

9 † Et sufficit, quòd testes deponant de sermonibus, & gestis non conuenientibus viro prudenti, sed furioso, vel mente capto; dummodo testis assignet causam, & rationem dixi sui; per quam considerato sermone, seu actu, de quo deponitur, iudicatur præsumptio; quòd ille, qui ita sermonem protulit, vel actum gessit, non fuerit sanæ mentis, sed potius in dementia, seu furore, vt per Inno. & docto.in cap. causam. de testi. Ideo si testis deponit quem furiosum, vel insanum, debet deponere per sensum proprium etiam non interrogatus; vt per Innoc.in dict.c. cum causam. & per Bar.& Bal.in l.solam.C.de testibus & per Iaso.in d.l. furiosum. quia furor, & insania intellectu cognoscitur, non sensu corporis; quia est quid inuisibile; & in ea, quæ non percipiuntur sensu corporis, non creditur testi.nisi reddat causam scientiæ per sensum corporis, etiam non interrogatus, vt dixi. vnde si testis interrogatus de causa scientiæ respondet, quia vidit; non probat furorem, nec insaniam; nam ista accidentia animi non possunt percipi momento, sed ex cursu super multitudine actuum, & consideratis adminiculis per iudicium intellectus, Nã esse furiosum: & mẽte captum sunt passiones cerebri, quas cognoscit phisicus.

10 † Sed si testis interrogatus, si Titius erat furiosus, dicat, quòd sic, ideo quia vidit ipsum furientem, bene probat; vt per Iaso.in d.l. furiosum; quia furor per visum percipitur, & probatur per actus, & signa, vt dixi. Et si testis dicat, quia est publica vox, quia audiuit publice dici, non probat quia debet dicere, audiui à maiore parte ciuitatis. ita Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus. Sed probatur quem furiosum esse, si publice, vel communiter habebatur pro furioso; vel quod visus est proijcere lapides, vel panem, more insanorum, vt supra dixi allegando Alexandrum in suo elegantissimo consi. liiij. volum. j. Et furor, & dementia ex varijs causis surgere potest, vt ff. de edili. edicto. l. j. in fine, cum duabus sequentibus.

Sed

† Sed aduerte, quòd difficile est probare, quem esse mẽ- 11
te captum, vel furiosum; & de directo probari non potest, quem esse furiosum, vel dementem; quia sensu corporis non percipitur, vt dixi; per Cardinalem in consi. lv. quia in tali casu dicuntur testes iudicare potius, quàm deponere. Et testes possunt de facili errare, ideo in tali casu non creditur testibus, nisi causam dicti sui faciant manifestam, vt per Innocen. in. dicto. capit. cum causam. Et sic furor non probatur per visum simpliciter; quia communis opinio est in contrarium, per ea, quæ superius diximus, & per Decium in consi. ccccxlviij. iiij. volum.

Et in dubio quis sanæ mentis præsumitur, non mente captus. l. nec codicillos. C. de codicillis, vt supra dixi.
† Itaque magis creditur testibus deponentibus de sana 12
mente, quàm deponentibus de insania; quia testes, quibus ius commune assistit, & qui concordant cum iure communi, præferuntur alijs, qui iure communi aduersantur; vt per Innocent. in cap. auditis. de præscriptionibus, & per Decium in d. suo consi. ccccxlviij. iiij. pa. & probat testis, si dicit, vide furore, & acta furoris facere: & probat testis, si dicit de sana mente, quia fuit præsens actui per eum gesto. ita Corneus in consi. lxxxv. ij. pa. Et qui non potest articulate loqui, similis est mortuo. Bar. Alexand. in consi. xij. j. par.

† Sed qui semel fuit furiosus, semper præsumitur furio- 13
sus, si per plures menses permansit in furore. textus est singularis in c. indicas. iij. quæst. ix. vbi fuit casus; Hermanus Episcopus fuit furiosus, & quia per plures mentes fuit furiosus, constabat Pontifici: qui Hermanus postea homicidium, vel aliud scelus commisit. de quo accusatus coram Archiepiscopo appellauit ad Papam. Archiepiscopus autem indignatus rogauit Papam, vt de crimine cognosceret, Papa dicit in textu, quòd non potest facere, tribus rationibus; quia Hermanus erat absens, & quia nõ dixerat ei, qui fuerunt illi excessus, super quibus accusabatur, nec vtrum tempore delicti fuerit sanæ mentis, vel non. Ecce text. singularem, quòd quando quis publice habetur

pro

tur pro furioso, semper præsumitur furiosus; & quia furor Episcopi erat taliter notus, quòd peruenerat ad aures consistorij Romani Pontificis, vt patet in textu, ideo Archiepiscopus debebat probare Episcopum deliquisse tempore quo erat sanæ mentis. hoc adde ad ea, quæ superius dixi, tamen dicta præsumptio recipit probationem in contrarium, quia est præsumptio iuris, & non præsumptio iuris, & 14 de iure: † ideo dato, quòd mille testes probarent talem fuisse prius furiosum, & duo probarent eundem tempore quo actum gessit, fuisse sanæ mentis, illa secunda probatio præualet: & non discordant dictæ probationes, vt per Corneum in d. suo consilio. lxxxv. Sed declarando doctrinã Bar. in l. ij. ff. de bonorum possessione furioso infanti delata, dic, quòd secundum Iaso. post Alexan. in d. l. furiosum, intentio Bar. est ista; quòd si probatur aliquem esse furiosum non semper, sed aliquo momento temporis, puta vna, duabus horis, vel vno die, vel duobus; tunc ex tali furore, qui non fuit successiuus, vel probatur: aut probatur aliquem habuisse furorem successiuum, licet aliquando aliqua interualla habuisset, tunc quicquid egit, præsumitur fecisse tempore furoris, si per plures menses permansit in furore, & communiter haberetur pro furioso, vt dixi allegando Alexand. in consi. liiij. & tex. in d. c. indicas; & Bar. in l. ſ. ff. de bono. posse. furioso infanti competenti. & Areti. in l. ij. ff. de testamen. & Corneum in d. l. furiosum. Sed non præsumo furiosum semper furere, maxime si fuerit probatum quòd medij temporis qualitas fuerit furori contraria. Itaque si apparet, quòd furiosus post tempus furoris fuit in sana mente, ante actum factum attenditur qualitas actus: nam si actus esset conueniens hominis sanæ mentis, onus probandi incumberet ei, qui allegaret furorem in tali casu, & ista est communis opinio. tenet Bar. in tra. cta. de testi. xx. col. & in l. ſ. ff. de bonorum possessione infanti furioso. Areti. in l. i. ff. de verborum obligationibus. Iason post Alexan. in l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt. & Ioannes Andreas in ca. ſ. de successionibus ab intesta. dicit; si aliquis non est compos mentis, qui hoc dicit, id probet; quia ei qui, dicit, incumbit proba-

tio

batio.l.ei,qui dicit.ff.de proba.gloſſ. in capit.Conſaldus. xvij.quæſt.ij.

† Sed aduertant iudices, quia difficile eſt probare furo- 15
rem, vel priuationem ſenſus, vel intellectus. Bal.in d.l. furioſum. & Ioan.Andr.in c.filij.de hæreticis,in vi.dicit,aduertite iudices. quia multi furorem fingunt, vt excuſentur.& Barto.in ſuo tractatu de teſtibus in xx. col.dicit; an quis furorem fingat,poteſt dubitari.& addit; ex ſuſpictionibus ergo ſimulatio arguitur, & ex vita præambula.de quo videbis bonam gloſſ.in d.cap.indicas.iij. quæſt. ix.& ſæpe quis apparet furioſus,vel demens;& tamẽ non eſt;ſed ſic ſe fingit ex aliqua cauſa. l. obſeruare. ff. de cura.furio. vbi dicit tex. ſuper hoc debet fieri pleniſsima cauſæ cognitio,vt per Cardin.in conſil.lvj.& Bartol.dicit in d.l.obſeruare;iudex enim debet adhibere medicos,vel alios prudentes viros. † Sed eſt aduertendum,an teſtes ſingulares 16
probent in probando furorem,& dementiam ; nam aliqui dixerunt, quòd teſtes ſingulares probant. Sed veritas eſt quod teſtes ſingulares non probant,ita Decius in ca. licet cauſam,de proba.vbi ipſe dicit,qnòd actus in genere non probantur per teſtes ſingulares,cũ verum ſit dicere, quòd meo actu teſtes non concordent; & mediantibus teſtibus ſingularibus non videntur probari actus particulares, ex quibus inferatur actũ,de quo qnæritur. Et aduerte, quòd iſta doctrina Decij eſt in lecturis, & in ſcolis legendo, vbi ceſſat ambitio pecuniæ;ſed non ſic in conſilijs,tenet etiam Alexan.in conſi. c. vbi allegat Innocent. ita tenere in cap. qualiter, & quando. ij. de accuſationibus. † Sed magna 17
coniectura veritatis coadiuuat atteſtationes teſtium, vt per Corneum in conſi. lxxxv. & præsbiteri laicis præferuntur.cap. clerici. lxxxj. diſtinct. & in qualitate teſtium quatuor clerici æquiualent ſex laicis.gloſ.in c.monachus. lxxvij. diſtinct. Areti. in l.j. ff. de verbo. oblig. & multa alia adducit. & vide Decium in conſi. cccexlviij. p.iiij. vbi ſe remittit ad ea;quæ dixit in dict. cap.licet cauſam, de proba. Et mentis ſanitas comprehenditur ex ſermonibus. Bar.in.l. his, qui. §. diuus.ff.de tuto. & cura. da. ab his.

Et si aliquis laboret in extremis; nó ideo est mente alienatus, quia cũ corporis ægritudine compassibilis est prudentia, vt in cap. j. de renunciatione; & nonnunquam infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat, vt in c. nisi cum pridem. §. alia. eodem titulo. & lege. Sanum. C. de translationibus. l. senium. C. qui testamẽta facere possunt. Et de constituto in extremis, quòd non præsumatur insanus mente, casus est in cap. finali, de successionibus ab intestato. de quo vide Cardi. in consi. xxx. & Panor. in d. cap. finali.

18 † Et imputatur furioso, si culpa sua deuenit ad furorem, vt per gloss. in cap. j. vj. distinct. Et omnia vera sunt, nisi quis simulet se furiosum, quo pœnam euitet; oportet, enim, vt iudex industriosus sit.

19 † Vltimo pro complemento regulæ notabimus, quòd si aliquis commisit homicidium, propter quod debeat decapitari, si postea realiter efficitur furiosus, non debet puniri in persona, sed in bonis; vt videbis per Iaso. in d. l. furiosum. etiam si post condemnationem efficiatnr furiosus,

20 vt ibi per eum. † Et nota etiam, quòd pœnitentia imponitur alicui, si furiosus post delictum commissum ad sanam mentem conuertatur. Vide text. & gloss. in ca. si quis insaniens, xv. quæst. j. Et hoc toleratur, ne disciplina ecclesiæ deferatur. & vide Lucam de Penna in. l. si apparitor. col. fi. de coartali, li. xj. Sed quia factum à furioso videtur factum à casu sine facto personæ, vt dicit tex. fi. in fi. supra de administra. tuto. vide gloss. & docto. in dict. c. insaniens. & vide Cardi. in clemen. si furiosus. de homi. dicentem, quòd is, qui allegat furorem, debet probare furorem; quia præsumitur sanæ mentis: tamen si dicetur, quòd aliquando fuit furiosus, ei, qui dicit nũc furiosum, incumbit probatio, vt in d. c. indicas. iij. q. ix. & vi. in ca. semel, de reg. iu-

21 ris, in vi. † Quid autem dicendum sit de illo, qui per ebrietatem maleficium committit, an puniri debeat, (similis enim est furioso.) vide Dom. Hier. Gigant. in tract. de crim. læsæ Maiest. quæst. lij. vij. not.

DE

# DE TESTAMENTIS, ET DE SVBSTITUTIONIBUS, & de iure accrescendi, de & transmissionibus. Cap. LXIX.

## SVMMARIVM.

1 Testamentorum vsus necessarius, & qua de causa inuentus fuerit.
2 Testamentum vnde dictum.
3 Quodnam propriè dicatur testamentum, item & de nuncupatiuo, & nu. 4
5 Testium subscriptiones finis testamenti sunt.
6 In testamento cæci quæ requirantur.
7 In testamento rustici quænam forma seruanda sit.
8 Testium conditio, vtrum mortis tempore, an testamenti inspiciendæ sit.
9 Legatarij & fideicommissarij, vtrum in testamento testes esse possint.
10 Posthumi agnatione, rumpitur testamentum.
11 Testamentum solenne tollitur per nou solenne, cursu decennij.
12 Qualiter, & quibus modis probetur testatoris voluntas.
13 Hæredem instituere quid sit.
14 Si duo codicilli reperiuntur eodem die functi, in quibus aliquid duobus legatum fuerit, cuinam ipsorum legatum præstabitur.
15 Nati ex damnato coitu, possintne hæredes instituí.
16 Posthumus quis dicatur.
17 Præterire & exhæredare an idem sint.
18 Institutio, & substitutio in quo differant.
19 Vulgaris substitutio quæ dicatur, & nu 36.
20 Vulgaris tacita, quomodo intelligenda.
21 Vulgaris substitutio separatim pluribus facta, vtrum tacitam pupillarem contineat.
22 Pupillaris substitutio quæ dicatur, & nu. 38.
23 Legitimatus à principe differatne à legitimo & naturali.
24 Testamentum in quo filius impubes à patre exhæredatus fuit, vtrum valeat.

25 Quid sit substitutionis pupillaris effectus, & nu. 39.
26 Expugnato paterno testamento, expirat pupillaris substitutio.
27 Pupillaris expressa excludatne pupilli matrem, atque alios descendentes, & nu. 29.
28 Filius à patria potestate liberatus propter religionis ingressum filij, vtrum pupillaris substitutio extinguatur.
30 Exemplaris substitutio cur ita dicatur, & quæ sit.
31 Compendiosa substitutio, vtrum à milite fieri possit, Et quade causa dicatur compendiosa, & nu. 33.
32 Fideicommissaria substitutio quæ sit.
34 Verba communia, quæ sint.
35 Testamentorum, qui & quot sint gradus, Item & substitutionum.
37 Vulgaris substitutionis effectus, quis sit.
40 Quæ sit forma compendiosa substitutionis, & nu. 41.
42 Breuiloqua siue reciproca substitutio, quæ dicatur, & numero 43. 44.
45 Substitutionum omnium materia, diffuse incleata per Bar. & alios doct.
46 Testatoris voluntas large interpretanda est.
47 Institutio caput est testamenti.
48 Vtrum mentione filij facta in testamento, comprehendatur & nepotes.
49 Fundi legatarius, possitne petere, sibi tradi emptionis instrumentum.
50 Testamentum dicitur actus individuus.
51 Iuris accrescendi ratio inductiua, quæ nam fuerit.
52 Coniunctio quotuplex sit.
53 Quæ, quot requirantur, ad hoc & vt portio deficiens accrescat alteri cum onere, & nu. 54.
55 Ius accrescendi quotuplex sit.
56 Quæ dicantur Institutiones caducæ, siue per non scripte.
57 Casus, in quibus ius accrescendi locum non habet, remissiue.
58 Filius hæres institutus, possitne legitimam tenere, hæreditatis vero residuum repudiare.
59 An ius accrescendi locum habeat in feudali concessione.
60 Hæreditas non adita, an transmittatur.
61 Prima transmissionis species quæ sit.

62 Filius

62 Filius hæreditatem patris expresse repudians, vtrum, sicut sibi facultas data est, abstensionem suam infra triennium revocandi, possit iterum eandem revocandi potentiam hæredi transmittere.

63 Si filio in testamento relictum fuerit minus legitima, vtrum transmittere possit ius petendi supplementum legitimæ.

64 Filius emancipatus, an possit hæreditatem transmittere iure suitatis.

65 Secunda transmissionis species, quæ sit.

66 Lex vnica. C de his qui ante, aper. tab. An, locum habeat, in prætorijs successionibus.

67 Licet descendens, in quem transmissio fit, adeat ipsius transmittentis hæreditatem, an propterea efficitur hæres in hæreditate transmissa.

68 Transmissio iuris deliberandi, rumpatúrne propter superuenientem furorem.

69 Hæreditas ad substitutum transmissa, intelligatúrne cum onere legatorum.

70 Hæreditas adita coram incompetenti iudice, an transmittatur.

71 Tertia transmissionis species quæ sit.

72 Nunquid transmissio quæ fit beneficio legis, locum habeat in bonorum possessione.

73 Bonorum possessio non agnita, ad hæredes, non transmittatur, & nu. 74. 75.

76 Vxor hæres instituta, quoad vixerit, nullo alio sibi dato cohærede, sine perpetuò hæres, eandemque hæreditatem ad hæredem suum transmittat.

TEstamentorum † vsus, & vetustus est, ita maxime necessarius, & publica ratione comparatus, ad hoc, ne qui sine propinquorum serie decederet, hæredem non habere cogeretur, aut si vel maxime sint, qui sanguinis iure necessarij existans, eos tamen hæredes admittere oporteat, quos tam longe à bonis suis abesse mallet, vt qui longissime. † Et testamentum dicitur testatio mentis, seu volun- 2 1

tatis iusta sententia de eo, quod quis post mortem suá fieri voluit. l. j. ff. de testa. & institu. de testa. in princi. Et testamenti factio debet esse libera ab omni coactione hominis, non legis. ita Bald. in. l. humanitatis. C. de impu. & alijs. & legitur in l. j. C. de sacrosanct. eccle. nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stilus. i. dispositio in scriptis. sequitur textus; & licitum, quòd iterum non dedit arbitrium, id est, sine scriptis.

3 † Dicitur testamentum, in quo continetur hæredis institutio, etiam si testator illud appellauit contractum, codicilllum, vel donationem. l. testamentum. & ibi Bal. C. de testa. vbi dixit; nota, quòd non curamus, quomodo loquatur testator, dummodo appareat de mente, vt si testator vocat septem testes, & dicit, vos eritis præsentes huic contractui, & hæredem instituit, erit testamentum; sed si necessaria prætermittuntur, viciatur testamentum, & contractus; quia omissio modi, & formæ semper vitiat etiam actum quantuncunque fauorabilem, vt. ff. de verbo. oblig. l. qui Romæ. §. Flauius hermes. & ibi notat, quòd abundans cautela non nocet. Et idem in iudicijs, quòd nunquam nocet seruare ordinem, etiam vbi potest prætermitti, vt notat Innocen. in cap. nouit. de iudi. quandoque tamen ex abundanti cautela præsumitur dolus, & scientia, vt notatur ff. de condi. institu. l. si quis sub conditione hæredes. Item quandoque superflua vitiant, quando non sunt supra actus naturam, sed contra actus naturam. l. actus legitimi. ff. de reg. iuris. l. græce. §. illud. ff. de fideiuſſo. & est ratio, quia est ibi peccatum formæ, & forma est indiuisibilis, & inseparabilis; & ideo vtile per inutile vitiatur secundum Bal. & allegat Iaco. Butri. Quot olim erant genera testamentorum, omitto; hodie vero hæc est sufficiens diuisio testamentorum; quia aliud est nuncupatiuum, aliud est in scriptis conditum. † Et est nuncupatiuum, quod consistit in nuncupatione testatoris, non in solennitate scripturæ: septem tamen testes necessarij sunt, & hæredis nuncupatio, vt. C. de testa. l. hac consultissima. &. §. per nuncupationem, institu. de testa. Item testamentum debet

fieri

fieri vno contextu nullo alieno actu interposito, nisi fiat ex necessitate inexcusabili, quæ est, vel medicaminis datio, vel breuis infirmitatis passio; vt in l. cum antiquas. C. de testa. & in l. hæredes. §. vlti. ff. de test. Illud autem, quod inscriptis fit, similiter exigit numerum septem testium, & subscriptiones, & signacula testium: & est inducta solennitas scripturæ à iure prætorio cum signaculis testium; à iure autem ciuili antiquo inductus est numerus septem testium; per constitutiones autem (vt dicunt docto.) sunt inductæ subscriptiones testium. Item necessarium est, quod testator subscribat, vel octauus testis pro eo, nisi testator totum testamentum sua manu scripsit, & hoc specialiter expressit, quòd sua manu hoc testamentum conscripsit. Si autem nullum scire velit ea, quæ in testamento scripta sunt, potest signatam, vel ligatam tantum, hoc est, clausam, inuolutamq; proferre scripturam à quocunque factam, eamque rogatis septem testibus numero puberibus omnibus simul offerre signandam, & subscribendam; dum tamen coram eis testator suum esse testamentum dixerit: & eo facto testes vno, eodemque die, & tempore debent subscribere, & consignare testamentum. † Et ¶ dicunt esse subscriptiones, & signacula testium finis testamenti: & probantur hæc omnia per tex. & docto. in l. hac consultissima. & l. cum antiquitas. §. vltimo. & l. iubemus autem. C. de testa. & Instit. de testa. §. post. vero ex edicto. In subscriptione autem testium debet contineri, quis, & cuius testamentum signauerit, vt. ff. de testa. l. pe. Signare autem testes possunt testamẽtum etiam vno annulo, vt instit. de testament. §. annulo. & ff. de testam. l. ad testium. §. signum autem.

Est autem regulare quod dictum est, in testamentis septem testes exigendos; quandoque enim exiguntur octo, vt in testamento cæci. vt C. qui testa. fa. po. vel non. l. hac cõsultissima. & ibi docto. † Et requiritur, quòd cæcus conuocatis septem testibus, & notario dicat, se velle testari sine scriptis, & debet ista verba ante omnia proferre, vel similia: & hoc est speciale in cæco. ita docto. & Iaso. in l. hac consultissima. & ibi dicit Iason, quòd opinio doctorum

tenenda est, quia fauet testamento. Item quandoque in testamento sufficiunt duo testes: & quandoque etiam valet nullo teste adhibito, vt in testamento militari, vt per text. & doctor. in. l. si à patre. & in. l. milites. C. de mili. testa. Item ratione priuilegij indulti à principe sufficit, si tamen duo interueniant testes. Nam & subscriptionem testium remittere potest Imperator, vt in l. si non speciali. C. de testa. & ibi quærit Bald. priuilegium patriæ concessum qualiter habeat locum: & quid, si fuit concessum ciuibus illius patriæ: & quid si sumus indubio sit datum ciuibus, patriæ, ibi videte. & dicit quòd illi conuenit potissime nomen patriæ, qui inde ducit originem.

† Item testamentum rustici non requirit septem testes, vbi tot non inueniuntur in locis illis, sed sufficient quinque, sed & tunc, si omnes literati sunt, licet scientibus pro ignorantibus subscribere: hoc etiam casu oportet illis scripturæ innotescere voluntatem, vt isti tres iurati post mortem testatoris deponant talem fuisse voluntatem eius, vt in l. fi. C. de testam. & si rusticus est in loco, vbi non potest habere septem testes, puta in carcere tyranni, vel latronum, sufficiunt quinque testes: cum ratio diuersitatis non possit reddi. argum. ff. de verbo. obliga. l. à Titio. Et eadem ratione cum d. lex vltima loquatur in testamento in scriptis, & dicit ibi Bald. quòd in tali casu, vbi non possunt haberi septem testes, sufficiunt quinque argu. l. iubemus. §. quemadmodum. C. de testa. Et nota, quòd istud priuilegium conceditur omnibus testatoribus, qui non possunt habere plures testes, quàm ex loci qualitate, vel simili casu, ita Bald. in d. l. vltima. Et illi, qui habent testamenti factionem passiue, possunt adhiberi testes in testamento; sed non omnes, quia non mulier. ff. de testib. l. ex eo. neque impubes, neque seruus, neque mutus, neque surdus, neque furiosus, nisi tempore intermissionis, nec is, cui bonis est interdictum, sed seruus, cum tempore testamenti signati communi opinione liberi loco fuerit habitus, valet, & testamentum valebit: probantur hæc Inst. de testa. §. testes. l. fi. C. de testam. † conditio enim testium expectanda est tempore testamenti, & non mortis,

vt.

vt.l.ad testium.ff.de testam.§.j.puto, quòd seruus adhibitus in testamento testis, possit in iudicio produci in testimonium, vt. C. de testi. l. quoniam liberi. Si dicas quid ergo prodest, quod valet testamentum? respondeo multum; quia potest probari per scripturam publicam, vel forte confitetur aduersarius taliter conditum esse testamentum: spectatur ergo conditio testium tempore testamenti quantum ad seruitutem, vel libertatem veram, vel putatiuam; non tamen dico fidem habendam testi, qui tempore testamenti erat bonæ famæ, nunc autem cum producitur, est infamis. In hermafrodito an possit esse testis in testamento, qualitas sexus incalescentis indicat in eo, vt.ff.de testi.l. repetundarum.§. j.ff. de statu. homi.l. quæritur. † Et legatarij possunt esse testes in testamento, & fideicommissarij, & qui sunt in eorum potestate. vt insti. de testa. §. legatarius. quod intellige, si agatur hæred.tatis causa inter hæredem, & filium. Nam si agatur causa vnius legatarij poterunt ei testificari. Ille etiam, qui scripsit testamentum numero septem testium habetur, vt in. l. domitius. ff. de testa. hæres autem scriptus, vel is, qui eum habet in potestate, vel qui est in potestate eiusdem hæredis, vel qui vna cum hærede est in potestate vnius, non possunt adhiberi testes in testamento. Item nec possunt adhiberi, qui sunt in potestate testatoris; sed filius familias post messionem, si de castrensi faciat testamentum; nec pater eius testis adhibetur, nec is, qui in potestate eius est, est enim reprobatum in ea re domesticum testimonium: secus si non faceret testamentum de castrensi peculio ante missionem; tunc enim pater, & frater poterunt adhiberi, vt insti. de testa. §. in testibus. &. §. sed si filius, &. §. sed neque. Et nota, quòd omnes possunt adhiberi testes in testamento, qui non vetantur à iure, vt. ff. de testi. l. j. 9

Sic autem ordinatum testamentum, vt supra dictum est, tenebit vsque quo irritetur, & rumpatur. Aduerte tamen, quòd testamentum parentum inter liberos vtriusque sexus non requirit solennitatem septem testium, nec aliam solennitatem testamentorum. Nam si testam. vel codicilli

non dicantur completa; si tamen quocunque modo scripturæ, vel quibusque verbis, vel indicijs declaretur eorum voluntas, seruabitur inter liberos, non vt testamẽtum, sed vt vltima voluntas; liberi enim ab intestato succedunt: quantum verò ad extraneas personas nulla habetur huiusmodi dispositio imperfecta, vt C. fami. hærisc. l. vlti. &. C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Sed hodie testamentum in scriptis minus solenne inter liberos conditum ita demum valet, si seruatur forma scripta in aucten. quod sine. C. de testam. & tunc in eo legata, & fideicommissa, ac libertates quibuscunque relinqui possunt. & ibi vide Alexan. & Salice. Aduerte tameu. quòd testamentum factum inter liberos non reuocatur per aliud testamentum; nisi secundum testamentum sit solenne, & testator in secundo declaret, se nolle illud prius testamentum valere, vt in aucten. hoc inter liberos. C. de testamen. & ibi Alexand. † Sed rumpitur testamentum per agnationem posthumorum, de quibus dicitur; de liberis, & posthu. C. &. ff. & Iusti. qui-mo. testa. infirmentur, in prin. Item quandoque prius testamentum perfectum rumpitur per posterius imperfectum; hoc est, cum in primo instituti sunt, qui non poterant ab intestato succedere, in secundo autem instituuntur, qui ab intestato vocantur ad hæreditatem: in qua voluntate. v. testium iuratorum depositiones sufficient, vt in. l. hac consultissima. §. si quis. C. de testa. adhuc secundum testamentum non valet, vt testamentum, sed vt voluntas intestati, vt per Alexan. in. d. §. quis. sed eo solo non rumpitur testamentum primum, quòd postea testator noluit id valere: itaque si quis cpit posterius facere, & nó perfecit casu præuentus, aut quia pœnituit, non primum testamentum infirmatur, vt Insti. qui. mo. test. infir. §. ex eo autem. Si tamen à tempore conditi primi testamenti elapsum esset decẽnium, & postea testator, dicat se nolle valere corá tribus testibus, exprimendo id, vel inter acta, fiet irritum testamentum tam ex contraria voluntate, quàm ex cursu temporis, vt in. l. sancimus. C. de testamen. vbi dicitur; cursus decennij testamentum non tollit, nisi contraria voluntas solennis interuenerit, vel etiam non solennis, robora-

roborata tamen tribus teſtibus; itaque tempus non eſt modus ſubuertendi teſtamentum. † Ideo notabimus, quòd 11
teſtamentum ſolenne tollitur per non ſolenne cum curſu decennij; ſed teſtamentum primum non poteſt reuocari, ſi ex verbis teſtatoris hæreditas non poteſt adiri, vt per Bal. in d.l.ſancimus, & ibi dicit, ſi teſtamentum habens clauſulam derogatoriam poteſt reuocari per ſecundum. ibi videbis. Et teſtamentum furioſi non valet, & qualiter furor probetur, dic, vt in l. furioſum. C. qui teſta. face. & diximus in l. in negocijs ſupra iſto titu.

Sed teſtator non poteſt ſe obligari ad iudicij immutabilitatem, quia eſt contra bonos mores, vt. C. de pactis. l. ſi. Et voluntas teſtatoris ambulatoria eſt vſque ad mortem. l. cum hic ſtatus. §. j. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. quod ſi iterum. de adi. legat. l. ſi quis in principio, de lega. iij. addo bonum tex. in generali lege. C. de ſacroſanc. eccl. & voluntas teſtatoris ſeruanda eſt. l. in conditionibus. ff. de condi. & demoſtra. l. nemo poteſt. de lega. j. & ibi Bar. niſi ſit inepta. l. ſeruo. §. nuptias. de lega. j. Item niſi ſit contra legem, vt quia domus deſtruatur. l. filius. §. ædes. eo. titu. Cardi. in clemen. ij. de religio. domi. † Et qualiter, & quibus mõdis 12
probetur voluntas teſtatoris, vide Bar. in. l. ij. ff. de vulga. & pupi. & Alexan. in conſi. lxxxj. iiij. pa. & in d. l. Nemo. legitur; Nemo poteſt in teſtamento ſuo cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. ſimilis text. in auctẽ. de iure iura. à mo. prẽſti. col. v. in principio.

Et quia lex dixit, In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur, neceſſe eſt, vt aliqua in materia teſtamentorum dicamus: & quia aliqua de teſtamentis ordinandis diximus; nunc dicamus; quæ perſonæ poſſunt hæredes inſtitui, & quæ non. † Videndum itaque eſt, 13
quid ſit hæredem inſtituere; nihil enim, aliud eſt, quam ſibi aliquem hæredem ſtatuere; nam vna, & eadem perſona videtur eſſe hæredis, & defuncti, vt in d. auctẽ. de iure. iuran. à mo. præſtit. in princi. vbi dicitur; cùm vtiq; noſtris videtur legibus vnam quodammodo eſſe perſonam hæredis, & eius, qui in eum tranſmittit hæreditatẽ, ſit inſtitutio hæredis verbis directis, vt eſto mihi hæres, vel illũ hæredẽ

facio,

facio, vel instituo, vel volo, vel mando, vel est, vel erit, vt in l. quoniam. C. de testam. vbi legitur, hodie in institutione hæredis non requiritur solennitas verborum, sed sufficiunt quælibet verba voluntatem testatoris exprimentia secundum Alexand. vbi post docto. Fit institutio hæredis in testamento tantum, vel ante legata, vel post legata, vel ante exhæredationem, vel post, quia institutio caput est, & fundamentum totius testamenti, vt ff. de testa. l. i. & Insti. de legatis. §. ante. In codicillis ergo hæreditas directe neq; dari, neque adimi potest, vt Insti. de codicillis. §. pe. & vlti. & Iaso. in l. i. C. de codicillis, dicit; Nota regulam, quod hæreditas non potest de directo dari, nec adimi in codicillis: Et eodem modo non potest dari per donationem causa mortis: fallit in milite, fallit in patre disponente inter liberos, vel venientes ab intestato. Idem videtur in codicillis relictis ad pias causas, ita Bal. in repeti. l. i. C. de sacrosanct. eccle. & vide Ang. & Imo. in l. ij. ff. de in ius vocan. & vide Iasonem in d. l. i. C. de codici. Et testator potest decedere
24 cum pluribus codicillis, & omnes valent: † & si reperiuntur duo codicilli eadem die facti, & in vno legatur vna res Petro, & in alio legatur eadem res Ioanni, ambo concurrent. de quo vide Iaso. in l. ij. C. de codici. Et in codicillis mulier potest esse testis, sed non in testamento. vt per docto. in l. si quis. C. de codici. Item in institutione facienda certum hæredem demonstrari oportet, quoties enim non apparet, quis sit institutus hæres, institutio non valeret. Cum testator plures amicos eodem nomine habet, & ad designationem nominis singulari nomine vtitur, non valet institutio, nisi ex alijs apertissimis probationibus constaret, pro qua persona testator senserit, vt ff. de hæred. instituen. l. quoties. §. hæres, & l. in tempore. §. quoties. Et satis est, hæredem demonstrari nedum nomine proprio, sed etiá signo indubitabili, quod pene nihil á nomine distat. Et quælibet persona potest hæres institui, & habet testamenti factionem in passiua significatione, quæ nó vetatur
25 á iure capere: sed nó possunt institui hæretici, baptismatis iteratores, apostatæ, collegia illicita † Item non possunt institui nati ex damnato coitu; secus in his, qui nati sunt ex

con-

concubina, vt dicitur. C. de naturalibus lib. & de hoc vide Bar. in l. cum senatus. ff. de reb. dubijs. & vide docto. in l. i. C. de sacrosanctis eccle. Item deportatus non potest hæres instituí. l. qui deportantur. C. de hære. insti. & ibi vide Bal. vbi dicit, quid de bannito? & bannire quid sit? & dicit, quòd banniti cap. non possunt testari; & si bannitus succedit patri an fiscus auferat ei hæreditatem, ibi videbis per Bald. & quando deportatus sit institutus hæres, ad quem pertinet ista hæreditas, vide Bald. vbi supra & vide Iaso. in l. i. C. de hære. insti. & ibi dicit, an banniti nostri temporis æquiparentur deportatis. Et quando testator instituit seruum, præsumitur instituisse domini contemplatione, non serui ita docto. & Iaso. in l. cum proponas. C. de hære. insti. Nota etiam, quòd posthumus debet hæres institui, vel exhæredari, vt per totum ti. C. de posthumis hæredibus instituendis vel exhæredandis. † est autem posthumus, qui nascitur 16
post mortem patris, sed improprie quilibet dicitur posthumus, qui nascitur post testamentum, vt in. l. iij. ff. de iniusto, rup. testa. sed hodie posthumus non potest exhęredari, cum certum sit, nullam ingratitudinis causam posse, vel potuisse committere, vt in aucten. non liceat parentibus. C. de l. præ. vel exhæ. Et si posthumus est præteritus, natiuitate posthumi rumpitur testamentum, vt in aucten. ex causa. eo. ti. C. in. i. l. C. de posthu. hære. &c & etiam omnino in tali testamento dispositæ corruunt. Et quia quandoque contingit liberos proprios præteriri, vel exhæredari, scribitur Rubrica. C. de liberis præteritis, vel exhæredatis vbi materiam videbitis. † sed præterire est omittere aliquẽ 17
eo non instituto, vel exhæredato, vt insti. de hæred. quæ ab interest. def. §. eadem hæc. Exhæredare autẽ est filiũ cõstituere alienũ à substantia, vel hæreditate sua, siue dicat ephęredo, siue dicat alienꝰ à mea substãtia esto, vt in. l. siquis C. de l præte. vel exhæ. sed hodie (vt dixi) filius non potest exhæredari, nisi ꝓbetur ingratus; & ingratitudinis causam nominatim inferat testamẽto: & causæ sũt quatuordecim, vt in aucten. non liceat parentibus. C. de liber. præ. vel. exhæ. ibi videbis. Ex causa præteritionis, vel exhæredationis irritum est testamentum quantum ad hæredis institutio-

tio-

tionem;cætera nanque firma permanent, vt in auctẽ. ex causa.eo.ti.

Diximus de hæredibus instituendis;sed quia multoties testator instituit hęredem,& substituit alium;sequitur Rubrica de institutionibus,vel substitutionibus. C.& ff. de vulga.& pupillari. † Et autem institutio primus gradus, 18 substitutio verò dicitur secundus gradus, vel tertius omnium eorum,qui in locum institutorum deficientium,vel non adeuntium restituuntur.

Et quia ista materia substitutionum est multum vtilis, aliqua dicam causa introductionis.

Et primò sciendum est, quòd substitutionum materia est subtilis,& vtilis valde,quę per quamplures magnos docto.antiquos,& modernos tractata est, sed dominus Bar. subtiliter explicat in titu.ff.de vulgari,& pupi. quamlibet substitutionem per se explicando: Et quia inter doctores variatio interdum,ac contradictio repetitur,laborabo, vt dictis omnium recensitis possimus videre veritatem. Et primò (vt superius dixi) dico,quòd substitutio est secunda institutio.ita gloss.in Rub.ff.de vulga.& pupillari.& ibi docto. Et si quærimus, quot sunt species substitutionũ, respondeo,quòd duæ,scilicet directa,& fideicommissaria, siue obliqua:& directa subdiuiditur in quinque,quia quædam est vulgaris,quædam pupillaris,quędam exemplaris, quædam breuiloqua Reciproca, quædam compendiosa: de directa tractabimus hic;& de fideicommissaria,seu obliqua videbitis in tit.ad Trebellianum.

19 Et † primò de vulgari dicamus;& vulgaris dicitur,quia potest fieri à quolibet,& cuilibet, vt per gloss. & docto.in Rubri.Instit.de vulgari substitutione.& Cinus in.l.precibus.C.de impũ.& aliis,dicit, quòd ideo dicitur vulgaris, quia quilibet potest vti verbis, si hæres non erit Petrus, Alphonsus sit hæres. Et substitutio vulgaris est duplex.s. tacita,& expressa:expressa est.quæ colligitur ex verbis expressis,vt.l.i.§.i.de vulga.& pupi.ff.& l.cum proponas,§. 1.C.de hære.instit.idem dicit gloss.insti.de pupilla.substi.in glo. magna:quæautem sit tacita.in. d. glo. notatur,quòd substitutiones, quæ continentur in breuiloqua sunt tacitæ.

tæ.idem notatur in l.iam hoc iure. versic. quis. ff. de vulga.& pupilla. Item dico, vt melius intelligatur, quòd vulgaris diuiditur:quia alia expressa,quæ fit verbis negatiuis, si ille mihi hæres non erit,alius sit hæres;vt Insti.de vulgari substi.in princi. Alia tacita,quæ fit verbis affirmatiuis,vt hæc:vos inuicem substituo;vel ita,quisquis mihi hæres erit,sit hæres filio meo:vel ita. Titius hæres esto Petri; cum instituisset Petrum,vt C.de hæredi.instit.l.fi.&.ff.de hæredibus instituendis.l.cum in testamento.§.hæc.verba.&. ff. de vulga.& pupil.l.qui liberis.§.vlti.& vide Bal.in.d.l.fin. in.ij.col.ad finem.

De † tacita vulgari ponamus exemplum, cum ita dicit testator,Petrus,& Titus,vterue eorum viuet, hæres mihi esto.Nam si vterque eorum viuat, ambo possunt esse hæredes;altero mortuo is,qui supererit,hæres erit; quia tacita substitutio inesse videt substitutioni.vt.ff.de hære.instituen.l. Titius,& Seius. Item sub expressa pupillari continetur tacita vulgaris,vt ff.de vulga.& pu.l. nam hoc iure, vt dicemus infra. Est autem effectus vulgaris expressæ, & tacitæ,vt quis directò sit hæres ipsi testatori,vt Insti.de pupi.substi.ibi, quo casu, &c. vnde bona tantum testaroris, non hæredis instituti capitu. Et expirat hæc substitutio vulgaris ab hæreditate adita,vt in l. post aditam. C. de impu.& alijs. & ideo dixit ibi Bald.quod aditio hæreditatis statim trahit secum suum effectum: cum enim ita fiat substitutio,si Titius non erit hæres,Petrus hæres esto;& Titius extitit hæres:ergo Petrus non potest esse hæres.s. conditione deficiente.Sed quidam dicunt per auctē.de hæredibus,& Falci. §.si vero institutio.col.i. hoc correctum esse; sed nihil dicunt secundum docto. quia ibi non vocatur substitutus ex substitutione, sed ex legis beneficio. Pupillaris substitutio alia est expressa,vt hæc;si filius meus mihi hæres erit,& in pupillari ætate decesserit,ille sit hæres; vt Insti.de pu.substi.in princi.& de hoc Bar.in.l.moribus. ff. de vulga.& pu.est alia tacita,vt illa;quisquis mihi hæres erit,sit hæres filio meo;vt Institu.de pupi.substi.§.substituitur.vel cum pater filio impuberi substituit in vulgarem casum, intelligitur substituisse etiam in pupillarem, vt in l.quam.

l.quamuis.C.de impube. & alijs, vbi dicit Bal.nota, quòd tacita voluntas teſtatoris facit tacitam pupillarem in expreſſa vulgari; quia regula talis eſt, in expreſſa vulgari continetur tacita pupillaris; ſed hoc fallit, ſi apparet alia voluntas defuncti ſecundum Odoffre. in. d. l. quamuis. vbi dicit; hæc lex ponit regulam, & inſtantiam regulæ. Quandoque etiam ſub vulgari non continetur tacita pupillaris, puta vnus filius erat pubes, alius impubes, vel vnus in poteſtate, alter emancipatus, vt ff. de vulga. & pup. l. iam hoc iure, & l. hæreditatem, & l. quamuis. C. de vulg. & pup. Sed tu vide Bar. in. l. iam hoc iure, &. §. fi. vbi quæ-
21 rit, † ſubſtitutio vulgaris facta ſeparatim pluribus etiam diſparibus an contineat tacitam pupillarem? ſed ibi dicit Pau. de Caſtro, nota, quòd ſi habeo filium impuberem, & eum inſtituo, & volo mulieem ſubſtituere; & etiam volo, quòd in perſona impuberis, contineatur vulgaris, & pupillaris, non debeo facere vnicam ſubſtitutionem, ſcilicet ſub vno conceptu verborum, & vnico verbo patri; ſed debeo facere duas ſub duplici contextu, & verbo; videlicet ſubſtituere impuberem puberi, & puberem impuberi ſub duplici verbo, & duplici oratione; & nihilominus dicentur reciproce ſubſtituti: & illa, quæ facta eſt. impuberi, non regulariter, nec reſtringitur ſecundum illam, quæ facta eſt puberi, ſed intelligitur de per ſe: non ſic, quando ſimul, & ſub vnica oratione, ſimile videmus, quòd ſi duobus ſubſtitutis tertius ſubſtituatur eis ſub vno conceptu, vulgariter non admittitur ſubſtitutus, niſi exiſtat conditio in perſona vtriuſque, vt in d. lege, quamuis; & tamen ſi cuilibet eſſet facta de per ſe & ſic eſſent duæ, bene admitteretur, vt in. l. pe. ff. de iniuſto, rup. & ibi etiam videbis Pau. quia quælibet intelligetur de per ſe, & non regulatur ab altera.

Quid iuris, ſi conciperet vulgarem in perſonam impuberis, an concipiat tacitam pupillarem, ſicut comprehendit è conuerſo? dic, quòd ſic, vt eſt gloſſ. & ibi Paulus in l. iam hoc iure. §. quod ius. ff. de vul. Sed quid, ſi non fuit vſus niſi vnico verbo; puta, impuberem puberi, & puberem
22 impuberi ſubſtituo. ibi videbis per Pau. de Caſt. † Et dici-

tur

tur pupillaris substitutio, quia soli pupillo fit, & impuberi; & ita, si sit in potestate: non distinguo, sit institutus à patre, an exhæredatus; vel vtrum erat natus, an posthumus nasciturus in potestate testatoris, vt vtrum, si filius, an nepos ex filio: nepoti tamen ex filio ita pupillariter substituo; si non sit recasurus in potestatem sui patris. Sed & si pater præcedat nepotem, ita demum substitui potest ei; si hæres institutus est, vel exhæredatus; pupillū accipe masculum minorem. xiiij. annis, fœminam minorem. xij. vt. ff. de vulga. & pupilla. l. j. §. pe. & l. ij. primo responso, & ibi Bar. & Insti. de pupilla. substi. §. masculo, & §. non solum. Et nota necessaria ad substitutionem pupillarem; primò requiritur, quòd sit de liberis ille, cui fit, vt dixi: intellige legitimis, & naturalibus, vel legitimis tantum, vel legitimatis; aliàs si non esset in potestate, non valeret, vt dixi; sed contrahitur ad fideicommissariam. vide Bar. in. l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupillari. & etiam si filius legitimatur post mortem patris, valet substitutio pupillaris, & legitimatio retrahitur. de hoc vide Bar, in. d. l. & in auctē. qui. mo. naturales efficiantur sui. §. illud. &. §. nulla. colla. vi. vbi dicitur, † quòd legitimatus per principem nil 23
differt à legitimo, & naturali. ibi videbis. & requiritur, quòd sit de liberis tempore quo fuit substitutus, licet tempore testamenti paterni non esset, vt si post institutionem factam de extraneo adoptetur, & postea sibi fiat substitutio. & ita intelligitur versiculus; sed si extraneum, secundum Pan. de Castro in d. l. ij. Requiritur (vt dixi) quòd sit impubes, Nam quia tunc non potest sibi testari, lex prouidit, vt pater possit sibi testari: requiritur etiam, quòd perseueret pupillus vsque ad mortem; & ipso effecto pubere euanescit, vt in l. verbis ciuilibus. de vulga. & pupi. quia cum possit testari per se, non indiget testamento paterno, Et sufficit, quòd testetur vltima die, vt in gloss. in d. l. ij. posset etiam substitutio pupillaris fieri ad minus tempus, vt si decesserit hinc ad tres annos; & tunc si decedat post substitutionem, euanescit, vt. l. si ita. ff. de vulga. & pup. quia institutio limitata tempore, vltra illud non habet effectum, vt ibi. requiritur etiam (vt dixi)

quòd sit in potestate testatoris: & in hoc differt ista ab exemplari, in qua non requiritur, vt in l. humanitatis. C. de impube. & alijs. Item si filius non esset in potestate ratione dignitatis adeptæ, quæ liberat à patria potestate, posset sibi substitui; quia perinde est, ac si esset in potestate, quantum ad commoda sua, vt in aucten. constitutio, quæ dignitatis. coll vi. §. illud quoque. vbi dicitur; qui liberatur à patria potestate per dignitatem, non perdit iura filiorum. Et nota secundum Pau. post Bald. in d. l. moribus, quòd licet substitutio pupillaris sit fauor filij; tamen propter eius præteritionem vitiatur, sicut & illa, quę tendunt in eius odium, vt institutio facta de extraneo: & hoc propter necessariam consequentiam; quia non potest per se stare sine principali, vt dicitur in d. l. moribus. & ibi Bar.

Requiritur etiam, quòd testator fecerit sibi testamentum, vt in verficulo, quisquis in d. l. moribus. Requiritur etiam, quòd adeatur ex eo testamento hæreditas, & sic confirmetur pupillaris substitutio. Et nota, quòd gloss. in d. l. moribus dicit, quòd perseueret in potestate vsque ad mortem, per tex. in. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupilla. Si autem pater voluerit substituere pupillariter filio impuberi in longius tempus, pupillari ætati finietur pupillaris substitutio adueniente pubertate, vt. l. in pupillari. ff. de vulga. & pupi. hoc ordine facienda est substitutio pupillaris; vt prius quis sibi scribat hæredem, deinde eadem hora, vel alia quacunque filio substituat: nec debet conuertere ordinem scripturæ; si enim non sibi,
24 sed filio faciat, non valet. † Et si pater exhæredauerit filium impuberem, non valet testamentum; si autem instituerit eum, valebit testamentum, vt. ff. de vulga. & pupilla. l. j. §. vltimo; & l. ij. §. prius, & §. sed & si quis; & l. si quis eum. §. si suo. Et aduerte, quòd effectus pupillaris substitutionis est, vt quis directò fiat hæres impuberi, tanquam si ille pupillus hæredem sibi fecisset substitutum, vnde & duo testamenta videntur, vnum patris, alterum filij, aut certe secundum docto. vnum est testamentum propter vnum ordinem; & pertinent ad subditos pupillares bona,

quæ

quæ pupillis postea obuenerunt, neque enim suis bonis tantum testator substituit, sed impuberis: cum & exhæredato substituere quis potest. Et intellige in impubere doli capace: nam impubes, qui non est doli capax, non potest exhæredari, quia non potest committere causam ingratitudinis. Et intellige, quæ superius dixi, vt per Bart. in d.l. moribus. in. iij. col. † Et effectus substitutionis pupillaris 25
est, quòd pater facit filium hæredem suum, & necessariũ, quod est vtile. & alios effectus videbis per Bar. in d.l. ij. Et expirat pupillaris substitutio, & pupillare testamentum, si non est adita hæreditas patris: sed si omissa causa testamenti ab intestato possideatur hæreditas, consulitur substituto, & legatarijs, in quorum fraudem institutus non ex testamento, sed ab intestato possidet hæreditatem. Sed & quandoque institutus compellitur adire hæreditatem, cum substitutus in pupillari substitutione rogatus est hæreditatem restituere ex Trebel. senatus cons. & impubes iam decessit. licet autem dixerim non adita hæreditate paterna expirare pupillarem substitutionem: si tamen is, qui repudiauit, minor erat, & in integrum restitutus est, vt liceat sibi adire, proficiet pupillari substitutioni, vt teneat. vt. ff. de vulga. & pupi. l. ij. §. adeo autem. & ibi vide Bart.
† Item expirat pupillaris substitutio expugnato paterno 29
testamento in totum per quærelam in officiosi testamenti. de hoc vide tex. in. l. ex duobus. §. fi. &. l. & si contra tabulas. ff. de vulga. & pupilla. & ibi vide Bart. Quid si testamentum rumpitur per contra tabulas, & sic de iure prætorio? non rumpitur substitutio pupillaris, vel legata: secus si testamentum rumpitur per quærelam, & tunc non tollitur testamentum ipso iure, vt ibi videbis. Et dic, quod per quærelam ipso iure rescinditur testamentum: quia querela de iure ciuil: & per contra tabulas non rescinditur testamentum ipso iure, vt dixi: quia illa est de iure prætorio, & prætor non potuit aliquem facere hæredem, vt Insti. de bono. possessio. §. quos autem. Multo ergo minus potuit facere, vt quis desinat esse hæres.

Item expirat pupillaris substitutio rupto paterno testamento per aliũ secundum, in quo pater fecit, vel non fecit

pupillarem substitutionem. Et substitutio pupillaris facta puberi an trahatur ad fideicommissum, vide Bar. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupilla. Et aduerte, quod pupillaris substitutio continet in se tacitam vulgarem. l. iam hoc iure. de vulga. & pupilla. vbi dicitur; substitutio facta impuberi vulgariter continet tacitam pupillarem, & facta
37 pupillariter continet vulgarem tacitam. † Et expressa pupillaris excludit matrem pupilli, & alios ascendentes. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inofficio. testa. & l. precibus. C. de impu. & alijs. & l. Lucius. de vulga. & pupi. Bart. in d. l. j. & vi. docto. in l. humanitatis. C. de impu. & alijs. & vide tex. in cap. si pater, de testa. in vi. quæ est disposi io nouissima. Sed tacita pupillaris non excludit matrem pupilli, vt per docto. in l. fi. C. de insti. & substi. & in. l. precibus. C. de impu. & alijs. & Bar. in d. l. ij. in. v col. Vbi ipse dicit esse verum in tacita pupillari subintellecta à iure, vt in d. l. iam hoc iure. quia nullo modo fuit expressa. Sed si nos loquimur de tacita pupillari specialiter, quæ expressa est verbis generalibus, & illa, quæ continetur in reciproca; vel alia, quæ continetur in substitutione compendiola; de his omnibus vi. Bar. in l. centurio. de vulga. & pupilla. & vide docto. in d. l. fi. de insti. & substi. C. & in. d. l. precibus. Et de substitutione pupillari partim tacita, partim expressa vide Bar. in d. l. ij in. v. col. Vnum tamen non tradas obliuioni, quòd tacita pupillaris excludit matrem, quando probatur testatorem ita voluisse. vide tex. ad hoc & docto. in l. in testamento. C. de testa. militis. Et est gloss. communiter approbata in d. l. precibus. & de in l. iam hoc iure. Et de præsumpta voluntate testatoris cōstabit aliquibus cōiecturis, vt Bar. per exempla declarat in d. l. ij. in viij. col. Et mater defuncti substituta vulgariter pupillo ex tacita pupillari excludit matrem pupilli. de hoc videbis Bar. allegantem doct. antiquos in d. l. ij. in. viij. col.

28 † Sed quando filius liberatur a patria potestate per ingressum religionis an extinguatur pupillaris substitutio, vide Bar. in d. l. ij. & ibi dicit an impuberi militi possit substitui pupillariter. & ibi dicit, quod si pupillaris substitutio euanescit per emācipationem, iura fideicommissi non rema-

remanent firma. Sed substitutio pupillaris facta in testamento minus solenni valet fauore liberorum, vt probatur in l. Iulianus, de acqui. hære ff. l hac consultissima. §. ex imperfecto. & ibi docto. C. de testa. sed hoc verum, si aliquis de liberis esset substitutus. vide Bart. de hoc in d. l. ij. vbi dicit, an valeat datio tutoris in testamento imperfecto: de qua quæstione etiam videbis docto. in d. §. ex imperfecto. & videbis etiam in l. qui à patre. ff. de confirman. tuto. Et tacita pupillaris non excludit matrem, nisi quando alius filius testatoris esset substitutus, vel ex aliquibus præsumptionibus apparet, & de hoc videbis Bar. in l. Lucius, de vulg. & pup. & vide Pau. de Cast. in l. precibus. C. de impube. & alijs.

† Sed quæritur, quæ est ratio, quare expressa pupillaris 29
excludit matrem, & non tacita? Respondeo, quia in expressa pupillari certa est voluntas defuncti; quia dixit, si filius decesserit in pupillari ætate, Petrus sit hæres; vnde ei statur, vt in l. j. C. de sacrosanctis eccle. in tacita pupillari nó est expressa voluntas defuncti; & in dubio vocamus matrem potius, quàm substitutum, quia in dubijs, &c. ff. de re. dubi. l. quoties. ita Odoffredus in d. l. precibus. Sed si mater repudiat hæreditatem filij ab intestato, non veniút alij venientes ab intestato, sed substitutus ex substitutione tacitæ pupillaris, quæ in vulgari continetur. Barto. in l. centurio in i. col.

Aduerte tamen, quòd si pater esset turpis persona, non potest pupillariter substituere, quia si ei non committeretur administratio bonorum filij viuentis, vt l. fi. C. de. senten. pas. el. ff. solu. matri. l. si cum dotem §. eo autem tempore. multo magis cum ibi sit maius periculum. facit secundum Bar. in d. l. ij. l. j. vbi pupilli. edu. debeant. & l. vtilitatem, de confirmando tutore. quod tene menti secundum Bar. ibi.

Exemplaria, vel exemplaris substitutio fieri potest à parentibus vtriusque sexus in personis liberorum cuiuscunque sexus furiosis, vel mente captis: & cum tali determinatione substitutio est facienda, vt si quidê iste mente captus habeat descendentes ex se, illi omnes, vel quidam, vel

substituantur ei; si non habeat, substituantur ei fratres eius omnes, vel quidam, vel vnus: si nec eos habeat, substitui potest ei quilibet extraneus.

30 † Et ideo dicitur exemplaris, quia fit ad exemplum pupillaris, vt cum dicit pater; si filius decedat in pūpillari ætate, ille sit hæres: & ita hic dicit; si filius decedat ante, quàm perueniat ad sanitatem mentis, vel cerebri, ille sit hæres. & sicut pupillaris expirat adueniente pubertate, & hæc expirat adueniente sanitate, vel nato postea filio ex eo. vt. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. l. humanitatis. C. de impube. & alijs. In multis tamen differunt; illa enim fit pupillis tantum, hæc maioribus. Item fit illa a patre, qui habet impuberem in potestate, vt diximus; hæc autem fit à quolibet parente, habeat, vel non habeat liberos in potestate. Ante legem, humanitatis, non poterat pater facere, nisi impetrasset à principe, vt in d. l. ex facto. hodie potest sine alia impetratione, auctoritate. l. humanitatis. & de materia istius legis videbis repetitionem Bar. in d. l. ex facto. & videbis Bal. & docto. in d. l. humanitatis. Sed aduerte ad vnum mirabile secundum Paulū in d. l. humanitatis, quòd eum tam mater, quàm pater possit tali filio substitutionem facere, quòd eadem persona poterit decedere cum pluribus testamentis validis, vt si pater in suo testamento eam faciat, & mater in suo; in tali casu substitutus à patre habebit legitimam à patre relictam; & substitutus à matre habebit bona matris; &c. bona erunt communia inter institutos. ita dicunt, vt refert Paulus, fuisse disputatum simile in filio arrogato. l. si arrogator. ff. de adoptio.

31 † Sed aduerte bene, quòd compendiosa substitutio fieri potest à milite, ita, scilicet, si filius meus quandocunque decesserit, ille sit hæres: & hæc sub tali compendio verborum continet expressam pupillarem; si filius decedat in pupillari ætate; si autem decedat pubes, verba directa filius substitutionis trahuntur ad fideicommissariam substitutionem, vt in l. præcibus. C. de impube. & alijs, quòd mirabile est, cum aliàs miles habeat priuilegium substituendo directò puberi, licet iam extiterit hæres. vt C. de test. mil. l. in testamento. &. ff. de testamen. mili. l. in fraudem.

dem.§. miles. & l.miles ita hæredem.§.j. sed forte fauore matris;quæ erat in medio. directa trahitur ad fideicommissariam post pubertatem.Quid si paganus faceret compendiosam substitutionem per verba superius dicta? certe si pupillus decedat in pupillari ætate, substitutus succedet iure directo,& mater impuberis repellitur omnino.Si autē pupillus fiat pubes,& postea decedat,substitutus omnino repellitur,& venientes impuberi ab intestato succedunt in totū.vt.ff.de vulga.& pupil.l.verbis ciuilib.&.l. centurio.

† Si autem testator ita substituit;si filius meus quando- 32
cunque decesserit,illum substituo.hanc docto.reputant fideicommissariam, quia verbum substituo,adaptatur ad fideicommissum,vt.l.generaliter.§.j.C.de institu.& substitu.&ibi vide Bal.& Paulum de Cast.Si vero quis ita substituerit;si filius meus quandocunque decesserit sine liberis, ille sit hęres,vel illum substituo;hinc semper interpretatur fideicommissariam;quia talibus verbis non directa, sed fideicommissaria consueuit & de iure, & de facto fieri; nisi vera directa traheretur ad fideicommissariā, nullo tempore valeret magis,quàm alia;quia & illud verbum,sine liberis,innuit, quòd etiam in pupillari ætate substitueris per fideicommissum; quia tunc liberos habere non potest. Et quòd directa verba trahantur ad fideicommissariam, probatur.vt ff.ad Trebel.l. Sceuola. & his casibus succedit mater,vel quilibet ab intestato hæres,& restituit bona detracta Falcidia.Si vero quis ita dicat:si filius meus decesserit in pupillari ætate,vel postea,sine liberis, illū substituo, duæ sunt substitutones, pupil.expressa,& fideicōmissaria, propter distinctionē,& alternationē ipsorū,ad quę singula verbū,substituo,aptatur diuersis modis.Aduerte nūc,quia substitutio copēdiosa directis verbis facta intra tēpora pubertatis trahitur ad bona patris,& filij; post tēpora pubertatis valet quantū ad bona patris.d.l.centurio,& ibi Bar.& ibi dicitur,q̄ in substitutione cōpendiosa post tempora pubertatis veniunt fructus.In l.centurio Bar.tractat materiam substitutionis compendiosæ factæ à pagano, quæ est vtilior materia:& diuiditur in tres principales quęstiones, scilicet, quando fuit facta per verba mere directa. Item

quando est facta per verba merè obliqua. Item quando per verba communia.

33 † Et dicitur compendiosa substitutio illa, quæ confertur post mortem instituti; puta, si, vel quandocunque decesserit, & post aditam hæreditatem, & ideo dicitur compendiosa, quia sub compendio verborum complectitur plura tempora; & est apta comprehendere plures species substitutionum directarum, pupillarem militarem, si fiat à milite, pupillarem, vel exemplariam, & militarem, si fiat à mente capto; & etiã aliquando fideicommissariam, si fiat per verbum commune, licet aliquando non comprehendat, nisi vnam puta pupillarem, vt in tali casu legis: verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pu. Et compendiosa continet etiam vulgarem secundum communem opinionem, vt per Pau. in. d. l. verbis ciuilibus.

Ad euidentiam istius materiæ præmitto, quòd quædam sunt verba, & illa sunt, quæ sonant, vt quis capiat de manu alterius,, & sic factum alterius, quasi testãtis requiritur. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupilla. & quasi per totum titulum, ad Trebellianum. & l. fundi Trebatiani, de vsufruct. lega.

34 † Quædum sunt verba communia, vt ea, quæ possint habere vtranque significationem, vel quòd quis de manu sua accipiat, vel de manu alterius vt ponit gloss. in l. centurio, de vulga. & pup. Et verbum substituo non est verbum directum, sicut instituo, quia est verbum magis generale, quia quocunque modo quis in alterius loco ponatur, dicitur substitutus. Præmitto etiam, quòd verbum perueniat, est directum, vt in l. ij. §. peruenisse. de hæred. vendita. & l. hæredes mei. ad Trebe. & Inno. in capit. Raynutius, de testa. & Bar. dicit in l. centurio, quòd sit commune; quia in obliquo, & directo reperitur. Et verbum, pertineat, est verbum commune, vt per Bar. ibi. & verbum habeat, est verbum commune; & verbum remaneat, est commune. Item verbum redeat. Bart. ibi. Item verbum succedat, est verbum commune. & verbum reuertatur, est commune. & verbum deuoluatur, est commune. omnia ista sunt verba Bartol. in l. centurio. Item verbum accre-

scat,

cat,est directum:vltimo quærit de verbo moriatur, & dicit,quòd sit commune.

Et vt melius intelligatur materia substitutionum;antea quam veniamus ad substitutionem breuiloquam,seu reciprocam,dicemus aliqua,vt comprehendamus omnia,quæ per doctores antiquos, & modernos traduntur, vt possimus meritò dicere;arbor,& immensas præbens spaciantibus vmbras,euulsa est nostro nunc situata solo.

† Et primum est, quòd testamenti duo dicuntur gradus esse; primus dicitur institutio, siue vnus sit institutus, sine plures sint instituti. Secundus gradus testamenti dicitur substitutio,siue sit vnus substitutus, siue plures. Item ad euidentiam notabis, quòd in substitutione plures sùt casus; sed substitutionum alia obliqua,seu fideicõmissaria,alia directa.Item directa,alia vulgaris, alia pupillaris,alia exemplaris, alia compendiosa, alia breuiloqua, siue reciproca; alia compendiosa, vt iam diximus; sed nunc per modum summarij omnia colligemus. Obliqua substitutio est, quando substitutus succedit testatori non directo,sed alia persona mediante, vt si Petrus instituit te hæredem,& rogat te, vt restituas mihi hæreditatem; succedo Petro,siue tu sponte adeas,siue non;quia iudex coget te adire.vnde succedo Petro mediante te quia fideicommissarius non est hæres,sed loco hæredis habetur. vt Insti. de fideicommissa hære. §. restituta. Directa substitutio est,cum substitutus succedit testatori nulla persona mediante, vt instituo Petrum hæredem,& si non erit hæres,Hector sit hæres:si non erit hæres Petrus,directò Hector succedit,vt instit.de vulg.& pup.in prin.Circa obliquam substitutionem,quam fideicommissariam nuncupamus,dico; aut quis instituitur eò,quod rogatur restituere pure vel in diem,vel sub conditione,aut quicquid supererit tempore mortis suæ.In primo casu,scilicet,cum quis rogatur restituere purè,vel in diem.i.vlque ad annum; vel sub conditione,puta,si Petrus venerit ex Hispania; si sponte adijt, restituet dodrantem,& quartam sibi retinet,si Paganus erat testator.vt.ff.ad Tre.l.j.Si miles erat testator,hæres totum restituet,vt in d.l.j. 35

Is,qui non vult adire,cogitur adire à iudice;& tunc totum restituit.vt in d.l.j.§.quia.& l.ille,à quo.§.tempestiuũ Si autem rogatur restituere quidquid supererit tempore mortis suæ,quadrantem restituit,dodrantem sibi retinet, vt C.ad Trebe.Sed si tempore mortis suæ vltra supereſſet, restituit,vt.ff.ad Trebeli.l.Titius.Si autem substitutio est directa,iterum distinguamus;vt supra,quia substitutionũ directarum alia vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua,siue reciproca,alia compendiosa.

36 † De ista vulgari iam diximus, sed vt melius memoriæ cõmendetur,dico,q̃ dicitur vulgaris,quia potest fieri cuilibet de vulgo,& à quolibet, qui habet testamẽti factionẽ: nam quidã sunt qui nõ possent facere testamentũ,vt.ff.de testa.l.j.& cuilibet potest fieri,& quilibet potest facere,habeat in potestate,ve lnõ;sit extraneus,vel nõ,vt instituo hæredẽ Petrũ,& si nõ erit hæres,talis sit hæres,vt C.de hære. insti.l.cũ ꝓponas.Ista subdiuiditur;quia alia est expressa,alia tacita;expressa,quæ fit verbis negatiuis, vt Petrũ instituo mihi hęredẽ,si nõ erit mihi hæres, ille sit hęres.vt ff.de vulg. & pu.in prin.vt diximus. De tacita vulgari pono tale exemplũ;in pup.expressa continetur tacita vulgaris,verbi gratia; filiũ meũ impuberẽ instituo hæredẽ,si decesserit in pup.ætate,Petrus sit hæres,intelligitur tacita vulgaris;vel si non erit hæres,ille sit hæres,vt Insti.de vulg.& pu.sub.l. Nã hoc iure possumus ponere alia exempla nõ ita clara,vt si dicit testator;quisquis erit mihi hæres,sit hęres filio meo ac si aperte dicat,sit hæres filio meo,si moriatur;vel si non erit hæres,sit hęres ei.vt ff.de vulg.& pu.l.qui liberis.Itẽ si testator instituit primò Petrum hæredẽ,& dixit; Frãciscus Petri hæres esto vt C.de hęre.insti.l.fi.Itẽ est exemplũ de tacita vulgari,cũ testator dixit;Petrus Hector,si vterque eorũ viuet,hæredes mihi sunto.hoc est dicere, si ambo viuẽt tẽpore mortis meæ,sint mihi hæredes;si alter tantũ viuet, ille sit hæres.vt ff.de hære.insti.l.Titius,& Seius, vbi dicitur,si instituo duos hæredes hoc modo,vter eorũ viuat,& ambo viuant,ambo sunt instituti;sed si alter tatũ viuat,ille solus est institutus in parte,&in parte mortui tenetur substitutus.Et nota,q̃ ista vulgaris,siue expressa, siue tacita, exclu-

excludit matrē, si instituit filiū hæredē, & substituit ei vulgariter expresse, vel tacite, quia vocatur substitutus, vt in l. precibus. & dixi supra late de hoc. † Et effectus substitu- 37
tionis vulgaris est, quia substitutus succedit directò, vnde si dicat testator; Petrum instituo mihi hęredem, si non erit hæres Franciscus sit hæres; si Petrus erit hæres, Franciscus succedit directò, vt Instit. de vul. & pu. §. singulis. ibi quo casu. &c. Et venit (vt dixi) in hac substitutione bona patris tātū testatoris, nō hæredis. & hoc si extraneus sit substitutus, si autē substituti sunt de institutis, tūc vocatur pro ea parte, qua instituti sunt: si autē substituti sunt nominib. pprijs tunc vocantur viriliter. vt. ff. de vulg. & pu. l. qui liberis. & ff. ad Trebe. l. nunquā. & l. quoties. Et ista expirat (vt dixi) adita hæreditate: & extraneus hæres dicitur in ista materia ille, qui non est in potestate testatoris. docto. in l. vna. C. de rei vxoriæ actio. §. accidit. Institu. de hære. qualit. differentia. §. sui. dixi, quod expirat substitutio vulgaris adita hęreditate, quia ex quo fit ita; si Petrus nō erit hæres, Frāciscus sit hæres, si Petrus erit hæres, Frāciscus nō erit hæres, vt in l. post aditam, C. de impube. & alijs. Fallit in duobus casibus; si Petrus adiuit, & monitus à iudice, vt impleat volūtatem defuncti, & non impleuit, vocatur tunc substitutus. vt in aucten. de hæredi. & Falcida. §. si vero nulla. &. §. si vero institutio. colla. j. versi. quod est verius, secundū doctor. ibi vocatur ex benignitate legis. ideo quia institutus est indignus, quia voluntatem defuncti non impleuit infra annum, monitus à iudice. Sed si testator expresse iussit, nō est necessaria monitio iudicis, vt in aucten. de nuptijs. §. dispo nat testator, & erit lex. colla. iiij. & in l. j. C. de sacrosanct. eccle. Item fallit in alio casu; si testator instituit minorē, sed minor adiuit, expirat vulgaris substitutio: sed si restituitur minor contra aditionem, vocatur substitutus. l. sed si fine. §. sed quò Papinianus. ff. de minori, nisi dixisses, quòd ibi non videtur adisse minor, quia non videtur possessionem adeptus is, qui ita nactus est, vt eam retinere non possit. vt. ff. de acquir. posse. l. non videtur vel ita vocatur substitutus ex vi restitutionis. Restat vt dicamus de pupillari, licet de illa iam late diximus; nunc de illa breuiter

sub-

38 ſubſtantiam colligamus. ‡ Dicitur pupillaris ſubſtitutio illa quæ fit filio impuberi maſculo, vel fœminæ in poteſtate exiſtenti, & nō alij. vt. ff. de vulg & pup. l. moribus, in princi. & poteſt facere pater, non mater, quia non habet filius in poteſtate, vt in. d. l. moribus. & auus, vel proauus paternus, qui habet in poteſtate. Iſta ſubſtitutio pupillaris ſubdiuiditur, quia alia expreſſa, alia tacita: expreſſa pupillaris fit his verbis. filium meum pupillum inſtituo mihi hæredem, & ſi deceſſerit in pupillari ætate, Petrus ſit hæres meus. Et iſta excludit matrem pupilli, quia hoc voluit teſtator cui parendum eſt. & ita loquitur lex. precibus. C. de impu. & alijs. de ſubſtitutione facta in ſecundum caſum, vt inſtit. de vulga. & pupill. ſubſtitu. § liberis. Tacita pupillaris eſt, ſi teſtator dicat; filium meum impuberem inſtituo hæredem; & ſi non erit hæres, Petrus ſit hæres, vel ſi deceſſerit in pupillari ætate: iſta ſubſtitutio omnes excludit excepta matre, vt in l. fin. C. de in Fit. & ſubſtitu vt iam dixi. Et iſta pupillaris, ſiue expreſſa, ſiue tacita ſit expirat adueniente pubertate, vt. ff. de vulga. & pupill. ſubſti. l. in pupillari. Item expirat ſi patris teſtamentum rumpitur per quærelam in totum; ſi pro parte, remanet pro parte, vt. ff. de inofficio. teſta. l. Papinia. § ſed nec impuberis. Item rumpitur in alio caſu, vt. ff. de vulg. & pupilla. l. ſi pater filium, ſecus ſi rumpitur per contra tabu. vt l. ex duobus, & l. etiam ſi contra tabulas eod. ti. & rationem iam dixi ſuperius. Item expirat capitis diminutione, ſiue media, ſiue maxima, ſiue minima; nam ſi pupillus deportatur, vel datur in arrogationem, expirat ſubſtitutio. Sed hoc caſu ſcilicet cum datur in arrogationem, caueat arrogator reſtituere bona ſubſtitutis, vt ff. de adoptioni. § i. cum l. ſequenti.

39 Effectus † ſubſtitutionis pupillaris eſt iſte; quia ſubſtitutus pupillariter habet ex vi ſubſtitutionis omnia bona impuberis, quarta debita iure naturæ non detracta, quia eſt prouiſio, non autem onus, vel grauamen, vt Inſtitu. de vuulga. & pup. in princi. & de inoffi. teſtam. l. ex tribus. § liberis. vnde dicitur, quòd duo ſunt teſtamenta ſcilicet patris, & filij, licet ſolus pater ordinauerit, vt Inſti. de vulga. & pu. § igitur. & ff. de vulga. & pu. l. moribus. § prius. Sed

fallit

fallit in arrogato. l. sed si plures. §. in arrogato cod. ti. & regulariter non licet substituto adire bona pro parte, & pro parte non. vt. C. de iure deliberan. l. quidam. Est alia substitutio exemplaris, vt iam diximus. Sed vt melius memoriæ commendetur, aliqua summatim dicemus. Exemplaris substitutio fuit introducta ad exemplum pupillaris, quia sicut pupillaris est ad prouisionem impuberis, quia pater fecit ei testamentum, ita pro furioso; & habet fieri hoc modo; dicit testator; filium furiosum instituo, & si decesserit in furore, Petrus sit hæres. vt. ff de vulga. l. ex facto. & l. humanitatis. C. de impu. & alijs. differt à pupillari, vt dixi, quia sicut pupillaris expirat adueniente, pubertate ita exẽplaris expirat desinẽte furore, vt in d. l. ex facto. & in d. l. humanitatis. differt etiã, quia pupillarem facit solus parens, qui habet in potestate; exemplaria facit omnis parẽs, siue habeat in potestate, siue non, vt in d. l. humanitatis. Item differt, quia parens, qui facit exemplariam, si filius furiosus habet liberos, debet ei illos substituere; si habet fratres, tunc fratres: si non habeat filios, vel fratres, extraneos substituit; vt in dic. lege. humanitatis. hæc sufficiant.

Et† alia substitutio, quæ dicitur compendiosa, quia 40
fit cum compendio verborum, vt filium meum instituo mihi hæredem; & quandocunque decesserit, ille sit hæres, vt in l. precibus. C. de impube. & alijs. Et in ista substitutione aliqua superius dixi, & nunc de nouo dico, quod diligenter aduertatis virtutem verborum; quia istæ subtilitates (vt dicunt doct.) fuerunt introductæ per errorem tabellionum. Et vos dicetis ita, quòd si sit institutio his verbis; filium meum instituo, & quandocunque decesserit, Petrus sit hæres; si sit à milite, continet in se vulgarem, siue ante aditam hæreditatem, siue post; & continet in se expressam pupillarem, si decesserit in pupillari ætate: & si decesserit post pubertatem, continet etiam fideicommissariam; & habet istum effectum, si filius non est hæres, vocatur substitutus, matre exclusa: si est hæres. decessit in pupillari ætate; sicut expressa, excludit matrẽ, ita est ista substitutio, vt iam dixi. & est tex. ad literã in d. l. precibus. C.

de

de impub.& alijs. Si decedit pubes factus, vocatur matet ab inteſtato,ſed reſtituit ex cauſa fideicommiſſi, deducta quarta debita iure naturæ, & deductis bonis filij, quæ habebat tempore mortis patris; deductis etiam bonis poſt mortem patris quæſitis;vt d.l.precibus.Si autem paganus facit dictam ſubſtitutionem,& vtitur prædictis verbis; ſi moriatur ante aditam hæreditatem,ſiue in pupillari ętate, vocatur ſubſtitutus;ſed poſt aditam hæreditatem vocatur ſuccedens ab intęſtato,excluſis ſubſtitutis;quia non poteſt paganus facere directam ſubſtitutionę poſt aditam hæreditatem;ſed fauore matris trahitur ad fideicommiſſum,vt. 41 ff.de vulga.& pup.l.centurio.& l.verbis ciuilibus.

Si † autę compendioſa fiat his verbis,filium meum inſtituo,& quandocunque deceſſerit,illum ſubſtituo; hoc caſu iſtam interpretamur fideicommiſſariam; vnde ſi decedit in pupillari ætate,vel poſtea, vocantur ſuccedentes ab inteſtato,detracta quarta,ſed reſtituūt ſubſtitutis. vt ff.de vulga.&pupilla.l.coheredi.§.cum filiæ;nam verbum ſubſtituo ad fideicommiſſum trahitur,vt.C.de ij.ſti.& ſubſti. l.generaliter.§.cum autę.nam in dubijs,in benigniorę partem interpretamur,vt. ff. de rebus dubi.l. quoties.& hæc eſt benignior pars ſecundum doct. vt vocentur venientes ab inteſtato, & reſtituant ſubſtitutis. Sed ſi fiat his verbis; filium meū inſtituo hæredem,& quandocunque ſine liberis deceſſerit,Petrus ſit hęres,vel Petrum ſubſtituo;& hāc interpretamur fideicommiſſariā;quia veriſimile eſt,quod pater poſt pupillarem ætatę voluerit ſubſtituere:quia non poteſt impubes habere filium in pupillari ætate.niſi miraculoſe. Itaq; verba directa trahuntur ad fideicommiſſum, vt ff.de lega.iij,l.cum quis.§. nuptura. Si ſubſtitutio fiat his verbis ; quandocunque in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea,Petrus ſit hæres,interpretamur duas eſſe factas vnam pupillarem,& vnam fideicommiſſariam,vnde ſi decedit in pup.ætate,vocantur ſubſtituti;ſi poſt,ſuccedit mater eius,ſed reſtituit ex cauſa fideicommiſſi, vt in d.l. centurio.& in d.l.his verbis,verū tamen quia iuris periti non ſemper ſunt cū tabellionibus,doctores docent tabelliones talę practicā,vt ipſi dicunt,cū ſcribunt teſtamentum,filiū

meum

meum Petrum mihi instituo hæredem, & ei substituo vulgariter & pup. & compendiose, & per fidei commissum. Et nota, quod in dubio verbum substituo, trahitur ad fideicó missum. & hæc sufficiant. Et addetis ad ea, quę superius dixi de substitutione compendiosa.

Item † est alia substitutio, quæ dicitur breuiloqua, siue 42
reciproca; & ista habet fieri, cum testator duos filios impuberes habet in potestate, & ita dicit; vos instituo mihi hæredes, & vos inuicem substituo, vt ff. de vulga. & pupilla. l. iam hoc iure. & l. Lucius. Et dicitur breuiloqua, quia breuioribus verbis fieri potest. Sed in ista substitutione aduertite, quia distinguitur, aut instituit eos; qui non sunt in potestate, vt sunt puberes; quia instituit puberes, & dixit; vos inuicem substituo, & ista continet duas vulgares in persona cuiuslibet, vt in d. l. iam hoc iure, in principio. Nam dũ dicit, vos inuicem substituo, intelligitur facta pro virilib⁹ partibus, quibus erant instituti; nisi appareret aliam esse voluntatem defuncti, vt in duobus casibus notatur in l. 1. C. de impu. & alijs. & l. turpia. ff. de legat. i. Sed si instituuntur duo filij, si ambo sunt impuberes, idem est, vt. ff. de vulga. & pupil. l. in pupillari. Si autem vnus est pubes, & alter impubes, hęc continet duas vulgares. Ratione autem inæqualitatis non continet pup. quia non potest substitui puberi pupillariter, vt in l. hæreditatem. C. de impube. & alijs. Vnde consilium est in hoc casu secundum docto. si aliquis habet filium puberem, & impuberem, & vult puberem in omni casu vocari, quòd dicat: filios meos instituo: si impubes non erit hæres, vel erit, sed si decesserit in pup. ætate, pubes sit hæres: si pubes non erit hæres, impubes sit hæres. Vnde in persona vnius continet vulgarem tantum, vt per docto. in l. testamento. C. de testa. militis. & in l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupi. Si autem ambo sunt impuberes, & testator dicat: vos instituo, & vos inuicem substituo, hic dicemus secundum docto. quòd continet duas vulgares expressas, & duas pup. expressas, vt in. l. Lucius. de vulga. & pupilla. ff. vel secundum docto. si instituuntur duo impuberes, & inuicem substituuntur, continet duas vulgares tacitas, & duas pupillares: nec potest dici de vna magis,

gis,quàm de alia. vnde si alter decedit in pupillari ætate, vocabitur superstes exclusa matre,vt in d.l. Lucius. Et ad euidentiam debetis scire secundũ Bal.in d.l.Lucius. quòd hæc substitutio non est substitutio de per se, sed est quædam adiectio substitutionis; nam ista substitutio continet vulgares,& pupillares,& exemplarias,vt per Barto. ibi & vidistis superius.& sic est nomen accidentale non substantiale;& ista substitutio in textu vocatur reciproca,vt l.iam hoc iure.de vulga.&pupillar.sed per docto.vocatur breuiloqua,vt videtur iu d.l.Lucius.&in l.precibus.C.de impu. & alijs.& Insti.de vulga.& pupi.in glosl. magna.

43 † Et dico,quòd vocatur reciprocra,quasi repetita,quia de vno in alium repetitur:dicitur breuiloqua, quia breuibus verbis fit,vt notatur in glosl.in d,l.Lucius.Et dico(vt iam dixi) quod hæc substitutio fit per hæc; vos inuicem substituo, vt probatur in d. l. Luciuss,& in d.l. iam hoc iure.& l.hæreditatem. C. de impu. & alijs, & in l. testamento.C. de testam. mili. Item fit his verbis secundum Barto. vter eorum viuet.Item fit per hæc verba; Vos inuicem substituo, vel inuicem instituti, & substituti sunto.

Item fit per verbum deueniat, seu perueniat,vt vos instituo hæredes meos, & siquis eorum decesserit, volo bona mea ad alium deuenire,seu peruenire. Guili. & Rayn. secundum Bart. dicunt hanc esse fideicommissariam.

44 † Sed nota regulam: illa dicitur breuiloqua, seu reciproca, quandocunque in vna conceptione verborum plures hinc inde instituuntur,& substituuntur, vt ex supradictis patet.Et multa alia ponit Bar.in d.l.Lucius. vbi videbis.Et de substitutione breuiloqua duobus impuberibus facta an expiret pupillaris,quo ad vnum,si primo factus est puber, vide Pau.in d.l.Lucius. Et nota,quod filius naturalis, licet existente filio legitimo non possit instituì, nisi in vnica,potest tamen vulgariter substitui legitimo, & naturali in totum,sed non spurio.de hoc vide Pau.de Castro ind.l.Lucius.vbi dicitur,quòd datio substituti vulgaris, vel etiam cohæredis non impedit transmissionem hæreditatis, quæ fit ratione fuitatis.ibi videbis,quia reprehendit Bar.in isto

puncto.

puncto. Et pro complemento substitutionum dico,
† quod in materia substitutionis vulgaris Barto. in l. j. ff. de 45
vulga. & pupillari, facit solennem repetitionem, & de materia pupillaris in l. moribus. eod. tit. & de materia substitutionis exemplaris in l. ex facto eod. tit. & de materia substitutionis compendiosæ in l. centurio. eo. tit. & de materia substitutionis breuiloquæ, siue reciprocæ in l. Lucius. eod. titulo. Et aduerte, quòd in secundo volumine tractatuum in fol. cxxix. inuenies tractatum Bald. in materia substitutionũ. & in eo. volu. fol. cxl. inuenies tractatum Lanceloti Polyti. & in eo. volumine fol. clxxviij. inuenies tractatum Vdalrici Tasij. & in eo. volumine fo. cxcj. inuenies tractatum substitutionum Antonij Fumei. & vide Ripam in repetitione l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebellianum. & vide eundem in l. j. & in l. moribus. & in l. centurio. & in l. ex facto. & in l. Lucius. ff. de vulgari, & pupillari.

† Sed semper memoriæ commendabis, quòd in testa 46
mentis plenius voluntates testantium interprerantur, vt in l. in testamentis. ff. de regu. iuris. Idem dicitur, in cap. cum dilecti. de donatio. Nam agitur de interesse publico, quòd testamenta habeant locum l. vel negare. ff. quemadmodum testa. aperian. l. Gallus. §. quòd si is. ff. de libe. & posthumis. Et quando agitur de interesse publico lata interpretatio fieri debet. l. ij. §. exercitium, & ibi Bar. ff. de his, qui no. infami. l. quemadmodum. & ibi Bart. de agrico. & censi. lib. xj. ideo in fauorem testamenti iudicari debet. l. siue pars. ff. de inoffi. testa. cap. fi. de re iudica. Et nota, quòd Panor. & docto. in dict. cap. cum dilecti, dicunt per illum tex. quòd in contractibus fit plena interpretatio, in vltimis voluntatibus plenior, in donationibus, vel beneficio plenissima; & ideo licet lex dicat, quòd legatum est quædam donatio à testatore facta, non sortitur per omnia naturam donationis. quod bene nota. Et quod dixi, quòd in beneficio fit plenissima interpretatio, dic vt per Bart. in sua solenni distinctione in l. beneficium. ff. de const. princi. Et aduerte, quòd dicit Panorm. in. d. ca. cum dilecti, quòd euidenter dicitur fieri, quòd fit per verisimiles cõiecturas; & ventrem instituens plures comprehendit l. qui filiabus.

§.j. de lega. & ibi docto. & vide Federi. de senis. consi. xij
Sed aduerte, quòd fauorabilior interpretatio fit in testa
mentis, quam in legatis; vt notatur per glosſ. in l. sipla
res. ff. de condit. instit. sed Bart. in l. cum auus. ff. de con
dit. & demostra. Videtur legem istam intelligere respec
47 institutionis: † quia institutio est caput testamenti. §. an
te hæredis. Institu. de lega. Et ista regula secundum De
cium non videtur habere locum in legatis, quæ stric
debent interpretari l. nummis. de lega. iij. l. apud Iuli
num §. Seio, de lega. j. & non obstat text. in l. Titiæ tem
res, de lega. j. vbi videbis per doctor. & per Decium
d. l. in testamentis. Sed legatarius capit à manu hæred
possessionem rei legatæ, vt in l. j. §. rectius. C. comm
de lega. & subtrahens rem legatam per hæredem appre
hensam perdit illam, vt in l. non dubium. C. de legat. &
ante aditam hæreditatem datur hæredi remedium. l. j. C.
quorum lega. Et remedia quæ dantur legatario vide in
l. j. C. commu. de lega. Sed & quod diximus, est verum
nisi legatarius accepisset rem legatam ex permissione
pressa testatoris, vt. ff. dega. iij. l. Titio cum testamento
j. Vel etiam tacita, quia fecit legatarium executorem
testamenti; nam tunc sibi ipsi potest soluere, vt in l. fili
las. ff. de contrahen. emptio. & vide Salice. & docto. in
non dubium. & vide Iasonem, multa vtilia dicit,
præcipue, quòd fallit in eo, cui relicti sunt fructus ann
certi fundi; nam licet hæres teneatur facere coli, & g
minari fundum, non autem legatarius, vt est text. sing
in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufructu legato; tame
hæres negligeret, potest legatarius propria authoritate
pere possessionem talis fundi, ita etiam notat Bal. in l. vn
§. exceptio. C. de cadu. tollen. Et testator potest dare lice
tiam in testamento tutori, quòd possit administrare pr
pria authoritate absque hoc, quòd decernatur per iud
48 cem. † Et nota, quod in testamento filij appellatione in
quæ fauoris sunt, & nepotes, & omnes liberi intelligu
tur. l. filij. appelatione. §. sed & Papyrius. ff. de verb. sig. Id
que de legatario dic, quòd non potest propria authorita
occupare legatum, vt dixi. l. j. §. j. & ibi docto. ff. quorum
lega.

lega.& in l.j.C.eo.ti. & ibi Barto. & Bald. & alij.Bart. in l. extat.ff.quòd me.cau.aliàs priuatur legato, vt dixi, per. text.in l. non dubium. C. de legat. nisi hæres fuerit iussus non molestare legatarium in possessione rei legatæ.Angel. singulariter in l.eius rei.ff.de rei vendicat. Sed vxor propria authoritate potest occupare legatum sibi factum a viro,quando non imminet Falcidia.ita Bal. in l.j. ad finem. C.quo lega.Item aduerte, quòd si testator legauit domũ, & dixit liberè; videtur velle,quòd capiat de manu sua,nõ per alium.ita Bar.notanter in l.precibus. C. de impube. & alijs.iiij.col.Et legatarius debet mitti in possessionem bonorum legatorum pro rata sibi legata. gloss. notabilis in l. j.in fi.C.commu.de lega.

† Sed legatarius fundi non potest petere sibi tradi in- 49
strumentum emptionis,sed sibi caueri de eo sibi præstando,quando opus fuerit. Barto.l. quæsitum. §. Papinianus, de fundo instructo.& notatur in, l. instrumenta. C. de fideicommiss.quia interest hæredis retinere instrumenta,& non obstat text.in dict. §. Papinianus. Vbi omnino. vide Bart. Et sic remanet expedita materia nostræ legis; & bene procedit comparatiue ad contractus, quia plenior fit interpretatio in testamentis, quàm in contractibus, vt in dicto. capitu. cum dilecti, de donatio. Et si feci testamentum, & dixi; si contingat me facere aliud testamentum, volo illud non valere,nisi ibidem contineatur; arma, virumque, & cætera. Postea facio illud testamentum,debes dicere non obstante alio testamento, in quo continentur verba derogatoria huius testamenti; & sufficit.Pau.in l.si mihi, & tibi.§.fi. ff. de lega. j. Sed non debemus fidem accommodare in fraudem legis. Tacite quis in fraudem legis dicitur fidem commodare, quãdo nec in testamentis, neque in codicillis rogaretur aperte, & clare,sed domestica cautione,& chirographo ad præstandum relictum ei,qui capere non potest: si autem in testamento rogetur obscure,vel ambigue, similiter videtur tacite rogatus.Qui ergo palam fidem suam accommodat,non punitur: & ita prævalet quod palam factum est,vt. ff. de iure fisci.l.non intelligitur.§.j.primo responso.&.§.tacite autẽ,

& l. in fraudem. ff. eodem. vbi dicit Bar. aut relinquitur nō capaci palam, & tunc relictum non valet, quantum ad ipsum non capacē, sed remanet apud eum, à quo relinquitur nec enim debet pati pœnā ex eo, q̄ ipse non delinquit; sed quando delinquitur clam, & assumit ipse tacitam fidem de restituendo nō capaci, tunc delinquit, & facit fraudē, ideo
50 meretur pœnā; quia applicabitur fisco. ita Bar. † Et nota bis in materia testamentorum, quòd testamētum efficitur indiuiduus: ideo pro parte valere non potest, vt notat Cinus in l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt. Bal. in l. si is, qui. ff. de testam. Barto. in l. fideicommissa. §. j. ff. de legat. iij. & vide Socinum in regulis suis, in regula. cccc. ponentem plures fallentias, ad l. ius nostrum. ff. de regu. iuris. & propter dictam legem, ius nostrum, ius accrescendi introductum fuit, ideo aliqua breuiter de materia iuris accrescendi dicemus.

51 † Pro intelligentia inuestigandum est, quæ fuerit ratio, quæue causa inductiua iuris accrescendi; & secundū glossam. l. seruus cōmunis ab extero. ff. de acqui. hęre. fuit causa, ne quis pro parte testatus & p̄ parte intestatus decederet: hoc enim ius nostrū non patitur, vt in l. nostra. quāuis Alexan. & Iaso. vt ipse refert in l. reconiuncti. de leg. iij. & Soc. in l. si mihi, & tibi. ff. de leg. j. hanc rationem aliquibus medijs improbare conentur; nihilominus Odofre. Bar. Ro. Deci. & fere omnes moderni communiter approbant istam rationem, neque ab illa recedendum est. de quo vide Ruinum in d. l. si mihi, & tibi, in vltima col. & vi. Decium in l. j. C. quan. non pe. par. pe. ac. quæ dicta sunt in pagina quòd ius accrescendi principaliter ex legis dispositione veniat, habet etiam locum in milite; nisi de illius contrario appareat voluntate; vt per Cagnolum in repe. l. j. C. quan. non pe. part. & ibi dicit, quòd iuris accrescendi locus est in successione ab intestato: hinc est, quòd cessante voluntate testatoris, vt quia prohibuit ius accrescendi in legatis, & fideicommiss. cessat ipsum ius accrescendi: lex enim sequitur voluntatem defuncti, quemadmodum venator leporem. Bal. in l. pe. C. de. necess. ser. hære. insti. & legislator dixit in aucten. de nup. col. iiij. disponat testator, & erit lex.

† Et de natura coniunctorum debes scire, quòd triplex 52
est coniunctio, vt notat gloss. in l. j. §. fi. de vsufru, accres-
cen. scilicet, verbalis tantum, vt dico, lego fundum Titio,
& Sempronco æquis portionibus, nam ex eo; quòd vna, &
eadem oratione lego ambobus, dicuntur verbis commu-
nibus iuncti, l. plane. §. si coniunctim. de lega. j. quia por-
tiones cuilibet sunt relictæ, & portio relicta vni, non est
alteri relicta: & inter istos dicitur habere locum ius accres-
cendi, si portio vnius deficiat, vel repudiatione, vel mor-
te; quia moriatur ante diem legati cedentem; & coniun-
ctus dicitur habere portionem illius, & sic dicitur eam lu-
crari ab illo. Itaque qui venit per ius accrescendi ad por-
tionem coniuncti deficientem, dicitur venire ad lucrum,
& non debet recusare onus. & hoc in coniunctis verbo
tantum. Secundò dicuntur coniuncti re tantum, qui ap-
pellantur disiuncti in l. vna, de cadu. tollen. C. sin autem
disiunctim, vt si legatur duobus eadem res in diuersis
portionibus, puta lego Petro fundum Albanum, postea
dico, & eundem fundum lego Francisco. l. si Fortidianum.
C. de lega. Et inter istos non dicitur esse ius accrescendi,
sed ius nō decrescendi; quia cuilibet fuit legata res tota, li-
cet concursu faciant sibi partes, si ergo deficiat legatum in
personam vnius, alter nihil dicitur lucrari ex persona
illius, sed iure suo totum fundum retinet, non sibi facta
diminutione per coniunctum, in cuius persona legatum
deficit: & merito non tenetur ad onus illi iniunctum.
quia in coniunctis re tantum non transit dominium rei
legatæ ipso iure in quemlibet, sed est in suspenso quo-
usque aliquis ipsorum præueniat; & tunc transit il-
lum solum, & si concurrent in petendo, tunc scindi-
tur dominium. ita Paul. de Castro in l. vna. de caducis tol.
len. in. §. his ita, & in. §. sin autem. ita Angel. ante Paul. in
dicto §. sin autem. Si vnus ex disiunctis petit totum, alter
postea veniens aufert ab eo partem. l. plane. §. si coniun-
ctim. ff. de lega. j.

† Sed aduerte, quòd tria requiruntur ad hoc, vt portio 53
deficiens accrescat cum onere, scilicet, quod sint coniun-
cti verbis; item quòd portio deficientis sit caduca, vel in

causa caduci; secus si pro non scripta. Ité quòd onus nō fit nominatim iniunctum ei, cuius portio deficit, sed omnibus. Pau. & doct. in d. §. sin autem disiunctim. Si tamen illud onus fuisset iniunctum, vterque simul teneretur totum subire. l. si duobus. §. j. de lega. j. Vbi hæres nihil habebat ex persona illius, qui fuerat secum grauatus, & tamen ad totum onus tenetur, quia simul fuerat eis iniunctum. Et vnum non tradamus obliuioni, quod notat Paulus in dict. §. sin autem, quòd non debemus extendere verba legis, vel statuti, vel testatoris, si facile fuit conditori exprimere, & non expressit. Tertio dicitur coniunctio re, & verbis; vt si in eadem oratione relinquatur duobus fundus, vel domus sine illis verbis, æquis portionibus, nam cuilibet videtur in totum legatus fundus de virtute verborum, postquam testator portiones non distribuit; & inter istos non habet locum ius accrescendi, sed ius non decrescendi; nam coniunctus propter coniunctionem verbalem, non propter realem tenetur, ad onus iniunctum illi, in cuius persona legatum deficit, vt notatur in dicto §. sin autem. Istæ autem coniunctiones possunt fieri tam in institutionibus hæredum, quàm in legatis; & in institutiouibus, coniunctio non est illa, quæ habeat inducere ius accrescendi; quoniam in hæredibus & inter omnes disiunctos locum habet ius accrescendi, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt in. lege nostra. & in §. his ita. lege. vnicæ. C. de caduc. tollendis, & in lege, si seruus communis. ff. de acquirend. hæred. Item facit, vt si deficiat portio vnius ex coniunctis, potius accrescat coniuncto, quàm disiuncto; sed portio disiuncti accrescit omnibus.

54 †In legatis vero coniunctio inducit ius accrescendi, quia inter omnes disiunctos non habet locum. l. proculo. de legatis. ij. etiam si essent coniuncti coniunctione legali, quæ quantum ad hoc non attenditur, sed attenditur coniunctio testatoris, ideo dicit textus, & ibi Pau. in dicto §. his ita, quòd portio vnius ex hæredibus deficiens cohæredibus etiam inuitis accrescit

pro

pro hæreditarijs portionibus, siue omnes sint coniuncti, siue disiuncti: sed si quidam coniuncti, quidam disiuncti, portio coniuncti accrescit coniuncto; sed portio disiuncti acrescit omnibus cum onere; & sic portio deficiens sit pro non scripta. hæc omnia dicuntur per textum, & Doctores. in dicto. §. his ita. Itaque colligemus tres differentias inter hæreditatem, & legata. primò, quia portio hæreditatis deficiens accrescit etiam cohæredi, etiam omnino disiuncto, vt in dicto §. his ita. secus in legatis; vt per doctores, in dicta. lege. proculo. de legatis. ij. quæ principaliter ad hoc allegatur. Secundò, quòd accrescit cum onere, etiasi sit pro non scripta secus in legato, vt in. §. in primo. legis vnice. C. de caduc. tollend. vbi dicunt Doctores. portio hæreditatis pro non scripta accrescit alijs coniunctis, vel disiunctis cum onere; secus in legato pro non scripto. Ratio diuersitatis est, quia onus iniunctum hæredi videtur potius iniunctum hæreditati, quàm personæ; sed hæreditas extat, licet persona non extet. Sed onus iniunctum legatario censetur potius iniunctum personæ, quàm ipsi legato, vel rei legatæ. Et istam rationem allegant Doctores. ex. §. sed vt manifestetur, in dicta. l. vnica. in differentia, quam facit inter onus iniunctum hæredibus, vel legatarijs; & si vni nominatim onus iniunctum fuit, etiam transit cohæredi, vt per Paulum in §. in primo. dicta. l. vnice. de caduc. tollend. Sed inter legatarium, & fideicommissarium non est locus iuri accrescendi; quia si legatarius rogatus est de restituendo partem, & ipse totum repudiat, portio sua non transit in fideicommissarium; sed remanet penes hæredem. textus nota. in l. imperator. ff. de legatis. ij. & vide ibi Paulum.

Et qualiter inter legatarios sit coniunctio realis, & disiunctio verbalis, dic, quòd quando sunt duo testamenta scilicet patris, & filij; tunc inter collegatarios istorum testamentorum est coniunctio realis. licet non verbalis, & inter eos est ius non decrescendi, per text. in l. plane. §. si coniunctim. ff. de lega. Sed si eadem res legatur duobus in testamentis diuersorum, non dicuntur coniuncti,

nec faciunt inter se partes, imo quilibet potest petere insolidum, & vnus consequitur rem, alter extimationem; nec inter eos est ius accrescendi, vt per doct. in d. §. si coiunctim. & ibi dicit Pau. quid, si legatur Petro, & seruo proprio sine libertate, an legatum valeat? & dic, quando vnus est institutus pure, alter sub conditione disiunctim, quòd pure institutus interim habeat totum, sed in iure accrescendi competenti coniunctis non habet locum in veniente iure speciali. laso. in d. l. re coniuncti. per tex. in l. mulieri, & Titio. ff. de condi. & demonstra. & ibi vide Barto. Et nota casum, in quo ius accrescendi præfertur vulgari substitutioni; de qua per Paulum in l. fi. C. de institu. & substitu. Et nota, quòd ius accrescendi est ius accumulans portiones deficientium, vel non petentium portionibus pe-
55 tentium. † Nota etiam, quòd ius accrescendi est duplex; quoddam est particulare, quoddam vniuersale: & vniuersale aliquando est directum, aliquando obliquum; directum quandoque est de vna hæreditate ad aliam. l. qui patri. ff. de acquir. hæredi. quandoque de eadem hæreditate ad se ipsam, vt per tex. in d. l. ius nostrum. quandoque de certa re ad vniuersalem hæreditatem l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. institu. quandoque de tempore ad tempus. l. hære-
56 ditas ex die. ff. de lega. iij. † Nota etiam, quòd institutiones, siue legata aliquando sunt caduca, aliquando vero dicuntur pro non scripta. Caduca dicuntur illa, quæ post mortem testatoris deficiunt seu repudiantur; quasi caduca, quæ ante obitum testatoris deficiunt legatorio, vel hærede præcedente: pro non scripta dicuntur ea, quæ relicta fuerunt incapacibus, vel non existentibus in rerum natura. Et sic caduca dicuntur, quæ post perfectum esse deficiunt, quasi caduca, quæ originem essentiæ, sed non perfectionem habuerunt: pro non scripta, quæ nec originem, nec alicuius essentiæ significationem vnquam habuerunt, vt per tex. & docto. in dicta. l. vnica. §. sed. C. de cadu. tollen. Nunc, vt istam prolixam materiam expediã, remissionibus ero contentus. vide doctor. & Cagnolnm, & Deciũ in l. j. C. quando non peten par. pe. accresc. & vide in d. l. vna, de cadu. tollen. & videte Barto. in sua solenni repetitione

tione in d.l. re coniuncti. de leg. iij. & ibi vide Iaso. & Ripa multa dicentē; sed Bartolus cunctos scribentes præcessit in iudicio, & æquitate, & in veritate, vt per Panor. in ca. cum nobis, de præscrip.

Sed vltimò notabis in materia iuris accrescendi, quòd etiam habet locum inter duos reos, quibus liberatio est relicta. Item Socius non capax capit per socium capacem. l. si is. ff. de lib. lega. Et in bonorum possessionibus locum habet ius accrescendi. l. iij. §. fi. ff. de bonorum possessionibus. & vide text. in l. si duobus filijs. ff. de bonorum posse. contra tabu. Et an ius accrescendi habet locum in contractibus, vide Bart. in l. si ita stipulatus. ff. de verbo. obli. & in l. si mihi, & Titio. † & ibi Areti. enumerat plures casus, in quibus non habet locum ius accrescendi. & vide Soci. in reg. cccc. Itaque ex lectura nostra concludemus, quòd paganus non potest mori pro parte testatus: & pro parte intestatus: & amplia istam regulam, vt per Decium, etiam si testator disponat in contrarium; quia testator in institutione non potest prohibere ius accrescendi ad istum effectum, vt decedat pro parte intestatus. ita Bart. in l. si duo. ff. de hære. instituent. argum. l. nemo potest, de lega. j. de hoc videbis per Alexand. in l. quoties. C. de hæredi. insti. & in l. si quis priore. ff. ad Trebel. Et ampliatur etiam in substi. pupiliari, quam facit pater pro filio, vt per Bald. in l. sed & si plures. ff. de vulga. & pupilla. vbi per illum text. dicitur, quòd sicut pater non potest mori pro parte testatus, & pro parte intestatus, ita filius, cui pater pupillariter substituitur. hoc sequitur Corneus in consi. xxxvij. lib. v. Ampliatur etiam, vt idem sit in hærede, qui non potest hæreditatem pro parte accipere, & pro parte recusare. l. j. & ij. ff. de acqui. hære. † Et in tantum hoc procedit, quòd etiam filius hæres institutus non potest legitimam retinere, & residuum hæreditatis repudiare, vt per Cinum in l. hæres institutus. C. de impu. & alijs substi. & ibi Bald. & Paul. & de hoc vide Aretin. in cons. clx. col. ij. sed regula nostra fallit in milite, vt colligitur ex textu in §. non autem Insti. de testam. mili. & in l. si miles vnum, & in l. si duobus. ff. de testam. mili. & in l. certi. C. de

testam. militis: vbi legitur, certi iuris est militem ad tempus etiam hæredem instituere posse. & vide alias fallentias per Soci. in reg. cxiij. & cxiiij. Et vltimò regula nostra fallit, quando quis alicui non potest totum relinquere, sed tantam partem; quia in illa parte erit intestatus, vt per Bart. per illum text. in l. j. C. de secun. nup. & nota in l. si is, qui. ff. de vulg. & pup. vbi Alexan. post alios reprehendit glos. in d. l. ius nostrum; quę tenet, quòd totum acquiratur licet postmodum auferatur sibi illud, quod erat prohibitum. & vide Bar. in d. l. j.

59 † Et an habeat locum ius accrescendi in concessione feudali, vide Ripam in dicta l. re coniuncti. & vide Curtium iuniorem in tractatu suo feudali in secunda par. in iij. principali dubitatione.

Et quia diximus supra multa de testamentis, nunc alia in materia transmissionum dicamus, quia vtilis, & quotidiana est, & necessaria. Et ad eius euidentiam præmitte,

60 † quòd regulariter hæreditas non adita non transmittitur. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caducis tollen. Et eo modo etiam bonorum possessio non agnita infra tempus debitum non transmittitur, vt in l. emancipato. C. qui admitti. ad bo. pos. & l. iij. §. acquirere. ff. de bono. posse. Sed triplex species transmissionis reperitur, & sic triplici modo potest successio non adita trasmitti contra regulam prædictam: & licet tres species transmissionis declaret Bart. in l. iij. C. de hæredibus instit. & in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. in præsentia aliter declaro communes theoricas docto. præcipue Barto. quem videas in. leg. ventre præterito. ff. de acquir. hære. & Iaso. in d. l. emancipata.

61 † Prima igitur species transmissionis est illa, quæ fit ratione suitatis; nam mortuo patre filius in potestate transmittit hæreditatem patris non aditam ad quoscunque etiam extraneos. l. apud hostes. C. de suis, & legitimis hæredibus. l. ex militari. §. fi. ff. de testamento milit. & late Bar. & latissime Iaso. in l. si infanti. C. de iure deliberandi. & Bar. & Moderni in d. l. ventre præterito. Et ratio est, quia mortuo patre filius suus, qui est in potestate, absque alia aditione ipso iure efficitur hæres, perinde ac si actualiter adiuisset

§. sui

§.sui.Institu.de hære.quali.& dif.l.j.§. qui sunt in potestate.ff.si quis omis.cau.testamenti.l.in suis. ff. de liberis, & posthumis.l.si filius,qui patri. ff. de vulga. & pupil. Intellige tamen,nisi filius in vita expresse repudiasset hæreditatem patris; quia tunc tolletur suitas, & nihil transmitteret ad hæredes.l.vnica. C.de his,qui ante apertas tabulas.ita Bart.in d.l.ventre præterito.& ibi Ange. Imola, Romanus, & Barto. in d.l. ex militari. §. fi.& Bald.in d.l. vnica. C. de his, qui ante apertas tabulas. † In hoc tamen cadit subtile dubium, nunquid sicut ipsemet filius,qui repudiauit hæreditatem patris expresse, potest absistensionem suam reuocare tres annos .l.fi.C. de repudianda hæreditate. ita transmittat ad hæredem potentiam reuocandi absistensionem vide Iasonem in l qui se patris. C. vnde liberi .& ibi vide Alexandrum. & vide Rapha. Cuma.in l. si quis suus.ff.de iure deliberan.Item intellige,nisi mortuo patre statutus sit terminus filio ad deliberandum, an velit esse hæres patris; quia si decedat infra talem terminum,censetur tanquam extraneus, & non transmittet ex potentia suitatis ad quoscunque. Si autem non esset statutus terminus à iudice; quo casu à iure habet annum ad deliberendum,sed si tunc moriatur infra illum annum, secus est: ita singulariter Bar.in d.l.ex militari §.fi.& vide Bald.& Ange.in d.l.cum antiquioribus.& ibi Alexand. & Iaso.& late Romanus in d l.ventre præterito.ff.de acquir. hæredita. Item nota, quemadmodum mortuo patre intestato filius in potestate ex potentia suitatis transmittit hæreditatem patris non aditam ad quoscunque, vt dixi; ita eodem modo si pater fecit testamentum, & habens plures filios, & vnum pupillum habentem bona aduentitia matris,substituat illi filio pupillo pupillariter alium fratrem; eodem modo sicut transmittit hæreditatem patris non aditam, ita transmittit successionem fratris impuberis non aditam, cui erat substitutus pupillariter:& hoc per eandem potentiam suitatis, quia quantum ad hoc censetur patris.rex. est in l. sed & si plures.§. quos possunt.& ibi Bart.& docto.ff.de vulgari, & pupilla. & idem Bar.in l.ij.eo ti. † Eodémodo condito testamento 63

62

transf-

transmittit filius ius petendi supplementum legitimæ, quando in testamento esset sibi minus relictum legitima: quia si filius mortuo patre decedat non petito supplemento legitimæ, transmittit ad quoscuque hęredes facultatem petendi legitimam; sicut si ipse viueret ad similitudinem, nam pro supplemento legitimæ competit filio conditio ex l. & sic actio personalis. l. omni modo. & l. scimus. C. de inofficioso testamento. Ergo ad similitudinem aliarum actionum personalium, quæ transmittuntur ad hæredes. l. pro hæreditarijs. C. de hæreditarijs actionibus; debet etiã ista transmitti. ita Salicet. in l. scimus, de inofficioso testa. & est de mente Bal. in l. si arrogator. ff. de adoptioni. & in l. ij. C. de liberis præteri. quod bene notate. Nunquid filius emancipatus hodie ex potentia suitatis transmittat hæreditatem patris non aditam ad quoscunque, quia emancipatus hodie succedit ad similitudinem suorum. l. meminimus. C. de legiti. hæredibus. Item sublata est differentia emancipationis, & patriæ potestatis in auctent. de hæredi. quæ ab intestato. §. nullam. vbi dicitur; si nõ sunt fratres, nec filij fratrum, vocantur cæteri agnáti, & cognati secundum gradus prærogatiuam in capita, sublata diffetentia agnationis, & cognitionis. tangit Bar. in d. l. ventre pręterito, & relinquit cogitandum.

64 † Veritas, & communis opinio est, quòd etiam hodie emancipatus non transmittit ex potentia suitatis; quia licet hodie sit sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, quãtum ad succedendum ab intestato, vt per glos. & docto. in l. emancipati. C. de colla. tamen in alijs nõ sunt sublatæ differentiæ; vt in proposito quantum ad ius transmittendi. ita Ange. in l. emancipata. C. qui admit. in lectura Florentina. & Bald. in auctent. in succesio. C. de suis, & legiti. hæredi. & in l. si fratris. C. de iure delibe. & in l. Gallus. §. & quid tantum. ff. de liberis, & posthu. & ibi Paulus de Castro; & moderni in l. emancipata. C. de collatio. & Angelus dicit in l. antiqui. ff. si pars hæreditatis petatur; quòd ista est communis opinio; quam opinionem tenent communiter alij in d. l. ventre præterito. & Imola in l. iam dubitat. ff. de hære. instituen. in. cum quidam. §. suum

§.suum. ff. de acquiren. hæredit. Sed bonorum possessio non adita in bonis patris non transmittitur ex potentia suitatis, eo quia suitas non potest hoc facere, cum illa requirat cognitionem iudicialem in præsentia iudicis l.fi. C. qui admitti. Et hoc est subtile, & non tactum à doctoribus secundum Alexan. in d.l. emancipata. C. qui admitti. † Secunda species transmissionis est, quæ fit ratione 65
sanguinis beneficio, vt in l. vnica. C. de his, qui ante apertas tabulas: nam si moriatur aliquis descendens, quisquis sit, hæreditate ascendentis non adita, nec repudiata, illam transmittit ad quoscunque descendentes, Bar. in. d.l. ventre præterito. Et ista species transmissionis se habet cum præcedente tanquam excedentia, & excessa; nam transmissio ex potentia suitatis fit ad quoscunque etiam penitus extraneos hæredes; sed illa, quæ fit beneficio dictæ legis vnicæ, solum fit quantum ad descendentes, sed non extraneos. Ista autem excedit illam in alio, quia illa non habet locum, nisi in hæreditate patris habentis filium in potestate; ista autem transmissio dictæ legis vnicæ habet generaliter locum in hæreditate cuiuscunque ascendentis, & consequenter matris, & lineæ maternæ. Et sic suitas non est illa, quæ operaretur istam secundam transmissionem, sed solum qualitas sanguinis. † Et circa hoc cadit pulchrum du- 66
bium; nunquid d. lex vnica habeat locum in successionib⁹ prætorijs; & consequenter nunquid bonorum possessio non agnita per emancipatum in bonis ascendentis transmittatur beneficio d.l. vnicæ; & consequenter nunquid isto casu limitetur lex. quem passim tangit gloss. ij. & ibi vide docto. in d. l. vnica. & vide etiam Iasonem ibi. Et notabis circa transmissionem, quæ fit ratione sanguinis, quòd hæreditas ascendentium etiam non adita transmittitur ad posteros per liberos institutos morientes etiam clausis tabulis: quod obtinet in legatis, & fideicommissis, vt in d. l. vnica. C. de his. qui ante aper. tabulas. Itaque descendentes transmittunt hæreditatem ascendentium vtriusque sexus etiam non aditam ad suos descendentes, si non fuit per eos repudiata. Et si descendentes fuerunt eorum trásmittentium hæredes, est casus specialis, in quo hæreditas

non

non adita transmittitur, vt in d.l.vnica. Et sic ex dictis colligitur, quinque requiruntur secundum Paulum in d.l.vnica. licet gloss. dicat, quòd duo; videlicet quòd hæreditas sit ascendentis, & quòd ipse transmittens sit eius descendens; & quod ille, in quem transmittitur, sit de descendentibus transmittentis; & quod sit hæres eius; & quòd hæreditas non fuerit repudiata. Et altero istorum deficiente cessat dispositio legis vnicæ; nec curatur, an sit ascendens ex linea masculina, vel femi, nec etiam si sciuerit, vel ignorauerit hæreditatem sibi delatam; licet secus in re deliberandi, quòd non transmittitur per illum, qui nesciebat, quòd hæreditas erat sibi delata; nec etiam curat, an ille descendens, in quem transmittitur, fuerit natus, vel conceptus viuente eo, de cuius hæreditate agitur, an post mortem; quia non venit ex persona sua, sed ex persona transmittentis: secus quando quis vult venire ex persona sua. lege. i. §. si quis proximior, vnde cognati. & l. Titius de suis. & legitimis hære. & vide text. & ea, quæ scribuntur in l. si auia. C. de iure deliberan. Et substitutio vulgaris non impedit transmissionem hæreditatis in casibus, in quibus hæreditas non adita transmittitur; & sic hæres transmittentis præfertur substituto vulgari. ita Pau. in d.l.vnica. & legata pura, vel in diem an transmittantur ad quoscunque hæredes, postquam dies eorum cessit, & quid in fideicommissis, ibi per Paulum.

Et † nota, quòd licet ille descendens, in quem fit transmissio, adeat hæreditatem ipsius transmittentis, non propterea efficitur hæres in hæreditate transmissa; sed requiritur noua aditio; quia non fuit transmissa, vt adita, sed vt adeunda. l. si quis filium. §. i. ff. de acquiren. hære. Et idem vbicunque fit transmissio hæreditatis non aditæ, præterquam in casu. l. si infanti. C. de iure deliberan. vt superius diximus. Et si aliquis est substitutus sub conditione, ea pendente hæreditas non est delata; ergo non potuit transmitti. Sed si relictum est sub conditione dies non cessit, vt per Paulum in d. lib. vnica. Quid ergo inducit in legatis, & fideicommissis. de nouo d. lib. lex vnica, cum

† 67

cum legata, & fideicommissa transmittantur ad quoscunque fuerint relicta, si eorum dies cessit? Respondeo secundum Paulum de Castro, quòd ante d.li.vnicam non cedebat dies clausis tabulis, nisi quando erat relictum descendenti ab ascendente; in quibus lex antiqua erubuit iugum imponere; sed hodie est generale. Itaque hæreditas potest adiri clausis tabulis, & si non fuerit adita, non transmittitur iure suitatis ad hęredem; nisi in casu d.leg.vnicæ.C.de his, qui ante apertas tabulas.& in casu d.l.cum antiquiori-bus.C.de iure deliberan.& fallit dicta regula in casibus supra scriptis ex mente gloss.& Bar.in d.lib.ventre pręterito. & supra videbis explanatam totam materiam transmissionum. Item dies legatorum pure, vel in diem certum legatorum cedit, quo ad transmissionem à morte testatoris, nisi sint legata non transmissibilia; vt libertates, vel vsufructus quia tunc non potest cedere quo ad transmissionem nec à morte testatoris, nec ab adita hæreditate; sed quantum ad petitionem bene cedit ab adita hæreditate, vt in d.§.in nouissimo.& dictus.§.secundum Paulum ibi, intendit corrigere.l.antiquam, quæ inuenerat materiam caducandi, statuendo, quòd non possit adiri clausis tabulis; & dies legatorum non cederet, nisi ab adita hæreditate, vt si interim decedat, hæreditas, vel legatum efficiatur caducum, & applicatur fisco; vt in d.l.vnica, de caducis tollendis.cum lex propria, & curator furioso potest agnoscere bonorum possessionem delatam furioso; & si decedit in furore an transmittatur bonorum possessio, dixi supra.

Et† transmissio iuris deliberandi non rumpitur pro- 68
pter furorem, vel frenesim superuenientem hæredi scienti. Bald.in d.l.si infanti.C.de iure deliberan. Et transmissio non habet locum, quando supereſt persona, in qua est maior ratio, & fauor succedendi, quàm persona, in quam facienda est transmissio. Bald.in l.vnica.C.de his, qui ante apertas tabu. & in lib.ij. post Cinum. C. ad Orficianum. Barto.in lib. si ex pluribus. C. de suis, & legitimi. hæredi. Et in d. leg. vnica. dicit Bar. quòd transmissio est fortior, quàm ius accrescen. Et transmittere est merus fauor.

uor. Bald. in l. si fratris. C. de iure deliberan. Et transmissio hæreditatis non aditæ impeditur per substitutionem vulgarem. Bal. in l. iij. C. de hæredibus insti. in li. apud hostes. C. de suis, & legi. hæredi. Et non impeditur transmissio per cohæredem extraneum. Bald. in d. lib. iij. de hæredi. in-
69 stit. & in d. l. vnica. C. de his, qui ante aper. tabu. † Sed aduerte, quòd hæreditas transmittitur ad substitutum cum onere legatorum. l. qui quadringinta. & ibi Bart. ff. ad Trebellianum. Et hæreditas patris etiam non adita per filium transmittitur ad matrem, sicut materna ad patrem. ita Bar. in l. Lucius. ff. de iure fisci. & de hoc per Bal. (vt iam dixi) in l. vna. C. de his qui ante apertas tabu. & si hæres medius est extraneus, vide Bald. in li. si auia. C. de iure deliberan. Hæreditas infantis an transmittitur ad matrem, vel ad auiam paternam, vide Bal. in l. i. C. de his, qui ante apertas tabulas. & vide Bar. in l. ij. §. si quis ex liberis. ff. ad Tertul. & in l. si filius. ff. de vulga. & pu. Bal. & vi. in d. §. in nouissimo. & in l. apud hostes. C. de suis, & legiti. hæred. Et hæreditas nõ agnita trãsmittitur ad descendẽtes. s. institutos, vt iam dixi. & vide Bar. in d. l. i. de his, qui ante aper. tabu. Item intelligitur. s. natus post mortem eius, de cuius hæreditate agitur, vt per Bar. ibi post glossam. Notabis etiam, quòd hæreditas transmittitur, etiam si hæres ignorat se hæredem, & interim decedat. gloss. post Bar. in d. l. ventre præterito.
70 ℣ verũ est etiã si sint venientes ab intestato. Bar. ibidem. † Sed hæreditas adita coram iudice incompetenti habetur pro non agnita; & ideo non transmittitur. ita Paulus de Castro in l. puberem. C. de iure deliberan. Sed hæreditas extranei delata infanti, & non agnita non transmittitur per infantem. Bal. infanti. C. de iure deliberan. nisi ad patrem, qui potest adire è iure suo sibi competenti, mediante persona filij. Bart. Bald. in d. si in fanti. Item potest adire pro infante viuo, & eius nomine. ibidem. & vide de hoc Alexandrum in l. infantis. C. qui admitti. & vide Salicet. ibi. Sed an possit adire pro maiore infante sine consensu suo vide Bal. ibi in d. l. infantis. Et hæreditas patris per furiosum non agnita transmittitur ad hæredem, etiam extraneum, secus, si sit hæreditas extranei. l. Antistius. §. fi. & ibi

& ibi Ang. de acquiren. hær. l. fi. §. penult. C. de curatore furioſi. Bald. in l. potuit. C. de iure deliberan. † Tertia ſpe- 71
cies tranſmiſſionis eſt, quæ fit beneficio legis, cum anti-
quioribus. C. de iure deliberandi; quando aliquis ſciens
hæreditatem alicuius ſibi delatam eſſe, infra annum,
quem habet ad deliberandum, an velit eſſe hæres, vel ne; ſi
decedat intra talem annum pendente ad huc deliberatio-
ne, & ſic nec adita nec repudiata hæreditate, tranſmittit
illud ius deliberandi ad quoſcunque hæredes infra illum
annum tantum; & conſequenter potentiam adeundi. Et
ius deliberandi currit ſolum ſcienti tantum, vt in d. l. nam
antiquioribus de quo per Bart. in d. l. ventre præterito. Et
iſta tranſmiſsio eſt vtilior, & plenior, quò ad aliquid quam
ſint duæ præcedentes; nam iſta tranſmisio non ſolum ha-
bet locum in hæreditate patris, pro vt prima tranſmiſsio,
& in ſucceſsione cuiuſcunque aſcendentis, pro vt ſecun-
da tranſmiſsio, immò habet locum generaliſsimè in qua-
cunque ſucceſsione cuiuſcunque, etiam penitus extra-
nei, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento. Et ex hoc reſul-
tat alia vtilitas, quia ad hoc vt competant duæ præceden-
tes tranſmiſsiones oportet probare, aut defunctum fuiſſe
filium in poteſtate, aut fuiſſe ex deſcendentibus illius, ex
cuius hæreditate agitur. In iſta tranſmiſsione non expe-
dit probare de hoc, ſed ſolum, quòd ille deceſsiſſet ſciens
infra annum deliberandi, vt declarat Barto. in d. l. cum
antiquioribus: ſed in alijs duobus duæ præcedentes ſunt
vtiliores; primò quia illæ tranſmiſsiones ſunt, & fiunt
perpetuò vſq; ad xxx. annos; ſed illa tertia tranſmiſsio non
tranſmittit, niſi reſiduũ illius anni, quod ſupererat hæredi
defuncto ad deliberandum. item ad hoc vt habet locum
illa tertia tranſmiſsio dictæ legis, cum antiquioribus,
requiritur, quòd decedens expreſſè ſciuerit hære-
ditatem ſibi fuiſſe delatam ex teſtamento, vel ab inteſta-
to; aliàs non poſſet dici, quod deliberaret, ſi neſciret,
vt in d. cum antiquioribus, verſiculo ſciens. Sed duæ tranſ-
miſsiones præcedentes habent locum, ſiue tranſmittens
ſciret hæreditatem ſibi delatam, ſiue non.

† Nunquid autem iſta tertia tranſmiſsio, quæ ſit bene- 72

ficio d.l.cum antiquioribus, habeat locum, in bonorum
possessione,& consequenter in successionibus prætorijs,
tangit Cinus in l.qui se patris.C.vnde liberi ; & sub dubio
forte tenet,quod non ; cum requirat agnationem in præ-
sentia iudicis.l.fi.C.qui admitti.& ibi Paulus.&in d.l.cum
antiquioribus.& Sali.in l.j.de restitutione militum.Et pro
hoc bene videtur facere, quia in successionibus prætorijs
regulariter non dantur,nisi centum dies l.ij. C.qui admit-
ti;nisi in ascendentibus,& descendentibus; ergo non pos-
sunt conuenire remedium de anno,per d.l.cum antiquio-
ribus.arg.l.quod constitutum ff. de testamento militis. Et
Ang.in repet.d.l.qui se patris.in xx.col.dicit, quòd lex,cũ
antiquioribus habet locum in successionibus prętorijs,in
quibus datur annus,vt in ascendentibus, & descendenti-
bus,non in alijs;quem reprehendit Ludouicus Romanus
ibi; quod in d.l. cum antiquioribus, habet locum,effet in
successionibus prætorijs anno , si annum habet ; aliàs cap.
diebus.firmat expresse Cinus in d.l.cum antiquioribus,in
j.quæst. & Raphael Fulgosius, & Alex. & idem Fulgosius
in.l.licet.C.de iure delib.& Alex.in d.l.emancipata.C.qui
admitti.& ibi habes textum singularem in verbo , nullam;
quod licet filius ad successionem patris possit de iure pre-
torio venire ex triplici cap. & infra tres annos,vt declarat
Iaso.in l.j.C.qui admitti; tamen si filius in vita nõ agnoue-
rit bonorum possessionem, ex aliquo istorum capitum,
nullam vendicationem ex nullo capite ad hæredes trans-
mittit.tex.est in d. l. emancipata. C. qui admitti. & ex illo
77 textu notabis regulam,†quod bonorum possessio non ag-
nita non transmittatur ad hęredes,vt in d.l.emancipata.&
in l.iij.§.acquiritur.ff.de bonorum possess.sicut iam dixi-
mus de hæreditate de iure ciuili,quæ non adita non trans-
mittitur,vt in d.l.vnica.§.in nouissimo,de caducis tollen-
dis.Sic esset in substitutione, quæ est secunda institutio.l.
qui liberis.§.hæc verba.& l.sed & si plures.in princ.ff.de
vulg.& pup. Et est textus melior,quam sit in toto mundo,
in.l.si ex pluribus. ff. de suis, & legitimis hæred. & ibi di-
cit tex.aliud esse in iure accrescendi,quid transmittitur,li-
cet non aditum in vita; quia ipso iure accrescendi etiam
inuito;& ideo nõ requiritur alia acceptatio, quo ad trans-

mittendum:& per hoc infertur, ꝙ quando ſubſtitutio eſſet
iuncta cū iure accreſcēdi, tunc ſubſtitutio quāuis non ag-
nita de per ſe nō trāſmittatur, tamē propter ius accreſcendi
annexū tranſmittitur. tex. ſingul. in l. vētre præterito. ff. de
acqu. hær. & Bar. ibi, & omnes dicunt, non reperiri alibi. &
Bar. in l, vnica. C. de caducis tollē. §. ſin autē, cōmendat illū
tex. ꝑ mirabili, & ſingulariſsimo. † Quæ ſit ratio, quare bo- 74
norū poſſeſsio nō agnita non tranſmittat, nec eſſet hæredi-
tas de iure ciuili, nec ſubſtitutio, vi. Alex. & Iaſo. in d. l. emā-
cipata. Notabis etiā (vt dixi) quid ad hoc vt habeat locum
trāſmiſsio iuris deliberādi, requiritur, quòd tranſmittens
ſciat hæreditatem ſibi delatā, primò quòd ſit delata; ſecun-
dò, quòd non ſit adita, vel repudiata. Item ꝙ annus non ſit
elapſus à die ſcientiæ. Et an dicta ſcientia requirat tēpore
mortis; quia tex. dicit, ſciēs deceſſerit; & ſciētia tutoris an
ſufficiat ad cauſandā hanc trāſmiſsionē, & ſi tutor ſciuit, &
annus incepit currere, & poſtea moritur tutor, de hoc vide
Philippū Corneū in l. cum antiquiorib. C. de iure deliber.
Et aduerte, & nota text. in iſta materia, in l. ſi infanti. C. de
iure delib. vbi eſt tex. & ex mente Alex. dicitur; hæreditatē
infanti delatā aſcēdens per lineam paternam, ſiue in eius
poteſtate ſit, ſiue nō, ſolus poteſt adire tā viuo infante, & il-
lius infantis nomine, ꝙ eo mortuo; & tūc ſuo ꝓprio nomi-
ne, tanꝙ ad ipſum tranſmiſſam. Si vero talē aſcendentē nō
habet, ſed habet tutorem, tūc tutor poſsit adire tutorio no
mine, viuente infante; ſed eo mortuo hæreditate nō adita,
nō trāſmittitur hæreditas, & perinde eſt, ac ſi hæreditas nō
fuiſſet delata infanti; & idē ſi tutorē nō haberet delatā, vero
pupillo maiori nec ſolus pater, nec ſolus tutor adire poteſt,
ſed ipſe pupillus cum illorum conſenſu: & ſi neutrum eorā
habet, tunc auctoritate iudicis. † & Bar. in d. l. ventre præ-
terito, examinando gloſſ. ponit regulam, ꝙ hæreditas non 75
adita nō trāſmittatur, vt dixi. & C. de iure delib. l. ſi fratris.
vbi dicitur, filius in poteſtate ſtatim mortuo patre efficitur
hæres ipſo iure, & hæreditatem tranſmittit ad hæredes; e-
tiā ſi de immixtione aliter non appareat: & ſic excluduntur
alij venientes ab inteſtato à ſucceſsione patris; ſecus, ſi eſt
emancipatus. & l. quoniam. eod. tit. vbi dicitur; hæreditas

fratris non adita transmittitur.& ibi dicit Paulus,quod legatum transmittitur ad hæredem & non agnitum, sicut & cætera legata, vt plene per Bar. in l. ex facto. ff. de hære. instit.& dicit ibi Bar.per hanc legem, quod quatenus illa institutio sapit naturam hæreditatis, non transmittitur ad hæredem.& vide Pau.in d.l. quoniam. & licet regula sit, quod hæreditas nō adita nō transmittatur, fallit ista regula in quibusdam casibus;de quibus per glo.& Bar.& doct. in l.ventre præterito.ibi videbis.& ibi quærit Bar.quid de hæreditate materna,vtrum non agnita transmittat?cōcludit,quod non,per tex.in l.ij. C.ad orficia. & per regulam in d.§.in nouissimo:& non,quod impeditus adire propter iustam absentiam, si decedat interim, ius petendi restitutionem ad adeundum suo hæredi relinquit.text. notabilis in l.Pantonius.ff.de acqu.hære,Sed quandoque absens ab hæreditate,vel bono.posse.excluditur temporis cursu: & tūc hæres potest petere restitutionem ex persona defuncti sine dubio;quia etiam ipsi defuncto competebat, vt in l.i. C.de re militari:quandoque absens excluditur morte,& tunc si hæres vult petere restitutionem,non potest de stricto iure,sed de benignitate principis:contrarium statuitur in absente causa reipublicæ,vt in d.l.Pātonius,in principio:aut vult impetrare restitutionem non ex persona defuncti tantum, sed ex clausula generali, siqua mihi iusta causa esse videbitur; & potest,vt in l.j. ff. ex quibus causis maiores in integrū restituantur. ita Bar. quem videas in d. l.Pantonius.ff. de acqu.hære.& dicunt doct.in d.l.ista; ¶ si vxor instituatur donec vixerit, vel ad vitam suam nullo alio dato cohærede instituto,aut alio post mortem vxoris; ista erit hæres perpetuo,& transmittet post mortem suam hæredem illam ad suum hæredem. Salic. in l. extraneum. C.de hæred.instit.& sic remanet expedita materia transmissionem.

DE

# DE PETITIONE HAEREDITATIS, & quemadmodum scriptus hæres in possessionem mittatur. Cap. LXX.

## SVMMARIVM.

1 Hæreditatis petitio, eo loco instituenda est, vbi habet domicilium is, qui possidet.
2 Testamentum quale esse debet.
3 Hæres possidere non dicitur, nisi possessionem apprehendat.
4 Missio in possessionem qualiter probetur, & qualiter fieri possit, item & quomodo contradictor debeat rationem reddere suæ contradictionis, remissiuè.
5 Instrumentum depositi, executionem habet paratam.
6 Iudex cartularius quis dicatur.
7 Hæres petendo missionem ostendens in possessionem iudici testamentum, vtrum habeat necesse testatoris mortem probare.
8 Beneficium l. fin. C. de æd ict. diui Adri. toll. cuinam competat.
9 Quando sunt duo testamenta eodem die confecta, neque de prioritate atque posteritate appareat, Et in vno eorum, aliquis institutus sit hæres, in altero, item alius, quis eorum succedet, limita.
10 Præscriptionis exceptio, Excludatne petitorium & possessorium, remissiuè.
11 Conditionaliter institutus, vtrum, ante conditionis euentum possessionem rerum hæreditariarum petere possit.
12 Duobus de hæreditate contendentibus, quid agendum.
13 Quæ requirantur ad hoc, vt fiat missio in possessionem, remissiuè.
14 Possessorium d. l. fi. in quo differat ab interdicto quorum bonorum.
15 Producto libello petitionis per possessorem hæreditatis, quomodo fieri debeant interrogationes.
16 In petitione hæreditatis, an sit necesse exprimere, siue ex testamento hæres, vel ab intestato.
17 Forma libelli in hæreditat. petitione, remissiuè.

18 *Incorporalia, aliquando proprie, Improprie, Et impropriſſime poſſidentur.*

19 *Vtilis hæredit. petitio, an detur contra illum, qui cum titulo poſſidet.*

20 *Probans, rem poſſeſſam fuiſſe per defunctum, tempore mortu, an ſufficienter probet in petit. hæredit.*

21 *Conuentus hæredit. petitione, vtrum poſſit lite pendente aliquam rem vendere ſine iudicis decreto.*

22 *Iuramentum in litem, non defertur ſuper re non extante.*

23 *Bonæ fidei poſſeſſor, per litis conteſtationem malæ fidei efficitur.*

24 *Iudicium vniuerſale, an particulare iudicium impediat.*

25 *Hominis animus, ſoli Deo notus eſt.*

26 *Modus probandi quem eſſe malæ fidei poſſeſſorem, remiſſiue.*

27 *Hæredit. peti. tollatur ne longo tempore, Et quo tempore præſcribatur, remiſſiue.*

PEtitio † hæreditatis eo loco inſtituenda eſt, vbi habet domicilium is, qui poſsidet; & etiã proponitur, vbi res ipſæ ſitæ ſunt, ſicut ſuperius diximus in regula de actione reali. Miſsio autem in poſſeſsionem ſi petatur per iudicis officium, ibi conſultius per officium iudicis peteretur, vbi res ſunt. Iudex autem, in cuius iuriſdictione non ſunt, mittere non poſſet per ſe, ſed eo addito; puta iure domicilij rei pronunciare poſſet; deinde deſtinare litteras ad eum, in cuius territorio res ſitæ ſunt, vt. ff. de bonis auctoritate iudicis poſsit poſsid. l. cum vnus §. penul. Pro miſsione autem in poſſeſsionem imploratur officium iudicis, vt cum quis eſt inſtitutus hæres in teſtamento non cancellato, nec in aliqua ſui parte vitiato, mittitur in poſſeſsionem, primò quam ſubſtitutus, & ſic per ordinem de ſingulis qui gradu præcedunt, vt habetur in l. quamuis. C. de edicto diui Adria. tollen. quandoque tamen inſtitutus cum ſubſtituto mittetur, vt. ff. de hæredi. inſti. l. ſi. pater. Fiet miſsio in poſſeſsionem rerum earum, quæ teſtatoris fuerunt tempore mortis, vel per eum detinebãtur, vt quia commodatæ erant, vel depoſitæ, aut pignoratæ, cum & hæ

veniant

veniánt in petitione hæreditatis, vt. ff. de petitione hæreditatis. l. & non tantum. Et quod supra diximus de testamento non concellato.

† Dic, quòd testamentum debet esse tale, quòd in prima 2
figura sine vituperatione appareat; nam vitium, quod subiacet oculis corporalibus. impedit missionem rerum hæreditariarum, secundum Ayo. in rubri. de edicto diui Adria. Vitium autem incorporale, quod non subiacet visui, vt si dicatur filius defuncti in testamento præteritus, & ita dicatur testamentum ipso iure nullum, vel si dicatur falsum, vel si dicatur inofficiosum, vel alio vitio visibili subiectum; vel si dicatur defunctus esse seruus, non impedit missionem, vt in l. quamuis. C. de edicto diui Adria. vt infra dicemus. Item etiam, si ageretur hæreditatis pétit. vel petitorio iudicio, non prætermitterentur, immo ante alia principaliter cognoscerentur, ut C. de petit. hæred. l. liber. Sed in iudicio possessorio secus, nisi possessor probaret incontinenti, & euidenter iuuisibilia vitia testamenti, vel aliquas rationes, quibus repellere hæredem. vt ff. ad exhibendum. leg. iij. §. ibidem. & de Carboniano edicto. leg. iij. §. causæ cognitio. & l. si is, à quo. ff. vt in possessione legatorum. Et si hæres sit institutus in testamento nuncupatiuo post aditam hæreditatem, quæ solo animo fit, agetur adipiscendæ possessionis rerum hæreditariarum per interdictum, quorum bonorum. vt. ff. quorum bonorum. lege. j. Si autem hæres sit institutus in scriptis, fit messio per tex. in l. fina. C. edicto diui Adria. tol. & Petrus de bella pertica in lege. ij. C. vbi hæreditate agitur, dicit, quòd possessorium & scriptum in rem; & ideo reus gratia possessionis sortitur forum: sed vbi possessorium est personale, vt si deieciſti aliquem de fundo suo, tunc non sortiris forum gratia rei, sed gratia delicti: & sic dicit, quòd vbi res sunt, potest reus conuenire, cum petitio hæreditatis sit in rem scripta, & gratia rei sortiatur quis forum. & hoc tangit ad ea, quæ dixi in principio. Et nota, quòd si duo faciant controuersiam, & quilibet eorum dicat se hæredem institutum in solidum, & posterius; certe ei possessio acquiritur, qui potiora iura

ostenderit, vt in l. vltima. §. fin autem quis. C. de edicto di. Adri. toll.

5 † Et nota, quòd hæres non dicitur possidere, nisi apprehendat possessionem, vt. ff. de acquiren. possess. l. cum hæredes. Et existentia sui hæredis facit quem suum hæredem, sed non possessorem. ff. de vsucapio. l. si homo. Ideo sequitur, quòd omni hæredi tam suo, quàm necessario, quàm extraneo est necessarium beneficium legis fina. C. de edicto di. Adria. toll. cum maximum commodum sit habere possessionem, in qua consistit emolumentum fructuum. vt not. ff. de acquiren. pos. l. i. §. ex contrario. & l. certum. C. de rei vendi. & ibi Cinus. Bald. ponit quatuor casus, in quibus licet occupare hæreditatem propria autoritate; quos vide per eum in dicta l. fina. in i. col. Sed quando aliquis vult accedere cum licentia iudicis, citantur citandi; & si nemo possidet, nemo est de necessitate citandus: & hæredi scripto ostenso testamento, vt superius diximus, dabitur possessio bonorum, vbi non est contradictor, aliàs dabitur possessio habenti iura priora, sublata annali exceptione. ita Bal. in d. l. fi. in iij. col. & vide Bal. in ix. col. vbi dicit, quæ causæ sint aptæ ad contradicendum.

Et quæro, rebus existentibus extra territorium, quid agendum? & dic, quòd si pronuntiatio dimittendo fit cum legitimo contradictore, fiet missio ad litteras pronuntiantis; quia inter partes facilius, & iura suum vigorem extendunt vbique. vt l. cum vnus. §. is, qui. ff. de bonis auto. iudi. po. absque litteris vero fieri non posset; quia de alieno processu non potest quis se intromittere, nisi rogatus, seu inquisitus, quia tunc imaginem gerit illius. si autem nemo contradicit, non potest iudex, qui non discussit, mandare aliquid alij iudici, per ea quæ notat Innoc. in cap. solet, in fine, de sententia excommu. Et nota istam pronuntiationem esse priuilegiatam, vt ab ea appelletur. & Bald. dicit, quòd si interloquendo emanauit, possit querela poni superiori; secus si diffinitiuè est pronuntiatum; quia ius facit inter partes. l. si prætor. ff. de iu.

4 † Et qualiter probetur missio, & missio qualiter possit fieri,

fieri, & quomodo contradictor debeat dicere causam suæ contradictionis, vi. Bald. in d. l. fina. in finali, & penultima colum. Et Petrus de bella pertica dicit etiam in l. quamuis. C. de edicto diui Adria. referendo Azonem, quòd nulla exceptio prodest contra hæredem scriptum, vt non mittatur in possessionem; nisi paratus sit incontinenti probare, qui eam opponit; & dicit, quòd illa exceptio non est aliter admittenda; neque à filio præterito, qui sit in possessione.

Et Alexand. in d. l. quamuis, dicit, quòd exceptio, quæ venit in continenti probanda, non videtur requirere altiorem indaginem. & dicit etiam ibi Alexan. quòd exceptio dolo facis, quia petis, quod restitutus es, habet locum in iudicijs possessorijs, quando excipiens offert probare in continenti exceptionem. Sed istud limitatur aliquibus modis per Angelum, & Paul. de Cast. in d. l. quamuis. & Petrus dicit, quòd non habet locum ista exceptio in interdicto adipiscendæ. & Alexand. de hoc se remittit ad ea, quæ dixit in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. & Alex. in d. l. fin. dicit, quòd testamentum habet executionem paratam. & ad hoc Bar. ponderat illum tex.

† Et instrumentum depositi habet executionem paratam secundum Barto. in l. siquis, in verbo illico. C. depositi. Angelus etiam in aucten. de hæredi. & Falcidia. §. illud. dicit, quòd legatarius, vel fideicommissarius petunt contra hæredem executionem testamenti pro legato, vel fideicommisso. Est notabilis gloss. in verbo, decreto. alium casum ponit Barto. in l. ij. ff. de iure iuran. per illum tex. scilicet quando promissor deferret iuramentum stipulatori iuranti se debere recipere, quantum in ipso contractu stipulationis est deductum. de quo vide Bald. & Salicet. in l. j. C. de rebus creditis. & vide Bald. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iure iuran. & Paulus de Cast. in l. post rem. ff. de re iudic. Alium casum vide per Imol. & Pal. in l. ait prætor. §. j. ff. de re iudicata, scilicet quando instrumentum continet præceptum factum à notario ei, qui se in contractu obligauit; & se debere confessus est: † attento, quòd notarius de iure communi est iudex cartularius habens iurisdictionem in volentes; iuxta notata

§

†

Krr 5 per

per docto.in l.j.ff.de iudi.cum similibus.Dicit etiam Alexand in d.l.fina.quod cancellatio reddit scripturam suspectam;& sic instrumenta, quæ habent executionem paratam,non debent esse cancellata.ita Pau. allegando Bald. in d.l.fin.& dicit hoc deberi intelligi,quando cancellatio esset in parte substantiali. vide Bart.in l.j.in.fine.ff. de his, quæ in testamento delentur. & vide Pau. in l. nostram. C. de testam. Et de scriptura suspecta vide Bald. in consi.xj. secunda parte. Et in quantum Iaso. quærit in dicto. l.fin. quid si originale habet interlineationes diuersarum manuum.vj. Ludouicum Romanum in singularibus fol. viij. & ibi vide, quid si in instrumento exhibito deficiat dies, & in originali non deficiat. Et vide Bald.in dicto consi. incipiente,in Christi nomine.punctus in quæstio.Laurentij,&c.& vide Iason.in principio iij.col.& vide in vi.colu. vbi dicit, quòd rasura instrumenti regulariter vitiat instrumentum.vide Spec.in titulo, de rescriptis. præsenta. in §.dicto;versic.item excipitur.doctor. in cap.cum inter dilectos.de fide instrumentorum.Abb.in ca.cum venerabilis,de religiosis domibus.Et est notandum, quòd fideicommissarius habet remedium dictæ l.fina. postquam in eum sit translatum ius hæreditarium.ita Alexand. referendo Barto.& alios.Iaso.in iij.colu. tenet etiam, quando fideicommissario vniuersali esset facta restitutio, quia ante restitutionem nullum ius habet;& hæredi.qui semel cecidit à possessione rerum hæreditariarũ, non competit amplius petitio hæreditatis,nec bonorum possessio. Item in fideicommissario vniuersali.Iaso.vt supra.

7 † An hæres petendo se mitti in possessionem, & ostendit testamentum iudici,habeat necesse probare mortẽ testatoris.Bart.in d.l.fin.tenet,quòd non, ex quo habet instrumentum testamenti;& sic præsumptionẽ pro se, quòd testator sit mortuus;quia viuo testatore notarius non debet dare copiam testamenti hæredi.allegat l.ij.§.sed si dubitetur,cum.l. sequenti.ff. quemadmodum testamenta aperiantur.Salic.& Pau.tenent cum Bart.sed Alexand. reprobat Bar.& secundum eum requiritur saltem semiplena probatio mortis,quæ in summarijs,vel in istis executiuis

sufficit, vt declarat Bar. in l. ij. §. fina. C. vbi in rem actio. vel saltem requiritur iuramentum hæredis, vt in l. thesaurus. ff. ad exhibendum. Iason. ibi tenet cum Bar. in iudicio possessorio, quod est modici præiudicij: sed si vellet facere declarari se hæredem, & sic in petitorio, deberet probare testatorem esse mortuum. Et qualiter, & per quos modos possit probari, vide doct. in l. si quidem. ff. solu. ma. & in dicta l. ij. §. dubitetur & quilibet præsumitur viuere tempus, centum annorum, vt lege. fi. C. de sacrosanctis ecclesijs.

† Et nota, quòd substituto vulgari, vel pupillari, & substituto venienti ex tacita pupillari contenta sub expressa vulgari competit remedium possessorium dictæ l. fina. vide Iason, in iiij. col. & Bart. tenet etiam, & bene loquitur, vt refert Alex. in d. l. fi. in iiij. col. vbi etiam tenet, quod etiã competit remedium dictę l. filio non instituto à matre, quę post natiuitatem filij mortua est isto filio præterito; qui tamen pro instituto habetur. text. notabilis in l. iij. ff. de inofficioso testamento. & ibi vide Bald. tenentem istam opinionem. 8

Et dicit Barto. quòd etiam Episcopo pro pauperibus competit beneficium dictæ l. & idem secundum Barto. in executore, maxime pauperũ. tenent Innoc. & alij in c. cum tibi, de testa. Barto & omnes in l. hæreditas ad Statum. ff. de hære. institu. & in l. centurio. ff. de vulgari, & pupillari. dũ tractat de copendiosa facta puberibus. Sed nota, quòd iudex debet esse competens ad mittendum hæredem in possessionem, quia debet habere merum, & mixtum imperium: & requiritur, quòd bona sint in territorio suo; alias, vt iã diximus, scribet iudici illius loci, in quo bona sita sunt. & vide de hoc Iaso. in v. col. Sed nota, quòd appellatione hæredis largo modo continetur bonorum possessor, & sic competit ei remedium dictæ l. vt per docto. ibi. & in dicta l. fi.

Dubitat Bal. an competat dictum beneficium venientibus ab intestato, postquam probauerũt per testes redactos in scripturam, quòd eis delata erat hæreditas ab intestato; & dicit, quòd videtur, quòd sic ex æquitate, qua dicimus

compe-

competere instituto in testamento nuncupetiuo; quia venientes ab intestato habent tacitam voluntatem defuncti. l. conficiuntur &. l. siquis cum nullum. ff. de iure codicillorum. dicit tamen Bald. non audeo hoc firmare, quia nulla lex hoc dicit. sed Alexand. in vide colu. tenet cum Bald. & Iaso. in vij. colum. & allegant plura fundamenta. Et est notandum, quòd scriptura priuata testamenti in scriptis solenniter conditi valet, quando non est vitiosa. ita Alexand. in v. colum. Item nota, quod fideicommissarius vniuersalis, cui pure debet restitui hæreditas, si sit in possessione rerum hæreditariarum, est legitimus contradictor ad impediendum possessionem hæredi scripto: secus si non possideret. ita Alex. in d. l. fi. in ix. colu.

9 † Et nota, quòd quâdo sunt duo testamenta eodem die confecta, nec apparet de prioritate, neque de posterioritate; & in vno est institutus vnus, & in alio alius, nemo eorum erit hæres propter nimiam incertitudinem. Ista est communis opinio secundum Alberi. in dicta l. fina. saluo, nisi vnus eorum possideat, alius non, vel nisi in vno testamento essent instituti venientes ab intestato, secundum Barto. sed meo iudicio hoc est paruæ vtilitatis; quia forsitan esset vtilius venientibus ab intestato succedere ab intestato, quàm ex testamento. Sed dic, quòd si in vno testamento esset aliquid relictum piæ causæ, in alio non; illud testamentum præsumitur vltimum, & prævalet. ita Iason. in dicta lege. fina. in finali colum. allegando Ludouicum Romanum in auctent. similiter. C. ad l. Falcidiam. & ibi vide, quid in duobus rescriptis; quid si reperiantur duo instrumenta; quid in duobus codicillis. & de duc. rescriptis sub eadem data inuicem contrarijs, text. est in cap. si à sede, de præbendis, in vi. & ibi vide docto.

10 † Et nota, quòd exceptio præscriptionis excludit tam petitorium, quam possessorium. ita Bart. post gloss. in d. l. fi. Et nota, quod apertura testamenti debet fieri secundum consuetudinem loci, in quo celebratus est actus aperturæ. ita text. in l. ij. C. quemad. testa. aperi. Et petitur aperiri officio iudicis in l. j. eodem titulo. Et qui petit aperiri, debet

iurare

furare de calumnia, asserendo putare sua interesse. tex. in l. fina. eod. titu. & dicit Pau. de Cast. in. dicta l. i. quod si qui petit, non vult facere expensam, nisi sit certus aliquid sibi esse relictum, quod iudex potest compellere notarium ad ostendendum ipsi iudici. Et si aliquid est relictum, faciat dari in publicam formam illam particulam, quæ ad illum pertinet, cum die, & consule taliter, quòd fidem faciat. & ita dicit de facto seruari.

Et † nota, quod instítutus sub conditione non potest pe m
tere ante conditionis euentum possessionem rerum hæreditariarum. text. est in l. i. C. de edicto diui Adri. tollen. Et nota, quod in iudicio quantuncunque summario persona cum qua litigatur, debet plene legitimari, licet causa ipsa requirat summariam cognitionem. ita Bar. & Sali. in l. quãuis. C. de edicto diui Adria. & Alex. ibi ad finem. & Bal. in extrauaganti, ad reprimendum.

Et quia superius diximus, quod rasura instrumenti vitiat instrumentum, vide tamen plures limitationes per Iaso. in d. l. fin. Et est notandum, quod si hæres possidet aliquas res hæreditarias, & aliquas non, debet petere confirmari in possessionem earum rerum, quas non possidet; & de nouo mittatur in possessionem earum rerum, quas non possidet. & iste erit in practica totus modus agendi. ita Alex. in d. l. fi. in fi. reprobando Cinum.

Quid in eo hærede instituto, in quem auctoritate statuti ipso iure intelligitur translata possessio? & quid de patre, cui defert hæreditas repudiata per filium? vi. Alex. in d. l. fin. in iiij. col.

† Et est notandum, quod si duo contendunt de hæredi- rã
tate, consilium est, quod quis præueniat in occupando bona: sed si simul concurrunt, ne partes veniant ad arma, iudex inhibebit vtrique, ne ad possessionem accedãt. ita Ino. in cap. præsentia, de probationibus & Spec. in tit. de sequęstratione possession. & fruct. vers. sed nunc idem, dicit, ne partes veniant ad arma, res litigiosa debet sequestrari. Ego intelligo hoc esse verum, si neuter possidet; sed si vnus possidet, propter metum armorum non est recedendum à recto tramite iuris. ita Bal. in l. fi. C. de ordine cog. & in ca. ij. de

ij.de vita,& honeſt.clericorum.& in cap.i. de ſequeſtrati, poſſeſſ.& fruc.& vide Bal.in l.ordinarij.C.de rei vendica. & vide Hippolitum de Mar. in practica ſua, in fol. liij. & vide Iaſo.in l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi cer.de vbi ipſe ſecundum Pau.& Alex.quærit, an iudex poſſit cogere partes litigantes ad faciendum compromiſſum in amicum cõmunẽ:& licet de iure nemo cogatur facere cõpromiſſum, ipſe tamẽ Iaſo.ponit ibi aliquas limitatiões:& nõ refero,licet ſint ſingulares; quia non ſunt præſentis ſpeculationis.

13 Et † nota ſecundum Paul.de Caſtro in d.l.ſi.quæ requirantur ad hoc,vt fiat iſta miſſio.Primò,quòd de teſtamento ſit confecta ſcriptura, & ſic teſtamentum inſcriptis; & ſufficit;quod producatur coram iudice,& aperiatur ſecũdum formam ſuperius iam dictam abſque eo, quod teſtes ibi deſcripti recognoſcant ſuas ſubſcriptiones, & ſigilla, quantum ad effectum poſſeſſionis. Sed hoc non ſufficeret,ſi hæres ageret petitione hæreditatis:ſed quia miſſio iſta eſt modici præiudicij, ſufficit, quod prima facie appareat teſtamẽtum ſolenne:quia ſufficit ſummaria cognitio non plenaria.Intellige etiam ſecundum Pau. quando confecta eſt ſcriptura notarij.Si autem nulla eſt confecta ſcriptura, non poteſt fieri miſſio,niſi primò examinentur teſtes,& eorum dicta publicentur auctoritate iudicis,vt habetur in l.publicari.C.de teſtamentis.Et requiritur, vtiã dixi,quòd bona,in quibus fit miſſio,tenerentur per defectum tempore ſuæ mortis.quod intellige iure dominij,ſiue iure poſſeſſionis,ſiue detentionis,vt ſunt res depoſitę, & commodatæ, quia etiam pro illis datur petitio hæreditatis vt in l.& non tantum.ff. de peti. hære. Et etiam fiet miſſio in bonis,quæ colonus,vel inquilinus, vel precario poſſidens poſſidebant nomine defuncti;quia poſſeſſio ciuilis erat penes defunctum,vel ſi non erat, vt in precario. poterat tamen reuocari,& ſic fingebatur eſſe. Et requiritur, quod de tali miſſione conficiantur ſcripta publica apud acta;& ſicut acta iudiciaria debent apparere per ſcripturam; & aliàs non poſſunt probari, niſi proponeretur, quod ſcriptura fuit confecta,& perdita,vt in c.quoniã cõtra falſam.de probationib.iuncto eo, quod habetur in lib.

quo-

quoties, iu fi. ff. de probationi. ita est detenuata, quę cõcõditur auctoritate dictæ l. fi. & vide de hoc Pau. in d. l. fin. in ij. colum.

Et † in quo differat possessorium dictæ l. fin. ab interdicto, quorum bonorum, quod etiam est adipiscendæ, vide Pau. de Cast. ibi. in. v. col. vbi dicit inter alia, quod interdictum, quorum bono, est de iure prætorio, & interdictum dictæ l. fina. est de iure ciuili, & habent se tanquam excedẽtia, & excessa. 14

Et nota, quòd contra petentem istud interdictum potest opponi exceptio præscriptionis; & est speciale in ista exceptione; quia redarguit hæredem de negligentia. vide Paul. in vi. col. d. l. & Pau. in col. v. quærit, in quo differat istud interdictum à petitione hære. & dicit; dic, vt in glo. excepto vno. in quantum dicit in possessorio non veniũt, nisi corporalia.

Restat nunc, vt magis latè aliam partem regulæ aggrediamur. ſ. de petit. hære. quia ea, quæ in vltimis dicuntur, melius memoriæ commendantur iuxta formam tex. in ca. liquido, de consecrat. dist. ij. Ideo notabimus, quod petitio hæreditatis quandoque est directa, quandoq; vtilis. Et petitio hæreditatis directa datur succedenti ex testamento, vel ab intestato per legem, vel senatusconsultum. Item datur petitio hæredi. succedenti per se, vel per alium, vt. ff. de petitio. hære. in l. i. ij. iij.

Et † est notandũ, quòd proposito libello petitionis hære. faciendę sunt interrogationes possessori, qualiter possideat, vt l. i. in principio. & l. de ætate. ſ. ij. c. de interrogatorijs actionibus. Et debet interrogari possidẽs, an credat se hæredẽ. Si respondeat, credo, procedetur in petitione hære. quia ppſſidet pro hære. Si respondeat, nõ possideo pro hære. sed habeo titulũ; & probauerit; nõ procedetur in petitione hæred. ſi non probauerit, præſumitur, ꝙ pro possessore possideat. & sic secundum Azonẽ intelligitur, quod dicitur in l. cog. C. de petitione hære. & sic ille cogitur dicere, vtrũ pro hærede, vel pro possessore possideat vel secundũ Azo. videtur, ꝙ debebat interrogari, possides pro hærede, an pro possessore? an non? & satis erat, ſi respondeat, 15

possi-

possideo pro hærede, vel pro possessore, vel non possideo. & serua: vt si de mandacio conuincatur, amittat possessionem, si dolo, aut lata culpa mentiatur. vt ff. de rei vendi. l. penul. alioquin pœnitere potest cum nõ fit lis contestata, vt. ff. de interrogatorijs actioni. l. de ætate. §. vlti. † Et no-
86 ta, quòd in petitione hæredi. non est necesse exprimere. an sit hæres ex testamento, vel ab intestato, nec est necesse exprimere, an sit hæres immediate per se, an vero per mediã personam, quæ petitio hære. est in rem. & vniuersalis admittitur petitio causa non expressa; vt l. sed & si lege §. petitio. ff. de petitione hæred. & l. si mater, in principio. & ibi vide Barto. Sed si iudex videret multum interesse rei conuenti, potest cogere actorem ad declarandum per l. defensor. §. illud. ff. de interrogatorijs actionibus, & tenet Bar. in l. iij. ff. de petitione hæred. & vide Iaso, §. actionum. Instit. de actionibus. in. xxiiij. colum. Et nota, quòd non tenetur quis in petitione hære. specificare res hæreditarias; immò sufficit petere hæreditatem rebus non specificatis. gloss. est notabilis in l. i. in principio. ff. de edendo; quam sequuntur communiter omnes docto. & etiam comprehenduntur ea, quæ post libellum productum cœpta sunt possideri per reum conuentum, & sic ea, quæ non fuerunt specifice petita. vide Sali. in l. edita. C. de edendo. Accedat, quod in simili dicimus in dote, quòd etiam est iudicium vniuersale, sicut petitio hære. & per Bar. & docto. in rub. ff. soluto matrimonio. Et in dote procedit libellus; si aliquis simpliciter petit condemnari ad restituendam dotem non facta specificatione alicuius rei dotalis, vt per Bar. Bald. & Salic. in l. fina. C. de sententijs, quæ sine certa quantitate profe. Et petitio hæredi. competit, siue quis sit hæres in solidum, siue pro parte, vt l. licet minimam, cum similibus. ff. de petitione hæred. dummodo illa pars sit tota hæreditatis; & sic contineat iura actiue, & passiue. vt late per Bartol. in l. si quis seruum. §. fi. ff. de legatis. ij.

87 † Pau. de Castro in l. regulariter. ff. de petitione hære. ponit formam libelli, & dicit, quòd declaretur hæres; nam hæc actio est mixta, & sicut in rei vendicat. quis petit declarari se dominum; ita & in ista petit declarari se hærede;

& hoc

& hoc venit iure actionis. Item petit condemnari aduersarium ad restituendum, quod possidet, vel in totum, vel in parte, si est hæres pro parte, quantumcunque res sit modica, & pars hæreditatis, quam prætendit habere, sit magna: nam si valet mille, & res, quæ possidetur valet decem; non petit condemnari, nisi in dimidia ipsius rei. Et hæc actio datur contra illum, qui possidet pro hærede, vel pro possessore, vt iam diximus. Et pro hærede dicitur possidere, tanquam hæres, cum non sit. Et qui non asserit se hæredem, nec allegat titulum, datur contra illum dicta actio, si rem hæreditariam, licet minimam, vel aliquod ius incorporale possideat: nam ista duo requiruntur ad hoc, vt ista actio contra aliquem detur, vt notatur in lege. regulariter. Et hæc actio non datur contra titulo possidentem, vt l. hæreditatem. C. in quibus causis cessat longi tempori præs.

† Et incorporalia aliquâdo ꝓpriè possidentur, aliquâdo impropriè, aliquando improprijssimè; & iura incorporalia quasi possidentur. Et dicitur possessio impropriè, quando non cohæret rebus corporalibus, vt sunt actiones, quas quis habet contra aliquem: propriè. quando cohærent rebus corporalibus, seruitutes: improprijssimè, vt sunt actiones, quibus quis alicui tenetur. Et quantum ad istam materiam contra ipsum datur hæc actio, sicut debitor hæreditarius, vt in l. nec vllam, in fine. ff. de petitione hæreditat. Ergo necessariò oportet dicere, quòd habeatur pro possessore, cum non detur, nisi contra illum, qui possidet, vt in lege regulariter. ff. de petitione hæreditata. & ibi est gloss. quæ semper allegatur, quòd actiones non propriè possidentur, nec quasi possidentur, sed improprie, & improprijssimè. Ideo pro eis non datur interdictum possessorium, vt in l. ij. ff. quorum bonorum. & dicit Pau. de Castro, quòd per hoc legistæ reprehendunt cano. qui dicunt, reperiri possessorium in actionibus personalibus, vt in capit. quærelam, de electio. sed illud procedit secundum Pau. in actionibus personalibus competentibus ad aliquid annuum, vel menstruum præstandum; non sic, quando præstatio non est annua, vel menstrua. Ita loqui- 18

tur gloss. in dicta l. regulariter, Ideo decisio canonistarum est bona, & vtilis; quia si ille, qui est in quasi possessione annuæ præstationis, turbetur, vel spolietur in ea, habet vtile interdictum, vti possidetis, vel vnde vi. vt in illo cap. quærelam. & vide doctor. in l. certis annis. C. de pactis. & omninò vide Innocent. in cap. in literis, de restitutione spoliatorum.

19 † Et est notandum, quòd petitio hæreditatis vtilis datur contra illum, qui possidet cum titulo, si titulus non est habilis ad transferendum dominium, vt in l. nec vllam. & in l. Meratius. ff. de petitione hæreditatis. Et quia superius diximus, quòd petitio hæreditatis non datur contrà titulo possidentem, vt colligitur ex dicta lege. nec vllam, est necesse, assignare rationem, quia est principale fundamentum totius materiæ. gloss. in l. hæreditatem. C. in quibus causis cessat long. temp. ponit vnam rationem, quia qui asserit titulo possidere, non contradicit agenti, nec negat ipsum esse hæredem, sed dicit rem, quam ipse possidet, non pertinere ad alium, sed ad se; quia emit à tali, vel fuit sibi donata: sed quando non allegat titulum, sed asserit se hæredem contradicit agenti; & iudicium non est nisi inter dicentem, & contradicentem: & vbi non est contradictio, non est propriè iudicium; quia actor principaliter asserit se esse hæredem, & hoc petit declarari, Et in hoc deberet esse contradictio, vt esset proprium iudicium. Ista ratio est bona, sed non perfecta; ideo doctor. assignant, aliam rationem, quia qui allegat titulum, allegat potentius ius, & fortius, quàm ille, qui asserit se hæredem, & agit hac actione, vbi non solum veniunt res, quæ erant in dominio defuncti, sed veniunt ea quæ fuerunt in hæreditate reperta, vel quia commodata defuncto, vel penes eum deposita, vt in l. & non tantum. ff. de petitione hæredi. 20 † Et sufficit probare, quòd res, quam petit, tenebatur, & possidebatur per defunctum tempore mortis. Istud est facile probare, sed ille, qui allegat titulum, allegat dominium, vel quasi dominium; vnde cum possit esse, quòd res, quæ petitur, fuerit in hæreditate reperta, tamen non erat defuncti, sed erat illius, qui nec possidet

fidet ex titulo, quem allegat; non sequitur, tu es hæres. & ista res fuit in hæreditate reperta, ergo debes me vincere, cum ego allegem potentius ius, quam, tu: ideo ne frustrà litiges, repelleris ab agendo. Et tunc titulus excludit hanc actionem, quando est sufficiens ad translationem dominij, vel quasi; alias secus; vt in titulo commodati, vel depositi. ita Pau. de Castr. in l. regulariter, in iij. col. ff. de petitione hære. sed Iaso. in §. actionum. Inst. de actio. in xxviij. col. non teserendo Pau. de Castro in d. loco contra morem suum, dicit, quòd rationes, quare petitio hære. non datur contra titulo possidentem, vnam ponit gloss. in l. hæreditatis. C. de petitione hære. aliam ponit gloss. in l. hæreditatem. C. in quibus causis cessat lon. tem. & ambas reprehendit Bart. in d. l. hæreditatis. & ibi assignat veram rationem, quæ communiter tenetur. & fuit ratio antiquorum, & tenet Cinus, in l. cogi. C. de petit. hære. quòd ille, qui agit petitione hære. fundat se solum in titulo suo. Si igitur conuentus possidet, & habet titulum, sicut ipse. vnde cum habeat istud plus, quod possidet, merito non debet conueniri petitione hæred. & etiam suprascriptam rationem ponit Bart. in l. pro hærede, in principio. ff. de peti. hære. & vide ibi Iaso. ponentem aliquas limitationes ad dictam regulam in d. §. actionum. in xxix. & xxx. colu. Sed miror de antiquitate, quæ lucernam & tot paginas inaniter consumpsit. Nam si aliquis diceret, quare petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem? respondeo, quia petitio hæred. fuit introducta à iure ciuili; & si daretur contra talem, esset tollere defensiones, quæ iure ciuili competunt iusto titulo possidenti. Nota bene hoc, quia alia potius videntur esse somnia, quàm prudentium opiniones.

Et hæc actio datur contra possidentem prætia rerum hæreditariarum, vel exacta debitoribus hæreditarijs. Item datur contra habentes actionem occasione rerum hæreditariarum, vt teneantur cedere, si erant bonæ fidei possessores. de hoc vide text. in leg. etiam. §. item à debitore. & vide ibi Bart. & Pau. ff. de petit. hæred. & feudum, vel emphiteosis an veniant in petitione hæred. vide Bart. &

Pau. in l. item videndum. §. nunc videndum. An auter
possessor hære. si rem aliquam alienauit, nunquid preciu
teneatur ad rem hæreditariam? vide Barto. in l. imperato
§. fi. ff. de legatis. ij.

21 † Et an conuentus peti. hære. possit pendēte lite vend
re aliquam rem sine licentia iudicis, ita quod aliena
tio valeat, vide notabilem textum in l. diuus Pius, in prin
cipio. ff. de petit. hære. vbi dicitur, quod potest alienare re
hæreditarias, si præstitit satisdationem.

Et sunt hæc notanda, quod incorporalia veniunt in is
actione, cum illa natura tantum, quam habent naturalite
non accidentaliter. Et ideo vnum simplum, quod à prin
cipio debebatur, veniet in hæreditatis peti. non aliud
quod est ex insiciatione, vt lege. item veniunt. §. cum
prædiximus. & l. illud. §. actionem. & l. euicta. ff. de pet
hære.

Item in ista actione veniunt res principales, & omn
rei accessio. Et vna est hæc actio pro rebus, & fructibu
quia est vniuersalis. Et quidam dicunt, quòd bonæ fid
possessor in hac actione nō facit fructus suos. sed vide te
in l. item veniunt. §. item, vbi dicitur, quod fructus indu
striales à bonæ fidei possessore percepti, veniunt in hac a
ctione iure actionis, scilicet, petitionis hære. licet in rei vi
dicatione aliter sit. vide ibi Pau. de Cast. in d. l. item ven
unt. ff. de peti. hære. & ibi vide le. sed & si l. §. vlt. & l. quo
si ouis. & l. ancillarum, cum similib. & accipe fructus imp
sa deducta, vt. ff. eod. l. si a patre. §. vlt. Item veniunt omn
quæcunque occasione alienationis rerum habuit possess
vt puta pœnam, vel vsuram. Item venit damnum datum
possessore, vt. ff. de peti. hæred. l. si à patre. §. si possessor. I
veniunt in hac actione, quæ possessor exegit à debitoribu
hæreditarijs nomine suo, non nomine veri hæredis. tex. i
l. sed & si lege. §. de. peti. ff. de peti. hære. & vi. Azo. in sum
ma. in rub. de petitione hære. & vide l. iij. §. debitor. ff. d
transactionibus. Item veniunt ea, quæ quis dolo desijt po
sidere, si extant. Si verò sunt deperdita, vel diminuta, tene
tur ad pretium commune, quia in rerum natura desijt esse
diminutum, vt. ff. de petitione hæred. l. si possessor. §. vltim
&

& l.deperditum. Et hoc in rebus hæreditariis, quæ non onerabant hæreditatem, vel non erant steriles; nam in his, siquidem vendantur post litem motam, vel ante, venit tantum prętium acceptum, vt ff. pe petitio. hæred. l. item veniunt. §. a quo. & l. si possessor. §. j. & ff. de rei vendic. l. item si verberatum. §. si quis rem. Item veniunt vsurę fructuũ; & omnia prędicta veniũt præstãda à malæ fidei possessore: in bonæ fidei autem approbatur regula, quæ non fallit, id est quòd nullo casu teneatur aliquid præstare in petitione hæreditatis nisi in quantum sit locupletior tempore rei iudicatæ, vel litis contestatæ.

Bonæ fidei autem est, qui habet iustam causam putandi se hæredem, vel etiam iniustam errando, puta in iure, vt satis sit, quòd non versatur dolo. vt l. item veniunt. §. omnes. & l. sed & si lege scire. §. consului. ff. de petit. hære. & l. igitur. §. ij. ff. d. libe. causa.

Restat nunc, vt dicamus, quid de illo, qui dolo desijt possidere, & res extant non deperditæ, vel diminutæ; & conuentus nullo modo potest restituere; contra illum iuratur in litem. ita Azo. in rubri. deti. hære. Sed tu vide doct. in l. possessor. §. restituere. ff. de peti. hæred. & ibi dicit Pau. de Cast.

† Nota mirabilem decisionem, quòd iuramentum in litem non defertur super re non extante, licet reus fuerit in dolo; quia non sufficit dolus præteritus, vt deferatur, sed requiritur dolus præsens. Et nota declarationem ad §. idem placere, vbi dicitur, quòd cõuenitur ad pręcium ille, qui post petitam hæreditatem vendidit. Nam potest conueniri etiam ad res ipsas cum fructibus, & potest iurari in litem contra ipsum re extante propter delictum præteritum, licet in præsenti non sit in dolo; quia facit, quòd facere potuit, vt recuperaret, & non potuit. vt in d. §. restituere. & ff. pignoribus. si fundus. §. in venditione. sufficit ergo dolus præteritus, si res extat; secus, si non extat. & hoc vult in effectu tex. in d. §. restituere. 22

Et ibi quærit Pau. quare super re, quæ non extat, non defertur iuramentum in litem? respondet secundum Pau. quia super illa, quæ non erat, non potest haberi affectio,

cum non potest restitui; quando autem erat, potest restitui: & ideo, vt restituatur, iuratur contra dolosum, vt sit solitus ad restituendum. & vide de hoc Pau. in l. sed & si lege. §. si ante litem. ff. de petit. hære. vbi dicit, quòd ad deferendum iuramentum in litem, non requiritur contumacia in non restituendo ad mandatum iudicis, sed sufficit dolus in desinendo possidere. Sed in actionibus stricti iuris videtur requiri dolus in non restituendo ad mandatum iudicis, nec sufficit primus dolus, vt. ff. de rei vendi. l. qui restituere, in fi. & vi. Paul. de Cast. in l. in actionibus. ff. de in litem iurando. Et nota, quòd qui dolo desijt possidere, tenetur vtili actione, quæ succedit loco directæ; quia verè non possidet, sed habetur pro possessore; sed hæres eius tenetur actione in factum, vide docto. in l. nec vllam. §. is autem. ff. de petitione hæredi. Et hæc actio quandoque dicitur directa, quandoque vtilis, vide docto. in l. etiam. §. j. ff. de petitione hęredit.

23 † Et nota, quod possessor bonæ fidei efficitur malæ fidei per litis contesta, immò per litis motionem secundum glo. & Salic. in l. j. C. de peti. hære. & bonæ fidei possessor hęreditatis an faciat fructus suos, vide. Pau. in d. l. j. C. de petitio. hære.

Et nota, quòd si petitor hæreditatis soluit creditoribus hæreditarijs, in casu succumbentiæ subuenitur officio iudicis mercenario vel negociorum gestorum actione. de quo vide Paul. de Cast. in l. si. in fin. colum. C. de peti. hære. Item nota. quòd controuersia dicitur ante litem contestatam. glos. est in l. diuus Pius. ff. de peti. hære. Idem in quærimonia, vt in l. iij. C. fi. reg. & ff. de procuratoribus. l. non solum. §. si status. & notat Cinus in l. si quis maior. C. de transactionibus.

Et nota, quòd vitium litigiosi in vniuersalibus contrahitur per solam citationem. tex. est in. d. l. diuus Pius, & esset in singularibus iudicis, si sit quæstio de dominio, vt in aucten. de litigiosis. §. j. & illa aucten. est posita in titulo de litigiosis. Hoc nota ad ea, quæ superius dixi de malæ fidei possessore. & notabis etiam, quòd quæstio hæreditatis defertur, quousque quæstio de falso testamento expeditur.

Nam

Nam ſicut poſſeſſor hæreditatis debet ſatisdare, quando mota eſt controuerſia ſuper hæreditate; ita quando eſt mota ſuper falſo teſtamento, quæ eſt præparatoria ad petitionem hære. tex. eſt in l. diuus Pius. §. diuus.

† Et nota, quòd iudicium vniuerſale non impedit iudi- 24
cia particularia. vi. doct. in l. ſi teſtamentum; & in l. ſiquis libertatem. ff. de peti. hære. Et nota etiam ea, quæ tradunt doct. in l. ſi bonæ fidei. vbi dicunt, quod iudicium vniuerſale poteſt moueri per tertium. Et nota, quod emens hæreditatem à fiſco poteſt hac actione conueniri, vide doct. in l. ſiquis ius. ff. de peti. hære. & vide ea, quæ dicunt in l. nec vllam. §. item ſiquis fiſco, eodem titulo.

Et nota, quòd in reſtitutione hæred. habetur ratio impenſarũ factarũ in infirmitate, & ſepultura defuncti, & ꝓbatur per ſacramentum, vbi expenſa ſit veriſimilis arbitrio boni viri. vide docto. & Salice. in l. in reſtituenda. C. de peti. hære. & vi. tex. in l. fi. in §. in computatione. C. de iure delibe. vbi vi. Alexandrum & doct. & vi. tex in l. ſi quis ꝓ redẽptio. C. de donatio. Item nota, quòd ſi poſſeſſor ſine titulo dubitans cõueniri hac ratione, acquirat titulum ab aliquo tertio, non euitat actionem, quæ iã nata erat. vide doctor. in l. ſi rem, & prẽciũ. ff. de petition. hæredita. & iſta quẽſtio fuit diſputata in l. cogit. C. de peti. hæred.

† Et quia ſuperius diximus de malæ fidei poſſeſſore, & 25
probatio eſt difficiliſsima, cum animus hominis ſoli Deo ſit notus, vide modum probandi per Paul. de Caſtr. in l. ſed & ſi lege, §. quòd autem. ff. de peti. hære. & ibi vide multa per docto. circa malæ fidei poſſeſſores. Eſt autem actio peti. hæred. ciuilis, quia ſenatuſconſultum induxit, vt. ff. de petit. hæred. l. item veniunt. §. pridie. & ff. de legibus, & ſenatuſconſul. l ius ciuile. vnde & centumuiralis dicitur hęc actio, quia ſenatores centum erant numero, vt in l. vlti. C. de peti. hære. Prætor tamen, quia nihil intactum reliquit, ſuper ea tractauit, vt. ff. de peti. hære. l. diuus. & in leg. j. in princ. ff. ſi pars hęred. peta.

Nota, quòd poſtquam hæres ſemel eſt adeptus poſſeſſionem rerum hæreditariarum, non poteſt amplius in futurum intentare dictam actionem. Ratio eſt, quia iam eſt

dominus, non hæres, & si cecidisti a possessione, compe
tunt tibi alia remedia. vide. Barto. in l. j. ff. de fideicom
missa. hæred. peti.

26 † Et an petitio hære. tollatur longo tempore, & qu
tempore præscribatur, vide docto. in lege. hæreditati
C. de peti. hære. & vide Bald. in leg. licet. C. de iure delib
vbi dicit, quòd ista actio durat xxx. annis. & vide eum i
l. fi. de edicto diui Adria. & Alexan. in l. j. C. quando no
peten. par. Et qualiter formandus sit libellus in ista petit
ne hære. ponit. Spec. in titulo de iudicijs, & dicit corã, &
ago contra. p. qui possidet, seu tenet hæreditatem. T. ca
ex testamento, vel ab intestato successi; vnde ago contr
eum, quòd ipsam hereditatem, seu bona. T. mihi restituat
& eum peto ad id sententialiter condemnari: peto etiam
fructus perceptos, & qui percipi potuerunt; & ad hoc ex
petitionem hære. Et tu diligenter nota istam formam sub
stantialem, & conclusiuam in ista actione. Sed aduerte do
ctrinam Pau. de Castro in materia istius libelli, qui etiam
est valde vtilis, & conclusiuus. Et sic remanet ad honorem
Dei expedita tota materia præsentis capituli.

## DE CRIMINE LAESE MAIESTATIS, *& perduellionis, seu rebellionis.* *Cap. LXXI.*

### SVMMARIVM.

1 *Crimen hoc omnia crimina excellit, Item quid crimen læsæ ma
iestatis.*

2 *Eximens aliquem reum confessum, vel condemnatum, è manibus
familiæ, an incidat in hoc crimen.*

3 *Mutuans pecuniam rebellibus, vel alia committens in damnum
sui Principis, vtrum committat crimen læsæ maiest.*

4 *Quodnam dicatur crimen, quasi læsæ maiest.*

5 *Conspirans contra principem, qua pœna puniri debeat.*

6 *Mater hoc crimen cõmittens, vtrum filia ob id aliquid patiatur.*

7 *Facientes illicita collegia, an teneantur hac lege.*

8 Filij

8 *Filij conspirantium in principem, possintne aliquam hereditatem capere.*
9 *Filiorum appellatione, qui comprehendantur.*
10 *Fidelitas quotuplex sit.*
11 *In duobus consistit fidelitas.*
12 *Rebelles qui dicantur.*
13 *Quomodo in crimine læsæ maiestatis procedatur, remissiuè.*
14 *De clausula summariè, simpliciter, & de plano, remissiuè.*
15 *Proditor quis dicatur, & num. 16.*
17 *Filius beneficium ecclesiasticum possidens, si pater hoc crimen committat vtrum amittat beneficium.*
18 *Infames ad beneficia ecclesiastica non admittuntur.*
19 *Subditus, principi inobediens, perduellionis crimen committit.*
20 *Crimen hoc committens, si etiam rebellis fuerit, qua pœna plectendus sit.*

OFfenditur † Imperator facto aliquo committente crimine in eum, nempe istud crimé excedit inter omnia crimina. Est autem crimen læsæ maiestatis, vbicunque quis contra vrbem aliquid molitur, vel quòd profugit ad hostes, vel quòd hostes qualitercunq; iuuat, vel armis, vel pecunia, vel cõsilio, vel q̃ subiectas prouincias nititur facere rebelles, vel quòd seditionem mouet in ciuitate, vel quòd magistratus occidantur, vel principes, vel qui circa latus eius militant; vel qui arma sumit, vel occupat loca contra rempublicam; vnde vocatur hoc crimen perduellionis ea ratione, quia perduelles dicuntur hostes. vt. ff. de verborum signifi. l. si quos nos hostes. Dicitur ergo crimen perduellionis. j. hostile, vt ex prædictis patet. Et dicitur. ff. ad l. Iuli. maiestat. l. j. ij. iij. & iiij. Vide de hoc Azonam in summa. Quotuplex sit autem maiestas, & alia plura de maiestate. vide Do. Hieronym. Gigant. in suo tracta. de crimen. læsæ maiestat. in rubrica. quotuplex sit maiestas per tot. libro primo. Et crimen læsæ maiestatis est proximum sacrilegio, vt notatur in leg. j. ff. ad l. Iuli. maiesta. in principio. Et qui mittit nuncium, vel literas hostibus cõtra principem incidit in crimin. læsæ maiestat. vt notat

Bartol.in d.l.j.in finalibus verbis.idem voluit Nicol.Boer in ſuo tractat.de ſeditio.in vi.præſuppoſito, col.iiij. num. xv.Et omnes ſupradicti enumerantur capite primo læſæ maieſtatis.& vide tex.in l.Iuli maieſtat. cuius verba ſunt; Lex xij. tabularum iubet eum, qui hoſtes conditauerit, qui ue opem hoſti tradiderit,capite puniri.Lex autem Iulia maieſtatis præcipit,eum, qui maieſtatem publicam læſerit,teneri,qualis eſt ille,qui in bellis ceſſerit,aut arcem tenuerit;eadem lege tenetur.& qui iniuſſu principis bellum geſſerit,delectumue habuerit,exercitum cõparauerit;quiue,cũ ei in prouincia ſucceſſum eſſet,exercitum ſucceſſori non tradiderit;quiue imperium,exercitumue populi Romani deſeruerit;quiue priuatis pro poteſtate magiſtratum ue quid ſciens dolo malo geſſerit. Committitur autem hoc crimen;cum quis ſtatuas principis conflauit, vt l. qui ſtatuas.& l.non contrahit,& l.cuiuſcunque,in fin,ff.ad le. Iul.maieſta.

a †Item hac lege tenetur,qui crimine accuſatum de cuſtodia fecit exire,vt in l.iiij.ad fin.ff.ad l.Iulia. maieſtat. ad fin.Et vide ibi Barto.vbi ipſe dicit;qui abſtulit reum confeſſum, condemnatum, vel condemnandum è manibus familiæ,punitur lege Iulia maieſtatis,vt in d.l.iij.qnòd tenementi.Hoc tamen videtur intelligendum,quando talis reus tenebatur pro crimine læſæ maieſtatis, vt tenet gloſſ. ibi verbo reum. quam ſequitur Lucas de Penna in l. quotiens,in j.colum.C.de exactoribus tribu.l.x. quod eſt ſatis notandum.Si vero reus non erat confeſſus, nec condemnatus,punitur ad mortem,vt in caſu l.fina.C.de maleficis. & Math.

In alijs autem caſibu..qualiter punitur eripiens,vi. tex. in auct.vt omnes obediant iudici prouin.§. arripiat.colla. v.Sed ſi quis interfecit captum à familiaribus, vide. Bart. in l.in laqueum,& l.eiuſdem.§.fin.ff.ad l. Cornel. de ſicar. & Ange.in d.l.iiij.dicit.

§ †Nota,quòd mutuans pecuniam rebellibus,aut aliquo modo iuuans incidit,in maieſtatem, vt eſt textus in l.cuiuſque dolo.& ibi Bartol.ff.ad l.Iul.maieſtat.pecunia enim eſt belli neruus,vt per Ioann.Pirrum in tractat.de maieſta.

Roma.

Roma. parte secunda in rubri. de quæstio. magist. num. iij. vide etiam, in hac materia Dominum Hieronym. Gigant Iurisc, in suo aureo tract. nouiter impressum de crim. læsæ maiestat. not. sub Rubrica qualiter, & à quibus crim. læsæ maiest. committ. quæst. xxx. iiij. libro primo. vide omninò quia multa inuenies notatu. digna; Et nota, quòd si imperator dat saluum conductum, vel securitatem, frangens dictam securitatem incidit in maiestatem. vide Barto. & Ange. in lege j. ff. ad legem Iuliam maiestatis. & ibi dicit Angelus; adde, quòd hanc securitatem nemo dare potest nisi princeps. Et nota, quòd asserens se magistratum, qui non est, incidit in maiestatem: tenetur etiam crimine falsi, vt in lege eos. ff. de falsis. Et vide text. & ibi Angel. in lege. iij. ff. ad l. Iuliam maiestat. Item tenetur, qui obsides sine iussu principis occidit, vt lege. j. in. ff. ad l. Iuliam maiestat.

Et qui successori suo denegat præbere baculum, vt possit officium exercere. vide de hoc Angel. in lege. ij. eodem titulo.

† Est & aliud crimẽ quasi læsæ maiestatis, vt priuati carceris exercitio, & in falsa moneta. vt. C. de priua. carce. & de falsa moneta. l. vltima. Sunt autem in hoc crimine multa specialia; nam omnes, qui aliàs repelluntur ab accusatione, hìc admittuntur: puta milites, minores, infames, pauperes, familiares, parentes contra liberos; & contra; liberti contra patronos, & mulieres. Nam coniurationem Catilinæ Iulia mulier detegit, vt lege famosi. ff. ad lege. Iuliam maiestat. Sed famosi inimici nullo crimine admittuntur, quantuncunque exceptuato. vide Angel. in dict. lege. famosi. Et allegat text. in capit. perpetuas. de simonia, per quod capitulum dixit Bart. vt Ange. refert, quòd quantuncunque isti infames admittantur ad accusandum, & per consequens ad testificandum, tamen non admittuntur ad testimonium, nisi tãtummodo super crimine directo, sed non poterunt testificari super adminiculis. Et dixit hoc esse tenendum menti perpetuò. Sep hoc non credo, dicit Ang. nisi quando adminicula non respiciunt de litis substantia.

Et

5 † Et conſpirans contra principem, vel eos, qui ſunt circa latus principis, incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſola ordinatione, & tractatu; licet non ſequatur euentus. vnde vltore gladio debent puniri, & omnia bona ſua efficiunt fiſci. textus eſt. in l. quiſquis, in princ. C. ad l. Iuliam maieſt. Et filijs eius miſericordia reſeruatur vita, ſed nulla bona poſſunt habere, vel accipere ex aliqua ſucceſsione inteſtati, vel teſtati, & perpetuò ſunt infames, & ab omnibus honoribus, & officijs excluſi. text. eſt in d. l. quiſquis. §. filij verò. Et ſupplicans principi pro eis punitur pœna perpetuæ infamiæ. text. eſt in l. quiſquis. in §. denique. Cum filiabus eius diſpenſatione proceditur, vt poſsint ex bonis maternis obtinere Falcidiam. vide text. in l. quiſquis. Et an pœna infamiæ, & incapacitatis habeat locum in filia fœmina, vide Claud. in dicto. lege. ſiquis id, quod. ff. de iuriſdict. omni. iudi. & iſta lex habet locum in filijs iam natis: & iſta eſt communis opi. vi. Claud. in l. ſiquis id, q. ff. de iuri. omni. iudi. §. ad filias. Et poſt illud crimẽ attentatum petere non poteſt emancipare filium, nec aliquam alienationem facere tex. eſt in dicta l. quiſquis. §. emancipationes. Et vxores iſtorum non debent perdere dotes, immò recuperant eas: donationes nuptiales in caſu, quo erãt ſeruandæ liberis, applicantur fiſco, in quibus filiæ poſſunt petere legitimam. tex. eſt in d. l. quiſquis. §. vxores. Item cóſcij, ſatellites, & miniſtri in pœna ſunt ſimiles delinquẽti tex. eſt in d. l. quiſquis. §. id quod. Item reuelans coniurationes huiuſmodi in initio premiatur; ſed ſi poſt aliq; tẽpus reuelet ſecretum, ſibi parcitur. tex. eſt in d. l. quiſquis. §. fi.

6 † Et ſi mater commiſit crimen læſæ maieſtatis, filia priuatur onere, & commodo ſuccedendi, ſicut priuatur filius. vide Ang. in verbo. hai tradito. in verſic. & aduertendum. vel dic ſecundum Iacobum Butrigarium in dicta l. quiſquis. §. ad filias. Vide eundem Dominum Hieronym. Gigant. in ſuo tractat. de crim. læſæ maieſtat. de pœn. quas filij, incur. patre, cum crim. læſæ maieſtat. q. xvij. lib. tertio. Quando pater delinquit, filia habet ſolam Falcidiam; eandem tamen habet, quando mater delinquit. Et hæc eſt vera opinio ſecundum eum.

Et

Et † nota, quòd illi, qui faciant collegia illicita, & sunt auctores huius, tenentur lege Iulia maiestat. lib. qui illicitum. ff. de collegijs illicitis. Quæ autem sit pœna aliorum de collegio, vide ibi in l. collegia. Et nota, quòd filius eius qui proditionem facit contra principem, licet in bonis non succedat, censetur tamen hæres eiusdem proditionis: & sic de simili proditione contra eum est præsumptio, & dignitatibus, & honoribus eximitur. Et hoc, quãdo deliquit contra personam principis; & à successionibus parentum priuatur. Sed quando non delinquit contra principem, sed circa alia capitula posita in l. i. & ij. ff. ad l. Iulia. maiesta. vide Sali. in d. l. quisquis. in princip. §. filij. & vide Angel. in verbo, hai tradito. in versi. vbi loquitur de vicario principis; & licet sit crimen, non contra filios delinquentium. & alleg. Salice. in d. l. quisquis. 7

Et † appellatione filiorum comprehenduntur descendentes. s. nepotes, & similes. & vi. ibi Ange. qui multa dicit. & omninò vide eum. Et circa filios illegitimos dicit idem, si sunt nati ex certo coitu. vide Bal. in d. l. quisquis, in ij. col. Et regula dictæ legis intelligitur de filijs, & bastardis, & de spurijs. vi. Bal. in d. l. quisquis, in ij. col. 8

Et † filij conspirantium in principem non possunt capere aliquam hæreditatem, vt dictum est. Et vtrum talis hæreditas vadat ad fiscum, vel ad alium successorem, vide Bald. in dicta l. quisquis, ad finem. & vide doctor. in l. 1. C. de hæredibus instituend. vbi concludunt, quòd est commun. opinio. quòd talis hæreditas vadat ad alios successores. & Salicet. in dicta l. quisquis. in iij. colum. dicit; Scias, quòd hæc lex præstat argumentum, quòd de iure bannitis non possit pecunia, vel alimonia præstari. Nam banniti censentur hostes, & inimici ciuitatis, a qua banniuntur. argum. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capitis diminutione. Sed hostibus, quis non potest opem præbere, vt in l. iij. ff. ad l. Iulia. maiestat. cætera vide ibi per Salicet. Et crimen læsæ maiestatis post mortem obijci potest, & serui torquentur in caput domini. l. meminisse. C. ad l. Iul. maiest. Et post mortem rei crimen læsæ maiestatis potest inchoari. Et criminosus huius criminis in ipso criminis exordio 9

perdit ipso facto omnium suarum rerum administrat-
nem;& per incertitudinẽ successoris bona interim seq-
strãtur.vide text.in l.fina. & ibi vide Bald. & Salic.C.
Iuli. maiestat. & vide Cinum;& vide Ange. in verbo
tradito. in versic. & bene scias. tamen ipso iure bona
sunt confiscata à die commissi delicti. Et vide Boni-
um Vitellinum in tractatu maleficiorum, in rubri. ad
Iuli.maiesta.vbi ipse dicit,qui teneantur crimine legi-
liæ maiest.& vide Ange.in tracta.maleficiorum,in ver-
hai tradito.versi.i.vbi ipse dicit;proditio patriæ est cri-
enorme,& in eo non appellatur, tamen in eo non proc-
tur ad torturam,nisi præcedentibus indicijs.

Et notabis ad euidentiam præsentis capituli, quòd
delitas est triplex,vna,quæ debetur proximo,alia patri
lia domino: fidelitas, quæ debetur proximo scilicet a
offendere eum,nec insidiari.vt ff.de iusti.& iure.l,vt v
Non autem tenetur eum defendere,vt notatur ff.de r
lis iuris.l.culpa caret. Alia est fidelitas,quæ debetur p
quem quis etiam tenetur defendere verbo.& opere.&
bet patri indicare,quæ insidiãtur contra eum.ff.ad l.P
peiam,de parrici.l.j.ad finem,& leg.sequenti,debet et
reuerentiam, vt in titulo de obsequijs. Tertia est fidel
maior,quam quis renetur domino suo, cui non solum
netur eum non offendere,sed indicare verbo,& defen
re facto, vt x. colla.de forma fide.cap.i. & de noua for
fideli.cap.j. Ita debet quisquis principem non offend
& si sciuerit,indicare,& patet,quia conscij tenentur,v
l.quisquis.ff.ad l.Iulia.maiesta.in fine. Tenetur etiam
fendere eum,vt.ff.de re militari.l.omne delictum.Et f
litas habet duas habenas,vna in faciendo,quæ quis de
alia in non faciendo, quæ non debet. Et fuerunt hæc
præcepta facta primis duobus parentibus, super qui
pendent leges, & pphetæ.vide de hoc Bar.in extrauag
ad reprimendũ. in principio, Et fidelitas à fide dicitur
eundũ Ianuensem in suo dictionario. Et fideles à fio fi
cuntur secundum eum;quia per fidem fit,quod est deb
vel promissum. Et iuxta hoc fides,& fidelitas idem su
Et sic sumitur fides in capit. Regum,& in capit,sequen

x

xxiij.quæſt. v. Fides enim eſt genus habens multiplices ſpecies, vt notatur per gloſſam in rubrica, de ſumma trinitate, & fide catholica. & ibi docto. Aliquando fides idem eſt, quod fidelitas debita ad cauſam feudi. Et ſic diffinitur; Fides, ſiue fidelitas eſt habitus quidem, per quem debita, aut promiſſa ſiunt, aut complentur. Et ſic ſumpta diuiditur in duas ſpecies; nam quædam eſt fidelitas debita ad cauſam feudi; alia eſt debita per ſubditum ſuo ſuperiori ad cauſam dominationis, cuſtodiæ, & protectionis. Prima ſic diffinitur; Fidelitas eſt ius quoddam, per quod tenetur vaſallus ad omnia ex natura fidelitatis feudalis, vt patet in cap. i. de noua fidelitatis forma. & xxij. q. vlti. cap. forma. Secunda ſic diffinitur; Fidelitas eſt habitus, ſiue ius quoddam, per quod inferior tenetur ſuo ſuperiori domino. Et probatur in c. j. ad finem, qualiter vaſallus fidem iurare teneatur.

Et † fidelitas in duobus principaliter conſiſtit; Primò, in vera vnitate, & dilectione ſincera ſubditorum. ſecundò conſiſtit in exteriori actione, vt infra declarabitur. Et regnum quodlibet eſt vnum corpus, cuius caput eſt Rex; ſuppoſita eius ſunt illius membra. Et probatur hoc in cap. nouit, de his, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli; vbi habetur; vniuerſitas, vel collegiũ dicitur quoddã corpus fictũ, & repræſentatũ. Et canonici dicũtur fratres Epiſcopi, ſicut Cardinales dicũtur fratres Papæ, vt in c. j. de offici. deleg. libro vi. Et ea, quæ ſuperius diximus, etiã probantur in cap. quoniam plerique, de officio ordinarij. & & in cap. cum non liceat, de præſcip. Et in vno quoque regno non poteſt eſſe niſi vnum principale caput. i. Vnus Rex, vt in cap. in apibus. vij. q. i. Et vaſallus tenetur iuuare dominum contra parentes, & fratres, & filios. vt in cap. i. de noua forma fideli. & in dicto cap. forma. xxij. quæſt. vltima. 11

Et † rebelles ſunt omnes illi, & ſinguli, & etiã infideles, qui quomodocunque publicè, vel occultè contra noſtrum honorem, & fidelitatem rebellionis opera faciunt, & contra noſtri imperij proſperitatem aliquid machinantur, & 12

contra

contra nos, seu officiales nostros in his, quæ ad commissum eis officium pertinent, rebellando. Verba sunt Imperatoris Henrici in extrauaganti; qui sint rebelles. & vide Bar. in commento suo in dicta extrauaganti. vbi dicit, rebellando, resistendo. vel non obediendo, licet ipsi bellum non inferant; Et sic propter inobedientiam, vel resistentiam rebelles sunt; & si solum resistat odio personæ principis, rebellis est. Et nota bene, quòd omnis subditus resistens officiarijs regijs in his, quæ ad officium eorum pertinent, rebellis est Regi, & regno, vt in dicta extrauaganti. pro quo facit illud Lucæ. x. Qui vos spernit, me spernit. Et facit illud primò Regum. cap. viij. circa principium; Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. vide Lucam de Penna in l. nihil, in primo de Palatinis. libro. x ij. qui loquitur circa officiales Regis. Et qui retinet aliquam munitionem, villam, vel castrum, rebellis est, secundum Bartolum ibi. Et de istis loquitur textus in. l. amissione. §. quæ deficiunt. ff. de capitis diminutione. Et sic collige; quòd rebellio est resistentia, vel inobedientia aduersus principem, faciendo, vel omittendo, Et resistentia, vel inobedientia facta principi est proterua, & damnabilis, omnique venia, & remissione indigna. vt in d. l. quisquis. Et probatur in c. inter, de maioritate, & obedientia. Itaque veniæ, aut dilationi non est locus cum eis, vt in c. i. de pœni. dist. vj. ad finem.

13 Et † quomodo in crimine læsæ maiestatis præcedatur, vi. tex. in extrauaganti, ad reprimendum, vbi cauetur; In quocunque læsæ maiestatis crimine, & maxime vbi cótra Romanorum Imperatores, vel Reges aliquid, quod dictũ tangat, asseratur commissum, posset procedi per accusationem, inquisitionem, seu denunciationem summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, prout illi, qui iurisdictioni præest, videbitur expedire: ad hoc, si qua communitas, corpus, collegium, vel alia quæuis persona cuiuscunque status, dignitatis vel conditionis existat, super dicto crimine per nuncium, vel per litteras, seu etiam per edictum publicè propositum citata, vel citatum neglexerit in termino personaliter, vel legitimè comparere;

rere;contra ipsam, vel ipsum perinde,ac si præsentialiter omnibus interesset,vel lis foret legitime contestata, tam ad receptionem testium,& eorum publicationē,&sequentia,quàm ad diffinitiuam sententiam,&eius executionem procedatur.& Bar.dicit ita speciale est in hoc,quòd ad accusandum admittuntur infames.Et etiam dicit;causa commissa summarie debet totam substantiam comprehendere. Et summarie intelligitur breuiter. Expeditur autem iste processus breuiter; quia licet aliàs non possint dilationes breuiari, nisi causa cognita, tamen abbreuiandi illa sola est causa sufficiens , quòd causa debet agitari summarie, vt probationes legitime pereant;hoc enim impediret causæ cognitionem;quod non potest, quia causæ cognitio est de substantia iudicij,vt c.comminationes,vel epistolas. l. iudex,&.l.fin.Et notatur.C.de sententijs.l.prolatam. Sed ea,quæ sunt de substantia,non possunt omitti per hoc, ℣ dicit summarie.ita Bar. in dicta extrauagāti,ad reprimen. §.summarie.Et notatur in clementi.læpe,de verb.signi.

† Et de clausula,summarie,simpliciter,& de plano,sola facti veritate inspecta,vide Ludouicum Romanū in consi. cxcj.ad finem.& in consilio cccxcvij. ad finem. Et in his casibus,in quibus ordinarie agitur, quis citatur peremptorie.Item in istis casibus,vbi agitur summarie,quid patet in interpositione primi decreti,& ij. quid summariè fit,oportet,quod præcedat peremptorium,vt.C.de his,qui ad ecclesias confugiunt.l.præsenti. §. sed si hoc facere. & C. quomodo,& quando iudex.l.consentaneum.& vi.Bart.in loco iam allegato.Et quando proceditur contra absentem, semper dicitur summarie.vi.Ba.in d.§.summarie,in iij. colum.Et ibi dicit Bart.vbicunque sententia data tribuit ius finale,nec potest per aliud iudicium reparari,ni per appellationem,vel aliud remedium;tunc requiritur causę plena cognitio regulariter,vt in l.iudices.C.de iudici.Et fallit in casu legis de submersis.C.de naufragio. Item in casu constitutionis, ad reprimendum. Item in casibus, qui ponuntur in Clementina,dispendiosam,de iudicijs. Item in casibus,quibus sententia potest fieri contra absentem, & negotium liquidare, vt. C. quomodo, & quando iudex. 14

aucten.qui semel.& C.vbi de crimine agi opor.aucten.qua in prouincia. Et videbis Bart.in tota extrauaganti, ad reprime.quia mirabiliter ipsam commentauit.

† Et quis dicatur proditor, vi.Bald.in cap.j.quibus modis feudum amittatur.& vide Bal.in aucten.nulla communitas.C.de Episco.& cleri.& vide Alexand. in additioni. ad Bar.in l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis.& vid. Anchara.in cap.j.de homicidio.vbi ipse dicit in principio. Et vide Dominum Hieronym. Gigant.in suo tractat. de crim.læsæ maiestat.diffuse hanc materiam tractantem in rub.de proditoribus,lib.iij.quęst.j.Si quis veniens tecum, tãquam socius itineris,te percusit,dicitur hoc fecisse proditoriè,vt in l.fi.C.de delato. libro x. Vel si sedens tecum in mensa te percusit,dicitur proditoriè agere.ita Bar.in d. §.delinquunt. vbi ipse dicit; Istud delictum committitur duobus modis;vno modo insultado: est autem insultus in alium saltus;vt probatur in l.j.§.eum arietis. ff. si quadru. pauperiem fecisse dicatur.& l.is,qui aggressorum. C.ad l. Corneliam,de sicarijs. Alio modo committitur ex proposito proditorie:est autem prodere vnum actibus ostendere,aliud mente gerere;vt notatur.ff.de preuarica.l.j.&.ff. ad l.Iuliam maiesta.l.iiij.in principio.Sed si esses mihi inimicus,ita quòd esset rancor inter te,& me, tunc te proditorie non percutio.quia illud,quod facio,actibus ostendebam:& ille etiam dicitur proditor, qui secreta sibi commissa reuelat,ita Petr.Anchar. in Clemen.de statu monacho.& Felinus in cap.de homici.dicit;exponitur proditoriè,quando aliquis vnum habet in verbis, aliud corde. Et ibi dicit in occidẽte veneno,vt in l.j.C.de maledi.& Math. & Bald.in l.nemo. C. de summa. trini.dicit, quod talis est proditor.Item in mouente bellum sine diffidatione secundum Ioan.Andr.in c.j.de homicidio,in vi.Item in permittente transire gentem inimicam,& non reuelante, secundum gloss.in l.si quis à barbaris.C.de re mili.lib.xij.Idem in conuiuantibus,qui se occulte ostendunt,secundũ Bald. in c.j.qu bus modis feudum amittatur.Et alios modus vi. perdocto.in c.clericus.xlvj.dist.& vide Bal.in l.ij. C. quæ res exporta.possint.& vi.Bald. & Ange.in l.j.in prin.ff.de

kis

his, quibus, vt indig. & in l. fi. C. de summa trini. & fide ca. & vi. Card. in Clemen. j. ver. quia vero. de statu monachorum, vbi ipse dicit. † Proditor est, qui secreta sibi commissa 16
reuelat. Et proditor populi incidit in hoc crimen, sicut proditor principis, & punitur secūdum formam tex. in l. quisquis. ff. ad l. Iulij, maiest. vbi videbis Ale. in additio. ad Bar. & vide Bal. in l. fi. C. de abolitio. & vi. Salice. in dicta. l. quisquis. Et vide de hoc in cap. j. vt lite non contestata.

Et filius condemnari non priuatur beneficio ecclesiastico iam quæsito. vide Alexand. vbi supra. & vide gloss. singularem in cap. satis per peruersum. dist. quod est verum, si est crimen læsæ maiestatis temporalis: secus, si diuinæ, & spiritualis, quia tunc priuatur. vide de hoc. Abb. in ca. vergentis, de hæreticis. Et vide ea, quæ notantur in c. quicunque, de heret. l. vide. Et vide Ioan. de Anania, in d. cap. vergentis, in ij. colum. vbi ipse dicit; Filij hæreticorum priuantur ipso iure beneficijs suis ecclesiasticis iam obtentis, & inhabiles redduntur ad habenda vsque ad secundum generationem per lineam masculinam, vt in cap. quicunque. §. hæreti. & cap. statutum. ij. de hæreti. lib. vi. hoc est filij, & nepotes, vt ibi; & in c. commissi, §. priuandi, eodem titu. & vide Ange. in d. l. quisquis.

† Et filij eorum, qui commiserunt crimen lęsæ maiestatis ecclesiasticæ, puta in Papam, vel Cardinalem; tunc sunt 17
priuati ipso facto à beneficijs habitis; Et inhabiles ad habenda vsque ad secundam generationem, sicut & filij hæreticorum; vt in capit. felicis. §. quod si quis. de pœn. liber. vi. De illis vero, qui committunt in Episcopum, vide text. in Clemen. si quis suadente, de pœnis. Et filij eorum, qui commiserunt crimen maiestatis temporalis, non priuantur suis beneficijs, vt est gloss. in d. c. satis peruersum. Nam cum sint clerici, exempti sunt à iurisdictione principis secularis, vt in cap. duo sunt. xcvj. distinct. & j. quæst. iiij. §. contrarium. Et eadem ratione admittuntur ad beneficia ecclesiastica obtinenda, si tempore commissi criminis per patrem, essent ecclesiastici: secus, si laici, licet postea fierent clerici; quia tunc essent infames per dictam l. quisquis. & vi. q. j. c. quæro. §. verum.

18 † Et infames non admittuntur ad beneficia ecclesiastica, & promoti deijcuntur. vj. q. j. c. infames. c. vrgentis, de hæreti. & ibi vidè Henricum.

Et nota secundum Henricum in loco iam allegato, qd clericus delinquendo, seu machinando contra principem temporalem non incidit in l. Iuli. maiest. cum princeps secularis non sit superior clericis, vt de re iudi. ca. pastoralis. §. rursus. Sed si clericus feudatarius subditus est domino temporali, & machinando, & delinquendo contra ipsum incidit in l. Iu. ma. tex. in c. verum, de foro compe. &. c. cæterum. de iudi. Et istud crimen læsæ maiest. est pessimum omnium peccatorum, vt in aucten. de nuptijs. colla. iiij. §. mitiores. & ibi dicit Ange. Nota, quòd facere machinationem contra imperium. vel falsitatem committere detestabilius crimen est, quàm crimen homicidij, veneficij, & adulterij. & in act. vt liceat matri. & auiæ. §. quia vero plurimas. colla. viij. etiam erat licitum olim mulieri indicare proditionem viri, & vir nullam ex hac causa repudij habebat occasionem.

19 † Et vltimò notabis, quod quotiescunque aliquis subditus exercet actum inobedientiæ contra prosperitatē regni, aut imperij, tanquam rebellis committit crimen perduellionis in primo capite. Sunt & alia crimina à primo capite legis Iuli. maie. vt in l. j. ij. iij. & iiij. ff. ad l. Iulia. maiesta. & c. puniunt. vt in l. iij. ff. ad l. Iul. ma. Et limita tex. in l. quis quis. ff. ad l. Iul. maiesta. procedere, vbi crimen est attentatum specialiter in personam principis, vel in personā eorum, qui sibi assistunt; sed vbi attentatum esset in alijs capitulis nō in primo, habet locum pœna. l. amissione. §. qui dificiūt. ff. de capitis diminutione. vbi dicit Bar. Ille, qui est bannitus imperij, æquiparatur deportato, & perdit ea, quę sunt iuris ciuilis. Et ita intelliguntur iura noua quæ dicūt; banno imperiali subiaceant, hoc est iura ciuilia perdant; vt in auct. itē nulli, de sacrosanc. ecclesijs. Et an bannitus possit testamentum condere, & an possit instituī, & similia facere, vide Bart. ibi. Alexand. in addictionibus. & vide Ioannem Andr. in capit. statutum, de rescript. in vj. vbi secundum Alexand. ponit aliam limitationem ad dictam l.

quis-

quisquis.vide ibi Alexand.in addictionibus.

† Sed nota vltimò, quod si quis commiserit crimen lęsæ 20
maiest.& fuerit rebellis, capite punitur, vt in l.iij.in prin.ff.
ad l.Iuli.maie.ibi videbis. Et si commiserit contra casum
dictæ l.quisquis, dic vt in dicta l. Et nota bene, & non tra-
das obliuioni tex.in extrauagāti, qui sint rebelles; quia in
illo tex.& in l.j. & ij.iij.& iiij.ff.ad l.Iul.maiesta.& in l.quis
quis, est tota materia. Et de modo procedendi multum me
moriæ commendabis tex.in extra.ad reprimendum. Et sic
ad honorem Dei remanet expedita materia præsentis re-
gulæ. In isto crimine ante sententiam perditura dminis tra-
tio bonorum. C.ad l.Iul.maiest.l.pe.& fi. Car.in cap. quia
d ligentia.de electio.in crimen læsæ maiestatis non incur-
rit non subditus. Quid, si solum est subditus ratione feudi,
& non habet originem nec domicilium? & quid si est cle-
ricus, Episcopus, quando incurrit crimen læsæ maiestatis,
vide in tractatu de Imperatore in q.cxviij. & de crimine
læsæ maiesta, vide in volum.tractatuum, vo.vi.fo.lxxxv.&
vide capitula Regni Neapolis, scilicet c, Apud tranum.ca.
die mercurij. C.bona proditorum. Videas etiam omnino
benigne lector, Aureum tractatum nouiter Venetijs im-
pressum, De crimine læsæ Maiest. I. V. D. Clarissimi Do-
mini Hieronymi Gigan. Forosempro. In quo multa pul-
chra atque vtilia in hac materia inuenies, Et sit sic fi-
nis huic tractatui, cum laude omnipotentis
Dei, eiusque matris semper
Virginis Mariæ.

FINIS.